COLLECTANEA DECISIONUM, OMNES FERE CASUS IN TRIBUNALIBUS ITALIÆ, ...

Giovanni Luigi Riccio

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
20 H
16

13-21. B. 44

Digitized by Google

B. 11 b. 24

Digitized by Google

Digitized by Google

COLLECTANEA DECISIONVM,

Pars Septima:

IOANNE ALOYSIO RICCIO

PATRITIO NEAP. I.C. CELEBERRIMO,
ac Epiſcopo Vicieguenſi meritiſſimo,
Authore:

In quibus omnes ferè caſus, in quampluribus orbis Tribunalibus Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ, Germaniæ, & Poloniæ, ac præſertim Rotæ Romanæ, ac Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, deciſi hucuſque, & controuerſi complectuntur.

Ac etiam diuerſæ Leges, & Canones vtriuſque iuris, & Sacri Concilij Trid. Bullæ Pontificiæ, Regulæ Cancellariæ, Conſtitutiones, Pragmaticæ, Conſuetudines, & Capitula, ac Ritus Regni, Statuta Vrbis, cæteraq; innumera loca breuiter, ac mira facilitate elucidantur, ornantur, & declarantur.

OPVS OMNIBVS IVRA PROFITENTIBVS, ac in foris, tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus verſantibus, vtile, & neceſſarium.

CVM INDICIBVS LOCORVM IN HAC SEPTIMA PARTE contentorum, & Materiarum locupletiſſimis.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

COLONIÆ ALLOBROGVM,
Ex Typographia Petri Choüet.

M. DC. XXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI
TYPOGRAPHVS S.

HABES, *benigne Lector, Typis noſtris quàm diligenter excuſam Septimam Partem Collectaneorum Illuſtriſſimi in Iure candidati, ac Epiſcopi Viciequenſis Joannis Aloyſij Riccij, Patritij Neapolitani ſummo ſtudio, ac vigiliis elaboratam, quam tibi gratiſſimam fore exiſtimamus, ſicut & cæteros labores huius celeberrimi Authoris: Ideo hanc eandem Septimam Partem ſeparatim imprimi curauimus, vt ſeparatim venalis haberi poſſit ab illis, qui cætera huius Authoris Collectanea habuerunt. Hoc inſuper curauimus, vt in cæteris Collectaneis videlicet* 1.2.3.4. & 5. *Partis Indices tam locorum communium, quàm rerum memorabilium in vnum congeſti in lucem exirent; ita vt ex tot indicibus vnus fieret Index copioſior, & ad tui commoditatem aptior. His fruere, & meliora in dies expecta, & bene vale.*

Digitized by Google

CATALOGVS AVCTORVM
Deciſionum, quæ in hoc opere allegantur.

Ex Rota Romana.

Achillis de Graſſis.
Ægidij Bellameræ.
Biſignetti.
Cardinalis Putei.
Cæſaris de Graſſis.
Creſcentij Cardinalis.
Dominorum de Rota.
Guilielmi Caſſadori.
Mohedani.
Marcheſani.
Papazzonij.
Rotæ collectæ à Farinaccio.
Rotæ deciſ. criminales ab eodem collectæ.
Seraphini Oliuarij Razalij, Card.
Statilij Pacifici.
Thomæ Faſtoli.
Veralli, Card.
Diuerſæ manuſcriptæ.
Zachiæ ad obligation. Camer.

Ex Rota Neapolitana.

Afflicti.
Capicij.
Franciſci de Ponte.
Franciſci Viuij.
Garſiæ.
Grammatici.
Riccij Auctoris manuſcriptæ.
Thomæ Minadoi.
Villagut.
Vincentij de Anna.
Vincentij de Franchis.

Ex Rota Siciliæ.

Franciſci Milanen.
D. Franciſci del Caſtillo.
Garſiæ Maſtrilli.
Nicolai Intriglioli.

Ex Rota Pedemont.

Antonini Teſſauri.
Antonij Fabri.
Gaſparis Theſauri.
Octauiani Cacherani.

Ex Rota Hiſpaniæ.

Barboſæ.
Gamæ.
Ioſeph Seſſæ Rotæ Aragonen.
Martini Monteri eiuſdem Rotæ.
Peguerz.
Valaſci.

Ex Rota Bononien.

Cæſaris Barzij.
Petri Benintendis.

Ex Rota Ianuæ.

Antonij Belloni.
Flaminij Cartarij.
Hieronymi Mariliani.
Rotæ Ianuæ incerti auctores.

Ex Rotis Lombardiæ, & Etruriæ.

Alexandri Raudenſ.
Ambroſini Cur. Epiſc. Peruſinæ.
Borgnini Caualcani.
Carocij Vercellenſ.

Cor-

Cornazani Rotæ Lucenſ.
Franciſci Monaldi.
Iafredi Balbi.
Ioſephi Ludouici Rotæ Peruſ. & Lucenſ.
Iulij Clari Rotæ Mediolanen.
Magonij Rotæ Florentinæ.
Martæ Rotæ Piſanæ.
Polidori Ripæ Rotæ Mediolanen.
Peregrini Rotæ Patauinæ.
Rotæ Lucenſ. Diuerſ.
Sairi.
Surdi Mantuani.
Thomæ Triuiſani Rotæ Venetæ.

Ex Rotis Galliæ.

Boërij.
Cappel. Toloſanæ.
Franciſci Marci.
Gomeſij Leonij.
Guidonis Papæ.
Hieronymi de Laurentiis.
Ioannis Galli.
Ioannis Paponi.

Ex Rotis Germaniæ.

Andreæ Gaill.
Annei Roberti.
Artamani Artamani.
Coppini.
Franciſci de Calperiis.
Iacobi Thomingij.
Matthiæ Coleri.
Mynſingerij.
Petri Roizij.
Rotæ Lipſienſ.
Rubini.

Ex Prouincia Marchiæ.

Marci Antonij de Amatis.
Sebaſtiani Medices.
Stephani Gratiani.

INDEX LOCORVM,

IN QVIBVS RESIDENT MATERIÆ

COLLECTANEARVM

HVIVS SEPTIMÆ PARTIS.

Ex iure Pontificio Rubricæ.

R*ubrica de Probationib.* 3066

Decreti decretalium & ſexti Capitula.

Abſente 3.q.9. 2521
Biduum 2.q.6. 2847
Bona fides de reg.iur.in 6. 2775
Bona de elect. 3100
Canonum ſtatuta de reſcript. 2566
Caueant 3.q.9. 2521
Conſtitutus verſ.firmatus iur.iuuando de conſtitut. 2535
Cum deputati de iudic. 2634
Cum in tua de decimis. 2902
Cum ſecundum de præbend. 2595
Cum ſint homines de decim. 3076
Cum ſuper vbi gloſſ.extr.de cauſ.poſſ.& propr. 2503
Cum terra de elect. 2982
Cuſtos il 2.de officio cuſtodis. 2662
De cætero de cler.non reſident. 2686
Dilecta de maior.& obed. 2675
Dilecti de except. 2547
Exceptionem de except. 2729
Fin.extra mandati 2774
Fin.de præſumption. 2694
Frequens de reſtit.ſpoliat. 2990
Hinc eſt verſ.priuilegium 16.q.1. 3004
In præſentia de probationib. 3074
Inter corporalia de tranſlat.epiſcop. 2687
Inter dilectos de exceſſionib.prælat. 2772
Licet cauſam §.ex præmiſſis extra de probat. 2624
Licèt dilectus extra de teſtibus. 2494
Mulieres de ſentent.excommun. 3060
Nobis de iure patr. 2707
Non liceat Abbati de conſecr.diſt.4. 2660
Non ſolum de appellat.in 6. 3104
Nullus de foro competent. 2658
Nuper de ſentent.excommun. 2682
Nuper de teſtibus. 3093
Omne decretum in fin.10.q.1. 2960.2954
Ordinationes 1.q.1. 2643
Præcipimus 34.diſtinct. 2892
Primo 8.q.4. 2526
Primo de iuram.calum.in 6. 2846.3056
Primo de ordine cognition. 3015
Primo de ſuppl.neglig.prælat. 2697.2764
Primo de reſtit.ſpoliator.in 6. 3106
Prolatum 88.diſtinct. 2640
Propter ſterilitatem de locato. 2684
Prudentia §.adijcimus de offic.deleg. 2976

Puella

Digitized by Google

Puella 20.q.2. 2752
Quia propter de electiõn. 3166
Quidam de renunciatione. 3069
Quoad conſultationem de ſent. & re iudic. 3079
Quod autem de pœnitent. & remiſſ. 2974
Quis 11 q.3. 2533
Relatum, & c.licèt de offic.deleg. 2589
Requiſiuiſti de teſtamentis. 2691
Sacris de ſepulturis. 2964
Secundo de reb.eccleſ.non alien. 2649
Si cautio de fide inſtrument. 2561
Si clericos de ſentent.excomm.in 6. 2696
Sicut dignum de homicid. 3105
Solemnitas de conſecrat. 3157
Sine poſſeſſione de regul.iur.in 6. 2623
Statuimus de regularib. 2787
Super eo de eo qui cognou.conſang.vxor.ſuæ. 3016
Super eo de iis quæ vi met. cauſ.fin. 2558
Verum de conditionibus appoſitis. 3144
Vidua 34.diſtinct. 3049
Vobis 12.quæſt.2. 2636
Volentes de officio legati. 3167
Vt circa de elect.in 6. 2838
Vt filij de filijs presbyter. 2672
Vt lex continentia 27.quæſt.1. 2877
Vt noſtrum de appellat. 2593

Clementinæ.

Prima de ſequeſtr.poſſ. 3111
Prima de prabend. 2933.2844.3085
Quamuis de appellat. 3171

Ex Doctrinis Gloſſ. iuris Pontificij capitula.

Gloſ. in c.beneficium de regul.iur.in 6. 2581
Conquerente in verbo mortuariorum de of-fic.ordinarij. 2973
Ex multiplici in verbo quamdiu viueret de decim. 2992
Fin. de iudic 2753
Grauis de cenſibus. 3019
In quibuſdam de decimis. 2953
Nihilominus 3.q.9. 3090
Paruuli in verb.cauſa 22.q.5.2014.3085
Primo in verbo momenti de cauſ.poſſeſſ. & propriet. 2758
1. §.ſi quis igitur in verb. apertiſſimis de exceptionibus in 6. 3025
c.1.de præſcription. in 6. 3119
2.de offic.deleg. in 6. 2673
2.de confeſſis in 6. 2860
2.de teſtibus in 6. 3132
Gloſſ.in c.ſi capitulo de conceſſ preben.in 6. 3040
Si eo tempore in verb.effectus de reſcrip.in 6. 3135
Significaſti il 1.extr.de homicidio. 2782
Si propter de reſcript.in 6. 2767
Si propter tua in verb.ſpecialis gratia de reſcript.in 6. 2926
Super literis de reſcriptis. 2699
Teſtes 3.q.9. 3078
3.in verb.ſpeciale 2.q.3. 2869
Tuis de præbend. 2628
Vt debitus de appellat. 2642
Suſceptum in verbo non morte de reſcript. 2601

Clementinæ.

Gloſſ.in clem.1.in verb.locum il 2.de regular. 2542
in Clem.2.vt lit pend. 2540

Ex Doctrin.DD.iuris Pontificij.

Abb.cap.peruenit de iur.iur. 2565
in c.poſtquam extr.de elect. 2632
in c.cum acceſſiſſent de conſtit. 2796
c.item cum quis de reſtit.ſpoliat. 2842
in cap.dilectus de cappell.Monach. 2882
in c.bona de poſtulat.prælat. 2898
in cap. cum cauſam extra de teſtibus & atteſtation. 2900
in c.paſtoralis de cauſ. poſſ. & propriet. 2303
in c.per venerabilem qui fil.ſint legitimi. 3063
in c.at ſi clerici de iudic. 3096
in c.inter alia de immunit eccleſ. 3177
in c.at ſi clerici §.de adulterijs de iudic. 3042
in conſ.54.lib.1. 3046

in c.2. de ſtatu Monachor. 3080
in cap.cum dilecta num.4.de confirmat. vtil.vel inutil. 3127
in c.requiſiuit de ſponſalib. 3143
Archidiac. in c.cum perſona in fin.de priuil. 2969
Archiar.in reg.benef.de regul.iur.in 6. 2667
Archid. in cap.ſi quis laicus 16.quæſt. 16. 2741
Archid.in c.Memoriam 19.diſtinct. 3149
Aret.c.quoniam de teſtibus. 3084
Aret.in c.ſi quis teſtium de teſtibus. 3117
in c.quanto de iudic. 2591
in c.quanto num.5.de iudic. 2841
in c.quoniam contra de probat. 2918
in c.ad audientiam il 2. num.9.de reſcriptis. 2928
in cap. licet de ſupplenda neglig. prælat. 3028
in c.ex tranſmiſſa nu. 4. de reſtit.ſpoliat. 3047
in Rubrica de conſuetud. 3058
Barbat.in clem.ne Romani de elect. 2984
Bellam.in c.per tuas nu.15.de teſtibus. 2987
Bero.in c.primo num.125.de vſur. 3003
Butr.in c.cum ſuper de re iudic. 2947
in c.ex inſinuatione de procur. 2989
in c. Rainaldus nu.11.de teſtam. 3094
in c.cum Ioannes de iur.iuran. 3024
Camer. in cap.imperialem de prohibit.feud. alien. 3072
Canon.in c.ſi pater de teſtam. 2843
Cardin.c.Piſanis de reſtit.ſpoliat. 2602
Collectar. in cap. quæſitum de rerum permutat. 2716
Couar.in c.ſi hæredes de teſtamentis. 2931
in c.1.n.25.de probationibus. 3116
c.cum cauſam de probation. 2917
in c.ad aures nu.8.de reſcript. 2823
DD.c.ſolet de ſent.excomm.in 6. 2732
cap.ad noſtram de empt.& vendit. 3073
c.vnico §.præſente de clerico ægrot. 3128
in c.eos qui de regular. 3141
c.ſtatutum §. in nullo quoque de reſcriptis. 3176
Felin.in cap.ad noſtram de iur.iur. 2541
in c.venerabilis de exception. 2656
in c.inter cæteras de re iudic. 2714
in c.conſtitutus de reſcript. 2740
in c.poſtulaſti de reſcript. 2868
in c.conſuluit de offic.deleg. 2845
in c.in noſtra num.2.de reſcript. 2857
in c.ex parte il 2.de offic.deleg. 2873
in c.ad aures de reſcript. 2881
in c.ſi diligenti de foro competenti. 2907
in c.cum cauſa col.8.verſ.reſpectu autem fructuum de iudic. 2924
in c.cæterum nu.4.de reſcript. 2972
in c.licet cauſam nu.19.de probat. 2978
in c.cum tu nu.3.de teſtibus. 2997
in c.ſuborta nu.7.de re iudic. 3043
in c.illud de præſcript. 3064
c.ex epiſtolæ de probat. 3082
in c.ex literis nu.40.de conſtit. 3146
in c.in noſtra num.13.de reſcript. 3173
Franch.in c.primo de præſcript.in 6. 3006
Gemin.in c.ſi annum de iudic.in 6. 2977
in c.quamuis §. quamquam num.3. de præbend.in 6. 2999
Hoſtienſ.in ſumm.in tit.de confirm.vtil.vel inutil. 2983
in ſumma in tit.de Parochis. 2712
Imol.in c.cum noſtris de conceſſ.præb. 2804
in clem.in literis de probat. 2917
in cap.in præſentia de probat. 3027
in c.2.de ſolution. 3142
Innoc.in c.mandatum ſub nu.5. de reſcript. 2811
in c.cum ſuper de re iudic. 2936
in c.1.de fide inſtrum. 2985
in c.cum perſona de priuileg.in 6. 3013
in c.ex ratione de appellat. 3182
Io.Andr.in cap fin.de iur.patron. 2884
in c.venerabilem ſub n.32.de elect. 2980
c.ſi beneficia de præbend.in 6. 3095
Lap.in clem.quia plures de iur.patro. 3052
Panor. in c. inſinuationem de offic. delegat. 3001
in c.cum olim de rer permutat. 3051
Rip.in c.cum M.Ferrarienſis de conſti. 2932

Regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ.

De familiar.Cardinal. 1590

Re-

Reſeruans dignitates maiores Poſt pontificalem. 1616
Octauo circa except. Cardinal. à reſeruat. menſ. 2829
Reſeruatoria menſium. 2956
de Annali. 3181

Bullæ Pontificæ.

Bulla vulgò Alexandrina. 2587
Bonifacij VIII. incip. ad conſequendam gloriam. 2576
Nicolai V. de cenſibus. 2678
Pij IV. incip. Romanum Pontificem. 2731
Pij IV. incip. cupientes. 2744
Pij IV. incip. ad eximiæ deuotionis. 2748
Pij V. contra clericos non incedentes in habitu. 2701
Pij V. incip. & ſi Dominici gregis. 2731
Pij V. incip. accepimus. 2720
Pij V. incip. in conferendis beneficijs. 3070
Pij V. circa formam creandi cenſus. 3089
Sixti V. circa ſocietates ad caput ſaluum. 2688
Sixti V. de non receptandis Bannitis. 2726
Clem. VIII. incip æqua. 2531
Clem. VIII. incip. Sanctiſſ. in Chriſto pater. 2751.
Gregorij XIV. incip. ſalubrem monaſteriorum. 7755
Vrbani VIII. de rebus regul. non alien. 3054

Ex Concil. Tridentino.

ſeſſ. 13. cap. 1. & ſeſſ. 2. cap. 10. de reform. 2715
ſeſſ. 15. c. 1. de reformat. 2891
ſeſſ. 20. c. 6. de reformation. 2887
ſeſſ. 21. c. 4. de reformat. 2911
ſeſſ. 23. cap. 13. 3133
ſeſſ. 23. de reform c. 18. 2625
ſeſſ. 24. c. 1. de reformat. matr. 2664
ſeſſ. 24. de reform. matr. c. 1. 2894
ſeſſ 24. c. 8. de reformat. 2492
ſeſſ. 24. cap. 11. in verſ. & quoad cappellanos regios. 3017
c. 12. ſeſſ. 24. de reform. 2807
ſeſſ. 24. c. 12. de reform. 2661
ſeſſ. 24. cap. 18. 3163
ſeſſ. 24. c. 20. 2674
ſeſſ. 25. Can. 5. de reformat. 3153
ſeſſ. 25. cap. 6. de regular. 2579
ſeſſ. 25. de regul. c. 10. 2637
ſeſſ 25. de regul. c. 15. 2614
ſeſſ. 25. de regul. c. 17. 2582

Ex iure Cæſareo Rubricæ.

C. de muner. & honor. & continuand. 2518

Digeſtorum, & Codicis leges.

A.

Abſentem ff. de pœnis. 2504
Actiones aduerſus ff. de action. & obl. 2598
Adeo §. cum quis ff. de acqui. rer. dom. 2619
à Diuo Pio §. ſed ſi emptor ff. de re iud. 2583
Aediles §. item ſciendum de ædil. edict. 1749
à filio §. teſtator ff. de alim. & cib. leg. 2874

B.

Baliſta ff. ad Trebell. 2495. 2528

C.

Certarum ff. de verbor. ſignif. 2511
Certa C. quando prouoc. non eſt neceſſe. 2549
Chriſtianos C. de pagan. 2639
Cum ad feliciſſimam C. de quibus muneribus. lib. 10. 3170
Cum dilationis §. Aſinam Molendinariam ff de fund. inſtruct. 2866
Cum mandati in fine C. mandat. 2948
Cum pater §. pater filia ff de leg. 2. 2594
Cum plures §. locator ff. locat. 2653
Cum quæritur §. qui impleto ff. locat. 2627
Curiales la prima C. de decur. libr. 10. 2970

D.

Debitor ff. de verb. oblig. 2750
Debitori meo ff. de iudiciis. 2493
De qua re ff. de re iudic. 2809
Diſpenſatorem ff. de ſolution. 2800
Doli in fin. ff. de nouat. 3154

E.

Edita C.de edendo. 2798
Eius artificij C.de oper.libert. 2532
Eius qui ff.ſi cert.petatur. 3032
Etiam ff.de compenſat. 2885
Exemplo C.de probat. 2854
Ex his C.quando dies legat.cedat. 2832
Ex ſextante §. latinus ff.de except. rei iud. 2498

F.

Fideiuſſores Magiſtratuum §.1. ff.de fideiuſſor. 2692
Filiusfamilias §.contra tabulas ff.de inoffic. teſtam. 2870
Fin.§.penult.ff.de ſeruitut. 2646
Fin.ff de hæredib.inſtituen. 2569
Fin.de his qui à latron. 2810
Formam C.de officio præfect.Prætor. 2588
Fin.§.fin.C.de ordin.cognition. 2536
Fin.C.pro ſocio. 2865
Fin.C.de his qui ex public.ratiocin. libr.10. 3012
Fin.C.vbi ſenat.vel Clariſsimi. 2723

H.

Hæ enim §.ſi prætor. ff. de ſuſpect. tutor. 2736
Hæredis appellatione ff.de verb.ſignif. 3130
His honoribus angariarum ff.de vacat.mun. 3109

I.

Illud C.de collat. 2652
Imperator ff.de in diem adiect. 2822
In his C.de diuerſ.officiis lib.12. 2550
In omnibus la ſeconda ff de prat.ſtip. 2654
In rem,& l.officium ff.de rei vendic. 2767
In teſtamento la 1.ff.de condit.& demonſtr. 2862
In iitus C.locat. 2519
Iu'ianus ff.de legat.3. 2779
Iul anus ff de petit.hæredit. 2789
Iubemus C.ad l.Iubam Repetund. 2517
Iubemus C.de erogat. milit. annon. lib.12. 2098

L.

Lecta verſ.ſed ſi cum ſortis ff.ſi cert.petat. 3122
Libellorum ff.de accuſat. 2883

M.

Mancipia C.de ſeruis fugitiu. 2872
Matriculam C.de agentibus in reb. libr.12. 2968
Mercennalem C.de condict.ob cauſ. 2597
Mæuius §.fin.ff.famil.herciſc. 2934
Miles §.defuncto ff ad l.Iul.de adult. 2669
Muneri §. defenſores ff. de muner.& honor. 2544
Mutuis ff.pro ſocio. 2618.2806.

N.

Neceſſario §.fin.ff.de pericul.& commod. rei vendit. 2663
Nec non §.quod eis cum gloſ.in verb. prohibeant ff.ex quib.cauſ.maior. 2647
Nec nos C.de captiuis,& poſtlim.reuer. 2757
Neque tutores C.de procurat. 2754
Nihil §.fructus ff.de legat.1. 3030
Nomen C.quæ res pign.oblig.poſſ. 2562
Non eſt veriſimile ff.de eo quod met.cauſa. 2863
Non tantum ff.de appellat. 2538

O.

Obligatione generali ff.de pignor. 2941
Officiales C.de epiſcop.& clericis. 2502
Omne delictum §.qui ſe vulnerauit ff.de re militari. 2942
Ordinariorum C.de cohortal.lib.12. 2836

P.

Penult.ff.ad Macedon. 2820
Penult.ff.de arbitr. 2921
Poteſt ff.de verbor.ſignif. 1511
Per diuerſas ff.mandat. 2556
Prætor in princ.ff.de edend. 2785.2826
Prima ff.de re iudic. 2539
prima ff.qui ſatiſdare cogant. 2554
Prima ff.de ſenator. 2592

Prima §. ſi ſtipulari ff. de verb. oblig. 2631
Prima §. præterea ff. de quæſtionib. 2698
Prima §. ait ſextus ff. ad Syllanian. 2719
Prima §. ex incendio ff. de incend. ruin. & naufrag. 2771
Prima ff. de re iudicata. 2819
Prima §. deieciſſe ff. de vi, & vi armata. 2824
Prima §. ſi vir vxori ff. de acquir. poſſeſſ. 2909
Prima ff. ſi pars hæredit. petat. 2988
Prima §. dolum ff. de repud. 2991
Prima de interdicto vti poſsidetis. 3168
Prima C de Metrop. Beryto lib. 11. 2516
Prima C. de Metallar. lib. 11. 2520
Prima C. ſuſcept. & Archar. lib. 10. 2524
Prima C. ſi aduerſus donationem. 2600
Prima C. qui petant tutores. 2704
Prima C. de liber. præteritis. 2737
Prima ad fin. C. de annal. except. 2742
Prima C. de teſtibus. 2768
Prima C. de apoch. public: lib. 10. 2889
Prima C. de debitor. vniuerſ. lib. 11. 2993
Prima C. de pignorib. lib. 10. 2994
Pronunciatio in fine ff. de verb. ſignif. 3002
Proxime ff. de his quæ in teſtam delen. 2056
Purè §. fin. ff. de dol. except. 2610. 2780. 3081

Q.

Quamuis §. ſi conductor ff. de acq. poſſ. 2805
Quartas §. condemnatum ff. de re iud. 2635
Quarta ff. de ſeruit. ruſtic. præd. 2677
Quæ omnia in fin. ff. de procurat. 2955
Quæſitum ſcio ff. de teſtibus. 2513
Quia ſemper ff de in ius vocan. 2794
Quingentum ff. de probat. 2765
Quiſquis § filius verò C. ad l. Iuliam maieſtatis 2827
Qui ſub prætextu C. de ſacroſ. eccleſ. 2606
Quod verò ff. de legib. 2802

R.

Remunerandi §. qui paſſus ff. mandat. 2784
Repetendi ff. de condict. ob cauſam. 3092

S.

Saluius Ariſto ff. de legat. præſtan. 2557
Sciant C de iis qui ex public. ratiocin. 3041
Sed Iulianus in principio & in §. non ſolum verſ. item ſi duos, & ibi gloſ. ad Macedo. 2671
Secunda § ad filiorum C. quando & quibus quarta pars debeat. lib. 10. 2500
Secunda §. & quia magiſtratus ibi veſpertinis ff. de origine iuris. 2507
Secunda §. denique ff. de aq. pluu. arcenda 2514
Secunda ff. de iuriſd. omn. iud. 2523
Secunda §. vacua ff. de act. empt. 2848
Secunda C. de ſentent. ex Breu. recit. 2728
Secunda C. de acquir. poſſeßion. 2781
Secunda C. de iur. emphyt. 2522
Secunda C. ſi in cauſ. iudic. pign. capt. fuerit. 2880
Secunda §. quod diximus ff. ſi quis caution. 2890
Secunda C. de tranſactionib. 2690
Secunda C. de pœnis. 3068
Secunda § prius de vulgar. & pupill. 2604
Secunda C. de decur. lib. 10. 2534
Sicuti ff. de annuis legatis. 2496
Siue C. de action. & oblig. 2497
Sicut dotem §. fin ff. ſolut. matrim. 2665
Si duo patroni §. ſi quis iurauerit ff. de iur. iur 2773
Si ego ff. de negoc. geſt. 2796
Si ex dolo ff. de re iudic. 2834
Si ex toto ff. de legat. 1. 2803
Si imperialis maieſtas C. de legibus. 2718
Si is, à quo §. ſemel ff. vt in poſſ. ff. legator. 2761
Si ita relictum, & l. ſi pluribus ff. de legat. 2. 2722
Si mater C. de donat. 2563
Si me & titium ff. ſi cert. pet. 2849
Sine poſſeßione ff. de vſucapion. 2760
Si ob cauſam la ſeconda C. de euiction. 2833
Si pacto quo pœnam C. de pact. 2683
Si procurator la 2. ff. de dol. except. 2888
Si quæramus ff. de teſtament. 2766
Si quis ab ab alio in fin. ff. de re iudic. 2912

¶¶ 2

Digitized by Google

Si quis ex aliena ff. de iudic. 2759
Si quis fundum ff. de contrah. empt. 2679
Si quis ſocietatem ff. pro ſocio. 2572
Si teſtamentum C. de teſtam. 2747
Si vnus §. ante omnia ff. de pact. 2840
Soluendo ff. de neg geſt. 3021
Solutionem ff. de ſolut. 2770
Stichum § fin. ff. de fideiuſſor. 2797

T.

Talis ſcriptura § fin. de lega. 1. 2786
Tanta §. contraria C. de vet. iur. enuc. 2568
Tertia §. de illo ff pro ſocio. 2700
Tertia ff. locati. 2915
Tertia ff. de liber. homin. exhiben. 2959
Titia textores §. nihil ff. de leg. 1. 2777

V.

Vero procuratori ff. de ſolut. 2761
Vnica C. de prohibit. ſequeſtrat. 2573
Vnum C. de teſtam. 2886

Auth. in Codice non inſertæ.

Auth. non eligendo ſecund. nubent. §. cum igitur, verſ. nec qualibet lex. 2861
§. ſit tibi quoque auth. de mandat. Principum. 3160

Iuris feudorum capitula.

Primo de controu. feud. apud pares termin. 2525.
Primo in fin. de feud femin. 2725
Primo de duobus fratrib. 2878
Primo de duobus fratribus. 3087
Primo §. ſi quis ruſticus de pace tenenda. 3174.
Primo §. porrò qualiter olim feudum poterat alienari. 3193
Treguas vbi gloſ. in verb frangere de Tregua, & pace. 2693
Vnic. de ſucceſſ. feud. 2578

Ex inſtitut.

§. ei qui inſtitut. de inutil. ſtipul. 2979
§ pen. inſtit per quas perſ. nob. acquir. 2801
§. pro hæredc inſt. de hær. qual. & diffe. 2808
§. fin. circ. med. inſtitut. quib. ex cauſ. man. licet. 2985
§. ex non ſcripto inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. 2864
§. item furioſi inſtit. quib. non eſt permiſſum facer. teſtam. 2986
§. aliæ inſtit. de actionibus. 2995

Ex Doctrinis Gloſ. iuris Cæſarei leges.

Gloſ. in l. actum ff. de negot. geſtis. 3000
l. bona ff. de eo quod certo loco. 2799
l. cum ita §. fideicommiſſo ff. de leg. 2. 3138
l. etiam ff. ſolut. matrim. 2795
l. fin. C. qui potior. in pign. habean. 2791
in l. fin. §. 1. C. de bon. qua liber. 2734
l. Fulcinius § ſi latitare ff. ex quib. cauſis in poſſeſſ. eat. 2570
in l. hu ſolu ff. de condict. indeb. 2876
l. interdum C. de iur. dot. 3187
l. iubemus C. de liberal. cauſa. 2560
l. Iulia ſub fin. ff. ad l. Iul de vi publ. 2905
l. Lucius ff. mand. 2703
l. Lucius in verbo condemnetur ff. manda. 2812
l. Modeſtinus in verbo actionum de ſolut. 3115
l. nemo poſſeſſorium C. de annon. & tribut. lib. 11. 2971
l. non à iudice §. 1. ff. de iudiciis. 2717
l. penult. ff. de quaeſtion. 2724
l. Pomponius §. rati. ff. de procur. 2922
l. prima ff. de bon. poſſ. furioſ. infan. 2586
l. prima C. de ſacroſ. eccleſ. 2835
l. qui interrogatur ff. de interr. act. 2813
l. qui teſtamento § mulier de teſt. 2605
in l. relegati verb. exceſſerit ff. de pœnis. 2645
in l. ſatisfactio ff. de ſolut. 2778
in l. 2. § item diui ff. de iur. fiſci. 2651
l. 2. ff. de priuileg. creditor. 2690
l. 2. C. de in ius vocando. 3107
l. ſed eum quoque §. ex contrario ff. de procurat. 2622
l. ſi quidem C. de except. 2792
in l. ſi quis verſ. vt miniſtrum ff. de leg. 2. 3184

Digitized by Google

3184
l.ſiue poßidetis C.de prob. 2607.2689
l.vnic.C.de his qui ante apert.tab. 2852
§.ſexto inſt.de ſucceſſ.ſublat. 2706
§.in ſumma in verbo extraordinaria inſtit de iniuriis. 2655
§.conſideremus in verbo legitima auth. de triente,& ſemiſſe. 3077

Ex Doctrinis Doctor.iuris Cæſarei.

Afflict.conſtit.regni Clementian.7. 2825
in conſtit regni rub.73.ſub n.41. 3059
in c.1.n 11.qui feud.dar poſſ. 3075
in conſtit.Regni ſi maritus. 3110
in c.1.de alienat.feud. 3179
Alberic.in l.Imperator ff de tutel. & rationibus diſtrahend. 2929
In l.2.§.ſi quis ita in ſuo ff. ne quid in loco publico. 3007
In l.fœdißima C.de poſtlim.reuerſ. 3053
Alciat.l.alienationis verbum ff.de verb.ſign. 2599
In l.prima n.15.ff.de acquir.poſſ. 2961
C.veniens de praſcription. 2962
Alex.in l.diuortio §.ſi fundum nu.5.ff ſolut. matrim. 2745
In l.naturaliter §.nihil commune ff.de acquir.poſſ. 2850
In l.quod meo §.fin.ſub n.2.ff de acquir.poſſ. 3008
In l.1.ff.ſi cert.petatur. 3039
In l.filiusfamilias §.diui ff.de leg.1. 3098
In l.ſeruum filij §. eum qui chirographum ff de leg.1. 3102
In l.1.§.voluntatem ff.de nou.oper.nunciat. 3125
in l.quadam §.nihil n.6 ff de edendo. 3136
Alex.conſ.69.lib.3. 3164
Andrea in c.1.§.ſimiliter circa fin. de capit. Corradi. 2515
Si quando vbi DD.C.de teſtibus. 249
Sepè vbi DD.ff.de offic.præſid. 2512
Angel l.ſciendum ff.de vſur. 2529
In l.ſi vacantia C. de bon. vacant. libr.10. 2585
In §.final.auth.de reſtitut. 2705
In l.fin.C.de ſent.ex breu.recit. 2830
In l.hereditas ex die ff.de hered.inſtit. 2925
In l.ſi finita ff.de damn.infecto. 3088
In l.qui vniuerſas §. item cum prætor ff. de acquir.poſſeſſ. 3120
l.clam poßidere §.qui ad nundinas ff. de acquir poſſeſſ. 3151
In l.omnimodo n.3.C.de inoff.teſtam. 3155
In l.ſcire debemus ff.de verb.oblig. 3169
In l.4.§.ait prætor ff de reiudic. 3172
Aret.in §.præterea l.2.inſt.de except. 2738
In l.clam poßidere de acquir.poſſeſſ. 2920
In l.ſi quidem C.de tranſaction. 2939
in l.poßideri in princip n.8.ff.de acquir.poſſ. 3140
Bald.in l.conſentan.C.quom. & quand.iud. 2499
in l. exigere dotem nu.1. in prima lect.ff.de iud. 2508
in cap.1.§.iniuria de pace iuram.firmand. 2552
l.fin.C.de fide inſtrum. 2564
in l.ab Anaſtaſio C.mandat. 2567
l.1.n.17.C.de confeſſ. 2571
in l.qui ſe patris C vnd.liber. 2577
in l.diſtrahere C. de rebus alien. non alien. 2580
in c.1.§.ſi iudex de pac.tenend. 2609
in l.ſi ea in fin.C.de condit.inſert. 2612
in l.ſi duobus §.1.C com.deleg. 2633
in l Titius ff.de hered.inſtit. 2659
in l.videamus §.qui vnum ff.locat. 2644
in rubr.C.ſi à non comp t.iudic. 2685
in l.2.C.de reſcind.vendition. 2695
l.non idcirco C.de fide inſtrum. 2711
in c.vnico § 1.tit.quo temp.mil. 2735
in l.peremptorias C. qua ſent. reſcind. non poſſ. 2851
in l.ſi non ſimpliciter C.de ædilic.act. 2906
in l.parentes poſt n.5.C.de teſtibus. 2916
in l.cunctos populos C.de ſumm.trini.& fid. Cathol. 2938
in l.prima C.ſi quis omiſſa cauſa teſt. 2943
in auth.litigioſa C.de litigioſ. 2950
in l.cum in fin.verſ.caue tamen ff.ſi cert. 2952

Digitized by Google

in c.1.§.hic autẽ qui feudum dar.poſſ. 2966
in l.inuitus n.6.C.de procurat. 3009
in l.1.n.63.C.de error.calcul. 3014
in l.humanum C.de legib. 3018
in proœmio.ff.n.7. 3020
in l.vnica poſt princip. numer.12.ff. vnd.vi. 3025
in l.ſi quis n.4.C.de relationib. 3034
in l.traditio q.9.de act.empt. 3044
in l.fin.n.1.C arbitr.tutel. 3026
in l.ne cui C.locati. 3045
in l.certi condictio §.quoniam ff. ſi cert.petat. 3057
l.ſeptimo menſe de ſtatu homin. 3065
in l.nullum n.3.C.de teſtib. 3086
in c.1. apud quem vel quos controuerſ. termin.debeat 3099
in l.ſi mater tua C.ne de ſtat. defunct. per quinquen.quæra t. 3101
in l.1.C.de fructib.& lit.expenſ. 3103
in l.non ſolum col. 2. verſ.tu adde ff. de procurator. 3118
in l.ſin autem ff. de pactis. 3123
in l.data opera n.28. C. qui accuſ. non poſſunt. 3124
in l.vnic.C.de repudiis 3131
in auth.quas ruinas n.4. C. de ſacroſ. eccleſ. 3134
in l illam C.de collationib. 3137
in l.1.C.de ſentent.quæ ſin. cert. quant.profer. 3148
in l.2.col.fin.num.28.C. de reſcind. vendit. 3147
in l.vnic.col.vlt.C.de his qui ante apert. tab. 3150
conſ.375. 3158
in c.1.§.aut libellatio quibus modis feud.amitt. 3162
in l.1.quæſt.34.ff.de rer.diuiſ. 3175
in l.1.n.24.C.de emancip.liberor. 3185
in l. hac ſcriptura ff.de condit. & demonſtr. 3186
Barbos in l.2.in princ ff ſolut.matr. 2553
Bart.in l.fraudator ff. de his quæ in fraud. cred. 2843
l.1.in fin.ff.ad municipal. 2555
in l.appellanti C. de appellat. 2574
in l.1. ff. de obſeq. à libert. patr. præſtand. 2596
in l.2.C quand.lic.vnicuiq.ſine iudic.vend. 2617.
L.ex libero ff.de quæſtion. 2630
in l.quibus diebus §.fin.de cond.& demonſt. 2621
in l.1.§.qui rationibus ff.de falſis. 2648
in l.Titio centum §.Titio genero ff.de condit. & demonſtr. 2710
in l.ſi quis libellos C.de appellat. 2721
L. de damno infecto §. ſi quis vicinus ff. de damn.infect. 2727
in l.in omni ff.de except. 2743
in l.actione C.de tranſact. 2788
in l.ſi pecuniam ff.locati. 2816
in l.ſi vir vxori n.3. ff. de acq.poſſeſſ. 2831
in l.2.ff.de except.rei iudic. 2839
in l. prolatam C. de ſentent. & interloc. 2853
in l.non fatetur ff.de confeſſ. 2871
in l.liberorum ff.de verb.ſignif. 2893
in l.Mæuia ff.ſolut.matrim. 2914
in l.ſingularia.ff ſi cert.petat. 2927
in l.ad probationem C.locati. 2975
in l.prima §.ait prætor ff.ne quid in loc. public. 2879
in l.Paulus.ff.de ſolution. 2896
in extrauag ad rempr. 2901
in l.2.C.de ſent.quæ ſine cert.quant.profer. 2904
in l.prima B.de pactis. 2930
in l.omnia §.cum ita ff.de leg.2. 2935
in l.cum ſeruus ff.de verb.oblig. 2937
in l.1.C.vbi de crim agi oport. 2946
in l.ſi expreſſum num.10.ff. de appellat. 2951
in l.poſt legatum col.fin.ff.de his quib. vt indign. 2965
in l.procurator cui in princip. ff. de procur. 3010
in l.hoc interdicto n.3. ff. de itinere act. priuat. 3011
in l.eos num. 6. C. ad leg. Cornel. de falſis. 3029

in l.tertia §.creditores nu.14. C. de pignor. 3031
in l.is qui reus n.16.ff.de public.iudic. 3033
in l.amplius n.8.ff.rem rat.hab. 3036
in l.fin.de ſent.ex breu.recit. 3038
in l.hoc iure ff.de ſolution. 3048
in l.Codicillis §.institutio ff.de leg.2. 3055
l.ſi merces §.culpæ ff locat. 3067
in l.2.C.de acquir.poſſ. 3061
in l.teſtium C.de teſtibus. 3097
in l.quominus n.88 ff.de flumin. 3091
in l.fin.§.ſed ſi C.commun.de leg. 3114
in l.ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus nu.3. de verbor.oblig. 3126
in l.cohæredi §. ex his ff. de vulgar.ſubſt. 3139
in l.1.n.8.C.de bon.vacantibus. 3156
Bellapertic.in l.cum ciuili.C.de ordin.cognit. 3161
Cagnol.in l.Papinianus §.quarta n.8. ff. de inoffic.teſtament. 2957
in l.1.C.de reſcind.vendit. 2828
Caſtr.l.noſtram n.3.C.de teſtam. 2505
in l.naue Saupheli ff.locat. 2610
in l.poſthumus §.ſi quis ex his ff. de inoffic. teſtament. 3913
in l.ſi cum dotem §.ſin autem in ſæuiſſimo n.3.ff.ſolut.matrim. 2958
in l.ſeruitutes n.9.ff.de ſeruitut. 2998
in l.acceptam ſub n.12.C.de vſur. 3178
Clar.in §. homicidium verſ. ex propoſito. 2584
in Pract.crimin.quæſt.45.n.13. 2996
Cuman. in l. Pomponius §. quæſitum ff. de acquir.poſſeſſ. 2940
n l.Gallus §.quidam rectè nu.7. ff.de liber. & poſthum. 3084.2.
yn.in l.vnic.§.1.C.de rei vxor.act. 2967
l.procurator ad vnam ſpeciem C. de procurat. 3050
c. in l. cum proponas la.2. C. de pactis. 2944
.1.n.52 ff.ſi certum petat. 3022
DD.l.ſub prætextu C.de reſcript. 2530
.in l.ſi actionem C.de pact. 2670
DD.in l.1.§.cum vrbem de offic.Præf. vrb. 2680
L.Gallus §.idem credendum ff. de liber. & poſthum. 2709
L.ſocietatem §.arbitrorũ ff.pro ſocio. 2790
L.ſi ſe non obtulit §.condemnatum ff.ſi certum petat. 2815
C.1.de feud.non habent.propr.feud.natur. 2821
L.penultima C.commun.diuidun. 2945
in l.non putabam ff. de condit.& demonſtr. 2856
l.Baliſta ff.ad Trebell. 2895
in l.prima ff.de verb.ſignif. 2949
Dyn.in l.ſi pupillorum. §.fin. ff. de reb.cor. 2537
in l.ſicut §.fin.de accuſat. 2559
Iaſ. in auth. ſi verò contigerit C. de iudic. 2573
l.illa ſtipulatione ff.de verb.oblig. 2510
in l.fideiuſſor §.ſi ſatiſdatum ff.qui ſatiſdar. cogan. 2546
in l.properandum §.& ſiquidem C.de iudic. 2548
in l.1.ff.de leg.1. 2551
in l.cum Sillanianum n.3.C. de his quibus, vt indignis. 2613
in l.2.§.3 ff.ſi quis caut. 2650
in l.in minoribus C. de his quibus vt indignis. 2733
in auth.Sacramento puber C.ſi aduerſ.vend. 2783
l.vt liberis C.de collat. 2807
In l.eum qui §.in popularib.ff. de iur.iuran. 2812
in l.ait prætor in princ.ff.de iur.iuran. 2855
in l.3.§.ſi rem ff.de acquir.poſſ. 2875
in l.ſi duo patroni §.idem Iulianus ff. de iur. iurand. 2897
in l.quoties ff.qui ſatiſdar.cogantur. 3005
in l.fin.n.40.C.de iur.emphyteot. 3037
in l.fideiuſſor.§.ſi ſatiſdatum ff.qui ſatiſdat. cogantur. 3108
in l.ſi filius numer.6. ff. de acquir.hæredit. 3113
l.admonendi num.132. ff. de iur.iurand. 3152

in l.clam.poſſidere §.qui ad nundinas ff. de acquir.poſſeſſ. 3121
Imol.l.in his §.1.ſolut.matrim. 2615
in l.intereſſe ff.de acquir.poſſ. 3062
in l.mutiana ff.de condit.& demonſt. 3112
Marſil.in l.de minore §.plurimum nu. 76. *ff de quaſtionibus.* 3165
*Odofred.in l.ſi minori C.de iur.fiſc.lib.*10. 3180
Oldrad.conſ 229. 2910
*Rip.in l.filiusfam.§.diui de leg.*1. 2603
in l.ſi conſtante.ff.ſolut matrim. 2626
in l.4.§ condemnatum ff.de re iudic. 3071
Ronchegal.l.eandem ff.de duob.reis. 2641
Salic.in l.vbi adhuc C.de iur.dot. 2763
in l.1.C.de generali abolitione. 2899
*in l.neque tutores n.*11.*C.de procur.* 2981
*in l.ea lege q.*3 *C.de condict.ob cauſ.* 3145
Socc.in l.rem quæ nobis ff.de acq.poſſ. 2837
in l.nemo prohibetur ff.de exception. 2913
in l rem quæ nobis ff.de acquir.poſſ. 3129
Speculat.in tit.de inſtrum.edit.§.videndum reſtat. 2681

Ex conſtitut.Regni Neapolitani.

Conſtitut.Regni eos tantum officiales. 2545
Conſtitut.Regni ſiue quis. 2577
Conſtitut.Regni Hoſtic. 2702
Conſtitut.Regni in locis demanij. 2739
Conſt.Regni Magiſtri Camerarij. 2793
Conſtit. Regni aduocatos in tit. de praſtat. ſacram.ab aduocat. 3035

Ex capitulis Regni Neapolitani & Siciliæ.

Cap.32.Neap.inter capit.& priuileg. Neap. 2509
c.Regni incip.vt quæ ab excellentia noſtra. 2858
c.Regni Siciliæ Regis Alphonſi. 28.29. 2657
Conſuet.Panormitana 29.in tit.de prohibitu ædificiis. 2919

Ex Pragmaticis Regni Neapolitani.

Pragmatica Regni Siciliæ vnic.ſub tit. de priuileg ædificant.palat.vel magn.dom. 2611.
Pragm. Regni 2.incip. querula diſpoſitione ſub rubr.vbi de crimin.agi oportet. 2963
Pragmatic. Regn. 9. *de ſuſpicion. official.* 2668
Pragm.Regni 13.Rub.de adminiſtr.vniuerſitatis. 2708
Pragm.Regni 1.de Chirurgis, & Barbit. 2746
Pragm.Regni 16.de actuar. 2776

Ritus Curiæ Archiepiſcopalis Neapolis.

Obſeruantia Curiæ Archiepiſcopalis Neapolis circa impeditionem liquidationis inſtrument 3159
Ritus Curiæ Archiepiſcopis Neapolis. 17. 2501
Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ. 1181. 2666
Ordinationes legum Hiſpaniæ lib.1.tit. 67. 2638
Ordinationes legum Hiſpaniæ lib.3.tit. 64. 2608

Finis Indicis Locorum.

Digitized by Google

INDEX MATERIARVM QVÆ IN HAC SEPTIMA PARTE Collectanearum continentur Serie Alphabetica diſpoſitus.

A

ABbates, & monachi non poſſunt ſuſcipere filios de Baptiſmo, & ſuſcipiendo peccant. 2660

Abbatiſſa an, & quando iuriſdictionem exercere valeat 2675

Abſens de licentia ſuperioris quando dicatur præſens 2612

Abſolutionem petens ab excommunicatione an fateatur ſe excommunicatum? 2980

Abſolutio excommunicationis ad cautelam non ſit ab interdicto. 2734

Abſolutio à iuramento ad effectum agendi an ab epiſcopo concedatur? 3186

Abſolutus cum cautione de parendo, an & quando reincidat in excommunicationem? 2541

Acceptans aliquid videtur illud acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus. 3123

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. 2532

Actio non datur, niſi implemento ſequuto. 3024

Actionem negociorum geſtorum habet, qui pro alio adimplet obligationem, & ſoluit quod verè debebat: quid in dotante? 3021

Actori an permittatur variatio in iudicio Cameralis obligationis? 2784

Actor in hæreditatis petitione interrogare debet an reus ſit hæres? 2813

Actum nihil dicitur quando aliquid ſupereſt agendum 2613

Actus geminatio maiorem firmitatem inducit. 2528

Actus an præſumatur factus ab eo, cuius intereſſe concernit? 3007

Actus conditionalis non valet, niſi exiſtente conditione. 2679

Accuſatione pendente non debet quis ſuo iure priuari, nec monachus voce actiua 2526

Aditio hæreditatis ex quib. probetur? 2808

Adminiſtratio Regni an, & quando rege mortuo tranſeat in ſucceſſorem? 2961

Adulteri, vel mariti filia nata ex muliere quando præſumatur? 2669

Aedificare in præiudicium vicini quando quis poſſit? 2919

Aedificatio nouorum conuentuum prohibita apud loca fratrum S. Auguſtini 2756

Aequitas l. ſi me, & titium quando locum habeat 2849

Aeſtimatio bonorum dotalium an faciat

Digitized by Google

emptionem? 3187
Aeſtimatio eſt facienda antequam hereditas diuidatur 2934
Aeſtimatores qualiter eligendi, & de eorum officio. 2828
Aetas in immemorabili quinquaginta quatuor annorum qualiter probanda? 3000
Affixio edictorum poſt præſentationẽ à compatronis factam ante inſtitutionem, an & quando facienda ſit? 3632
Aleatores publici ſunt infames quibus conferri beneficium an poſſit? 2772
Alienatio rerum eccleſiæ quæ requirat ad declarationem Bullæ Vrbani VIII. de rebus regular. non alienand. 3051
Alienans partem rei quando cadat à tota hæreditate. 2855
Alienationis prohibitio facta ad certum tempus an extendatur vltra illud? 3145
Alimenta, & litis expenſæ quando ſint præſtanda in cauſis matrimonialibus. 2674
Alimenta, & ſumptus litis debentur ob paupertatem, & præſumptionem boni iuris. 3117
Alimenta danda illegitimis taxantur iudicis arbitrio. 3077
Alimenta præſtanda ſunt ſecundum perſonarum qualitatem. 2499
Allegatio ſuſpicionis, quâ forma fieri debeat in Regno. 2668
Altari ſeruiens de altari viuere debet. 2595
Amoris furore nihil eſt vehementius; multa enim facta amoris furore excuſantur. 2706
Annalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum. 2610
Antecedenti conceſſo conceditur, & conſequens, & è contra. 2523
Appellans an poſſit inuito appellato expreſsè vel tacitè appellationi renunciare? 2721
Appellatio in poſſeſſorio prohibita, cenſetur etiã prohibita ad effectum deuolutiuũ. 2758
Appellatio à ſententia viſitationis quando admittatur? 2715
Appellatio quoad vnum caput non deuoluitur quoad alia ſeparata. 2574
Appellatio à nomine, & electione fieri poteſt, & eſt admittenda. 2534
Appellatio interpoſita ab vno ex condemnatis quando alijs prodeſt? 2773
Appellatio pro condemnato à quolibet fieri poteſt. 2538
Appellatione interpoſita à diffinitiua, an & quando debeat exprimi cauſa? 2891
Appellationi an renunciare cenſeatur non rediẽs pro apoſtolis intra triginta dies? 3171
Appellationis cauſa licet ſit deſerta non videtur deſerta cauſa nullitatis 2951
Appellationis cauſa an dicatur eadem cum prima? 3009
Appellationis prohibitio an liget tertium venientem ad cauſam pro ſuo intereſſe. 1755
Approbari non poteſt id quod ſemel impugnatum fuit. 2800
Aqua exiens de fundo alicuius deſinit eſſe in eius Dominio. 3091
Arbitriũ an intelligatur prout de iure? 3114
Archidiaconi an & quando debeant eſſe Doctores? 2261
Argumentum à veroſimili an, & quando valeat: & de pluribus argumentis, quæ in iure noſtro procedunt de vno caſu ad alium. 2863
Argumentum de minori ad maius quando valeat? Maiori ſumma an, & quando minor inſit? 2631
Argumentum à contrario ſenſu ex quibus deſumatur, & quando procedat? 2605
Argumentum à maioritate rationis, vel paritate an ſit validum in priuilegiis? 2802
Articulos obiectiuos dare volens, quæ ſpecificare teneatur. 2838
Aſſaſſinij qualitas, & eius declaratio ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat, antequam à ſeculari procedatur. 2531
Aſſecurationis contractus, an & quando valeat. 2620
Aſſertioni iuratæ in his, quæ ab alicuius animo pendent, an ſtetur? 2782
Aſſiſtentia iuris communis an ſufficiat pro obtinenda manutentione. 3013
Attentata, an, & quando ſint reuocanda pendente

Digitized by Google

pendente appellatione? 3104
Auocatio cauſarum quid operetur? & quomodo fiat? 2593
Augumentum, & diminutio pari paſſu ambulant. 3803

B.

BAnniti receptari non poſſunt ſub pœna excommunicationis, quod limitatur multipliciter. 2726
Banniti, & contumaces ad purgandam contumaciam, coram quo ſe debent præſentare? 2825
Bannitum occidenti quando debeatur præmium? 2617
Baptiſmus, & criſma an faciant beneficium curatum? 2823
Barones, & affictatores terrarum non poſſunt cogere vaſallos ad conducendum eorum introitus. 2793
Baro præfertur in fructibus feudi à vaſallo vendendis, & in conductione bonorum feudalium. 2520
Baro quo caſu habeat dignitatē regalē. 2516
Baſtardi vt poſſint ſuccedere cum legitimis an ſtatuto caueri poſſit? 1966
Beneficia in confidentiam recepta vacant à die receptionis quid in penſione? 2731
Beneficia non poſſunt impetrari à Sede Apoſtolica à iudicibus cauſarum beneficialiū, & à cæteris perſonis contentis in Bulla Pij IV. 2644
Beneficia quæ conferuntur, & quæ non conferuntur per conuerſum quæ ſint. 3070
Beneficiorum vltimus ſtatus, ſicut in qualibet re inſpicitur. 2652
Beneficiorum familiarium collatio ad Cardinales ſpectat 2590
Beneficiorum collatio de iure communi ſpectat ad epiſcopum in ſua diœceſi. 2954. 2960
Beneficium an poſſit conferri publicis aleatoribus. 2772
Beneficium quando vacet? & quibus modis? 2601
Beneficium reſignare an cogatur qui petiit licentiam cedendi, & obtinuit? 3069
Beneficium vt dicatur litigioſum quid requiratur. 2950
Beneficium c. Odoardus quando, & quibus competat? 2696
Beneplacitum Apoſtolicum an ex curſu temporis præſumatur. 3125
Birruarijs tanquam infamibus non creditur 2529
Bona alienari prohibita an veniant ſub obligatione generali 2941
Bona fideicommiſſo ſubiecta an veniant in generali ſubſtitutione? & an in generali diſpoſitione. 3055
Bona hæbræorum an poſſint tanquam bona hoſtium deprædari. 2639
Bonorum appellatione an veniant ſerui, & quæ veniant. 2935
Bulla Alexandrina quas pœnas infligat offendentibus collitigantes. 2587

C.

CAnonicus inſeruiens Epiſcopo an dicatur reſidere? 2686
Capitulum an impediat executionem literarum Apoſtolicarum? 2811
Capitulum Cathedralis præcedit capitulum collegiatæ. 2999
Cappellani Regij an ſint exempti ab ordinarij iuriſdictione? 3017
Cappellæ poſſeſſionis adeptione acquiritur etiam poſſeſſio bonorum eiuſdem cappellæ. 2667
Caſus omiſſus quando habeatur pro omiſſo? 2687
Cauſa appellationis an dicatur eadem cum prima? 3009
Cauſa criminali pendente, an & quando ſuperſedeatur in ciuili? 3033
Cauſa finalis elicitur ex prœmio diſpoſitionis. 2569
Cauſa non debet amplius remitti ad eum, qui ſemel grauauit. 2642
Cauſa quæuis etiam iniuſta excuſat à dolo. 2920
Cauſa vniuerſalis actus eſt potius attenden-

Digitized by Google

da, quam ipſius actus exercitium? 3185
Cauſarum auocatio quid operetur? & quomodo fiat? 2593
Cauſæ maiores ad ſedem Apoſtolicam referuntur, & quænam cenſeantur cauſæ maiores? 3056
Cautio de iudicio Sixti à reo præſtanda poſt oblationem libelli 2554
Cenſus ſuper quibus conſtituendum, & quæ pacta reddant illum validum, vel inualidum 2678
Cēſus impoſitio eſt ſpecies alienationis 2928
Cenſus conſtitutio, & creatio qualiter facienda iuxta bullam Pij V. 3089
Ceſſio ex quibus præſumatur ſimulata? 2556
Cedens non liberatur donec ceſſio non eſt ſortita ſuum effectum 2914
Chirurgi, & Barbitonſores excuſantur ſi vulnera parui momenti non referant iudici 2746
Citatio ad videndum iurare teſtes eſt de ſubſtantia aliàs illorum examen eſſet nullum 2491
Citatio facta vni ex procuratoribus an inducat illius approbationem? 2922
Citationis defectus reddit iudicium nullum. 2521
Citatus an, & quando, debeat perſonaliter comparere 2918
Citatus bis domi non comparens poteſt excommunicari, quod declaratur. 2501
Citatus in vna cauſa, an in alia in eodem termino reſpondere teneatur. 2650
Ciuitatis nomen quando comprehendat diſtrictum territorium, & comitatū? 2680
Clauſula in fine poſita, an ad omnia antecedentia referatur. 2786
Clauſula, & quibus dederit, an operetur tranſmiſſionem ad quoſcunque heredes in emphyteuſi eccleſiaſtica? 2821
Clauſula notabilis in impetratione reſcripti quæ dicatur? 2572
Clauſula appoſita executioni contractus an nullum reddant effectum. 2933
Clerici an procuratoris officium exercere an poſſint. 2640
Clerici an, & quando in habitu, & tonſurā incedere debeant? 2701
Clerici in quibus cauſis poſſint patrocinari. 3035
Clerici nomen, an ſit generale comprehendens quemcunque ordinem. 2877
Clericum detinens inuitum in aliqua domo an, & quando ſit excōmunicatus? 2662
Clericus an, & quando ſuccedat in feudo? 2725
Clericus quādo gaudeat priuilegio fori? 2606
Clericus an poſſit extrahi à miniſtris eccleſiæ à loco ſacro in iis caſibus, in quibus laici extrahi non poſſunt. 3177
Collatio beneficiorum de iure communi ſpectat ad epiſcopum in ſua diœceſi. 2954. 2960
Collatio beneficiorum familiarium ad Cardinales ſpectat. 2590
Collegium, capitulum, & vniuerſitas, an & quando ſint collegialiter citandi? 3040
Colluſio quid ſit, & qualiter probetur? 2869
Colonus quando teneatur dare partem arborum ſiccarum, & caduarum. 2745
Commiſſio impetrata poſt litem conteſtatam quando valeat. 3034
Comparitio citati, an, & quando ſanet omnes defectus citationis? 3064
Compenſatio an, & quando locum habeat? plures caſus recenſentur. 2885
Compenſatio an, & quando poſſit opponi. 3043
Conceſſio caſtri an, & quando intelligatur cum mero, & mixto imperio? 2841
Concurſus an requiratur in parochialibus de iure patronatus laicorum? 3163
Conditio adiecta legato infra quantum tempus ſit adimplenda. 2500
Conditio ſi ſine filiis deceſſerit an intelligatur de filiis maſculis & etiā de fœminis? 3094
Conductor quando teneatur inuitus perſiſtere in locatione? 2519
Confeſſio carcerati dicitur metu, & non ſponte facta. 2571
Confeſſio facta coram Tabellione etiam parte præſente

Digitized by Google

præſente quando fidem faciat? 2560

Confeßio Prælati an, & quando præiudicet eccleſiæ? 3132

Confeßio procuratoris non nocet Domino. 2543

Confeßio proceſſu annullato an firma remaneat? & quando dicto de errore reuocetur? 2602

Confeßio ſine cauſa nulla eſt, neque obligationem inducit, quod declaratur. 2561

Confeßio tutoris facta in inuentario an liget pupillum? 3026

Confeßioni qualificatæ, quando, & qualiter credendum ſit. 2792

Confinia frangens relegatus quando puniatur? 2645

Confirmatio quid ſit, & quotuplex? 2983

Conſenſus patris quando requiritur ſi filius debet comparere in iudicio. 2734

Conſenſus præſtitus reſignationi an cõſtituat in quaſi poſſeßione præſentandi. 3046

Conſenſus propinquorum, nec non beneplacitum Apoſtolicum, an ex curſu temporis præſumantur? 3125

Conſenſus reſignationum infra quot dies extendantur. 2751

Conſignatio, ſeu reſtitutio dotis eſt nulla, niſi probetur vergentia viri od inopiam. 2626

Conſuetudo quam vim habeat? 2864

Conſuetudines, & ſtatuta iurata non poſſũt caſſari, nec ſuper eis diſpenſari. 2535

Continuatio poſſeßionis in hæredem, ex ſtatuto an, & quando ceſſet? 2950

Contraria ſimul eſſe an poßint? 2806

Contraria ſimul eſſe non poſſunt, declaratur regula contrariorum. 2618

Contractus an præſumatur cenſualis, vel emphyteuticus. 2692

Contractus correſpectiui requirunt adimplementum, alias non competit actio, nec exequutio. 2565

Contractus vbi cenſeatur celebratus an in loco vbi literæ ſcriptæ, an vbi receptæ ſint? 2508

in Contractibus nominatis an liceat ab eis recedere ob non implementum alterius partis? 2816

Contrectatio an ſit de furti ſubſtantia? quid in filio contrectante an poßit condemnari? 2875

Controuerſia inter Dominum, & vaſallum eſt remittenda ad pares curiæ, niſi in contrarium ſit conſuetudo. 2525

Contumacia, & contemptus in pœnis, potius quam intereſſe pecuniæ inſpicitur. 2654

Conuentus ſuper proprietate coram vno iudice an poßit reconuenire ſuper poſſeßione coram alio. 2753

Creditor amiſſo chirographo habet debiti perſecutionem, & probationem. 2505

Creditor an, & quando ad licitationem admittatur. 2880

Creditor anterior cum aſſenſu concurrens cum aliis creditoribus tenetur exequi feudalia bona. 2498

Crimen extorſionis an committatur à non habente officium? 2545

Crimen læſæ committit qui ſibi magiſtratum vſurpat. 2550

Curator dandus eſt adulto ciuiliter agenti. 2704

Curator bonis abſentis à iudice quando debeat deputari. 2757

Curatores, & tutores an, & quando procuratorem conſtituant. 2754

D.

DAmnum culpa ſocij obueniens ſocietati, alteri ſocio non debet nocere. 3067

Debitor ille dicitur à quo inuito poteſt exigi. 2750

Debitores vniuerſitatis an poßint aſſumi ad honores? 2993

Decima an ſoluatur de bonis patrimonialibus, datis in titulum? 2628

Decimarum quantitas quando ex conſuetudine minuitur, & augetur? 2953

Decimarum quantitas an & quando pendeat à conſuetudine? 3076

Digitized by Google

Decimarum tranſactio tranſigentium vitam non excedit. 2992
Declarans nihil ponit in eſſe, & nihil de nouo facit. 2619
Decretum latum ex falſa cauſa an ſubſiſtat? 3164
Decuriones an tempore officij laborantes pro vniuerſitate, debeant eſſe immunes ab oneribus? 2970
Defectus qualitatis, in qua ſtatutũ ſe fundat, poteſt opponi non obſtante ſtatuto reijciente quaſlibet exceptiones. 2842
Defectus implementi etiam in minimo agenti an obſtet? 2944
Delicta extincta cumulantur cum nouis ad augendum pœnam. 2559
Delictum commiſſum extra territorium an poſſit cognoſcere iudex Domicilij. 2946
Denunciationes eorum, qui matrimonio iungi volunt, qualiter facienda? 2894
Depoſitum vnius carolent quando ſufficiat cum oblatione ſoluendi reſiduum in cauſa iudicati? 3172
Depoſitum, vt releuet debet eſſe purum, & ſine aliqua conditione. 3178
Deſcendentia probari debet ab eam allegante. 2694
Dictio, ad, quid importet. 2856
Dictiones aliquis, aliquod, aliquid, & alius quid importet. 2767
Dictio, debet, quid importet. 2785
Dictio, & cetera, quid importet. 2773
Dictio, &, quid importet 2777
Dictio, etiam, quid importet. 2768
Dictio, ex, quid importet. 2771
Dictio, ita tamen, quid importet. 2765
Dictio, libere, quid importet. 2787
Dictio, niſi quid importet 2788
Dictio omnis quid importet. 2779
Dictio, penitus, quid importet. 2764
Dictio, perpetuò, quid importet. 2780
Dictio, prout, cuius ſit natura? 2798
Dictio, quis, quid operetur? 2874
Dictio, ſemper, quid importet? 2794
Dictio, tantum, quid importet? 2789
Dictio, videtur, quid donotet, & de eius natura? 2824
Dictio, vt ſupra, cuius natura ſit? 2791
Dignitates maiores in Cathedralibus poſt Pontificalẽ quando ſint reſeruata? 2616
Dignitates, & officia minora, an accedente ſuperioris conſenſu poſſint permutari. 3051
Dignitates proueniunt à Principe, quæ ſint regales dignitates, & quo caſu Baro habeat dignitatem Regalem. 2516
Dilatione pendente ad ſoluendum non poteſt mora conſiderari. 3122
Diſpenſatio an, & quando latè ſit interpretanda? 3042
Diſpenſatio non ſit ab inferiori in leges ſuperioris. 2588
Diſpenſatio in radice matrimonij, an & quando legitimet prolem? 3063
Diſpoſitio an reddatur conditionalis, ſi conditio executioni adiecta reperiatur? 2832
Diſpoſitio legis quando ceſſet vbi ceſſat eius ratio. 2743
Diſpoſitio l. hæreditas ex die ff. de hæredib. inſtit. 2925
Diſpoſitio omnis intelligitur de habili, qualiter hoc intelligatur? 2835
Diſpoſitio poſterior ſolemnis, & iudicialis eſt potius attendenda quam prior minus ſolemnis, & extraiudicialis. 3086
Dimiſſio an præſumatur. & quando? 2945
Doctores legum an ſint immunes de iure communi à munere hoſpitij. 3109
Dolor iuſtus in delictis an & quando excuſet? 3110
Dolus tertij quando noceat: & plura de dolo, & metu. 2888
Dominij acquiſitio an fiat per procuratorem qualiter probetur? 2801
Dominium in rei vendicatione qualiter probandum? 2676
Dominus in pari cauſa præfertur omnibus aliis. 2665
Dominus loci an comprehendatur ſub ſtatutis loquentibus de excluſione fœminarum. 2921
Domum paruam vendere ad ornatum ciuitatis

tatis quandoq; quis cogi poſſit? 2611

Donari poteſt res aliena Domini conſenſu interueniente. 2600

Donatio facta à matre ſponſo filiæ, ſequutis nuptiis, & ex poſt facto diuortio firma remanet. 2563

Donatio modalis facta eccleſiæ & pio loco an poſſit reuocari? 3144

Dos, cum ſit quid conditionale, an ſtatim peti poſſit? 2710

Dos in pecunia, & mobilibus conſiſtens reſtituitur infra annum, in ſtabilibus ſtatim. 2553

Dotis cauſa, & paraphernalium à pari procedunt. 2594

In Dubio tutior pars eſt eligenda. 2506

E.

ECcleſia an, & quando ſit capax rei emphyteoticæ: cũ ſit manus mortua. 3179

Eccleſia qualibet tenetur celebrare feſtum ſuæ dedicationis. 3157

Effectuatio prouiſionis probatur ex ſucceſſiua vacatione. 2910

Electio, & nominatio an debeat eſſe libera. 2982

Electio facta non poteſt caſſari. 2544

Electio officialium quando ſuſtineatur, & quando non? 2638

Electio Protomedici in ciuitate Neapolis debet fieri de naturalibus. 2730

Electio regularium debet fieri per vota ſecreta. 2579

Electionis forma per ſcrutinium, per compromiſſum, & per inſpirationem non ſeruata, an electio valeat? 3166

Emphyteuſis ad tertiam generationem comprehendit etiam pronepotes. 3134

Emphyteuſis eccleſiaſtica ex ſui natura, an tranſeat ad heredes? 2795

Emphyteuſis eccleſiaſtica an & quãdo tranſeat ad perſonas extraneas? 3136

Emptor an debeat eſſe ſollicitus, vt pecunia conuertantur in cauſam expreſſam? 3154

Emptor, cui ſit data dilatio ad ſoluendum an faciat fructus ſuos? 3003

Emptor in venditionibus iudicialibus debet deponere totum precium. 2583

Emptor quando petere poſſit fructus pro rata partis precij ſoluti? 3044

Emptor tempore retrouenditionis tranſacto, an retrouendere cogatur? 2695

Epiſcopus an poſſit cogi ſeminarium erigere in ſua diœceſi? 2625

Epiſcopus benedicit Abbates, Abbatiſſas, & Moniales. 2697

Epiſcopus habet facultatem abſoluendi ſubditos à caſibus occultis in foro conſcientiæ, & hæc facultas extenditur, & delegatur. 2887

Euictio an competat ſi res à iudice vendita fuerit? 2733

Examen teſtium abſque interrogatoriis, & interprete an ſit nullum? 2987

Examen teſtium eſt nullum niſi præcedat citatio ad videndum illos iurare. 2491

Examinari debent virgines ante profeſſionem in religione an perſiſtant in eadem voluntate. 2582

Examinis tempore ſcientia eſt neceſſaria. 3135

Exceptio declinatoria coram quibus iudicibus terminetur. 2759

Exceptiones in continenti probandæ quando admittantur contra inſtrumentum liquidum. 2493

Exceptio erroris an intelligatur reiecta à ſtatuto reijciente quaſlibet exceptiones? 2871

Exceptio hoſtica quando opponi poſſit? 2702

Exceptio intentionis, & facti non cenſetur excluſa à ſtatuto excludente omnes exceptiones. 2851

Exceptio iuris tertij penitus excluſiua an & quando opponatur? 2839

Exceptio nullitatis ex eiſdem actis apparentis an & quandò impediat executionem ſententiæ. 3071

Exceptio probanda eſt cum omnibus ſuis qualitatibus 3006

Exceptio proprietatis an admittatur in poſſeſſorio. 2850

Digitized by Google

Exceptio, quæ prouenit ex natura actus quãdo cenſeatur à ſtatuto reiecta. 2873
Executio parata an competat pro obligationibus ſtipulatis penes acta curiæ? 2666
Executio an poſſit fieri ſtante re iudicata abſque vlla citatione? 3182
Executio non impeditur per tertium, qui non poſſidet etiam ſi non adeſſet cameralis obligatio. 2947
Excommunicari poteſt citatus bis domi ſi non compareat, quod declaratur. 2501
Excommunicationes aliquot recenſentur Papæ reſeruatæ. 3060
Excommunicatus an & quando in iudicio pro ſe, vel pro aliis intercedendo eſſe poſſit. 2729
Exemptio ab hoſpitatione quando competat? 2509
Expenſæ, & donationes, an & quando veniant in collatione? 2807
Expreſſum quando dicatur, & intelligatur, & vbi requiritur non ſufficit tacitum. 2513
Extorionis crimen an committatur à non habente officium. 2545

F.

FActum præſumitur ab eo factum qui facere tenetur. 2937
Factum proprium quando quis impugnare poſſit, vel è contra. 2497
Ad factum proprium an quis teneatur, vel ſoluendo intereſſe liberetur? 2912
Falſitatis inſtrumenti cauſa, an faciat ſuperſederi in cauſa ciuili? 3161
Fama, ſeu rumor vicinæ ſuper impedimento matrimonij an probet? 3016
Fama vt probet quæ requirantur. 3165
Fœmina an conſeruet agnationem. 3002
Fœminæ an veniant hæredis appellatione. 3130
Feudum hæreditarium an & quando veniant in reſtitutione fideicommiſſi. 3175
Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur etiam ad liberos. 2851
Fideiuſſor an & quando poſſit petere liberationem. 2703. 2774
Fideiuſſio an, & quando vim ſolutionis obtineat. 2778
Fideiuſſor an nomine debitoris contineatur? & an in eo locum habeant diſpoſitiones loquentes de debitoribus? 3039
Fideiuſſor qua actione agere poſſit contra principalem. 2784
Fideiuſſor an teneatur, ſi mutetur iudex, res vel actio? 2717
Fideiuſſor ſoluens quando poſſit obtenta ceſſione conuenire fideiuſſores? 3115
Fideiuſſor vt dicatur ſtetiſſe diu in obligatione, relinquitur arbitrio iudicis. 2818
Filia ex coniuge nata quando præſumatur filia coniugis, vel adulteri? 2669
Filia non poteſt doti renunciare, & aliqua de renunciationibus declarantur. 2907
Filiatio an probetur ex nominatione, & actu proportionabili institutionis? 3047
Filius iudicium patris agnoſcendo an in legitima ſibi præiudicet. 3158
Finalis cauſa elicitur ex prœmio diſpoſitionis. 2569
Fiſcus an acquirat bona, quæ deferuntur alio iure, quam hæreditario abſque legitima aditione. 3156
Foriudicatio à quibus fieri poſſit. 2576
Fraus eſt difficilis probationis, & quæ requirantur ad illius probationem? 2991
Fructus ſunt reſtituendi deductis expenſis. 3103
Fructus rei legatæ an debeantur conditione pendente? 2551
Fructus quomodo ſint reſtituendi ab eo qui obtinuit in poſſeſſorio ſi ſuccumbat poſtea in petitorio? 2503
Fructuum reſtitutio ſeparatorum à ſolo quando ſit facienda? 2749
Furioſus an hæreditatem extranei tranſmittat ad ſuos hæredes? 2586

Digitized by Google

Furioſus, fatuus, prodigus an teſtari poſſint? 2986
Furore amoris facta excuſantur. 2706

G.

GEminatio actus maiorem firmitatem inducit. 2528
Geminatio verborum inducit enixam legiſlatorum voluntatem. 2895
Gratia per verbum fiat an cenſeatur perfecta? 3018
Gratiæ appellatione quid veniat. 2908

H.

HEbræorum bona an poſſint tanquam bona hoſtium deprædari. 2639
Hæres non conficiens inuentarium tenetur probare non extare alia bona, ex quibus detractiones facere poſſit. 2931
Hæreditas extranei delata furioſo an transmittatur ad ſuos hæredes. 2586
in Hæreditatis petitione actor interrogare debet an reus ſit hæres? 2813
Homicidium ex quibus præſumitur doloſum 2584
Hypotheca an faciat incurrere pœnam adiectam prohibitioni alienationis? 3162
Hypotheca non inducitur niſi in caſibus expreſſis. 2690
Hypotheca datur pro alimentorum præſtatione. 2958

I.

ILlegitimus per religionis ingreſſum quando fiat habilis ad omnes ordines, & dignitates? 2672
Illiterati non poſſunt aſcendere ad clericatus gradum. 2892
Immemorabilis quæ requirat? & quando ceſſet vis præſcriptionis immemorabilis? 3119
Impedimentum vt excuſet an, & qualiter probandum? 2890
Implementi defectus etiam in minimo acerti an obſtet? 2944
Impuberum vota à parentibus irritari poſſunt. 2752
Incompetentia orta lite cõteſtata poteſt opponi declinatoria fori non obſtante litis conteſtatione. 3001
Indefinita an & quando æquipolleat vniuerſali? 712
Indulgentia, & decretum liberatorium an ad futura delicta porrigatur? 2899
Indulgentia Principis an extendatur ad delicta commiſſa per officiales in eorum officio? 2872
Indulgentias concedere poteſt ſolus Papa, quid in Archiepiſcopo, & Epiſcopo? 2984
Indulgentiæ quando cenſentur reuocatæ? 2713
Inhibitio facit ceſſare iuriſdictionem, & ideo acta facta poſt eam ſunt nulla. 2547
Inhibitio maioris iudicis minoribus iudicibus quando, & qualiter facienda. 3108
Inimicitia an, & quando faciat indicium ad torturam? 2698
Iniuria doctori illata an & quando ſit perpetua? quid iniuria illata magiſtratui? 2905
Innocens pati non debet reſpectu nocentis. 2810
Inſpectio oculorum eſt probatio, quæ nunquam videtur excluſa. 2812
Inſtrumenta confecta per notarium vaſallum an proſint, vel noceant Baroni? 2739
Inſtrumenti liquidi executio quando impediatur ex exceptionibus incontinenti probandis. 2493
Inſtrumentum poſſeſſionis captæ authoritate iudicis quando probet poſſeſſionem? 3120
Intellectus abſurdus ab omni diſpoſitione reijcitur. 2557
Inueſtituræ tenor debet ad vnguem ſer-

uari cum det ei formam, ſicut priuilegio, reſcripto, & contractui. 2878.3087
Irregularis dicitur occidens, & qui cauſam dat vel iuuat, vel conſulit. 3105
Iudex an poſſit compellere aliquem ad deponendum, an apoca ſit eius manu ſubſcripta. 3116
Iudex competens eſt fundamentum iudicij. 2685
Iudex immittens alium in poſſeſſionem, quando priuet alium ſua poſſeſſione? 3151
Iudex in dubio potius abſoluere, quam condemnare debet. 2504
Index maior ferens falſum teſtimonium coram minori poteſt ab illo puniri. 2585
Iudex ſuperior poteſt inhibere inferiori. 2546
Iudex tenetur edere acta illis, cuius intereſt. 2651
Iudicatis in ſenatu, an & quando ſtandum ſit? 2719
Iudices an, & quando poſſint ſuam ſententiam emendare. 2718
Iudicium nullum redditur ex defectu citationis. 2511
Iudicium quando metiatur ex parte actoris? 2988
Iudicium reſtitutorium quando detur, vel quando denegetur? 2837
Iuramento probantur ea, quæ conſiſtunt in animo. 2995
Iuramentum calumniæ omiſſum, an & quando reddat proceſſum nullum. 2846
Iura & ſcripturas, quas pars poteſt habere à notario ab eo petere debet, & non à parte, & hic plura habes de iurium editione. 3101
Iuriſdictio ceſſat per inhibitionem, ideo acta facta poſt eam ſunt nulla. 2547
Iuriſdictio delegantis quando finiatur. 2589
Iuriſdictio quomodo à principe concedatur inferioribus. 2577
Iuriſdictione conceſſa merum, & mixtum imperium an contineatur. 2591
Iuriſdictionis exercitium in loco probat locum eſſe de territorio. 3124
Iuriſdictionem habentes tenentur conſtituere officialem in loco conuicino intra prouinciam. 2971
Ius adeundi hæreditatem an, & quando tranſmittatur? 3113
Ius paſcendi, & pecoris ad aquam appellendi an ſint diuerſa? 2677
Ius patronatus eccleſiæ ex quibus cauſis acquiratur? 2707
Iuſtitiam deſerere non decet prætextu poteſtatis cum poteſtas pendeat à iuſtitia. 2533

L

Læſæ maieſtatis crimen committit, qui ſibi Magiſtratum vſurpat. 2550
Læſio enormiſſima quæ dicatur. 2783
Laudemium an debeatur quando fundus in docem datus ſit? 3037
Legatarius an, & quando teneatur ſtare colono? 3030
Legato de latere præſente minor legatus executionem ſui officij dimittere debet. 2 67
Legatum conditionale an & quando tranſmittatur ad hæredes? 2621
Legatum Eccleſiæ relictum à quo exigendum 2634
Legatum factum virginibus alicuius ciuitatis, an comprehendat expoſitas? 2555
Legatum, ſeu fideicommiſſum conditionale, an tranſmittatur mortuo fideicommiſſario ante euentum conditionis? adducuntur plures coniecturæ tranſmiſſionis. 3150
Legatum ſolutum in vita à teſtatore an poſſit repeti. 2943
Leges, canones, & ſtatuta quiſque ſeruare debet etiam princeps in conſcientia. 2566
Legis interpretatio ad quem ſpectet, & vnde ſumenda? 2718

Legitima

Legitima qualiter aſſignanda, & in quibus bonis & corporibus? 2957
Legitimatio perſonarum in quolibet iudicio quando ſit facienda. 2766
Lex debet intelligi ſecundum naturam tituli ſub quo poſita eſt. 2822
Lex non debet admittere contrarietatem, ſed debet eſſe clara, & ſine dubio. 2568
Lex vel diſpoſitio principis non acceptata an liget ſubditos? 2693
Liberatio, & quietatio omnem tollit obligationem, quod declaratur. 2510
Liber, an & quando probet pro ſcribente? 2854
Liber mercatoris an probet contra tertium? 2817
Liberorum appellatione an veniant nepotes. 2893
Libertas, & exemptio ab ordinarij poteſtate quo titulo praſcribatur? 2969
Libertati fauere nullus eſt prohibendus. 2959
Liquidatio an & quando fieri poßit. 1904
Liquidatio impeditur ſi debitor allegat ſolutionem, & datur terminus ad probandum. 3159
Lis inter patrem, & filium eſſe poteſt petita venia. 2598
Litis pendentia ex quibus inducatur. 2540
Literæ cambij ſunt recognoſcendæ ad hoc vt fidem faciant. 2985
Locator debet praſtare patientiam, vt conductor poßit frui re locata. 2915
Locator ſi vult pro ſe retinere minimè tenetur relocare. 2898
Locum tenens quando creari poßit in officio. 2542

M

Magiſtratum ſibi vſurpans incidit in crimen læſa maieſtatis. 2550
Magiſtratus an poßint cum licentia extrahere corpora mortuorum? 2964
Magiſtratus ſequeſtrarius quando teneatur de leui culpa ratione depoſiti? 2644
Maioratus, & primogenitura, nec non ius patronatus, an poßint conſtitui ſuper bonis emphyteoticis? 2603
Maiori ſumma an, & quando minor inſit? argumentum de minori ad maius quando valeat? 2631
Mandatum contra certam perſonam an extendatur ad aliam, etiam ſi contineat clauſulas generales? 3050
Mandatum de perquirendo in area priuata an & quando concedatur? 2681
Mandatum reciprocum inter ſocios mercatores quando datum cenſeatur? 2952
Manutentionis iudicium an procedat, ſi articuli concernant titulum? 3025
Marito ſpoliato an, & quando ſit facienda vxoris ſuæ reſtitutio? 3015
Maſculinum an, & quando concipiat fœmininum. 2949
Maſculorum teſtimorium quando mulierum teſtimonio præferatur? 2592
Matricula an & quando inducatur præſumptio? quem forum ſortiatur habens plures matriculas? 2968
Matrimonium debet contrahi coram proprio viri, aut mulieris parocho, aliàs non valet. 2664
Matrimonium probatur per aſſertionem parochi, & illius librum. 3152
Medici iudicio in arte ſua ſtandum eſt. 3065
Mens declaratur verbis, quæ ſunt ſigna noſtræ voluntatis. 2570
Menſes reſeruati an dentur quando Cardinales ſunt epiſcopi? 2829
Meretrices an numero miſerabilium ſint comprehenſa. 3053
Merum, & mixtum imperium an contineatur ſub iuriſdictionis conceßione? 2591
Metus an inducatur ex amißione maioris partis bonorum, & ex quibus aliis inducatur. 3106
Miles ſe ipſum vulnerans qualiter puniatur? 2942
Milites Hieroſolymitani verè & propriè ſunt religioſi. 3080
Minor in beneficialib. an reſtituatur? 2977

Miſerabiles perſonæ quæ dicantur ad effe-ctum conſequendi beneficium bulla Pij V. incip. accipimus? 2720
Monachi non poſſunt ſuſcipere filios de Baptiſmo, & ſuſcipiendo peccant. 2660
Monachus poteſt eſſe executor teſtamenti. 2633
Monaſterium an & quando habeatur loco filij. 3074
Monaſterium nihil acquirit ante profeſſionem ingreſſi in religionem. 3027
Monetam falſam expendens, ſeu credens quâ pœna puniatur? 2858
Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias quæ teneatur reſtituere hæredibus primi viri. 2615
Mutuator quando poſſit paciſci cũ mutatorio vt aliquid vltra ſortẽ ſoluatur? 2683
Mutuo probato quantitas mutui iuramento probatur. 2558

N.

Negatiua non poteſt probari. 3100
Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipſe habeat. 3068
Nominatio, & electio an debeat eſſe libera? 2982
à Nominatione, & electione an fieri poſſit appellatio. 2534
Notarius an & quando poſſit extrahere proceſſum? 2886
Notarius quando extendat clauſulas cæteratas? 2709
Nouitius præſentatus ad beneficium, an poſſit inſtitui? 2581
Nullitas reſpectu non citatorum, an procedat etiam reſpectu citatorum? 3014
Numeratio pecuniæ realis ex quibus probetur, & præſumatur? 3126
Numerus teſtium quando ſuppleat eorum defectum. 2573

O.

Obiectiua materia requirit pleniſſimam probationem. 3025
Oblationes an, & quando clericis lucrari contingat. 2662
Obligatio cameralis an cenſeatur vulnerata ex ſententia nulla? 2714
Obligatio principalis ſi nulla ſit an nulla erit pariter acceſſoria? quod exemplificatur in fideiuſſore 3019
Obligationes ſtipulatæ apud acta curiæ an habeant executionem paratam? 2666
Obligationes penes acta requirunt ſubſcriptionem principalis, & teſtium. 2776
Obligatione pœnali extincta an liberetur fideiuſſor? 2797
Obſeruantia interpretatiua an debeat eſſe proxima diſpoſitioni? quænam ſit obſeruantia proxima vel remota? 3020
Officialem offendens punitur pœna mortis. 2522
Officiales an alios ſubſtituere poſſint? 2657
Officiales episcopi quando gaudeant fori priuilegio? 2658
Officiales finito officio non poſſunt illud continuare nec ad aliud promoueri durante quinquennio aut triennio. 2518
Officialis quis propriè dicatur. 2502
Officialis præſumitur vir bonus, & ideo ſi quid malè factum reperitur culpa partis adſcribitur. 2524
Officialis quibus cauſis poſſit conueniri pro delictis in officio, durante officio. 2517
Onera an, & quando, & quæ ſint deducenda in ſolutione penſionis? 2926
Onus ſoluendi releuium ad ſit reale? & quando debeatur? 2515
Ordo ſcripturæ verborum, ac diſpoſitionis denotat effectionem, & ordinem voluntatis. 2604
Ordines ſunt conferendi ſeruatis temporum interſtitiis, niſi adſit legitima cauſa. 3133

P.

Pactum de hæreditate viuentis an valeat 2700

Pactum

Digitized by Google

Pactum de renouando diuerſum eſt à renouatione, & quod ius tribuat. 3045
Pactum de retrouendendo infra certum tempus ſi a ſit læſio an efficiatur perpetuum. 3073
Pactum de vendendo differt à venditione de præſenti. 2799
Pactum, vt poßit capi poſſeßio authoritate propria propter canonem non ſolutum quando poßit exerceri. 3031
Pactum vnius alteri non nocet. 2840
Papæ narranti factum proprium quando credatur. 2917
Paraphernalium, & dotis cauſa à pari procedunt. 2594
Paria ſunt aliquid non eſſe vel eſſe, & inutiliter eſſe. 3005
Parochia erigenda ob locorum diſtantiam ex quibus fructibus dotanda. 2911
Parochus an poßit petere etiam decimas præteritas? 2741
Parochus, qui prætendit decimas debet probare prædia eſſe intra fines Parochiæ. 2712
Patientia in acquirenda poſſeßione an requiratur ſtante titulo. 2998
Pater an poßit ſtipulari pro filiis. 2979
Patronus an ſit vocandus in permutatione beneficij in Romana curia expedita. 2716
Patronus de conſenſu ordinarij, an poßit præſentare eum, qui non habet qualitates requiſitas. 2796
Pecude vel iumento morboſo vendito competit redhibitoria. 2906
Pecunia publica non poteſt impendi in alium vſum per adminiſtratores, quam in eum, cui deſtinata fuit. 3012
Pecunia ſoluta illi, qui non eſt ſoluendo poteſt repeti ab illo, cui profuit ſolutio. 2876
Pecuniæ fiſcales abſque principis licentia an mutuo accipi poßint? 3041
Penſio in confidentiam recepta an vacet à die receptionis? 2731
Perduellionis filius an, & quando ſit capax ſucceßionis. 2827
Periurus an & quando in iudicio ſit audiendus? 2814
Periurus an ſit audiendus in iudicio. 3083
Perſecutio, & probatio debiti fieri poteſt ſi creditor amiſerit chirographum. 2505
Petitorium in iudicio adipiſcendæ an poßit ſuſpendi? 2903
Pœna delinquentis in officio quæ ſit? 2836
Pœna falſi non committitur in priuata ſcriptura, & quare? 2548
Pœna mortis an imponi poßit ab eo, qui imponendi à lege habet arbitrium? 2955
Pœna mortis punitur qui officialem offendit. 2552
Pœna offendentium collitigantes ſecundum bullam Alexandrinam quibus caſibus locum habeat? 2587
Pœna quando petitur, quæ probationes requirantur. 2862
in Pœnis inſpicitur contumacia, & contemptus potius quam intereſſe pecuniæ. 2654
Pœnitentiarius eligi, & inſtitui debet à ſolo epiſcopo. 2492
Popularis, & ignobilis in dubio quiſque præſumitur, ſed nobilitas quomodo probetur. 3174
Poſitiones, & capitula debent pertingere cauſam, nec debent eſſe infamatoria, quod declaratur. 2897
Poſitioni an, & quando quis reſpondere cogatur? 2860
Poſſeßio an transferatur ex actu nullo? 2909
Poſſeßio ex perceptione fructuum probatur. 3061
Poſſeßio exigendi an acquiratur ex vnico actu ſolutionis. 3011
Poſſeßione eccleſiæ capta, cenſetur etiam capta poſſeßio, bonorum & iurium ipſius eccleſiæ, quod declaratur. 3140
Poſſeßio inſtrumentalis an ſit manutenibilis 2711
Poſſeßio inſtrumentalis, an ſit manute-

Digitized by Google

nihilis, & quomodo probetur? 2805

Poſſeßio non transfertur per Prælatum ex contractu nullo. 2831

Poſſeßio ſi occupetur, & quis non curet recuperare an amittat ciuilem? 3008

Poſſeßio vacua emptori tradenda eſt, quæ dicatur vacua? 2848

Poſſeßio vigore ſententiæ nullæ an & quando ſpoliet? 2989

Poſſeßionem ciuilem habens poteſt recuperare naturalem 3121

Poſſeßionis continuatio in hæredem ex ſtatuto an & quando ceſſet. 2940

Poßidens olim præſumitur, & hodie poßidere. 2689

Poßidens virtute ſententiæ, ſi ſententia retractetur, tenetur fundum cum fructibus reſtituere. 2870

Poſſeſſor olim, & hodie præſumitur poßidere. 2607

Potentia non reducibilis ad actum eſt inanis. 2736

Poteſtas pendet à iuſtitia, & ideo poteſtatis prætextu à iuſtitia recedere non licet. 2533

Præceptum iudicis excuſat ab omni pœna. 2840

Præceptum iudicis in his, quæ non concernunt eius officium non valet. 3098

Prædium eccleſiæ obligatum cum conſenſu epiſcopi poteſt à creditore abſque licentia alienari. 2537

Præheminentia cui debetur, duobus in eodem gradu conſtitutis? vbi habes de præcedentia tribunalium ciuitatis Neapolis. 2596

Præiudicium in re communi inferri non poteſt à nemine ex conſortibus. 2527

Prælationis ius, & retractus an competat Regi, & Domino feudi in feudo alienato. 3183

Præmium quando debeatur bannitum occidenti? 2617

Prælatus licet non poßit de nouo inueſtire an & quando teneatur renouare inueſtituram? 3075

Præſcriptio an habeat vim pacti? 2599

Præſcriptio abſque poſſeſſione non datur. 2760

Præſcriptum cenſetur ſolum, quantum eſt poſſeſſum. 2623

Præſentatio de abſente an, & quando ſit nulla. 2884

Præſentatus non dicetur habere vnum ſtipitem, niſi habeat maiorem partem concurrentium. 3052

Primogenitura & maioratus an poßint ſuper bonis emphyteoticis conſtitui? 2603

Princeps an & quando ſibi reſeruet facultatem inquirendi contra Magiſtratum ſuperiorem? 2723

Princeps ex contractu inito cum ſubdito efficaciter obligatur. 3082

Princeps in conſcientia tenetur ſeruare leges, Canones, & ſtatuta. 2566

Princeps in dubio nõ præſumitur tollere iura. 3099

Princeps qui facit gratiam quam pœnam intelligatur remittere. 3107

Princeps ſolus poteſt ſuam ſententiam emendare, & quando iudices poßint? 2728

Principalis appellatur ille, ad quem peruenit vtilitas contractus, alter fideiuſſor. 2671

Principium in qualibet re ſemper eſt ſpectandum. 2737

Priuationis pœna quando imponi poßit? & an ſit pœna criminalis? 2861

Priuilegia an & quando extendantur ad furta? 2727

Priuilegia non egrediuntur perſonam, cui ſunt conceſſa, nec trahuntur in exemplum. 3004

Priuilegij verba generalia, & cum clauſula vniuerſali an comprehendant omnem caſum & etiam futura? 3095

Priuilegiorum innouatio, & confirmatio, an tribuat nouum ius? 3127

Priuilegium impetrans videtur renunciaſſe iuri præſcriptionis. 2962

Probatio per inſpectionem oculorum nunquam

quam videtur excluſa. 2812
Probationes fiunt per teſtes, per inſtrumenta, per partis confeſſionem, per euidentiam, per iuramenti delationem, per ſententiam, per communem omnium opinionem, per famam publicam, per coniecturas, per præſumptiones, & indicia, de quibus ſingulariter tractatur. 3066
Proclamationis tempus an currat impedito? 2742
Procurator ad lites an & quando ſententiæ executionem petat. 2762
Procurator generalis, & cum libera, &c. an poſſit donare? 3010
Procurator in criminalibus quando admittatur? 2622
Procurator ſi negat poſitionem an poſſit cogi principalis ad deponendum? 3118
Procurator ſi velit vti retentione an ab eo ſit lis transferenda? 2955
Procurator ſpecialis ad litem, an & quibus caſibus poſſit petere executionem ſententiæ? 3048
Procuratoris confeſſio non nocet Domino. 2543
Producens ſcripturam an videatur fateri omnia in ea contenta? 2916
Producens falſos teſtes an amittat cauſam? 2656
Profeſſio an tacitè inducatur per ſolam habitus delationem? 3141
Profeſſionis nullitas coram quo proponenda intra quantum tempus, & à quo declaranda ſit? 2637
Profeſſio facienda eſt poſt annum decimum ſextum expletum. 2614
Profeſſionem omittentes priuantur beneficiorum fructibus. 2807
Probibitum non cenſetur quod non nocet, & alicui prodeſt, quod declaratur. 2114
Probibitum quod non reperitur permiſſum cenſetur. 2647
Promiſſio in beneficialibus fit gratis, & abſque appoſitione conditionis. 2643
Proteſtatio contraria facto an ſuffragetur? 2653
Proteſtatio contraria facto an ſuſtineatur, & quando? 2932
Prothomedicus in ciuitate Neapolis debet eligi de naturalibus. 2750
Prouiſionis effectuatio probatur ex ſucceſſiua vacatione. 2910

Q.

QVarta Epiſcopalis de legatis an, & quando debeatur? 2973
Qualitas à lege, vel ſtatuto requiſita ab actore an ſit probanda? 2879
Qualitas, & declaratio Aſſaſſinij ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat antequam à ſeculari procedatur. 2531
Qualitates, & conditiones adiectæ in fundationibus beneficiorum, an mutari poſſint. 3153
Quietatio, & liberatio quando tollat omnem obligationem. 2510

R.

RAtificatio an idem operetur quod mandatum? 2948
Ratio ſemel reddita, an & quando iterum reddenda ſit? 3128
Reconductio pro quo tempore cenſeatur facta, & quomodo probetur? 2627
Recurſus ad ſuperiorem an, & quando ſit licitus? 3160
Reductio ad arbitrium boni viri, ſi ſententia arbitri ſit iniqua, à quo cognoſcenda? 2790
Regulæ de annali quando cenſeatur ſatisfactum? 3181
Rei communi præiudicium inferri nequit à nemine ex conſortibus. 2527
Reintegratio poſſeſſionis non cenſetur fieri de ciuili, ſed de naturali poſſeſſione. 3168
Relegatio ſoli principi competit, & qui poſſint relegari, & eijci à ciuitate? 2705
Relegatus frangens confinia quando puniatur? 2645
Releuium quando debeatur, & an ſit onus

Digitized by Google

reale. 2515

Religioſi quando poſſint eſſe teſtes? 3093

Remiſsio ad forum competentem, cuius expenſis ſit facienda? 2609

Remiſsio cauſæ non debet fieri ad eum, qui ſemel grauauit. 2642

Remiſsio mercedis in locatione an & quando facienda? 2684

Remiſſoria ſiue cauſa duobus commiſſa vno recuſante, an alter procedere poſſit? 2976

Remiſſoria vt concedatur in beneficialibus plura requirit. 2564

Renouatio inueſtituræ an & quando peti poſſit per curatorem? 2735

Renunciatio an trahatur ad ius de futuro. 2930

Renuncians hæreditati ad fauorem vnius hæredis quando proſit omnibus? 2670

Reparatio Eccleſiæ ad quos ſpectet. 2636

Repetitio teſtium quibus ſolemnitatibus perficienda. 2996

Reprobationis teſtium. 2494

Repulſam petens tenetur inſtante parte declarare ſpeciem repulſæ. 2567

Repulſatio teſtium an, & quando ſit denegata? & quid in impugnatione inſtrumenti, ſeu ſcripturæ. 2901

Reſeruatæ an ſint, & quando maiores dignitates in cathedralibus poſt Pontificalem? 2616

Reſeruatoria menſium an excipiat cardinales? aliqua de indultis tractantur practicabilia. 2956

Reſiduum intelligitur ſupponere partem ſummæ ſoluendæ, quod declaratur. 2511

Reſidui appellatione an & quando veniat totum? 2939

Reſignationum conſenſus infra quot dies extendatur. 2751

Requiſita inſtrumenti ad hoc vt dicatur in publicam formam ſumptum. 2889

Res inter alios acta an & quando aliis proſit, vel non proſit. 2923

Res iudicata pro veritate habetur, & quæ dicatur res iudicata. 2549

Res iudicata quæ dicatur. 2819

Reſidere an dicatur Canonicus inſeruiens epiſcopo? 2686

Reſtitutio dotis in pecunia, & mobilibus conſiſtentis ſit infra anumm, in ſtabilibus ſtatim. 2553

Reſtitutio fructuum ſeparatorum à ſolo quando ſit facienda? 2749

Reſtitutio fructuum ab eo, qui obtinuit in poſſeſſorio qualiter facienda, ſi ſuccumbat poſtea in petitorio? 2503

Retractatio ſententiæ contra priuatum latæ prætextu inſtrumentorum vel teſtium nouiter repertorum, quando fiat. 2530

Reus quando pluribus exceptionibus vti poſſit etiam contrariis? 2913

Rumor, ſeu fama viciniæ ſuper impedimento matrimonij an probet? 3016

Ruſticus litigans cum vniuerſitate an ſit cogendus gabellam, quæ imponitur pro expenſis litis? 2929

S.

SAluianum interdictum requirit probationem poſſeſsionis. 2975

Satiſdatio ſemel non iterato præſtanda eſt, quid operetur ſi iterum præſtetur. 2761

Scientia tutoris quando dicatur ſcientia pupilli. 2865

Scire, vel ſcire poſſe, & debere paria ſunt. 2828

Scripturam producens an videatur fateri omnia in ea contenta? 2916

Scripturas, & iura quas pars poteſt habere à notario ab eo petere debet, & non à parte, & hic plura habes de iurium editione. 2101

Senatus de mane congregatur, & quare? 2507

Seminarium erigere an poſſit cogi epiſcopus in ſua diœceſi. 2625

Sententia abſque citatione quando ſit nulla? 2548

Lata contra conſtitutiones eſt nulla. 2549

Sententia

Sententia an ex probatis, vel ſecundum conſcientiam ſit proferenda. 2853
Sententia an reguletur iuxta probationes? 2809
Sententia à quo ſit formanda, & ſcribenda? 3038
Sententia contra abſentem præſumitur potius ex contumacia, quam ex iuſtitia prolata, 3146
Sententia debet legi à Iudice, & à notario publicari, & qua forma? 2830
Sententia ferri non poteſt præcedente citatione ad audiendam voluntatem Domini 2845
Sententia lata contra defunctum, qui poßideat feudum hæreditarium in actione perſonali, an poßit exequi contra hæredem in ſubſidium ſuper fructibus? 3972
Sententia lata in prima inſtantia contra Neapolitanos à Iudice, qui non ſit Iudex domicilij nulla eſt. 2963
Sententia lata contra priuatum, quando retractetur, vel non, prætextu inſtrumentorum, ſeu teſtium nouiter repertorum? 2530
Sententia lata, prout in cedula an, & quando ſuſtineatur. 3148
Sententia lata ſub conditione an valeat, & quando reſcindatur. 2447
Sententia notoriè iniuſta nulla eſt. 2815
Sententia nulla an poßit executioni demandari. 2635
Sententia nulla an poßit confirmari parte non opponente. 3111
Sententia nulla quando vulneret obligationem cameralem? 2714
Sententiæ quomodo ſint exequendæ. 3079
Sententiæ tot ſunt quot ſummæ, & capitula in ea contenta. 3169
Sententia virtute poßidens, ſi ſententia retractetur, tenetur fundum cum fructibus reſtituere. 2870
Sequeſtratio quibus caſibus facienda? 2575
Sequeſtrum neceſſarium, an & quando poſſeßione priuet? 3062
Sequeſtrum tollitur ſatiſdatione, & pluribus alijs modis. 2536
Seruitus in Vrbanis, & ruſticis prædijs, & ædificijs non præſumitur. 2646
Sigillum an probet abſque ſubſcriptione. 2580
Simulatio ceßionis ex quibus præſumatur? 2556
Societas ad caput ſaluum an valeat? 2688
Societas vniuerſalis omnium bonorum, quæ comprehendat. 2572
Societate diſſoluta lucrum competens eſt vſurarium. 3058
Solutio à quo, & qualiter probanda, & quando præſumatur. 2765
Solutio, & id quod debetur à quocunque ſiue mandato fieri poteſt. 2770
Solutio coram notario, & teſtibus an probetur ex fide ipſius notarij. 2927
Solutio facta alteri quam vero creditori iterum facienda eſt. 2769
Solutio in dubio in quam cauſam facta præſumatur. 2781
Solutio facta non habenti facultatem recipiendi, an, & quando liberet ſoluentem? 3032
Solutio penſionis an fieri poßit deductis oneribus. 2926
Solutio probanda eſt ab allegante. 2522
Solutio ſemel non bis facienda. 2775
Solutio ſi pecunia mutetur, de qua pecunia ſit facienda? 2896
Spoliatio facta à tertio an repellat ab agendo. 2990
Spolij actio an, & quando tranſeat in hæredem. 3129
Sponſus ratione euitandi periculum mali exitus, an debeat cogi ad perficiendum matrimonium per verba de præſenti. 3145
Status vltimus in qualibet re inſpicitur maxime in beneficialibus. 2652
Statuta, & conſuetudines iuramento firmata non poſſunt caſſari, nec reuocari, nec ſuper eis diſpenſari. 2535
Statutum an poßit diſponere quod Baſtardi ſuccedant cum legitimis. 2969

Statutum excludens matrem non comprehendit amitam. 3137
Statutum excludens omnes exceptiones non excludit exceptionem intentionis, & facti 2851
Statutum excluſiuum fœminarum, an porrigat effectum ſuum ad bona ſita extra territorium? 2938
Stilus quando attendendus ſit? 2608
Stipulari an poſſit pater pro filiis? 2979
Stipulatio notarij an operetur iuris acquiſitionem abſenti abſque ratificatione. 3059
Subhaſtatio, & executio in minimo exceſſu an ſint nulla. 3057
Subiectio vnius Parochialis ad alteram plene probari debet, & qualiter probetur? 2882
Subreptio probanda eſt ab allegante. 1699
Subrogatio an detur in litigante calumnioſo? 2834
Subrogatum quando ſapiat naturam ſubrogati. 2967
Subſtitutio an & quando cenſeatur directa vel obliqua. 2843
Subſtitutio directa, an & quando coniecturis inducatur? conciliantur opiniones contrariæ. 2659
Subſtitutio vna an & quando ab alia declaretur. 3139
Subſtituto proximiore parente intelligitur de proximiori reſpectu ſucceſſionis. 3138
Sumptus litis, & alimenta debentur ob paupertatem, & præſumptionem boni iuris. 3117
Supplementum legitimæ quanto tempore præſcribatur. 3155
Suſpectus de fuga, quibus concurrentibus carcerari poſſit. 2499
Suſpenſus donec ſatisfecerit, quoad eccleſiam an indigeat abſolutione in foro exteriore. 3142
Suſpenſus à Pontificalibus in illis celebrando an fiat irregularis? 2673
Suſpicio falſi in ciuilibus quando ſufficiat, vt fides ſcripturæ non adhibeatur. 3149
Suſpicionis allegatio qua forma fieri debeat in Regno. 2668

T.

Tacitum non ſufficit vbi requiritur expreſſum. 2513
Taciturnitas an, & quando vitiet gratiam. 2868
Tempus determinatum an recipiat functionem alterius temporis. 3018
Tempus in criminalibus concludenter an ſit probandum & quid in ciuilibus. 2883
Tenor inueſtituræ debet ad vnguem ſeruari. 3087
Tenuta nulliter data debet confirmari quando deberet de nouo concedi. 3088
Terræ quando intelligantur exempta ab hoſpitatione. 2509
Tertius veniens ad cauſam in ſtatu, in quo reperitur, quando faciat ſua acta, & probationes? 2936
Teſtamentum vaſalli de feudo, & allodialibus ſimul quomodo ſuſtineatur? 2578
Teſtator an & quando cenſeatur reliquiſſe hæreditatem, vel legatum alicui vti mero executori? 3184
Teſtator non poteſt ſua diſpoſitione canonis, vel legis conſtitutionem mutare. 2691
Teſtator quando inſtituit filium, & eius ſucceſſores, an cenſeatur ſubſtituere vulgariter, vel per fideicommiſſum. 3084
Teſtatoris voluntas an & quando à Principe mutari poſſit? 2747
Teſtibus veriſimilia deponentibus magis creditur. 2624
Teſtimonium maſculorum quando mulierum teſtimonio præferatur? 2592
Teſtes examinati extra locum remiſſoria, an ſint nulliter examinati, 3176
Teſtes falſos producens an amittat cauſam? 2656
Teſtes in codicillis an debeant eſſe rogati? 3078
Teſtes iurati infra terminum datum ad examinandum poſt terminum poſſunt examinari. 2978

Teſtes

Teſtes maſculi preferuntur teſtibus fœminis in numero paribus, & quinam teſtes præferantur, & quorum teſtimonium præualeat? 3084
Teſtes repetiti an ſufficiat quod ſe referant ad primum examen? 3029
Teſtes ſingulares an, & quando probent. 3090
Teſtis an teneatur detegere turpitudinem ſuam? 1900
Teſtis conuictus negans quando, & quomodo torquendus? 1630
Teſtis deponens de fama, & neſciens quid ſit fama an probet? 3012
Teſtis depoſitio debet fieri per ſenſus viſus, & auditus. 3097
Teſtis de viſu, vel auditu quando dicatur omni exceptione maior? 3096
Teſtis qui dicit ſe ſcire, & poſtea ait ſe neſcire quomodo intelligendus? 2997
Teſtium examen eſt nullum, ſi non præcedat citatio ad videndum iurare teſtes. 2491
Teſtium numerus quando ſuppleat eorum defectum. 2573
Teſtium repetitio quibus ſolemnitatibus perficienda. 2996
Tituli defectus, vt diſcoloretur debet eſſe patens. 3173
Titulus collationis an & quando poſſit multiplicari? & ad quem effectum? & ex quibus titulus acquiratur, & probetur? 2857
Titulus coloratus quis dicatur, & qui titulum coloratum habent? 2804
Titulus ſi reducitur ad non titulum an fructus ſint reſtituendi. 1914
Tortura nullis indiciis præcedentibus quando ſit nulla. 2714
Tranſactio decimarum tranſigentium vitam non excedit. 2992
Tranſactio quando cenſeatur valida, & ſuſtineatur. 2619
Tranſactionem impugnans quando fuit dolo ad tranſigendum inductus, an teneatur reſtituere id, quod ex tranſactione accepit? 3131
Tribunalium Neapolitanorum præcedentia. 2596
Turpitudinem allegans quando audiatur, & illi proſit? 2597
Tutor, qui non fecit inuentarium non poteſt in iudicio comparere. 2738
Tutores, & curatores, an & quando procuratorem conſtituant. 2754. 2981

V.

Valor beneficij an probandus de tempore impetrationis? & plura de valore probando. 2881
Valor præſentis temporis quando arguat valorem de præterito? 3147
Variatio an permittatur actori in iudicio obligationis cameralis? 2748
Variatio quando permittitur ſemel fieri poteſt. 2965
Vaſallus ſi teſtetur de feudo, & allodialibus ſimul quomodo teſtamentum ſuſtineatur? 2578
Vendere domum paruam ad ornatum ciuitatis quando quis cogi poſſit? 2611
Venditio pignoris an reſcindatur ob læſionem, vel dolum executoris? 3180
Venditiones annuorum introituum fiunt cum regio aſſenſu. 2708
Venditor, ſiue vnus tantum ex hæredibus precium efferendo poteſt obtinere retrouenditionem rei venditæ cum pacto retrouendendi. 2641
Verba dubia iuxta communem ſenſum ſunt intelligenda. 2866
Verba, quæ præſupponunt, non diſponunt, declaratur. 2844
Verba, quæ præſupponunt, an & quando diſponant? 3085
Verba ſunt ſigna noſtra voluntatis, ex quibus mens declaratur. 2570
Verba multiplicata enixam voluntatem demonſtrant, & ſenſum augent. 2495
Verbum, bona, & verbum, res, latè in iure patet. 2562
Verbum, debet, quid importet. 2785. 2826
Verbum, ſeu dictio, perpetuò. an & quando

Digitized by Google

in infinitum extendatur. 3081
Verbum, diſponere, an & quando adaptetur vltimæ voluntati? 2859
Verbum poteſt, an liberam voluntatem, ſeu neceßitatem ſignificat, & aliquando tollit omnem potentiam. 2512
Vidua inſtituta ſub conditione, ſi vitam vidualem ſeruauerit an teneatur reſtituere fructus perceptos ſi tranſeat ad ſecunda vota? 3112
Vidua poſt mortem viri vtitur priuilegiis viri. 2984
Vidua quæ propriè appelletur, & quæ impropriè? 3049
Virgines debent examinari ante profeßionem in religione an perſiſtant in eadem voluntate? 2582
Vltimus ſtatus beneficij, an & quando attendatur. 3101
Violentia, & mutuo probato res amiſſæ, & quantitas mutui probantur iuramento. 2588
Vna, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri. 2902
Vnus ex quibus probetur. 2649
Vniuerſitas, & communitas an poßit remittere debitum ſignificatu debitoribus? 2994
Vniuerſitates hoſpitia militum tenentes de iure poßunt petere contributionem in tali onere ab aliis vniuerſitatibus. 3170
Voluntas animo retenta nihil prodeſt. 3094
Vota impuberum à parentibus irritari poſſunt. 2752
Vſusfructus eſt quid diuerſum à fructuum commoditate, & in feudis. 2663

FINIS.

IOAN.

Digitized by Google

IOAN. ALOYSII RICCII VIRI PATRICII Neapolitani

COLLECTANEA, SEV REPORTATA vtriuſque Iuris Deciſionum.

PARS SEPTIMA.

COLLECT. 2491.
Super l. ſi quando vbi DD. C. de Teſtibus.

§ Citatio ad videndum iurare teſtes eſt de ſubſtantia, alias illorum examen eſſet nullum.

CITATIO emanare debet ad inſtantiam partis producere volentis teſtes ad videndum illos iurare, aliàs illorum depoſitio nulla eſſet, h. d. & ibi Afflict. *deciſ.* 28. *&* 29. Capyc. *deciſ.* 35. Veral. *deciſ.* 108. *part.* 1. *& deciſ.* 4. *&* 174. *part.* 3. Guid. Pap. *deciſ.* 216. Rauden. *deciſ. Piſan.* 10. Maſtril. *deciſ.* 197.

Amplia primò procedere, etiam ſi eſſemus in cauſa, in qua procedi debeat omni ſolemnitate iuris omiſſa, vel ſi eſſemus coram principe. Cacheran. *deciſ.* 79.

Amplia ſecundò procedere, vt teſtes examinari in cauſa criminali parte non citata, nec ad torturam indicium faciant, Cartar. *deciſ. Genuae* 21. Creſcent. *deciſ.* 2. *de teſtibus.* Farinac. *deciſ.* 128. quare in Regno noſtro ſeruatur, quod in cauſis criminalibus parte non citata examinantur teſtes in proceſſu informatiuo, & in principio inquiſitionis, & poſt modum conſtituto delinquente in iudicio, & data dilatione ad defendendum antequam detur inquiſito copia inquiſitionis repetuntur teſtes citato reo ad videndum illorum iuramenta.

Amplia tertiò, quod de iure communi citatio partis requiritur, vbicumque repetuntur teſtes, Gramat. *deciſ.* 11. *&* 34. Cartar. *deciſ. Genuae* 38. Cabal. *reſol. crim.* 55. Caualcan. *dec.* 13. Franch. *deciſ.* 668. *&* 716.

Bene verum Magna Curia Vicariae ex ſuo ſpeciali priuilegio in magni momenti cauſis criminalibus in latronibus inſignibus, & ſtratarum diſrobatoribus violentis, raptoribus, incendiariis, & atrocioribus criminibus

ex proceſſu informatiuo, & teſtibus non citata parte examinatis, ſolet procedere ad tormenta reorum inquiſitorum, vt apud Afflict. *deciſ.* 391. & Franch. *deciſ.* 143. Maſtril. *deciſ.* 191.

Prout in cauſa hæreſis teſtes admittuntur non citato Reo inquiſito ad videndum teſtium iuramenta, vt apud Farinac. *in deciſ. Rot. Rom.* 6.

Ac etiam quando eſt periculum in mora, & ſuſpicio fugæ, recipiuntur teſtes non citata parte, Caualc. *deciſ.* 45. Capell. Tholoſ. *deciſ.* 475. *vbi Addit.*

Item quando ſumus in cauſa naufragij, quia in tali caſu examinantur teſtes parte non citata ad videndum illos iurare, Viuius *deciſ.* 1. Maſtril. *deciſ.* 197.

Item limita in cauſa Aſſaſſinij, quia teſtes examinati parte non citata ad videndum iuramenta, fidem faciunt, Creſcent. *dec.* 2. *de teſtibus*, quamuis ibidem dicat contrarium deciſum per Rotam, vt videre poteris.

COLLECT. 2491.
Super Concil. Trident. ſeſſ. 24.
de Reformat. cap. 8.

¶ *Pænitentiarius eligi & inſtitui debet à ſolo Epiſcopo.*

PÆnitentiarium cum vnione præbendæ proximè vacaturæ in ſua cathedrali Eccleſia debet epiſcopus inſtituere, modò id commodè fieri poſſit, h.d.

Quæ quidem pænitentiarij officij inſtitutio, & electio perſonæ, quoties opus fuerit pro exercendo tali officio ad ſolum epiſcopum ſpectat, ita vt capituli conſenſus minimè requiratur, cum id ſolius epiſcopi arbitrio relinquatur, vt voluit Rota in maioricen. Canonicatus 15. Nouembris 1593. coram Illuſtr. Card. Mellino, & aliàs apud Illuſtriſſimũ Card. Mant. *dec.* 56.

Sed num erecto pœnitentiario per epiſcopum cum vnione præbendæ proximè vacaturæ, huiuſmodi vnio comprehendat præbendam vacantẽ in menſe ſedi Apoſtolicæ reſeruato? negatiuè declarauit Sacra Illuſtriſſimorum Cardinalium Congregatio epiſcopo Vicentino, ex eo, quia text. Concilij non exprimit præbendas etiam reſeruatas ſedi Apoſtolicæ, & ſi voluiſſet expreſſiſſet, nam lex noluiſſe dicitur quod exprimere potuit, & non expreſſit, vt eſt vulgatum in iure, prout ſic fecit quando locutus eſt de Seminario *ſeſſ.* 23. *c.* 17. ac in ſimplici vnione facienda cathedrali pauperi, *ſeſſ.* 24. *cap.* 15.

Et num præbenda officio pœnitentiarij vnienda integra, & canonicalis eſſe debeat? affirmatiuè deciſum refert Mendez. *in ſuo tract. de inſtit. Canonicatus pœnitentiariæ* §. 2. vbi alia cumulat in hac materia.

Nota autem, quod quamuis electio pœnitentiarij quandocunque facienda ad ſolum epiſcopum ſpectet abſque capituli conſenſu, vt ſupra firmauimus, tamen collatio præbendæ vnitæ ab illis fieri debet, ad quos antea ſpectabat, vt deciſum refert Addit. ad Nauar. *conſ. vnic. Ne ſede vacant.* & declarauit Sacra congregatio Illuſtriſſimorum in vna Zamoren. idem in præſentatione, quam in collatione eſſe dicendum, dummodo præſentatio fiat ab epiſcopo.

Et quamuis epiſcopus ſit abſens, capitulum nequit ſe intromittere in electione pœnitentiarij, licet ad ipsũ collatio ſpectet, ſed ipſe epiſcopus abſens poteſt vbi reperitur eligere pœnitentiarium, non enim ad id eſt neceſſaria præſentia, ſeu exiſtentia in diœceſi; nam etiam extra illam poteſt expediri, cum non ſit contentioſæ, ſed voluntariæ iuriſdictionis, prout deci-

Digitized by Google

decidit Rota in vna Burgen. in qua etiam fuit dictum, electionem perſonæ pertinere ad ſolum epiſcopum, vel eo abſente ad eius vicarium, cui epiſcopus delegauerit hanc facultatem expenſis eiuſdem epiſcopi, ſed vbicunq; intra ſemeſtre à die notitiæ vacationis Epiſcopus per ſe, vel per ſuũ Vicarium non elegerit pœnitentiarium, deuoluitur electio ad Capitulũ, cum ad epiſcopum ſpectet proprio iure, & ordinario ex concilio iuxta terminos text. *in cap. 2. de conceſſ. præb.*

COLLECT. 2493.

Super l. ſi debitori meo ff. de Iudic.

¶ *Exceptiones incontinenti probandæ quando admittantur contra inſtrumentum liquidum.*

Licèt regulariter contra inſtrumẽtum liquidum non admittantur exceptiones, ſi tamen ſint talis naturæ, vt in continenti probari poſſint, admittuntur h. d.

Quæ autem ſint iſtæ exceptiones declarat Rot. Ferrarien. apud Amat. *deciſ.* 46. vbi refert deciſum, quod ob oblatas probationes in continenti altiorem non requirentes indaginem, admittuntur aduerſus inſtrumentum.

Sed quando dicatur quid in continenti fieri eſt pulchra deciſ. Guid. Pap. 132. vbi dicit, hoc relinqui arbitrio iudicis; & fortè vſq; ad octo dies dici poteſt in continenti Theſaur. *deciſ.* 26. & propterea Rot. Auen. apud Laurent. *deciſ.* 124. dicit deciſum aduerſus inſtrumenta iurata etiam in forma cameræ, & in his, quæ ex conſuetudine, vel ſtatuto habent executionem paratam admittuntur exceptiones incontinenti probandę: iuxta quam ſententiam cenſuit pariter Rota Ferrarien. apud Amat. *deciſ.* 39. reddens rationem, quia promptuariæ probationes præſumptas fraudes excludunt, allegat Afflict. *deciſ.* 173. & Theſaur. *d. deciſ.* 26.

Et de hac materia vide latè Mareſcott. *lib. 2. variarum reſolut. cap.* 121. vbi plures deciſiones Rotæ manuſcriptas adducit.

COLLECT. 2494.

Super cap. licet dilectus extra de teſtibus & atteſtat.

¶ *Reprobationis teſtium.*

Percipitur ex iſto textu, quod ſi ex reprobationibus rei appatet aliquid noui in illis eſſe deductum, ſuper quo Actor antea auditus non fuit, quod tunc actor contra reprobationes rei aliis reprobatorialibus vti, & nouos articulos exhibere poteſt.

Amplia diſpoſitionem huius textus procedere generaliter, & indiſtinctè locum obtinere, ſiue quis perſonas, ſiuè dicta priorum teſtium reprobare velit, vt apud Berlicchium *deciſ.* 50. vbi etiam quod poſt publicationem teſtimoniorum teſtes reprobatorij non admittantur, licet alios contrarium tenentes alleget, limitans tamen hanc opinionem, quando quis ante examinationem teſtium, & publicationem eorundem atteſtationum proteſtatus fuerit, ſe poſt publicationem tam contra perſonas, quam dicta teſtium reprobationalibus vti velle, firmans pariter, quod ne negotium in infinitum vſque protrahatur, non niſi vnica reprobatio reprobatoriorum eſt concedenda, & contra illum reo alia reprobatio danda non eſt, niſi reus contra actoris reprobatorios reprobatoriorum inſtrumenta reproducere velit, quia tunc meritò auditur, quoniã prohibitus inducere alios teſtes, nõ prohibetur in-

ſtrumenta proferre, vel niſi agatur de reprobatione inſtrumenti alicuius, vt apud eundem Berlicchium *cit deciſ.* qui alia ad ornatum huius textus cumulat, quam per te videre poteris.

COLLECT. 2495.
Super l. Baliſta ff. ad Trebell.

¶ *Verba multiplicata enixam voluntatem demonſtrant & ſenſum augent.*

DEſumitur ex iſto textu concluſio illa, vt multiplicata verba enixam voluntatem demonſtrent, & tu addes, quod multiplicata verba augent ſenſum, licèt vnico contextu ſint prolata, actamen; valuerunt, laterorem que vim habet geminatio, ad textum *in l. cum ſcimus C. de Agricol. lib.* 11. Seſſ. *deciſ. Aragon.* 182. Anbrolin. *deciſ.* 3.19. & 33.

Amplia hanc concluſionem cò magis procedere, & habere locum in ſtatutis, edictis, vel pragmaticis, nam in his cenſendum eſt non ex ludibrio, ſed ſerio fuiſſe appoſita, ad eff. ctum, vt diſpoſitio augeatur ex traditis per Cacher. *deciſ. Sen. pedemont.* 167.

Ita quod in huiuſmodi caſu nihil omiſſum cenſebitur, & ipſe ſi ne expreſſionis vim habebunt, ad incogitata referuntur, ſi in genere talium cogitari potuerint *l. qui iure ff. de teſtam. milit.* Monte: *deciſ. Aragon.* 35.

COLLECT. 2496.
Super l. ii cur ff. de Annuis legat.

¶ *Alimenta præſtanda ſunt ſecundum perſonarum qualitatem.*

PErſonæ illius qualitas, cui & à quo præſtanda ſint alimenta in ſpicienda eſt. h. d. & ita Caualc. *deciſ.* 18. *part.* 1. Seſſ. *deciſ. Aragon.* 26. præſenti tamen inſpecto tempore, non an è præterito *l. ſi maritus ff. ſolut. matrim.* Barzius *deciſ. Rot. Bonon.* 129. ſed aliter nobili, quam ex infimis parentibus orto præſtanda ſunt alimenta, non enim nobilibus conuenit vti cibis, quibus veſci debent ruſtici, *cap. non cogantur 41. diſtinct.* Ruſtici ſiquidem non debent vti cibis delicatis, nec pane albo, ſed groſſo, & edere caſeum, cæpas, ſiliges, & ſimilia parui valoris, quod tamen dedecet Nobiles, qui idem etiam vti debent veſtibus magis honorificis, quam Ruſtici ruri habitantes ad inſtar Abbatis, qui habet veſtes honorificentiores cæteris monachis, Capella Tholot. & ibid. Aufier. *deciſ.* 88. iudicis tamen arbitrio, *l. cum alimenta ff. de alim. & cibar. leg.* Magon. *deciſ. Lucenſ.* 73. Reulner. *deciſ.* 10. *part.* 5. & *deciſ.* 3. *part.* 4. Rota apud Farinac. *deciſ.* 431. *deciſ.* 916. & 917.

Et nota, quod pro modo facultatum quis cogitur ad alimenta, Viuius *deciſ.* 523 Caualc. *deciſ.* 8. & 10. *part.* 3. ſunt enim iuxta redditus præſtanda, Rot. Bonon. *dec.* 25. Franch. *deciſ.* 489. ne in plus teneatur, quam facere poſſit, ne quis ſe arctare in ſuis alimentis debet, vt alium alat, Magon. *d. deciſ.* 73. quia ex ipſis fructibus debentur alimenta, Thetam. *deciſ.* 211. Id ò iuxta illius redditus debent dari, prout videmus in vaſallo, qui ratione feudi alere dominum tenetur, nam non præſtat alimenta vltra feudi fructus.

COLLECT. 2497.
Super l. licet. C. de act. & oblig.

¶ *Factum proprium quando quis impugnare poſſit, vel è contra.*

EX hoc text. colligitur regula, quod factum proprium nemo impugnare poteſt, prout quoque habemus text. *in l. poſt mortem ff. de Adopt. l. & per fundum ff. de ſeruit. ruſtic. præd. l. cum à matre C. de rei vendic.* cum pluribus

bus aliis concordantibus, & ex deciſionariis ita tradiderunt Cardin. Seraph. *deciſ. Rot. Rom.* 334. Seſſa *deciſ. Aragon.* 150. & Anton. *deciſ. Macerantes ſiue lib. 1. var. reſol. iur. reſol.* 5.

Quæ ſanè regula procedit, & eſt vera, niſi tamen ex iuſta, & conceſſa cauſa deueniat, vel vbicunque actus geſtus eſſet nullus: quoniam, quis non prohibetur in huiuſmodi caſu contra factum ſuum venire, *cap. magna* 22. *q.* 4. Veral. *deciſ.* 170. *part.* 3. Magon. *deciſ. Florent.* 69. Gramat. *deciſ.* 12. *&* 79.

Et ratio eſt, nam actus nullus non meretur nomen actus, iuxta ea, quæ plena manu docet Nouarius *quaſt. Forenſ.* 167. *lib.* 1. & factum non reputatur, quod non habuit effectum *l.* 1. *§. nihil ff. de inoffic. teſtam. l. ſiquis ſub conditione ff. de teſtam. tutel. l. ex conſenſu §.* 1. *ff. de appellat.* & factum quid non fuiſſe, vel nulliter factum paria ſunt, *l. quoties ff. qui ſatiſdar. cogantur.* Anton. *reſolu.* 11. *lib.* 2.

Nota tamen, quod factum præſumitur, quod fieri conſueuit *l. ſi cui ff. de Annuis legat.* Surd. *deciſ.* 199. & factum non dicitur quod non durat factum, *l. ſi pro parte §. de in rem verſ.* quia paria ſunt non facere, vel in facto non perſeuerare *l. quidquid calore ff. de regul. iur.*

Prout factum non videtur, quando aliquid ſupereſt agendum, *l. cum Syllanianum C. de his quibus vt indign. l. pen. C. ad Syllan.* Monach. *deciſ. Florent.* 19. *deciſ. Lucenſ.* 29. *& deciſ. Bonon.* 28. dummodo tamen illud, quod ſupereſt agendum ſit eſſentiale, & ſubſtantiale, ſecus autem ſi accidentale ſit, & parui momenti, cum modica non noceant, *l. ſi oleum § finali cum l ſequent. ff. de dol. l. in rebus §. poſſunt ff commodati l. res ff. de contrah empt.*

Et factum, quod non releuat fieri minimè debet ad text. *in l. ad probationem, C. de probat.* Surd. *deciſ.* 260.

Sed factum forma iuris, & ſtatuti non ſeruata, an ſit nullum? affirmatiuè patet ex *l. cum hi §. ſi prætor ff. de tranſact.* vbi cautum eſt actum corruere omiſſa forma legis, de quo videre Surd. *deciſ.* 268. Valaſc. *deciſ.* 103. *&* 133. Seſſa *in deciſ. Aragon.* 30. Antonin. *deciſ. Macerat. ſiue reſolut.* 26. *lib.* 1. Monach. *deciſ. Lucenſ.* 53.

Et factum iudicis num reputetur factum partis? affirmatiua opinio clareſcit ex *l. ſi ob cauſam.* vbi DD. *C. de euict.* & ita ex deciſionariis firmant Surd. *deciſ.* 266. Luc. *deciſ. Peruſ.* 65. & Rota apud Farinac. *deciſ.* 184. *tom.* 1. *p.* 1.

COLLECT. 2498.

Super l. ex ſextante §. Latinus largus ff. de except. rei iudic.

¶ *Creditor anterior cum aſſenſu concurrens cum aliis creditoribus tenetur exequi feudalia bona.*

Creditor licèt habeat omnia debitoris bona obligata, non tamen poteſt ad eius arbitrium diſponere de illis, cum non ſit ipſorum dominus. Et ita Robin. *deciſ.* 65. ſed num princeps poſſit mandare, vt ſatisfiat creditoribus poſterioribus non obſtantibus iuribus anteriorum creditorum, quando eſt cautum anterioribus creditoribus? vide Dominum Regentem Tapiam deciſ. Supremi Conſilij 19. vbi latè.

Tamen infertur quod creditor anterior cum aſſenſu concurrens cum aliis creditoribus aſſenſu carentibus, tenetur præciſè exequi feudalia, dimittendo burgenſatica, vt ſuper illis cæteri creditores valeant ſibi ipſis ſatisfacere, vt deciſum in Sacro Regio Conſilio apparet, ex dictis per Nouarium, cuius ſcripta hic tranſcribere

placuit ad vtilitatem beneuoli lectoris,& ſunt videlicet.

MVlti Creditores anteriores in hypo heca omnium bonorũ tam Burgenſaticorum, quam feudalium pro quibus habẽt Aſſenſum Regium,dimittendo executionem facere ſuper bonis feudalibus, intendant ſibi ſatisfacere ſuper bonis burgenſaticis. Et quia reperiuntur aliquando alij creditores non habentes aſſenſum ſuper feudalibus, ideò opportunum viſum fuit hic reſoluere quæſtionem, ſi ad inſtantiam talium creditorum aſſenſu carentium creditores anteriores habentes illum poſſint cogi ad agendum ſuper feudalibus, ſuper quibus poſſent ſibimet ſatisfacere.

Et certè contra iſtos creditores aſſenſu carentes videtur reſoluendum, quoniam creditoris arbitrio committitur, ſuper quibuſnam bonis creditũ conſequi velit ad textum vulgatum *in l.creditoris arbitrio ff.de diſtract.pign. l.qui pignori ff.de pignor.*

Quod ſimiliter probari videtur ex doctrina Corn. *in ſuo conſil.*246.*à num.* 13.*cum ſeq. volum.*1. in ſpecie ſcribentis creditorem generalem habentem bonorum hypothecam non prohiberi ad inſtantiam poſterioris creditoris vrgeri ad hypothecam exercendam ſuper bonis ſecundo creditori non obligatis, Molin. *de Hiſp.primog. cap.*7.*num.*27.*lib.*4.Couar.*variar. reſolut.lib.*3.*cap.*18.*num.*2. poſt Neguſant. *in ſuo tract. de pignor.membro.* 2. 5. *part. num.*51.

Cæterum re melius perpenſa,& negotio maturè conſiderato totum cõtrarium eſt tenendum, prout iudicauit noſtrum Sacrum Regium Conſiliũ referente domino Conſiliario Veſpulo,vt apparet in proceſſ. Creditorum Ioſephi de Ranggerio cum Beatrice San Seuerino penes Actuarium de Ferrariis, vbi fuit reſolutum Creditores habentes aſſenſum concurrentes in exequendo feudum cum aliis non habentibus illum, præcisè teneri exequi feudum, nec agere ſuper burgenſaticis.

Et in ſimili ſic pariter reperio iudicatum per Regiam Cameram Summariæ,vt poteſt cerni in proceſſu Creditorum Illuſtriſſimi Marchionis Montis Nigri penes Bancam Faſani, per quam fuit dictum creditoribus anterioribus habentibus aſſenſum etiam ſuper feudis titulatis eſſe ſoluendum de precio peruento ex Terra Montis Nigri titulo decoratæ, quatenus ſufficiet, cæteris verò non habentibus aſſenſum ſuper feudis titulatis eſſe ſoluendum ex precio feudi non titulati,& hoc facta relatione in Collaterali Conſilio per Conſiliarium Montoiam,deinde Regentem.

De qua deciſione,&opinione quippè mirandum non eſt,ſiquidem vulgata eſt regula,vt quis cogatur facere quod ſibi non nocet,& alteri prodeſt *l.*2.§.*Item in fin. ff.de Aqua pluu. arcend. l.fin.* §. *ſi ſtercus ff. quod vi aut clam, l. in creditore in fin. ff.de euict.* vnde habens ſeruitutem viæ poteſt compelli iter mutare, ſi hoc ſibi non noceat, & aduerſario proſit *l.*2.§.*pen.verſic. ſed ſi non minus ff.de relig. & ſumpt. funer.* Rip. *in l.*2.*in princip.num.*45.*ff. ſolut. matrimon.* Iaſ. *in l.*1.*in fin.*§ *fin.nu.*8.*ff. de nou. oper. nunc.* Menoch. *conſ.* 51.*num.*45. quod cò magis eſt verum quando vtrique prodeſt, iuxta ſententiam Crauett. *in conſ.*748.*nu.*18.*lib.*5.Igitur ſi dum agit creditor habens aſſenſum ſuper feudalibus ſibi poteſt ſatisfacere dando commodum, vt valeant recuperare eorum creditum, cæteri creditores ſuper burgenſaticis,quare non eſt hoc concedendum.

Accedat,Nam licèt creditor habeat omnia

omnia debitoris bona obligata, non tamen poteſt ad eius arbitrium diſponere de illis, cum non ſit ipſorum dominus *l. ex ſextante §. Latinus largus ff. de except. rei iudic.* ſed tantum ſuper eis habet ius in quantum conſequitur eius creditum, & pro ſecuritate tantum omnia bona eius ſunt obligata, non tamen vt diſtrahantur ad arbitrium creditoris, Neguſ. *de pign. membr.* 1. 8. *part. num.* 9. vnde ſufficit habere modum ſibi ſatisfaciendi, cum ſua nō interſit potius ex vna, quam ex alia re habere pecuniam ſibi debitam; Et ſi creditor hoc nequit agere contra eundem debitorem, eò minus poterit tale arbitrium exercere in præiudicium aliorum creditorum intereſſe habentium, qui contradicunt, quia in tantum creditoris arbitrium eſt liberum, in quantum debitor, vel alius intereſſe habens non contradicit, vt declarat Bart. *in d. l. creditoris arbitrio*, & poſt eum ſcribit Anna *in alleg.* 141. *numer.* 4. eſt enim apud omnes receptum arbitrium creditori conceſſum non effrænatum, non indomitum, nec iniquum eſſe debere, ſed boni viri arbitrio regulandum, ideò ſi pro modico rem magni valoris creditor diſtrahere velit, cum non ex bona fide id agat, interdicenda ei erit venditio Bart. *in l. alio num.* 13. *ff. de alimen. & ciba. legat* inquiens, text. *in cit. l. creditoris arbitrio*, intelligi debere, dummodo bona fide hoc faciat, ita quod ſecundum Annam *in ſuo conſ.* 76. *volum.* 1. præfatus text. *l. creditoris arbitrio* limitatur quando non eſſet conſultum alteri creditori, quia eſſet contra bonam fidem, allegat inter alios Annam patrem *in memor. allegat.* 4. quem refert pariter Ricc. *in collect. deciſ. collect.* 482.

Et confert pro corroboratione, quia quando creditor petit exequi feudum, ob quam executionem fieret præiudicium debitori, ſi ei offerat, executio aliundè, per quam poſſet ſibi ſatisfacere abſque detrimento, Sacrū Regium Conſilium noſtrum adhuc aufert creditori dictum arbitrium eligendi, quod habet, ita Minad. *in deciſ.* 13. qui taliter iudicatum recenſet, de quo memores ſunt illum ſectando D. Regens Tapia *in Conſtitut. Regni Contumacem Ciuilem n.* 4. De Ponte *in tract. de poteſt. pro reg. tit.* 6. *de Aſſenſu Regio in princip. num.* 8. Nouiſ. *de Iuriſdict. part.* 2. *cap.* 32. *num.* 28. Ricc. *in collect. deciſ. collect.* 482. qui ex præfato Authore dicit Textum memoratum limitari, quando creditor poſſet aliundè ſibi ſatisfacere, habeamus enim effectum, & non curemus de nudo; maximè quando modus non reddit executionem difficiliorem, ex quo Gloſ. *in l. quandiù Cod. de diſtract. pignor.* quam ſequitur, Bart. *in d. l. creditoris arbitrio*, creditorem malè agere, & in dolo verſari, quando poteſt ex vna re viliori ſibi ſatisfacere cum minori incommodo, & intereſſe poſſibili, & vendit rem precioſiorem, & ideò in creditore, qui plures correos obligatos habet, fuit ordo traditus *in Authen. hoc ita Cod. de duobus Reis, & in Auth. præſente C. de fideiuſſoribus*, & in eo, qui plura habet iura obligata *in Auth. ſed hodie C. de Act. & obligat.* & ſic in venditione *l. à diuo pio ff. de re iudic.* vnde non poteſt Creditoris arbitrium operari alterationem ordinis à lege ſtatuti, imò illud iuxta leges eſt regulandum, vt plenè demonſtrat Menoch. *de arbitr. iudic. quæſt. numer.* 15. & De Ponte *in tract. de poteſt. pro reg. in Rubrica de Aſſenſibus Regiis d. numer.* 38. facit creditoris arbitrium debere eſſe regulatum, & electionem diſcretam, inquiens quod eſt notandum ad multa, dum creditores inſtāt

pro venditione bonorum ſuorum debitorum.

Nec tenendo hanc opinionem obſtare videntur in cōtrarium adducta, quoniam illa cadunt, cum allegari non merentur pro altera parte ſtantibus his, quæ hic adduximus ad corroborationem, & confirmationem deciſionis Sacri Conſilij, iuxta quam video ſentire Anna *in cit.allg.14. num.3. verſic.3.* vbi inquit poſſe in caſu (de quo agitur) adſtringi creditorem anteriorem cum aſſenſu ſuper bonis feudalibus, vt ſuper ipſis agat, ad hoc vt aliis creditoribus in actione perſonali ſuper feudo poſſit eſſe conſultū, & eius Genitorem ſectatur Filius *in conſ.65.num.4.* aſſerens non poſſe priorem creditorem eligere quando ſuper vna re inſtante debitore, vel ſecundo creditore poteſt ſibi ſatisfieri.

Et hæc ſententia videtur æquior, & verior, iuxta quam noſtrum impartimur votum, ſicque iudicaremus, ſi forte iudicis munere fungeremur.

Io. M. Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2499.

Super Doctrin. Bald. in l. conſentaneum C. quomod. & quand. Iudex.

¶ Suſpectus de fuga quibus concurrentibus carcerari poſſit.

BALd. *hic.vol.5. & in l. apertiſſimi ad fin. C. de iudic.* in illam deuenit ſententiam, quod ad hoc vt quis poſſit pro debito capi de facto antè omnia eſt docendum de debito liquido, & claro, & ita tradit Ludouic. *deciſ.Peruſ.41.* vbi etiam addit, debet conſtare de deterioratione poſt contractum debitum, & etiam de ſuſpicione debitoris non qualibet, quia debet eſſe talis, quæ moueat animum iudicis ad ſuſpicionē ex ſuo arbitrio, in quo id reſidet, nec per iuramentum tantum, ſed per duos teſtes, vel per inſtrumentum, prout hæc omnia adducit quoque nouiter Amat. *deciſ. Rot. Ferraria 13.* vbi plena manu recenſet, quęnam requirantur ad hoc, vt quis validè capi poſſit tanquam ſuſpectus de fuga ad effectum cauendi, firmans pariter *num.12.* quod ſuſpicio debeat poſt capturam plenè probari, ac iuſtificari, ne illa reddatur iniuſta, ac reuocetur.

Sed num debitor ſuſpectus de fuga admittatur ad iuratoriam cautionem? negatiuè Cornazzan. *deciſ. Rot. Lucenſ.59.*

COLLECT. 2500.

Super l. 2. §. Ad filiorum C. quando, & quibus quarta pars deb. lib.10.

¶ Conditio adiecta legato infra quantum tempus ſit adimplenda.

HIc ſtatuitur, quod quando fit legatum mulieri cum conditione, quod nubat tali, puta Angelo, huiuſmodi conditio debet adimpleri poſt pubertatem infra tempus trium annorum, quo tranſacto non debet mulier amplius admitti.

Pro cuius ornatu videndus eſt omnino Nouarius *forenſ. quæſt. 69. lib. 1.* vbi quæritur ſi fuerit legatum aliquid ſub conditione quod ſacerdos efficiatur, intra quantum tempus cogatur aſſumere habitum clericalem, & ad ſacerdotium aſcendere, & expendendo multum ingenioſè teſtamentum hunc noſtrum firmat in ſuo caſu legatarium eſſe obligatum, quam citius poſt mortem teſtatoris clericalem habitum aſſumere, adducens pro comprobatione illam iuris regulam, conditionem quam primum eſſe adimplendam, ad textum *in l. hæc conditio ſi in*

ſi in Capitolium ff de condit. & demonſtr. & quod omnes obligationes, in quibus dies non apponitur præſenti die debeantur ad textum *in l. in omnibus ff. de Regul. iur. & in l. eum qui Kalendis §. quoties ff. de verb. oblig.* & alia adducit multum notatu digna reſpondendo contrariis per eum ad id adductis, vt videri poterit, quando caſus in facti contingentia accidit.

COLLECT. 1501.

Super Rit. Curiæ Archiepiſcop. Neap. 17.

¶ *Citatus bis domi non comparens poteſt excommunicari, quod declaratur.*

STatuitur in hoc Ritu, quod citatus bis domi, & non comparens poteſt excommunicari, & ita quotidie quando caſus accidit vſu receptum eſt, & ſeruatur per eandem Curiam, & tempore, quo ego ob mortem Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis Carafæ fui aſſumptus in Vicarium Capitularem ſede vacante iuxta huiuſmodi Ritus tramites ſeruare feci in pluribus caſibus dicto tempore ſucceſſis.

Sed an iste Ritus procedat, & habeat locum, quoties certum eſt, citatum eſſe extra ciuitatem, negatiuè deciſum refero in eiuſdem Curiæ *deciſ. 28. part. 4.* nam citatio domi facta non valet, neque ei habenda eſt ratio, quando ſcitur citatum eſſe in ciuitate, vt voluit Rota *apud Veral. deciſ. 117.* & aliàs in Romana bonorum de Zambeccariis die 3. Nouembris 1554. coram R.P.D.Oradino, Intantum, quod in tali caſu requiritur; & eſt neceſſaria citatio perſonalis, quod notare debent Aduocati, ad faciendum euadere ſuos clientes ab excommunicatione per Ritum prædictum impoſita.

COLLECT. 1502.

Super l. officiales, & ibi Gloſ. C. de Epiſcop. & cleric.

¶ *Officialis quis propriè dicatur?*

OFficium eſt nomen generale, h. d. & tu addas omne miniſteriũ rei gerendę complectens ex Gam. *deciſ.* 353. Boer. *deciſ.* 149. vbi etiam, quod ad publicum, & priuatum refertur, addo Franc. *deciſ.* 407. qui affirmat, propriè officialem dici, qui iuriſdictionem habet, reliquos verò impropriè officiales vocari. Maur. *allegat.* 77. vnde Actuarium nomine officialium non venire ſcio latiſſimè in facti cõtingentia probaſſe eminentiſſimum Virum I.C. Lucanum D. Ioan. Mariam Nouarium in cauſa Ducis Bernaudæ cum aliis.

Sed an in dubio quis officialis præſumatur? negatiuè, Rubin. *deciſ.* 39. ad textum *in l. prohibitus C. de iur. fiſci lib.* 11. vnde meritò videmus, quod magiſtratus omnes debeant oſtendere literas patentiales, ad effectum vt deinde eis obedientia dari poſſit, prout ita quotidie ſeruatur in Regno, & aliis Regionibus orbis.

COLLECT. 1503.

Super cap. cum ſuper, vbi Gloſ. extra de cauſ. poſſeſſ. & propriet.

¶ *Reſtitutio fructuum ab eo, qui obtinuit in poſſeſſorio qualiter facienda, ſi ſuccumbat poſtea in petitorio.*

OBtinens in poſſeſſorio, excuſatur à reſtitutione fructuũ per ipſum vſq; ad litis conteſtationem in petitorio factam perceptorũ h. d. & ita Cappella Tholoſ. *deciſ.* 595. à tempore verò litis conteſtatę ſuper petitorio bene tenebitur ad reſtitutionem fructuũ, quia ſententia lata in petitorio abſorbet ſententiam latam in poſſeſſorio, & eam reducit ad irritum.

Digitized by Google

Verum contrarium, quod indiſtinctè à reſtitutione fructuum etiam poſt litis conteſtationem perceptorum excuſetur, refert Berlicchius *deciſ*. 7. ex eo quia, qui in poſſeſſorio obtinuit iuſtam cauſam litigandi, & ad iudicium petitorium prouocandi habere cenſetur, vltra quod qui iuſtè ad iudicium prouocat, & iuſtam cauſam litigandi habet poſt litis conteſtationem non efficitur malæ fidei poſſeſſor, nec ad fructuum perceptorum, & percipiendorum reſtitutionem tenetur, per textum *in l. ſi quis ſolutiom ff. de vſufruct. & fruct*. & tandem vltra alias rationes, quia habens pro ſe poſſeſſionem, licèt minus canonicam excuſatur à condemnatione expenſarum, vt apud Bellamer. *dec*. 190. & alibi dictum eſt in aliis collectaneis, ad quas lectorem relegamus.

COLLECT. 2504.
Super l. Abſentem ff. de pœnis.

¶ *Iudex in dubio potius abſoluere, quam condemnare debet.*

ABſoluere nocentem ſanctius, quam condemnare innocentē, h. d. & meritò quidem, nam cauendum eſt, ne reſpectu nocentis innocens patiatur ad textum *in l. fin. C. de his qui latr. & in l. prægnantis ff. de pœn.*

Sed an abſoluere debeat potius Iudex in dubio, quam condemnare? dic, quod ſic, arg. text. *in l. Arrianis ff. de act. & oblig. l. fauorabiliores, & l. ſemper in obſcuris ff. de reg. iur. cap. 3. de probat.* & ita nouiſſimè Antonius Monach. *deciſ. Florenſ*. 36.

Nota tamen quod abſolutus expreſſè dicitur, qui non eſt condemnatus Rubin. *deciſ*. 29. vbi etiam, quod abſoluere qui poteſt, condemnare etiam poteſt, ex regula iuris, quia qui condemnare non poteſt, nec etiam abſoluere *l. nemo qui condemnare ff. de regul. iur.*

COLLECT. 2505.
Super l. noſtram vbi Caſtrenſ. num. 30. C. de teſtam.

¶ *Creditor amiſſo chirographo habet debiti perſecutionem, & probationem.*

DIcit hic Caſtrenſis, quod amiſſo chirographo creditor non amittit debiti perſecutionem, ſi aliunde de debito conſtet, & ita Faber *deciſ*. 23. *de ſolut.*

Amplia quod potius tenetur debitor, vt aliud inſtrumentum obligatorium denuò conficiat, Franc. Marc. *deciſ*. 370. tom. 1. Gail. *obſeruat*. 37. *lib*. 2. Berlicchius nouiter *deciſ*. 9. vbi quod talis amiſſio chyrographi debet iuramento firmari, niſi tamen agatur, de magno præiudicio debitoris, quia in tali caſu legitima probatio requiritur, ſicut in amiſſione cuiuſlibet rei, *l. ſi quis ex argentariis* §. *pen. & fin. ff. de edend.* Gail. *obſeruat*. 37. *lib*. 2. qui ita pariter dicit procedere quando creditor non eſt perſona honeſta, vel ſi quædam præſumptiones. & coniecturæ ſint in contrarium, ex Afflict. *deciſ*. 330.

Sed quando onus probandi amiſſionem reus euitare poſſit, declarat Idem Berlicchius *cit. deciſ*. 9. vbi aſſignat cautelam, vt creditor præter iuramentum ſupradictum debitori etiā quietationem, ſeu apocham faciat; qua teſtetur, ſe chyrohraphum debitoris non habere, vel reperire non poſſe, & ſi illud in rerum natura extet, aut ex interuallo in lucem veniat, & reperiatur pro inducto, nullo, rupto, & cancellato, & caſſato habendum eſſe, ex Gail. *d. obſeruat*. 37. qui hoc multis rationibus fundat.

COL-

Digitized by Google

COLLECT. 2506.

Super l. proximè ff. de his quæ in teſtam. delent.

¶ In dubio tutior pars eſt eligenda.

DVbia in meliorem partem ſunt interpretanda, h. d. & ita text. *in l. creditor ff. de furt. & in cap. eſtote de regul. iur.* Nouar. *quæſt. forenſ.* 143. *part.* 1. vbi etiam quod tutior pars eſt eligenda in dubio, *l. ſi fuerit, §. fin. ff. de reb. dub. cap. Iuuenis de ſponſal. cap. ad Audientiam de homicid.* quod eò magis procedit, vbi agitur de ſalute animæ, quare dicebam aliquando conſultus, legatum factum pro loco cenſeri factum in dubio propter amorem Dei, & ideo latè eſſe interpretandum.

Sic pariter in ſimili in dubio benignior interpretatio eſt facienda *l. ſemper ff. de reg. iur. cap. fin. de tranſact.* & in dubiis media via eſt eligenda §. *fin. in fin. quib. manum. non lic. l. antiqui ff. ſi pars. hæred. pet.*

Nota tamen, quod dubius ab ignorante non diſtat, *l. manifeſtiſſimè §. ſin autem neſcius C. de furt.* Gama *deciſ. Luſitan.* 91. Surd. *deciſ.* 265. vbi limitat, quando dubitans tenetur inquirere, & de facili potuit certificari.

COLLECT. 2507.

Super l. 2. §. & quia Magiſtratus, Ibi veſpertinis ff. de origin. iur.

¶ Senatus de mane congregatur, & quare?

REctor Iuſtitię, & Senatores mane hora ſolita ad ſenatum venire debent, idque citò agere debent, ita probatur hic. Ad cuius ornatum inducit Cabed. *deciſ. Luſitan.* 6. *part.* 1. vbi dicit, quod ea ratione Senatus manè fit, quia veſperi non ita prompti ſumus, ſicut manè iuxta illud Exodi, qui matutius mane operatur; tertiam partem operis conficit.

Et aduerte quod tempore quo Senatores ibi mane congregantur ad illud ſummè attendere debent, ne in Senatu tempus conſumant in colloquiis priuatis, ſed cauſas diligenter expedire curent, Idem Cabed. *deciſ. Luſit.* 6. *part.* 1. vbi etiam tractat, quiſnam ordo ſeruandus ſit in votis Senatorum, & qualiter vbi ſunt in diſcrepantia vota illorum ſunt reducenda in concordiam declarat latè *deciſ.* 7. *ead. part.* 1.

De Rectore autem Iuſtitiæ Senatus ſupplicationis latè agit idem Author. *deciſ.* 1. *part.* 1. Gama *deciſ.* 1. vbi dicit in Regno Franciæ Cancellariam præferri omnibus aliis Officialibus Regni, ſed ab ordine ſcripturæ in Regno Luſitaniæ ei præferri præfectum prætorio, à priore enim nominatione maior, potiorque dignitas arguitur.

COLLECT. 2508.

Super Doctrina Bald. in l. exigere dotem num. 1. in prima lectura ff. de iudic.

¶ Contractus vbi cenſeatur celebratus an in loco vbi literæ ſcriptæ an vbi receptæ ſint.

ILle locus debet inſpici, vbi reus degit, & ad quem literæ diriguntur, quoniam in huiuſmodi caſu non locus ſcriptionis, ſed receptionis literarum attenditur, h. d. & ita Berlicchius *deciſ.* 37. vbi diſputat articulum, ſi inter abſentes per literas contrahatur, in quonam loco cenſeatur contractum, ad hoc vt reus tanquam in loco contractus conueniri poſſit, & dicit, quod vbi negotium inter abſentes per literas geritur, tunc conſenſus non prius interuenire cenſetur, quam ſi literæ in illo loco, ad quem diriguntur, ſint etiam præſentatæ, & lectæ, in tantum, quod literæ, ſi is, qui eas miſerit, fuerit

Digitized by Google

mortuus acceptanti, vel ei qui eas miſit nihil proſit, nec ſcribentem, & mittentem obligent, quoniam iam is conſentire non poſſet, Puteus *deci.* 114. *lib* 1. qui ſic deciſum refert in Rota 25. Martij, Anno 1541.

COLLECT. 2509.

Super cap. 32. Neap. inter capit. & priuileg. Neap.

¶ *Terræ quando exemptæ intelligantur ab hoſpitatione?*

QVotieſcunque Baro facit ſuam Terram Cameram reſeruatam, illam vtique eximit ab onere hoſpitandi, h. d. quę quidē exemptio ortum habet ob fauorem dominorū, qui conijcitur ipſis vaſallis; nam priuilegium alicui conceſſum extenditur etiam ad eius familiares, Capyc. *deciſ.* 12.

Sed num vniuerſitas ſemel electa in cameram à Barone ſi alienetur adhuc ſit exempta ab hoſpitatione? vide Nouarium, qui latè, & doctè quidem examinat articulum *in lib.* 1. *quæſt. Forenſ. deciſ.* 84. vbi pariter alia concernentia ad hanc materiam coacervat.

Et Cameræ reſeruatæ, quæ gaudent immunitate actualis hoſpitationis; num debeant ſimiliter gaudere immunitate contribuendi pecunias illis oppidis, ſeu Terris, quæ actualiter hoſpitantur? negat idem Nouarius *in lib.* 1. *quæſt. Forenſ. cap.* 90. vbi ad id adducit cap. 7. de gratiis conceſſis per Cæſaream maieſtatem de Anno 1513. inter capitula, & priuilegia Neap. vbi licet fuiſſet ſupplicatum de huiuſmodi exemptione Cameris reſeruata, non fuit tamen conceſſa, & ſecundum ipſius opinionem videmus in dies practicari in Regno, vt eſt notum.

Et num huiuſmodi Cameræ reſeruatæ, ſicuti ſunt exemptæ, ab hoſpitatione, ita pariter non teneantur pro tranſitu? negatiuè practicatur in Regno, nam pro tranſitu quælibet vniuerſitates contribuunt, & vllum priuilegium allegare poſſunt, & meritò quidem, quia immunitatis materia ſtricta eſt, Franch. *deciſ.* 259.

Scias tamen, quod regulariter ſingulæ Ciuitates, Terræ, Caſtra & villæ, tam demaniales, quam baronales tenentur hoſpitari, Afflict. *deciſ.* 165. eò magis tempore belli, Koppen. *deciſ Rotæ Germaniæ* 59.

Quæ ſanè regula non procedit in Adminiſtrationibus, & ſyndicis Ciuitatis, qui pro illo anno; quo eorum officium exercent ſunt excuſati à tali onere, Cachetan. *deciſ.* 95.

Sic pariter non comprehendit Doctores *l. medicos C. de profeſſor. lib.* 10. Viuius *deciſ.* 162. Theſaur. *quæſt. Forenſ.* 93. *lib.* 1. & multæ aliæ perſonæ adhuc à tali onere ſunt exemptæ, quas cum occaſione aliarum legum retulerimus, meritò ne bis idem repetamus, ad ibi dicta lectorem remittimus.

COLLECT. 2510.

Super Doctrina Iaſ. in l. illa ſtipulatione ff. de verb. obligat.

¶ *Liberatio. & quietatio omnem tollit obligationem, quod declaratur.*

DIcit hic Iaſ. *n.* 4. quod per liberationem tota obligatio extinguitur.

Amplia vt poſtea ex nulla penitus cauſa reuiuiſcere poteſt, *l. qui res* §. *aream ff. de ſolut.* Berlicchius *deciſ.* 72. vbi ex hoc axiomate infert, quod ſi primus Tutor, qui pecuniam ex adminiſtratione tutelæ penes ſe habet, & nouo tutori ſoluit poſtea, ſi fortè hic nouus tutor non ſit ſoluendo, à pupillo amplius conueniri nequit.

Sed

Sed an ſi tutor nomine pupilli cum aliquo contraxit, & poſtea à tutela liberatur, & alius tutor in eius locum ſubſtituitur, an primus tutor, an verò ſecundus ex illo contractu conueniri poſſit? declarat Berlicchius *cit. deciſ.* 72. vbi ait quod non primus, ſed ſecundus tutor conueniri debeat, & iuxta hanc ſententiam fuiſſe deciſum, teſtatur, declarando tamen aliud eſſe, quoties tutor proprio nomine contraxiſſet, & ſe obligaſſet, quia tunc liberatione, & quietatione non obſtante, nihilominus ex contractu durante tutelæ officio cum aliis celebrato conueniri poteſt, per ea, quæ dixit idem Berlicchius *deciſ.* 14. & 15. ad quem recurras, quando caſus euenit in facto.

COLLECT. 2511.
Super l. certarum, & l. poteſt ff. de verb. ſignific.

¶ *Reſiduum intelligitur ſupponere partem ſummæ ſoluendæ, quod declaratur.*

RESiduum quandoque partem, interdum totum pro materiæ qualitate deſignat: totum niſi ſit pars, in cuius reliquo poſſit dictio verificari, cum nulla adhuc pars ſit ſoluta, ita colligitur ex his ll. & ita Seraphin. *deciſ.* 544. propriè tamen ad partem reſtantem refertur *l. ſiquidem C. de tranſact.* idemque de verbo ex reſto, pro ſaldo, pro reliquo, & ſimilibus Franc. *deciſ.* 45. qui plenè tractat de intellectu *l. 2. C. de hæred. inſtituend.*

Supponit itaque dictio hæc (Reſiduum) partem ſummæ ſoluendæ, aliàs non eſſet reſiduum, . Seraphin. *deciſ.* 224. vndè Creditor petens decem à debitore ſuo pro reſiduo non poteſt aliud vltra petere, & ſi plus ille debeat, Afflict. *deciſ.* 285. Bellon. *deciſ. Rot. Genue* 60. & 132. Seraphin. *deciſ.* 617. idemque eſſet ſi in iudicio partem crediti pro reſiduo peteret creditor, Guid. Pap. *deciſ.* 177.

Ceſſat tamen hoc quando ſcriptura ſaldi defectum cauſæ contineat, vel ſi proteſtatione vtatur, ſaluo, &c. Polidor. Ripa *obſeruat.* 88. vt nec procedit in creditore, qui duplicem gerens perſonam, propriam, & ceſſionariam, quia ſi confiteatur pro reſto ſe habuiſſe, à proprij tantum debiti petitione excluditur, *l. & magis ff. de ſolut.* ita vt ceſſum debitum petere non prohibeatur, quia ceſſionarius cedit in ius cedentis, Barzius *deciſ. Bononiæ* 56. & 70. Intrigliol. *deciſ.* 1. Milanenſ. *deciſ.* 1. *lib.* 2. & debitorem poteſt exequi, & intentare directas, quia procurator eſt irreuocabilis in rem propriam Theſaur. *deciſ.* 201. Caualc. *deciſ.* 22. *part.* 3. vnde meritò DD. firmant iſtum creditoris appellatione contineri in ſtatuto, quo parata conceditur executio.

COLLECT. 2512.
Super l. ſæpè vbi DD. ff. de offic. præſid.

¶ *Verbum (poteſt) liberam voluntatem, ſeu neceſſitatem ſignificat, & aliquando tollit omnem potentiam.*

LIberam voluntatem denotat Verbum (poteſt) ſeu neceſſitatem canſatiuam in reſcripto, aut ſi in conſtitutione aliqua ponitur, & ita Triuiſan. *deciſ.* 15. *lib.* 1. Garzias *deciſ.* 25. & nos diximus *deciſ. Curiæ Archiepiſc. huius Ciuitatis Neap.* 270.

Verum, quando negatiua præponitur verbo (poteſt) præciſam inducit neceſſitatem, & actum reddit ipſo iure nullum excluditque potentiam. Monter. *deciſ. Arag.* 12. & 26. De Ponte *deciſ.* 28. Magon. *dec. Lucenſ.* 36. Marta *deciſ.* 9.

Digitized by Google

COLLECT. 2513.
Super l. quæſitum ſcio ff. de Teſtibus.

¶ *Expreſſum quando dicatur, & intelligatur, & vbi requiritur non ſufficit tacitum.*

EXpreſſum dicitur, quod ſub ratione comprehenditur, h.d. concordat *l. ſi poſtulauerit* §. *ſed ſi negauerit ff. de Adulter.* & ita voluit Rot. apud Farinac. *deciſ.* 10. *part.* 1. *tom.* 1.

Amplia quod expreſſum dicitur quod continetur ſub generalitate verborum, Monach. *deciſ. Lucenſ.* 62. & *Florent.* 69.

Amplia ſecundò quod expreſſum pariter dicitur, quod ex eadem ratione deducitur, Surd. *deciſ.* 254. & 255.

Amplia tertiò expreſſum dici vt ex mente, & coniecturis colligitur, Gama *deciſ. Luſit.* 51.

Amplia quartò quod expreſſum cenſetur, quod virtualiter ineſt, Magon. *deciſ.* 65.

Sed nota, quod expreſſum vbi requiritur, non ſufficit tacitum neque præſumptum, *cap.* 2. *de præbend. cap. fin. de procurator. in* 6. Cabed. *deciſ. Luſita.* 12. *part.* 2.

Et expreſſi maior eſt vis, quam taciti *l. nunquam ff. de condit. & demonſtrat. l. expreſſa nocent ff. de Regul. Iur. l. precibus C. de impuber.* & expreſſum facit ceſſare tacitum *l. cum ex filio* §. *filio impuberis ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. maritus C. de procuratoribus*: Et expreſſo vitiato vitiatur tacitum in eo comprehenſum *l.* 3. §. *fin. de ſeruit. ruſtic. præd. l. cum vnus* §. *planè de bon. author. iudic. poſſidend. l.* 1. §. *hæc verba verſic. proinde ff. ne vis fiat ei, l. per ſeruum.* §. *fin. ff. de vſu, & hab. l. fin. ff. de conſtit. pecun. l. non dubium. C. de legibus.*

Expreſſum autem dicitur, quod ex conſequentia verborum neceſſario colligitur, vt firmat Seſſa *in deciſ. Rot. Aragon.* 113. & 189. firmans pariter *deciſ.* 202. expreſſum propriè, & totaliter cenſeri quod per relationem exprimitur, ſequitur nouiſſimè Antonius Monachus *deciſ. Lucenſi* 33.

Et expreſſum dicitur, atque appellatur, quod ſubintelligitur à iure, *l. licet Imperator ff. de legatis* 1. *l.* 1. *C. de teſtament. milit.* cum aliis concordantibus, de quibus paſſim apud DD. noſtros.

COLLECT. 2514.
Super l. 2. §. denique ff. de Aqua pluu. arcend.

¶ *Prohibitum non cenſetur quod non nocet, & alicui prodeſt, quod declaratur.*

PRohiberi non debet, quod non nocet, & alicui prodeſt, h. d. & ita Surd. *deciſ.* 120. & 236. quod tamen eſt verum, niſi tractetur de præiudicio tertij, vel de bono publico, aut de animæ ſalute.

Prohibita tamen quæ non inueniuntur per legem permiſſa cenſentur *l. nec non ff. ex quib. cauſ. maior. l.* 1. *ff. de teſtibus l. ſtatuas C. de Relig. & ſumpt. funer.* Antonin. *reſolut.* 41. *lib.* 1.

Et prohibito vno cenſentur omnia prohibita, per quæ ad illud peruenitur *l. oratio ff. de ſponſal. l. eos in fin. C. de vſur.* Rubin. *deciſ.* 38. vbi etiam quod prohibitum vna via non cenſetur alia permiſſum, *l. quod dictum ff. de pactis l. cum hi* §. *ſi cum iis ff. de tranſact.* & prohibitum directò non poteſt fieri per indirectum *l. Seius, & Augerius ff. ad l. falcid. l. ſcire oportet.* §. *ſi mater ff. de tutor. & curat.* Surd. *deciſ.* 21. & prohibitum ad tempus poſt tempus videtur eſſe permiſſum, *l. imperator ff. de poſtuland. l. ſi vnus* §. *pactum ff. de pact.* prout è contra permiſſum ad tempus poſt illud cenſetur prohi-

Digitized by Google

prohibitum *l. ſi vnus §. 1. ff. de pact.* Cache. *deciſ.* 83. Surd. *deciſ.* 75. Rota apud Farinac. *deciſ.* 617. & prohibitum vni aliis cenſetur conceſſum *l. qui accuſare ff. de accuſat. cap. nonne de praeſumpt. l. cum praetor ff. de iudic.*

COLLECT. 2515.
Super Doctrina Andreae in cap. 1. §. ſimiliter circa finem de Capit. Corrad.

¶ Onus ſoluendi releuium an ſit reale, & quando debeatur?

QVamuis dubia ſit quaeſtio inter vltramontanos, & noſtros, an ſoluendi releuium ſit reale, & inſit feudo? Tamen Andreas hic firmat opinionem, quod tale onus inſit feudo, nec ſit reale, ſed perſonale ab haerede ſoluendum ratione inueſtiturae, quam tenetur petere, vt ſucceſſor in feudo ſeruata forma iuris communis, & conſtitutionis Regni.

Sed pro ornatu quaeritur num quātitas pro releuio ſoluta poſſit ab haerede in feudalibus deduci? vide Gizzarel. *deciſ.* 8. vbi teſtatur deciſum in Sacro Conſilio haeredem cum beneficio legis, & inuentarij nullatenus poſſe deducere pecuniam ſolutam pro releuio.

Quando autem Releuium debeatur in aliis collectaneis iam reportauimus, hic tamē de duobus ſolum quaeram, & primò num releuium debeatur, ſi mortuo feudatario, qui tenebat feudum emptum cum pacto de retrouendendo venditor virtute pacti reemit feudum ab haerede? affirmatiuè deciſum pluries in Regia Camera Summariae, & ita quotidie obſeruari teſtatur Nouarius *quaeſt. Forenſ. ſiue deciſ.* 74. *lib* 1. & Num Releuium duplex debeatur, ſi pater, & filius vno, eodemque anno vnus poſt alium moriantur, declarat Idem Author *quaeſt. Forenſ.* 10 *lib.* 1. vbi contra fiſcum reſpondet, firmans pariter quod Releuium non debetur quando in eodem anno eſſet ad hoc impoſita, ſicque deciſum in Regia Camera Summariae, & in ſpecie in cauſa Ducis Termularum cum Regio fiſco.

COLLECT. 2516.
Super l. 1. C. de Metropol. Beryto lib. 11.

¶ Dignitates proueniunt à Principe, quae ſint regales dignitates, & quo caſu Baro habeat dignitatem regalem?

DIgnitates omnes à Supremo principe prouenire dicuntur, h. d. concordat text. *in l. Sacrilegij C. de diuerſ. reſcript.* ſicque de Summo Pontifice dixit ex noſtris deciſionariis Praeſes Sacri Regij Conſilij Vincent. de Franch. *deciſ.* 62. de Imperatore Rubin. *deciſ.* 43. de Regibus D. Regens Tapia deciſ. *ſupremi Senatus Italici*, cum quilibet Rex in regno ſuo ſit monarca *cap. ſciteote* 6. *quaeſt.* 3. & *cap. apibus* 7. *quaeſt.* 1. ipſeque nouas erigat dignitates, quinimo ſolo verbo conſtituit Duces, Marchiones, Comites, & ſimiles, & magnas dignitates confirmat, ſicut & minores dignitates auget, & minuit, vndè de Baronia conſtituere Comitatum, vel Marchionatum & aliam dignitatem, & è contra eos deponere permiſſum eſt, Gramat. *deciſ.* 65. idque facere poteſt etiam in Terris Demanialibus, nec non & authoritatem interponere ad textum *in cap. cum olim de conſuet.*

Sed num Barones hanc regalem dignitatem habeant? vtile eſt ſcire, & quidem, licèt DD. in hoc non ſint cōcordes; Tamen verior; & magis approbata eſt opinio, quod Baronalis dignitas regalis ſit, quotieſcunque Ba-

Digitized by Google

ro habuit Terram ſub titulo Baroniæ, Cabedus *deciſ. Luſitania* 104. ſufficit enim quod à Rege concedatur talis dignitas, vt regalis appellari poſſit, & verè Baro dicatur.

Regales autem dignitates, ſi eas reſpectu concedentis cõſideremus ſunt pontificia, Imperatoris, Regum, aliorumque principum ſuperiorem non recognoſcentium, ſi verò illas reſpectu eorum, qui adminiſtrant & exercent inſpicimus, de communi feudiſtarum opinione appellantur Baronalis, Comitatus, Marchionatus, & Ducatus, de quibus *in cap. 1. de feud. March. in c. 1.* quis dicatur dux, vel Marchio, & *in c. 1. de his, qui feud. dar. poſſ.*

COLLECT. 2517.

Super l. Iubemus C. ad l. Iul. Repetundar.

¶ Officialis quibus cauſis poßit conueniri pro delictis in officio, officio durante.

OFficialis poteſt durante officio conueniri de crimine Barattariæ h. d. & ita Maſtril. *deciſ.* 188.

Amplia, vt conueniri poſſit durante officio de nimia negligentia *l. ſi quod C. de offic. præfect. prætor. orient.* Rubin. *deciſ.* 48. vbi ait, quod propter negligentiam priuatur officio, qui ita pariter firmat in caſu magnæ ſæ itiæ nam durante offi io remo ien ſſunt ex *l. 1. & 2. ff. de his ſunt ſui, vel alien. iur.* De Ponte *deciſ* 7. *& deciſ.* 16. niſi tamen officium eſſet emptum, quia tunc poſſet cogi ad illud vendendum, Guid. Pap. *deciſ.* 62.

Amplia etiam idem procedere, quando actio eſſ t tempore peritu a, nam durante officio benè conueniri poſſunt, ad textum *in l. Senatus ff. de offic. præſid.*

Amplia etiam, quando pro delicto imponeretur pœna priuationis officij, quia ea non poteſt habere locum, niſi quando proceditur durante officio, & ſic neceſſaria requiritur diſpoſitio, quod eo tempore cognoſci poteſt de eo delicto, De Ponte *deciſ. Collateral. conſilij* 25. Cabal. *reſolut. crim.* 76.

Amplia tandem quoties Rex, vel princeps ita mandaret Teſta. *allegat.* 9. vbi atteſtatur ſic fuiſſe ſeruatum ſæpius in Regno Siciliæ.

Nota tamen, quod Barattaria committitur, quando Iudici aliquid datur, vt celeriter cauſam expediat, & iuſtitiã celeriter adminiſtret Boer. *deciſ.* 153. & vide noſtram *deciſ.* 239. *part.* 4.

Et Barattariæ crimen quomodo probetur, & puniatur in officiali, cuius officium eſt vendibile, declarat Caſtill. *deciſ. Sicil.* 164. *part.* 2. & probationes qualiter debeant eſſe in tali crimine Barattariæ, declarat idem Caſtill. *deciſ.* 167. *part.* 2.

Sed an Prorex Regni poſſit via ordinaria inquirere contra ſupremos magiſtratus perpetuam Iuriſdictionis adminiſtrationem habentes, vide latè D. Regentem Tapiam *in deciſ. ſupremi Senatus Italiæ* 3. vbi articulum reſoluit magno cum apparatu, vt videre poteris quando caſus acciderit, & an Vicerex ſit Iudex competens Caſtellanorum delinquentium declarat Idem *deciſ* 13.

Et officialis perpetuus durante officio, licèt poſſit conueniri, & accuſari, id tamen intelligitur proceſſiuo, non autem palatiuo modo Caſtill. *deciſ.* 196. *tom.* 2.

COLLECT. 2518.

Super Rubric. C. de muner. & honor. non continuand.

¶ Officiales finito officio non poſſunt illud con-

Digitized by Google

continuare, nec ad aliud promoueri durante quinquennio, aut triennio.

ONera, & honores nō debent eſſe perpetua, vnde officiales finito officio non poſſunt illud continuare, prout ita percipitur ex hac Rubrica, & Antonin. *deciſ. Marcerat. ſiue reſol. variar. lib. 1. reſolut. 64.*

Amplia quod qui vnum officium ſemel exercuit, non poteſt ad idem officium promoueri durante quinquennio nec ad aliud durante triennio, *l. 1. C. eod. tit. de muner. non continuand. lib. 10.* Franc. *deciſ. 264.*

Declara tamen quod ciuibus de vniuerſitate nolentibus, poteſt quis in officio confirmari, quod eſt verum tā in officialibus iuſtitiæ quam Adminiſtrationis, Boer. *deciſ. 149.* Viuius *deciſ. 129.* Anna *alleg. 15.*

Vnde confirmationem factam in parlamento generali fuiſſe declaratam validam per Sacrum Conſilium, teſtatur Franc. *deciſ. 609.*

In tantum quod requiritur conſenſus totius vniuerſitatis, ita quod ſi. vnius deficiat, valida confirmatio non erit prout teſtatur Nouarius, qui in hac materia doctè, vt ſolet in aliis loquitur, *quaſt. Forenſ. ſiue deciſ. 85. lib. 1.* vbi etiam dicit, quod licèt Ciues omnes aſſentirent pro confirmatione, ſi tamen Baro Terræ contradiceret, tunc non poſſet fieri confirmatio, ſicque pariter annuit contradicentibus epiſcopo ciuitatis, vel loci Gubernatore ratione, de qua ibi.

Aduerte tamen, quod contradictio requiſita, ad hoc vt confirmatio non poſſit fieri debet eſſe tempore confirmationis, nam poſt illam factam contradictio nullum parit effectum *l. pen. § fin. de decur. ca. nulli 54. diſtinc.* Anna *alleg. 15.* & contradicens debet eſſe de ipſo concilio, alias non obſtaret, Franc. d. *deciſ. 609.*

Et tandem nota, quod ſtante conſuetudine legitimè præſcripta confirmandi Adminiſtratores, etiam quod maior pars vniuerſitatis contradixerit confirmatio benè fieri poteſt, & apud Nouarium *cit. quaſt. Forenſ. 85. num. 10.* vbi hanc defendit opinionem ex pluribus, quæ penes ipſum dum caſus acciderit videri poſſunt.

COLLECT. 2519.

Super l. Inuitus C. locati.

¶ Conductor quando teneatur inuitus perſiſtere in locatione.

REgula deſumitur eſt iſto text. quod inuitus conductor perſiſtere in conductione non tenetur.

Limita tamen in conductione rerū fiſcalium, quia inuitus cogitur perſeuerare conductor, & ideò benè præferuntur aliis in conductione *l. congruit. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11* Gizzarel. *deciſ. Sacri Conſilij 5.* vbi latè diſcuſſit de hac materia *l. congrui: cum leg. ſeq.* vide pariter Caſtill. *deciſ. Sicil. 114. part. 2.*

Sed num Veteres conductores rerum fiſcalium volentes reconducere partem prædij præferantur aliis volentibus conducere totum prædium? negat Nouarius *quaſt. Forenſ ſiue deciſ. 86. lib. 1.* vbi iuxta hanc opinionem in cauſa ſibi delegata determinaſſe teſtatur ex eo, quia durum videtur quod teneatur locare inuitus, & cogeretur quoque partem locare, nam ſi grauatur in vno, non debet grauari in alio ad textum *in l. eum qui ff. de Regul. iur. l. iure ſuccurſum ff. de iur. dot.*

Et an proprietarius finito vſufructu teneatur ſtare locationi, vbi vſufructus eſt in re, quæ de ſui natura non affert fructum, niſi ſingulo triennio, declarat Idem Nouar. *quaſt. forenſ. 95. lib. 1.*

C

Digitized by Google

COLLECT. 2520.

Super l. 1. C. de metallis lib. 11.

¶ Baro præfertur in fructibus feudi à vaſallo vendendis, & in conductione bonorum feudalium.

FIrmant hic DD. Baronem præferri in fructibus à vaſallo vendendis, quos ex ſuo feudo percipit, & ita fuit iudicatum in cauſa vniuerſitatis Lauri cum Marchione, vt in Banca Ciotti, & aliàs in cauſa Ducis Magdaloni cum eius vaſallis, vt teſtatur Nouar. *in prag. Regni 1. n. 23. de Baronibus.*

Sed num idem procedat in nouo conceſſionario, qui an præferatur veteri emphyteotæ? vltra Franc. *deciſ.* 123. videndus eſt nouiter Gizzarel. *deciſ.* 6. vbi plena manu articulum reſoluit, & an directus dominus præferatur aliis emere volentibus fructus, qui percipiuntur à ſuo prædio, quod conceſſit in emphyteuſim? & affirmatiuè deciſum, ait Nouarius *quæſt. Forenſ.* 41. *lib.* 1. & Dominus directus an præferatur aliis in cōductione rei emphyteoticæ, ſicut præfertur in emptione? affirmat Idem *quæſt. Forenſ.* 92. *eod. lib.* 1. vbi tamen loquitur, quando conductio eſſet ad longum tempus, ea ratione, quia locatio ad longum tempus dicitur ſpecies alienationis *l. ſiquis ante ff. de acquirend. poſſeſſ.* cum adductis per Barzium *deciſ. Rot. Bonon.* 17. & per nos *deciſ. Curiæ Archiep.* 10. *part.* 1.

Sed quodnam dicatur longum tempus quoad hunc effectum? dicas decennium, nam tempus decem annorum benè poteſt dici longum tempus, De Ponte *deciſ.* 21. & DD. omnes communiter.

COLLECT. 2521.

Super cap. Abſente, & cap. caueant. 3. quæſt. 9.

¶ Iudicium nullum redditur ex defectu citationis.

HAbetur hic quod citationis defectus iudicium nullum reddit, quia adhoc vt illud validum ſit debeant partes audiri, & ita Barzius *deciſ.* 15. quoniam citatio diuino, & humano iure eſt neceſſaria, vt aliàs diximus in aliis collectaneis, & refert Nouarius videndus *in prag. Regni* 3. *ſub rubrica de citat.* qui plures, & plures cumulat caſus, in quibus citatio requiritur, & non ſit neceſſaria, prout videre poteris.

Sed an Abſens à Regno debeat citari extra Regnum ad hoc, vt iudicium ſit validum, videndus eſt D. Regens de Tapia Marchio Belmontis deciſ ſupremi Senatus Italiæ 5. vbi articulum per plura media reſoluit, quæ per te videre poteris.

Et citandi ius, & praxis in Regno, & in criminalibus quænam ſit? vide apud Gizzarel. *deciſ. Sacri Conſil* 17. *n.* 12. *cum ſeq.*

Et Teſtes ſuper probatione fideicommiſſi examinati non citatis illis, qui ab inteſtato ſucceſſuri erant, num ſint recepti nulliter? vide quod in facto ſcripſit Nouarius, prout ex ſequentibus allegationibus apparet quæ ſunt videlicet.

CItatio emanare debet ad inſtantiam partis producere volentis teſtes ad videndos illos iurare, aliàs illorum depoſitio nulla eſt, *cap. in Nomine Domini de Teſtibus, l. ſi quando* vbi Bald. & alij *C. eod. tit.* Alex. *conſ.* 79. *volum.* 2. Afflict. *deciſ.* 28. Capic. *deciſ.* 35. *ſub n.* 7. Creſcent. *deciſ.* 2. *de Teſtibus*, Veral. *deciſ.* 108. *part.* 1. Guid. Pap. *deciſ.* 218. Cacher. *deciſ.* 79. vbi firmat hoc eſſe verū, etiam ſi eſſemus in cauſa, in qua procedi debeat omni ſolemnitate iuris omiſſa, vel ſi eſſemus coram principe

Boſſ.

Boſſ. *in pract. crim. in tit. de oppoſit. contra Teſtes*. Sicc. *conſil.* 52. *num.* 7. *&* 8. *vol.* 1. & non ideò quod Teſtes examinantur coram principe parte non citata, valet eorum dictum, quia ſicuti princeps citationem tollere non poteſt, minus intelligitur ſublata Siluan. *conſ.* 94. *num.* 4. Bertazzol. *conſ. crim.* 59. *num.* 23. *vol.* 2. Crauett. *conſ.* 592. *num.* 25. Viu. *in ſilua commun. opin. concluſ.* 3; 8. vnde Teſtes examinati in cauſa criminali parte nõ citata, nec ad torturam indicium faciunt, Bart. *in l. maritus num.* 3. *ff. de quaeſt.* Alex. *conſ.* 180. *num.* 8. *vol.* 2. Gomez. *in epith. delict. capit.* 1. *num.* 12. & Rota Romana in vna Toletana testium coram Oiano, vnde imo euit praxis in hoc Regno, quod in cauſis criminalibus parte non citata examinantur teſtes in proceſſu informatiuo, & in principio inquiſitionis, & deinde conſtituto delinquente in iudicio, & data dilatione ad defendendum ante quam detur inquiſito copia inquiſitionis repetuntur Teſtes citato Reo ad videndum illorum iuramenta, & ait Foller. *in pract. crimin. in verb. repetantur Teſtes in fine*, niſi eſſemus in cauſis criminalibus arduis, vt puta in latronibus inſignibus, ſtratarum diſrobatoribus violentis raptoribus, incendiariis, & ſimilibus, in quibus Magna Curia Vicariæ ex proceſſu informatiuo, & teſtibus parte non citata examinatis ſolet procedere ad tormenta reorum inquiſitorum, vt teſtantur Affl ict. *deciſ.* 391. Gram. *conſ. crimin.* 64. Grand. *de bello exulum in prædicamento qualitatis quaeſt.* 1. *num.* 13. Franc. *deciſ.* 143. & eſt capitulum Regni incipiens, ſi cum ſceleratis vbi plenè Niger in comment.

Accidit tamen dubitari in cauſa Io. Leonardi Scalini cum Iacobo Ant. & Marcello Salutio, ſi Teſtes examinati ſuper probatione fideicommiſſi relicti à quodam Hieronymo Solatra eſſent recepti nulliter, dum ipſe Io. Leonardus, qui ab inteſtato erat ſucceſſurus tempore depoſitionis teſtium non fuiſſet citatus.

Et ego tamquam conſultor aſſumptus à Gubernatore illius ciuitatis vbi cauſa hæc ventilabatur, fuit enim ordinarius inſpectus allegatus, determinauit in fauorem ipſius Io. Leonardi ductus ex peregrina doctrina Caſtrenſ. *in conſ.* 389. *lib.* 1. vbi ſcribit, quod in examinatione Teſtium ſuper fideicommiſſo probando viuente ipſo grauato citari debet non ſolum ipſe cui prætenditur factam fuiſſe ſubſtitutionem, ſed etiam illi, qui ab inteſtato ſucceſſuri ſunt, & ita eum referendo ſequitur Zanch. *in repet. l. heredes mei §. cum ita part.* 1. *num.* 50. *pag.* 1. *ff. ad Trebell.*

Quæ determinatio ita firmatur, nam ſucceſſuri ab inteſtato habẽt fundatam eorum intentionem, inſque fundum, cum in dubio fideicommiſſum non præſumatur, & alleganti incumbit onus probandi Soc. ſen. *conſ.* 62. *num.* 4. Gozad. *conſ.* 2. *num.* 2. Soc. Iun. *conſ.* 64. *vol.* 3. Decian. plures adducens *in conſ.* 55. *num.* 9. *volum.* 3. latè Maſcard. *de probat. concluſ.* 774. vbi cæteros allegat, quia odioſum eſt fideicommiſſum, Cephal. *conſ.* 34. *num.* 29. Bertaz. *conſ. crim.* 69. *num.* 13. Menoch. *conſ.* 150. *num.* 10. *&* 11 & alij, quos relatos per Marzar. *de fideicommiſſu quaeſt.* 1. quos per te videas, & ideo tamquam intereſſe habentes primariò & non ſecundariò debent citari Alex. *in l. de nuo col. fin. ff. de re iudic.* latè Marantam *in pract. part.* 6. *in verb. rectè comparuit citatio nu.* 2. *&* 29. Imo. *in cap. fin. de maioritat. & obed.* latè Tiraquel. *in ſuo tract. Res inter alios acta part.* 2. *cum ſequent.* vbi pleniſſimè tractat qualiter requiratur citatio illorum, quibus præiudicium principaliter inferitur, nam quando agitetur de præiudicio alicuius ſecundariò, ac-

Digitized by Google

ceſſoriè, & in conſequentiam, tunc citatio non eſſet neceſſaria Gloſ. *in l. de vnoquoq. in verb. quos cauſa*, vbi Angel. Imol. & Alexand. *l. ff. de re iudicata*, Bart. *in l. diem ff. de aqua plu. arcend.* Dec. *conſ.* 267. Barbat. *conſ.* 44. *num.* 11. *vol.* 2. Aſin. *in pract. Iud. c.* §. 7. *ca.* 5. *limit.* 2. Capyc. *deciſ.* 107. *ſub num.* 9. quæ in conſequẽtiam enim veniunt non ſunt habenda in conſideratione, prout præſentia, quia de futuris in contingentibus non eſt determinata veritas, *l. ventre ff. de acquir. hæred. l. ſi putator ff. ad l. Aquil. l. qui bona §. cũ inter ff. de damno infecto* Tuſc. *concluſ.* 568. *lit* F. futura ſiquidem quæ poſſunt abeſſe, & adeſſe minimè ſunt conſideranda, *l. ſciendum §. ſi futurum ff. qui ſatiſdat. cogantur* Felin. *in cap. in noſtra col.* 12. *num.* 15. *de reſcript.* nam propriè non poteſt dici præiudicium, quod non imminet de præſenti, Gomeſ. *in regul. de iur. quæſit. non tollendo quæ.* 4. *in princip.* nec prudens eſt iudicium ſuper re præſenti ſtatuere, ex eo quod in futurum poteſt contingere, cum tamen incertum ſit, Alex. *conſ.* 39. *col.* 2. *lib.* 5. & iudicia non poſſunt eſſe ſuper futuris *l. non quemadmodum de iud.* Gloſ. *in l. niſi ſtipulatus §. cum ſtipulemur de verb. oblig.* Caſſador. *deciſ.* 1. *num.* 5. *de præbend.* & ſemper debet attendi præſens ſtatus, & non futurus, *cap.* 2. *de iur. iurand.* Tiraq. *in l. ſi vnquam n.* 166. *C. de reuoc. donat.* ex quo meritò Gratian. *in deciſ. Marchiæ* 57. deciſum refert, damnum datum in frumento non debet æſtimari habito reſpectu quando erit maturum, ſed habito reſpectu ad herbam ex Amnul. *de Iur. Regal. priuil.* 18. *n.* 5. Bald. *conſ.* 182. *col.* 2. *lib* 2. Cranet. *conſ.* 41. *num.* 10. Menoch *de Arbitr. Iudic caſu* 241. *n.* 21. quibus iungo Viuium *in deciſ.* 280. & ideò pro futuris criminibus excommunicationem ferri non poſſe nouè concludit Genuen. *in pract. babil. Eccleſ. q.* 548. *per textum in cap. Romana §. conueniunt. de ſententia excom. in* 6. licèt contrarium in hoc teneat Ricc. *in praxi reſolut.* 45. *part.* 2. cuius opinio mihi Nouario non arridet, & ideo illum reſpuo.

Quare meritò videmus quod quãdo ſententia fertur contra inſtitutum non eſt neceſſe citari fideicommiſſarium *l. ſi patrem §. fin. ff. ad Trebell.* ſic quando iudicium agitur cum hærede, non eſt neceſſariò citandus ſubſtitutus *l. ex contractu ff de re iudic.* & hinc eſt quod quando iudicium agitur contra hæredem, legatarij, & fideicommiſſarij non ſunt citandi, licèt poſſint comparere, & adeſſe actui, atque etiam appellare *l. qui de inofficioſo, & l. ſi ſuſpecta ff. de inoffic teſt. l. ſi ſuperatus*, vbi etiam Gloſ. *de pignor.* Gom. *in l.* 40. *Tauri num.* 73. Theſaur. *deciſ.* 194. *num.* 5. quia vt diximus in his cauſis ius defenſionis non ſpectat principaliter ad legatarios fideicommiſſarios, & ſubſtitutos, nec principaliter præiudicium infertur.

Vnde meritò ſententia lata contra principalem regulariter non nocet ſecundariò intereſſatis, de quo videndus Seſſ. *in deciſ. Arag.* 163. *tom.* 2. vbi hunc articulum examinat, & illum declarat.

Io: Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2522.
Super Gloſ. in l. 2. C. de Iur. Emphyt.

¶ *Solutio debet probari ab allegante.*

GLoſa hæc in verbo *expellere* firmat, quod ſolutio debiti ab affirmante, & non à negante iuſtificanda eſt: & ita Afflict. *deciſ.* 22. Ratio autem eſt, quia ſolutionem allegans illã probare tenetur. *l. quingenta verſic. nam etſi creditum, & l. cum de indebito ff. de probat. l.* 1. *& fin. B. de ſolut.* & ſolutio probanda

Digitized by Google

banda eſt ab illo, qui tenetur ſoluere, Surd. *deciſ.*105. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 5. vbi quod ſolutio per allegantem probanda eſt, nam ſolutio eſt quid facti, & facta non præſumuntur, niſi probentur, *l.in bello ff.de capt.& poſtlimin reuerſ.l.aſſeueratio C.de non numer.pecun.*

Nota tamen, quod ex diuturnitate temporis ſolutio debiti præſumitur, Afflict. *deciſ.*13. & ſolutionem probari ob id, quod creditor diu diſtulit petere debitum, voluit Rota Rom. *deciſ.* 788.*part.*1.

Sed an obligatione reperta incuſata per decennium, debitum præſumatur ſolutum? affirmatiuè deciſum refert Nouarius *in quæſt. foren ſ.*136.*lib.*1.

COLLECT. 2523.
Super l.2.ff. de Iuriſdict. omn. Iudic.

¶ *Antecedenti conceſſo conceditur, & conſequens, & è contra.*

HIc firmatur Regula illa trita, quod antecedenti conceſſo, cõceditur & conſequens, & ita tradit Anton.Monach.*deciſ.Florent.*29.

Quæ ſanè regula licèt ſit vera, tamẽ eam declara procedere in illis tantum caſibus, in quibus antecedens eſt neceſſarium ad conſequens conſequendum, prout ita tradit Rubin.*deciſ.*57.

Nota tamen, quod antecedenti destructo nullam eſt dare conſequentiã, *l.*1.*§.huius rei ff. de offic. eius l. veteres ff. de itin. act. priuat.* Anton. Monach. *deciſ. Florent.*29.vbi tenet quod remoto antecedenti eius conſequens remouetur, prout cõſequens qui vult, pariter vult & antecedens, *l.ad rem mobilem, & l.ad legatum ff.de procur. l qui propri § qui alium ff. eod. tit. l. illud ff. de acquirend. rer. domin.* Surd.*deciſ.* 0.194.*&* 303. Rota *apud Farinac.deciſ.*44.*tom.*1.*part.*1.

Et conſequens vbi eſt falſum antecedens ſubſiſtere non poteſt *l.*2.*§. mutui datio ff. ſi cert.petat.* nam ad poſitionem conſequentis ſequitur poſitio antecedentis *l.illud ff. de acquir. hered.* & deſtructo conſequenti deſtruitur & antecedens, *l. apud antiquos C. de furt.*

Sed an quæ veniunt in conſequentiam habeantur in conſideratione negat textus *in l. ff. de Author. tutor. l. is, qui ff.de liber. cauſ. cum ſimilibus*, de quibus Mohed.*deciſ.*2.*de prabend.*

COLLECT. 2524.
Super l.1.C.de ſuſcept.& Archar. lib.10.

¶ *Officialis præſumitur vir bonus, & ideo ſi quid male factum reperitur culpa partis adſcribitur.*

SI quid male factum reperiatur non ab officiali, ſed culpa partis eueniſſe præſumitur, h.d.

De quo quidem ratio non requiritur, nam videmus, quod de vnoquoque particulare homine præſumit lex, quod ſit bonus *l. meritò ff. pro ſocio l. quoties §. qui dolo ff.de probat. cap.dudum, & cap.fin. de præſumpt.* & nos diximus *deciſ. Curiæ Archiepiſc.* 62. *part.* 1. quanto magis id de iudice affirmandum erit, qui dicitur legis miniſter, & executor, & ob id debet lex ipſa eum à dolo, culpa, negligentia, & alia re indebita, ac iniuſta longè procul, & alienum præſumere? Vltra quod officiales alio non conceſſo habent præſumptionem pro ſe, & in eius fauorem, quod benè & legaliter eorum officium adminiſtrauerint Bertazzol.*conſil.deciſ.*71.*&* 81. maximè ſi habeat manus mundas, & bonam famam, vnde tempore ſyndicatus, quia præſumptio eſt pro eo de his quæ in officio geſſit, & ob id probationes contra eum debent eſſe efficaciores, & validiores.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.

Digitized by Google

Aduerte tamen, quod ſi fortè aliquid opponeretur aduerſus officiales, ita quod venirent inquiſiti, non deſunt remedia, quibus ſe tueri poſſint.

Vnde, vt incipiam illa proponere, poteſt officialis ex nouis allegationibus defendere ſuam ſententiam, & oſtendere condemnatum ius non fouere Boer. *deciſ.*259. eò maximè ſi ſententia ex nouis probationibus iudicio appellationis reuocaretur, quia non dicitur iudex iniuſtè iudicaſſe, vt notatur, *cap. Ioannes heremita de fide inſtrument.*

Item excuſantur officiales inquiſiti de extorſione, ſi antè litem conteſtatam, vel ſententiam cum animo confitendi delictum, ſed ad redimendam propriam vexationem pecunias, aut res extortas, depoſitent, licèt aliud ſit in crimine Barattariæ, & aliis atrocioribus criminibus Viuius *dec.*146. Boer. *deciſ.*153. vbi declarat, & limitat, Cabal. *reſol. crim.* 56.

Adhuc recuſantur officiales pecuniarij, ſi ignorantes in crimen peculatus inciderent, vel dolus non interuenerit, ad textum *in l.* 1. *in fine ff. ad l. Iul. pecul.* Rubin. *deciſ.*45. vbi pariter, quod officiales pro leui, & leuiſſima culpa non puniuntur criminaliter, ſed ciuiliter, ſicque excuſari dicit officiales pro delicto familiæ ſuæ, quando delictum non eſt commune cum officio, vt quia commiſerit homicidium, vel furtum extra officium, quia in tali caſu nec criminaliter, nec ciuiliter puniri poteſt; Idemque dicendum erit ſi ignorante officiale domino famulus aliquid acciperet pro eo erogando, Franciſc. Marc. *deciſ.*425. ſic pariter excuſantur officiales de negligentia leui, & parui momenti, niſi tamen neg igentia eſſet diſſoluta, & dolo proxima, quia tunc poſſent officiales puniri Bertazz. *conſ. deciſ.* 71. *volum.*1. Georg. *alleg.* 42. prout etiam excuſantur, quando non fuerunt interpellati in expediendo proceſſum infra tempus ſtatutum, Cartar. *deciſ. Genuæ* 22. ad inſtar quoque ſi labatur inſtantia, & per eos non ſtetit, ſed euenit ex culpa partis, quæ negligens fuit ad interpellandum Iudicem, nam in tali caſu officiales excuſantur *l.* 2. *ibi ſi per negligentiam C. de Naufrag. lib.* 12. ſic quoque excuſantur officiales, ſi ex aliqua cauſa pœnam ſtatutariam augerent, vel diminuerent etiam quod ſtatuta ſeruare iurauerint, Cabal. *reſolut.* 18. prout excuſantur quando ex iuſta cauſa, & euidenti ratione relicta pœna à legibus ordinata eam augeret, vel minueret, ad textum *in l. & ſi ſeuerior C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* Gaid. Pap. *deciſ.*206. Peguer. *deciſ. Rot. Catalonia* 7. & tandem excuſantur officiales, ſi cauſas non determinauerunt quando eis non fuerunt exhibiti proceſſus, Caualcan. *deciſ.* 6. *part.* 1. vbi ampliat procedere etiam, quod ſtatutum diceret, quod debeat iudex intra certum tempus cauſam expedire.

COLLECT. 2525.

Super cap. 1. de Contro uerſ. feud. apud par. termin.

¶ *Controuerſia inter Dominum, & vaſallum eſt remittenda ad pares curiæ, niſi in contrarium ſit conſuetudo.*

CONtrouerſia inter Dominum, & vaſallum vertente, cauſa ad pares Curiæ eſt remittenda, h. d.

Pro cuius ornatu vide omninò D. Regentem Tapiam Marchionem Belmontis *in deciſ. Supremi Senatus Italiæ* 24. vbi tractat, & diſcutit, ſi diſpoſitio d. cap. 1. locum habeat in imperatore, vel Rege iura imperij habente, vel debeat iudicari per Cameram Imperialem, aut aliud Tribunal deputatum ad expeditionem cauſarum cameralium,

Digitized by Google

lium, refertque deciſionem factam in cauſa Principatus Plumbini, firmans quod pares Curiæ non cognoſcunt de controuerſia inter Dominum, & vaſallum, quando conſuetudine eſt receptum, vt cauſa ab aliis Iudicibus cognoſcatur ex Minſinger. *obſeruat.* 19. *in fine cent.* 6. quod quidem aſſumptum, ſiue axioma ratione non caret, ſi quidem cõſuetudinis magna eſt vis, multaque operatur, de quibus latè agit Nouarius I.C. Lucanus bonæ quidem eruditionis *deciſ. ſiue quaſt. Forenſ.* 85. & 103. *lib.* 1. vndè conſuetudinẽ pro lege ſeruandam eſſe fatetur poſt alios antiquiores Idem D. Regens Tapia *deciſ.* 11. *num.* 8. qui firmauit pariter Conſuetudinem tribuere iuriſdictionem, vt eſt videre *in eius deciſ.* 13. *num.* 5. vbi ad hoc allegat Nouarium *d. quaſt.* 85. *lib.* 1. qui pariter docet conſuetudinem dare merum, & mixtum imperium.

COLLECT. 2526.
Super cap. 1. 8. quæſt. 4.

¶ *Accuſatione pendente non debet quis ſuo iure priuari, nec Monachus voce actiua.*

NOn licet clericis ante ſententiã à ſuo Epiſcopo diſcedere, h. d. quaſi quod accuſatione pendente nõ debet quis ſuo iure, vel officio priuari, & litis pendentia non impedit quominus prælatus ſuo iure vtatur.

Hinc infero, quod Notarius accuſatus de falſo poteſt interim conficere inſtrumenta, Cappella Tholoſ. & ibi Addit. *deciſ.* 370. vbi ait, quod accuſatione pendente non debet quis poſſeſſione officij ſui priuari, aut ſuſpendi.

Inferó ſecundò, quod Monachus pendente inquiſitione contra eum, non poteſt priuari voce actiua, Noua. *quaſt. Forenſ.* 100. vbi noſtram non ſequitur opinionem, imò contradicit validiſſimis rationibus, ad ea omnia, quæ adduximus *deciſ. Curia Archiepiſc.* 327. *part.* 3.

Infero tertiò, quod officialis pendente inquiſitione non debet ſuſpendi, vide Griuel. *deciſ. Senatus Mediolan.* 60. vbi benè loquitur, nam in materia ſuſpenſionis ſtrictè eſt procedendum, vt ait Nouarius *in addit ad Franc. deciſ.* 8. vide pariter Caſtill. *deciſ.* 166. *part.* 2. vbi quod ad ſuſpenſionem officij non debet deueniri, niſi ex cauſa nimis graui, & parte audita.

Sed pendente iudicio inquiſitionis, aut viſitationis, an poſſit inquiſitus ad aliud officium promoueri; & quid ſi iudex inquiſitionis multum immoretur in formanda inquiſitione? declarat nouiſſimè Dominus Marchio Belmontis Regens Tapia *deciſ. Supremi Senatus Italia* 17. ad quem lectorem relego.

COLLECT. 2527.
Super l. fin. C. quibus Res Iudic. non noc.

¶ *Præiudicium in re communi inferri non poteſt à nemine ex conſortibus.*

IN re, & actione communi nemo alteri præiudicare poteſt, h. d. cuius concluſionis ratio eſt euidens, nam alteri per alterum iniqua conditio dari non debet *l. non debet*, *ff. de regul. iur. l. debitorum pactionibus, C. de pact. c. ſi compromiſſarius* §. *porrò de elect. in.* 6.

In tantum quod repudiatio vnius alteri in ſuo iure, & portione non debet *l. vnic. C. quand. non petent. part.*

Hinc infertur, quod ſi plures fratres communem rem propterea quod commodam diuiſionem non recipiat vendunt, & vltra dimidiam læduntur, vni ex illis remedium *l.* 2. *C. de reſcindend. vendit.* benè in totum competit,

Digitized by Google

Faber *deciſ.9.C.famil. herciſcund.* & nouiſſimè videndus eſt Berlicchius *deciſ.* 52. vbi etiã tradit, quod vnus ex cohæredibus inuitis aliis beneficium *l.2.* exercere, & totam rem retrahere poteſt, dummodò emptor ipſe velit recedere à ſolo contractu, ſecus ſi velit pro cohæredum portionibus rem retinere, quia tunc non cogitur retrouendere, niſi actor mandatum ab aliis habet.

Item adducit pro corroboratione, quod actiones ſunt inuiduatum, & in indiuiduis ius accreſcendi locum habet, ita quod ſi vnus, atque alter liti renunciat, vel ab ea deſiſtit, eius portio reliquis accreſcit, prout pronunciatũ, ſiue pluries deciſum, & in ſpecie determinatum in ſupremo iudicio Curiali Lipſienſi 1. Decembr. de Ann. 1618. & ibidem 27. Febr. Ann. 1619. confirmatum teſtatur idem Berlicchius *d. deciſ. 52. numer.* 11. qui *numer.* 12. dicit pariter deciſum quod vnus ſolus reliquis recuſantibus poteſt rem ſub pacto retrouenditionis venditam redimere, & iure retractus vti, pro vt iuxta hanc ſententiam in Ann. 1623. in factò vertente inter Marcum Aurelium Famellinum, & Scipioem Cacillum ſcio conſuluiſſe D. Io. Mariam Nouarium, cuius quidem ſcripta de ſola ſubſcriptione à partibus requiſita, libenter tamquam fundata in veris iuris concluſionibus confirmaui.

COLLECT. 2518.
Super l. Baliſta ff. ad Trebell.

¶ *Geminatio actus maiorem firmitatem inducit.*

ACtus geminatus inducit maiorem firmitatem, & operatur, quam ſimplex. & ita habetur *in l. 4 iuncta Gloſ. ff de pignorat. act.* Antonin. *deciſ. Macer. 61. & deciſ.* 110. *lib. 1. & reſolut.* 1. *lib. 3.* Surd. *deciſ.* 21.

Cui quidem iuris axiomati congruit illud vulgare poëtæ.

Forſitan hæc aliquis (nam ſunt quoque) parua vocabit;
Sed quæ non proſunt ſingula multa iuuant.
Tu tantum numero pugna, percepta que in vnum
Contrahe, de multis grandis aceruus erit.

Et confert pro corroboratione illa iuris Regula, quod duplex funiculus, ſeu duplex yinculum magis ligat, & difficilius rumpitur *l. ſi non lex. ff. de hæred. inſtit. l. diſcretum C. qui teſtam. facer. poſſ. l. pen. §. ſi verò C. de Adopt.* Antonin. *deciſ.* 81. *lib.* 1. Surd. *deciſ.* 154.

Et duplicatio multa operatur, maximeque potentiæ eſſe debet, vt apud Nouar. *de priuileg. miſerabil. perſon. priuil.* 34. ad quem lectorem relego.

COLLECT. 2519.
Super l. ſciendum, & ibi Angel. ff. de vſur.

¶ *Birruariis tamquam infamibus non creditur.*

DIcit hic Angelus quod Birruariis non creditur, quoniam ipſorum depoſitio reiicitur, tamquam facta ab infamibus, & vilibus perſonis, & ita latè Ludouic. *deciſ. Lucenſ.* 1.

Amplia hanc concluſionem procedere etiam in Capitibus Birruariorum, vulgò Caporale di guardia, quia iſti etiam connumerantur in numero Birruariorum ad effectum, vt eis in probatione delictorum minuatur fides, vt deciſum in Curia Archiepiſcopali retulimus *deciſ. 1. part.* 4.

Limita tamen in Capitaneo, qui integer teſtis reputatur ad effectum probandi delictum, vt latè concludit Nouarius *quæſt forenſ.* 16. *part.* 1. ex eo quia Capitaneatus eſt dignitas, & ideo Capita-

Digitized by Google

Capitanei non veniunt appellatione Birruariorum, & ita a. t deciſum in noſtra Curia Archiepiſcopali.

Limita ſecundò in Curſoribus Curiarum Eccleſiaſticarum, dummodo tamen ſint Clerici, quia eorum depoſitionibus benè ſtatur, vt latè probauimus *deciſ.* 59. *part.* 2. vbi ſic deciſum diximus in eadem Curia ex eo, quia in præfatis ceſſat illa vilitas quæ conſideratur in Birruariis, & ceſſante cauſa ceſſat effectus *l. adig. re §. quamuis ff. de iur. patron. cap. cum ceſſante de appellat.*

COLLECT. 2530.

Super l. ſub prætextu vb DD. C. de Reſcript.

¶ *Sententia lata contra priuatum quando retractetur, vel non, prætextu inſtrumentorum, ſeu teſtium nouiter repertorum.*

Diximus aliàs occaſione *l. ſub ſpecie C. de re iudic.* quod ſententia lata contra priuatum non retractatur ſub prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum, verum quia hodie occurrunt alia notatu digna propterea hic illa reponere non ceſſaui.

Amplia igitur hanc regulam procedere etiam in criminalibus, nam nec in his cauſis ſententia per inſtrumenta de nouo reperta, per quæ de innocentia rei condemnati apparet nec retractatur, niſi ex gratia Principis per text. *in l. diui fratres ff. de pœnis*: & ita Berlicchius *deciſ.* 40. vbi ſecundò ampliat id pariter procedere in inſtrumento teſtamenti nouiter reperto.

Amplia tertiò, quod licèt aliquando fiat iſta retractatio, tamen non fit ipſo iure, ſed ope reſtitutionis *l. Imperatores ff. de re iudic.* Caualcan. *deciſ.* 14. *part. prima.*

Limita tamen eandem concluſionem fauore pupillorum, qui audiuntur aduerſus ſententiam latam per inſtrumenta nouiter reperta, Franc. Marc. *deciſ.* 312. *tom.* 2.

Limita ſecundò in hæredibus, qui ſi ad ſolutionem fortè fuiſſent condemnati, & poſtea inſtrumentum quietationis, vel ſimilia de nouo inuenerint, quia tunc illi rectè aduerſus rem iudicatam admittuntur, vt in Senatu Aldemburgenſi deciſum, & confirmatum teſtatur idem Berlicchius *deciſ.* 40. *num.* 5. vbi aſſignat rationem, nam hæredes in probabili ignorantia verſantur, & ob id meritò audiuntur *l. qui in alterius ff. de re iudic.*

Limita pariter aliis modis, de quibus Mynſing. *obſeru.* 60. *cent.* 4. & Gail. *obſeru.* 104. *lib.* 1.

Sed an per teſtes de nouo repertos ſententia retractetur? affirmatiuè deciſum refert Berlicchius *deciſ.* 41. qui licèt id ſimpliciter affirmet, Tu tamen ex Nouario *de priuileg. miſer. abil. perſonarum priuileg.* 28. *nu.* 10. dicas plura concurrere debere.

Et primò, quod non niſi hodie potuerint reperiri iſti noui teſtes, vel ſi reperiri potuerint, haberi non potuerint, puta quia de longinquo, in quo erant euocandi, vel infirmi in aliquo loco, vel detenti ſimili impedimento.

Secundò, quod huiuſmodi teſtes nouiter recepti aliquid ſciant, quod maximè, & principaliter conferat ad retractationem rei iudicatę, quo ſtante illa debeat reuocari.

Tertiò, quod non ſit examinatus magnus numerus teſtium.

Quartò, quod reſtitutio in integrum ad tales examinandos teſtes non petatur ad reprobandos alios teſtes in cauſa examinatos, Capyc. *deciſ.* 62.

D

COLLECT. 2531.
Super Bulla Clement. VIII. Incip. æqua.

¶ *Aſſaßinij qualitas, & eius declaratio ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat antequam à ſaculari procedatur.*

VIgore huius Bullæ Actuarij qualitas, eiuſque declaratio ſpectat ad forum Eccleſiaſticum, antequam à Curia ſeculari procedatur. Et ita latè demonſtrat Maſtrillus *deciſ.* 288. vbi iuxta talem opinionem deciſum fuiſſe in Regno Siciliæ, teſtatur.

Quamuis de iure communi DD. in varias ſententias iuerunt, vt apud Capyc. *deciſ.* 112. & 125.

In tantum, quod attenta dicta Bulla, quam in Regno noſtro, & in Regno Siciliæ eſt recepta, & pluries practicata Iudicis eccleſiaſtici ſententia præcedere debet, & poſtea poteſt ſe intromittere Curia Secularis, alias contrarium facientes vtique in pœnes Sacrorum Canonum inciderent, & ita tempore quo Vicariatus officio fungebamur in Archiepiſcopatu noſtræ Inclitę Ciuitatis Neapolis practicari fecimus, dum caſus accidiſſet, prout ſic practicari in quibuſlibet Mundi Regionibus debet.

COLLECT. 2532.
Super l. eius artificij C. de oper. libert.

¶ *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*

ACcidens regulariter ſequitur naturam ſui ſubiecti, h. d. Amplia quod ſupponit etiam ſubſtantiam, Anton. Monach. *deciſ. Florent.* 56. ac proinde non poteſt mutare ſubſtantiã rei, Amplia pariter in acceſſorio, quod ſequitur naturam ſui principalis, vt diximus *deciſ.* 146. *part.* 4. Nouarius *quaſt. forenſ. 41. lib.* 1. Anton. Monach. *deciſ. Bonon.* 27. & 28. Surd. *deciſ.* 88.

Declara tamen quod accidens non poteſt dari abſque ſubiecto, & ſubſtantia, vt probat textus *in l.* 4. *ff. de act. empt.* Rubin. *deciſ.* 21. vbi etiam quod accidentia non migrant de ſubiecto in ſubiectum ex *l. quia ergo ff. de pec. & l.* 3. *ff. pro ſocio*, & quod accidẽtia poſſunt mutari nõ vitiata ſubſtantia, ſecus è cõtra & accidentia extrinſeca poſſunt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem *l. falſa ff. de condit. & demonſtrat. l. pacta conuenta ff. de contrahend. empt. l. pro voluntarius ff. de impenſ. in reb. dotal. fact.*

Accidentaliter autem euenientia non immutant rei ſubſtantiam *l. naturale* §. *pauonum ff. de acquir. rer. dom.* prout acceſſoria, & ea quæ veniunt in cõſequentiam, nõ attenduntur, Mohed. *deciſ.* 2. *de prabend.* niſi tamen veniant in neceſſariam conſequentiam principalis, quia tunc conceſſo principali cenſetur conceſſum acceſſorium, & alia ſine quibus ſtare non poteſt. *l.* 2. *ff. de iuriſd. omn. indic.* nam conceſſo vno alicui dicitur conceſſum omne quod requiritur ad illud, Nouarius *quaſt. forenſ. ſiue deciſ.* 24. *lib.* 1. nam conſequens qui vult, vult & antecedens *l. ad rem mobilem, & l. ad legatum ff. de procur. l. qui proprio* §. *qui alium ff. eod. tit.* Surd. *deciſ.* 70. *deciſ.* 194. & *deciſ.* 303. Rot. Rom. apud Farinac. *deciſ.* 44. *tom.* 1. *part.* 1. & *deciſ.* 105. *eod. tom.* diximus *deciſ.* 142. *part.* 4. hinc inferri poteſt quòd qui ex priuilegio habet ius inſtituendi, poteſt examinare præſentatum, vt latè diximus *in deciſ. Curia Archiepiſc. Neap.* 140. *part.* 4. vbi tamen contrarium deciſum retulimus propter autoritatem diuerſarum declarationum Sacri Conc. Trid. ſuper *cap.* 6. *ſeſſ.* 24. & hinc conceſſa iuriſdictione, & officio, videtur conceſſa facultas portandi arma prohibita, vt deci-

Digitized by Google

deciſum in eadem Curia aſſerimus *deciſ.246.part.4.* vbi etiam quod conceſſo caſtro in feudum, videtur conceſſa omnis iuriſdictio,& conceſſo caſtro veniunt omnia præcedentia, & ſubſequentia.

COLLECT. 2533.

Super cap.quiſquis 11.quæſt.3.

¶ *Poteſtas pendet à iuſtitia,& poteſtatis prætextu à iuſtitia recedere non licet.*

POteſtatis prætextu à iuſtitia, & veritate recedere non licèt, h. d. & meritò quidem, nam ab ipſa iuſtitia poteſtas pendet, neque princeps aliud gerere debet ſua poteſtate, quàm quæ poteſtatis ſunt, Mant. *deciſ. Rot. Rom.* 279. hoc eſt, quam ea, quæ iuſtè poteſt, & ſuæ authoritati cõmiſſa ſunt à Deo,vel à ſuperiorib.diſpẽſanda,quòd enim vltra gerit nõ ex potẽtia ſed impotẽtia potius prouenit Rub.*dec.25.*nõ n. eſt poteſtas,quę ad iniuſtitiam exercendam potens eſt, quia id poſſumus, quòd licitè poſſumus, Grat. *deciſ. Rot. Marchiæ* 13. Theſ. *deciſ.* 15. nec dicitur principem poſſe quod honeſtè non poteſt,nam quod eſt rectum Regia lex exiſtit,& illud eſt Regis obiectũ quòd iuſtum eſt, Ariſtot.*5.politic.cap.10.* nec aliud iuſtum dicere ſolemus,niſi quod ex lege eſt,quod verò eſt contra legem id violentum, Ambroſin.*dec.23.*debet enim quis potius officio cedere, quàm iniuſtum facere, vnde duodecim tabularum lex ſanciuit, (*vis in populo abeſto,*) quare laudandus eſt princeps, qui iuſtitiam ſeruat; fundamentum, inquit Cicer.*de offic.*perpetuæ commendationis, & famæ iuſtitia eſt, quia & nihil facilius Regnum deſtruit, quam iuſtitiam non ſeruare. *Eccleſ.cap.*10. & Regnum de gente in gentem propter iniuſtitiam transfertur, ita quod tandem affirmare debemus, & poſſumus, principem iniuſtum principis nomine eſſe indignum, Gail. *obſeruat.* 56. *lib.*2. quia Deus licèt dederit eis poteſtatis amplitudinem, non per hoc videtur conceſſiſſe ea, quæ ſunt iniuſta, & illicita,*l.1.ff.de his qui ſunt ſui,vel alien.iur. l. ſi procurator ff. de condict. indebit. cap.* 1. *de iur.iur.in* 6. Monter. *deciſ. Arag.*8. quia vera principis poteſtas eſt,quæ in peccato poſita non eſt, *cap.* 1. 40, *diſtinct.c. ſunt quidam* 25.*q.*1. non enim principi dedit Deus iuriſdictionem peccandi, nec auferendi alienum, Laurent. *in deciſ.Rot. Auen.*133. quare ſuperioribus obedire non debemus in his, quæ Dei præceptis contraria ſunt,*cap.Iulianus & c.qui reſiſtit,*11. *q.*8. & hinc de iure nequit princeps de poteſtate abſoluta iniquè agere, nec per hoc detrahitur eius poteſtati, quia poſſe malum agere non eſt poſſe, ſed à poteñtia deficere Viuius *deciſ.*339.& bono principi nihil licet quod vel diuino,vel naturali, vel gentium iuri repugnet, vnde abſoluta poteſtas chimerica damnatur in principe, Cabed. *deciſ. Rot. Luſit.* 12. *part.* 1. Amat.*deciſ.*8. Theſaur. *deciſ.* 91. Gail. *obſeru.*56.

COLLECT. 2534.

Super l.2.C.de decur.lib.10.

¶ *Appellatio à nominatione, & electione fieri poteſt & eſt admittenda.*

APpellari poteſt à nominatione, ſeu electione facta, h.d. concordat textus *in l.ſi ad ſcribatum, & in l. hic qui C.de appellat.*

Declara tamen. hanc Appellationem debere terminari infra duos mẽſes, vt *in l.*1.*C.de Temporal. appellat.* Nouarius *quæſt.forenſ ſiue deciſ.*36.*part.*1.vbi pariter aduertendum dicit Appellationem ab electione factam non eſſe

Digitized by Google

admittendam, vbi non conſtat aliquid ſubſtantiale cõtra ipſam electionem, & ita ait obſeruatum fuiſſe circa appellationem factam ab electione cuiuſdam Abbatis R. Monaſterij Ciuitatis Cauæ. Maring. *deciſ.* 132. aſſignat rationem, quia ſi contrarium diceretur eſſet dare locum friuolis appellationibus, quæ regulariter admitti non debent, *cap. ei qui* §. *ab executore 2. quaeſt. 6.* ita quod appellationi friuolæ iudex deferens in foro contentioſo pœnam meretur, & in foro poli peccat.

COLLECT. 2535.

Super c. Conſtitutus verſic. firmatus Iure Iurando de conſtitut.

§ *Statuta, & conſuetudines iuramento firmata non poſſunt caſſari, nec reuocari, nec ſuper eis diſpenſari.*

NOtatur hic, quòd licèt Papa, vel Imperator caſſet conſuetudines, aut ſtatuta, non per hoc intelligitur caſſare ſtatuta iuramento firmata, & ita Afflict. *deciſ. 5. in fine.*

Vnde clauſula non obſtante nunquam tollit actum iuratum, ſiue conſtitutionem iuratam, Anton. *deciſ. Macerat. lib. 1. reſol* 58.

Prout etiam licèt epiſcopus poſſit diſpenſare in ſuis conſtitutionibus tamen id non procedit, quando huiuſmodi conſtitutiones eſſent iuramento vallatæ, Rubin. *deciſ.* 29. ſicuti pariter quando conſtitutio lata ab epiſcopo eſſet à ſuperiore confirmata, neq; poſſet epiſcopus ipſe diſpẽſare in illa, quoniam inferior prohibetur diſpenſare in banno à ſe publicato, & à ſuperiore cõfirmato, vt latè iuxta morẽ probat Nouarius *in dec. ſiue forenſ. q.* 124. *lib.* 1. vbi quod licèt legiſlator poſſit in ſuis legibus diſpenſare, id non procedit, quãdo lex illa eſſet à ſuperiore confirmata, quod in dies in practica verſatur.

COLLECT. 2536.

Super l. fin. §. fin. C. de ord. cognit.

§ *Sequeſtrum tollitur ſatiſdatione, & pluribus aliis modis.*

HIc ponitur modus, ſiue caſus, quo tollitur ſequeſtrum, nempe ſatiſdatione, quoniam ſatiſdatio eſt medicina ſequeſtri, Caualc. *deciſ.* 1. *& deciſ. 3. part. 1.* Guid. Pap. *deciſ.* 246. Valalc. *deciſ.* 66. Magon. *dec. Lucenſ.* 6. Balb. *deciſ.* 6. Ludouic. *deciſ. Lucenſ.* 51. Myn*ſ*ing. *obſeru.* 11. *cent.* 2. *& obſeru.* 35. *cent.* 5. Bellon. *deciſ Genuæ* 190. Gail. *obſeruat.* 148 *lib.* 1. Gramat. *deciſ.* 51. Rota *apud Farinac. deciſ. 35. part. 2. tom. 1.*

Limita tamen non eſſe dandam ſatiſdationem, quando ſequeſtrum fuit factum ob ſolutiorem debiti, puta in executione ſententiæ, quia tunc non tolleretur ſequeſtrum ſatiſdatione Magon. *deciſ. Floren.* 115. vbi declarat, quod ſi ſolutione debiti ſequeſtrum ſummoueatur, non ideò remoueri poteſt per ſequeſtrem, ſed præuium debet eſſe iudicis decretum, vel alia legitima cauſa, quia eſſet deponere ſequeſtri officium authoritate propria, quod fieri abſque iuſta, & legitima cauſa non permittitur.

Limita ſecundò ſatiſdationem non tollere ſequeſtrum vbi ſumus in perſonis, in quibus ſatiſdatio non admittitur, vt in patre adminiſtrante bona filij per fideicommiſſum poſt mortem reſtituenda, de quo habetur *in l. Imperator ff ad Treb.* Boer. *deciſ.* 61.

Limita tertiò iuratoria cautione non tolli ſequeſtrum, Franciſcus Marcus *deciſ.* 683. tom. 1. Gail. *obſeruat.* 47. *lib.* 2. quamuis ſufficere iuratoriam cautionem quando non poteſt præſtari fideiuſſoria, voluerint Iaffred. *d. deciſ.* 6. Guid. Pap. *deciſ.* 50. *&* 189. Myn*ſ*inger. *obſeruat.* 11. *cent.* 2. pro qua opinione cõferunt latiſſimè adducta per Nouarium

uarium I.C.Lucanum *lib.1.quaſt.forenſ. deciſ.163.* vbi plenè comprobat, quod obtinens ſententiam aſſiſtentiæ ſi non habeat fideiuſſores, quod debeat admitti ad iuratoriam cautionem.

Tollitur inſuper ſequeſtrum finita lite; nam in tali caſu res ſequeſtrata reſoluitur ad fauorem illius, pro quo lata eſt ſententia Valaſc.*deciſ.66.*Magon. *d.deciſ.Florent.*115.

Item tollitur ſequeſtrum iudicis mandato, *l.fin.C.de Bon.author.iudic.poſſidend.*Magon.*deciſ. Lucenſ.6.* quemadmodum fit mandante iudice, Rot. *diuerſ.deciſ.29.lib.3. vol.3.* quia imò ſi rem ſequeſtratam ſequeſtratarius alicui tertio conſignauerit abſque iudicis ordine, & mandato, violaſſe ſequeſtrum dicitur, & ad impoſitam pœnam tenebitur, Veral.*deciſ.155.part.3.*

Sed num quis cogi poſſit ad ſuſcipiendum ſequeſtri onus? licèt aliqui ſint in opinione officium ſequeſtri eſſe voluntarium, & non neceſſarium, Tamen Ludouic.*deciſ.51.*teſtatur, vbique locorum ſeruari in practica, quòd cogantur officium ſequeſtri ſuſcipere.

COLLECT. 2537.

Super Doctrina Dyni in l. ſi pupillorum §.fin.de Rebus eorum.

¶ *Prædium Eccleſiæ obligatum cum conſenſu Epiſcopi poteſt à creditore abſque licentia alienari.*

ECcleſia obligante prædium cum conſenſu epiſcopi, creditorem poſſe abſque alia licentia illud vendere, concludit hic Dyn. & ita Nouar. *Forenſ.quæ.*128.*lib.*1. vbi latè concludit, quod bona Eccleſiaſtica obligata cum aſſenſu Apoſtolico, non poſſunt vendi abſque alio aſſenſu.

Amplia, quod ſic etiam videmus in feudalibus, quæ ſi ſint obligata cum Regio aſſenſu, benè poſſent exequi, & vendi abſque alio aſſenſu Afflict. *deciſ.* 335. Capyc.*deciſ.51.*qui teſtatur ita fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio, licèt contrarium hodie vigeat in Regno ex pragmatica 26.*de feud.*

Amplia etiam idem procedere in bonis minorum, quæ ſi fuerint obligata cum decreto iudicis, poſſent vendi abſque alio decreto, Guid. Pap. *deciſ.31.*

Amplia quoque, vt bona patrimonialia clericorum ſemel obligata cum licentia epiſcopi, abſque alia licentia bene vendi poſſint, vt in facto conſuluit, Nouarius, cuius allegationem hic inſerere volui, & eſt tenoris ſequentis videlicet.

COnceſſa licentia per Reuerendiſſ. Epiſcopum Anglonen. cuidam Clerico Terræ Colubrarij, vt valeret obligare quædam bona ſua, ad quorũ titulum fuerat ordinatus, quæ quidem licentia erat neceſſaria ex vi text. ſacri Concil. Trident. *ſeſſ. 21. cap. 2. de Reformat.* vbi prohibentur talia bona alienari, extingui, vel remitti abſque conſenſu & licentia epiſcopi, ergo nec obligari, vt in terminis voluit Cened. *in quaſt. canon.* 11. & deciſum in Curia Archiepiſcop. Neap. fatetur D. Ricc. *in deciſ.*212.*part.*2. nam qui nequit alienare, prohibetur hypothecare *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* Matienz. *libr.5. recopil. tit.10.lib. 2. gloſſ.* 14. Guttier. *de tutel cap.21.part.2.* Barboſ.*in lib.1.nu.39. part.3. ff. ſolut. matrim.* Rebell. *de oblig. iuſt.part.2.lib.6.quaſt.3.num.*15. Ex vi talis licentiæ præfatus Clericus pro ſoluenda quadam pecuniȩ quantitate infra biennium obligauit nonnulla ſua bona ad cuius titulum fuerat ordinatus, cumque deinde poſt duorum annorum ſpatium ſolutionem non feciſſet, & creditor, qui talia bona habebat hypothecata intenderet ex vi crediti

Digitized by Google

illa ſub haſta facere vendere, voluit à me ſcire, an hoc potuiſſet agere abſque eo, quod teneretur requirere licentiam epiſcopi.

Et quidem libenter tranſiui cum opinione affirmatiua conſulendo, non eſſe neceſſariam nouam licentiam, ſed virtute licentiæ datæ ad obligandum bona patrimonialia poſſint ipſa bona vendi *l. tutor rerum ff. de adminiſt. tutor. l. ſi pupillorum* §. 1. *ff. de reb. credit.* vbi probatur quod ſi iudex cauſa cognita, & decreto interpoſito decernat, quod res minoris obligetur, poteſt poſtea creditor virtute talis licentiæ abſque ſolemnitate aliqua vendere rem minoris obligatam virtute decreti, qui text. eſt ad plura ſingularis, vnde dicit Rebuffus *in tit. de literis obligatoriis tom. 1. ad conſtit. Franciæ art. 3. gloſ. 2. num. 16.* quod facta exequutione in bonis minoris, cuius bona erant obligata, non ſeruatur maior ſolemnitas, quam, quæ obſeruabatur in bonis maiorum, quia creditor non vendit nomine pupilli, ſed iure proprio, citat text. *in dicta l. ſi pupillorum*, ex aliquibus cōfirmat Menchaca *lib. 1. controuerſiarum cap. 32. num. 14.*

Et hæc opinio confirmatur ex doctrina Campegij *in tract. de dot. part. 5. quæſt.* 108. vbi dicit quod ſtante ſtatuto, quod mulier non poſſit contrahere abſque conſenſu propinquorum, ſi mulier conſtituat procuratorem cum ſolemnitate ſtatuti, poſteà dum procurator contrahit, non eſt opus alia ſolemnitate ſtatuti, quod dictum refert Lupus *in rubr. de donat. inter vir. & vxor. col. 384. in verſ. ſed re vera*: Quod confirmatur ex traditis per Alex. *in conſ. 117. num. 1. lib. 5.* & ad materiam multa ſcribit Tiraquell. *de legib. connubial. gloſ. 8. de ſon. marit. num. 184. cum aliis.*

Præterea confert quod ſcribit Bart. *in l. ſi quis mihi bona* §. *ſed vtrum ff. de acquirenda hæreditat.* vbi dicit quod quando licentia, & conſenſus debet interuenire ad integrandam perſonam alicuius, ſufficit quod talis licentia præſtetur in genere abſque eo quod deueniatur ad ſpecificationem indiuiduorum, pro quo multa refert Alex. *in conſ. 199. num. 3. cum aliis lib. 7.* vbi gloſſ. Pariſ. & eſt egregia doctrina Romani *in conſ. 394.* vbi mulier licèt non poſſit ſe obligare ſine licentia propinquorum, ſi mulier reddat quietationem marito rerum paraphernalium, valet talis quietatio facta ſine conſenſu propinquorum, quia ad id tenebatur ex lege, refert text. *in l. 1.* §. *quamquam ff. de contr. iud. tut.* & ad hoc vide Tiraquell. *libr. 2. de retract. in fin. num. 2. cum ſeqq.* cui adde Gozadinum *conſ. 15.*

Similiter adiuuatur hæc opinio ex eo, quia licèt in ratificatione alicuius actus omnes debent ſeruari ſolemnitates, quæ in actus confectione requiruntur *l. nuptiæ ff. de ritu nupt. l. ſi vt proponis C. de nuptiis*, & clarè Innoc. *in capit. cum dilecti num. 1. in fin. extra de emption. & vendit.* vbi ait, quod quando ab initio contractus non poteſt fieri ſine certa ſolemnitate, quod illamet ſolemnitas requiritur in ratificatione, & loquitur in capitulo volente ratificare contractum factum per Prelatum ſine ſolemnitate, *c. ſine exceptione 12. quæſt. 2.* & firmet Capitulum non poſſe, niſi adhibitis illis ſolemnitatibus, Natta *conſ. 420. num. 7.* vbi ex Cyn. Bald. & Caſtr. etiam ait, quod qui confirmatur quod eſſentialiter non valet, cenſetur de nouo date Rota *deciſ. 11. num. 7. de iure patronat. in antiquis*, & in præcedent. ratione eſt deciſ. Oſaſch. 166. *num. 13.* Surd. *deciſ. 119. num. 7. & 21. in fine*, vbi ait quod quando actus non poteſt agi, niſi cum certa ſolemnitate, tunc

tuncēnim, ex quo poteſtas eſt limitata, non aliter ratificatio conceditur, niſi ſolemnitate, & forma ſeruata, & fuit reſolutū in Rota in Camerinen. Prædij 10. Nouembris 1597. coram Seraphino deinde Illuſtriſſimo Cardinali.

Tamen hæc ceſſant in ratificatione conſequutiua contractus principalis, in qua contractus dum fuit celebratus ſolemnitates requiſitæ interuenerunt, nam in ratificatione eædem ſolemnitates non ſunt neceſſariæ; puta minor, vel mulier cum debitis ſolemnitatibus rem aliquam creditori pignori dedit ſi creditor rem ſibi pignoratam alienauit, & vult, minorem, mulieremque conſentire alienationi, & eam ratificare, ſi abſque dictis ſolemnitatibus dictam alienationem ratam habeat, alienatio ſuſtinebitur, argumento text. *in l. ſi pupillor. §. ſi pupillus ff. de rebus eorum*, quo in loco dicitur, quod creditor poteſt ex ſe alienare & vendere, ergo multo magis cum cōſenſu, quia vt ait Bald. *ibidem in fine* decretum & ſolemnitates adhibitæ ſuper aliquo contractu videntur adhibitæ ſuper omni eo, quod ſequitur ex illo, latè de hoc Tiraquell. *de legibus connub. quæſt. 5. num. 161. cum pluribus ſequentibus*, cum multis fundamentis id probat, & tenet poſſe mulierem dare poſſeſſionem rei prius à ſe venditæ cū ſolemnitatibus, & in traditione non eſſe neceſſarias ſolemnitates.

Et ad hæc facit Doctrina Bald. *in l. vltima §. ſin autem reus. C. de bonis quæ lib.* vbi inquit, quod conſentiens actui cenſetur conſentire exequutioni ipſius actus, puta ſi pater conſentit dare curatorem filio, poterit curator exequi, & facere, quæ pertinent ad eius officium abſque alio conſenſu patris, quem citat Crauett. *in quæſt. quam ſcripſit poſt tractatum de antiq. temp. num. 43.* vbi pro hoc citat textum *in dicta l. ſi pupillorum*, & Socc. *in conſ. 82. colum. 3. lib. 3.* & Capycius *deciſ. 182. num. 12.* vbi reſoluit, quod aſſenſus Regius ſemel poſitus in conceſſione feudi pro dote non requiritur amplius in reſtitutione facienda ſoluto matrimonio per Doctrinam Imol. & Roman. *in l. vſufructu ff. ſolut. matrim.* Et natura extremorum eſt, quod ſint connexa *l. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. l. 3. §. ſi minor. ff. de minorib.* & conceſſo vno extremo, ſcilicet cognitio cauſæ, debet venire aliud, ſcilicet definitio gloſ. *in l. vbi adhuc C. de falſis*, notat Reb[illegible] *in cap. cum ſuper de cauſ. poſſeſſ. & propriet. colum.* [illegible] ex quibus Molina *lib. 4. de primogen.* [illegible] *num. 1. & ſeq.* Felic. *de cenſ. 10. lib. 2. cap. 3. num. 20.* dixerunt bona maioratus obligata cum aſſenſu poſſe vendi abſque alia licentia.

Et quamuis pro parte clerici prætenderetur talem licentiam obligandi præfata bona minimè potuiſſe impartiri per Reuerendiſſimum Epiſcopum, ſtante quod ipſe non habebat alia bona vnde viuere potuiſſet.

Ego tamen replicabam, ideò licentiam epiſcopi fuiſſe neceſſariam, quia non habebat vndè aliàs ſe alere potuiſſet, nam ſi fortè id habuiſſet, vel aliquod beneficium poſſediſſet, poterat abſque vlla epiſcopi licentia obligare præfata bona patrimonialia, nam Concilium *d. cap. 2.* ſolum ſtatuit, quod deinceps abſque licentia epiſcopi patrimonium alienari non poſſit, donec aliunde habeat vnde viueret atque adeò cum aliundè habeat non videtur prohibita talis alienatio cum dictio illa, donec, ſit reſtrictiua temporis, habeatque naturam ſuſpenſiuam, vt colligitur ex text. *in l. legatum ff. de annuis legat.* notant Caſſand. *in conſuetud. Burg. Rubric. 6. §. 6. in verbo deſeſans num. 8.* Menoch. *conſ. 151. num. 40.* Surd.

Digitized by Google

*conſ.*186. *num.*15. Bertazzol. *de clauſul. inſtrum. clauſ.* 15. *gloſ.* 4. *num.*1. Cened. *ſing.* 46. *numer.*6. & deinde ipſa dictio *donec* habet in ſe temporis reuolutionē & intercapedinem, ita vt dato beneficio, vel alio, ex quo promotus ad ordines ſacros viuere commodè poſſit alienare nō prohibeatur patrimonium, ad cuius titulum fuit ordinatus, & ideò non requiri ad hoc licentiam epiſcopi in terminis tenent Pariſ. *de Reſignat. Benefic. quæſt.* 6 *num.*16. *lib.*2. Azor. *Inſtitut. Moral. part.*1. *lib.*3. *cap.*4. *quæſt.*3. Ceual. *in quæſt. commun. contra commun. quæſt.* 527. *num.*8. Garzia *de benefic. part.* 2. *cap.*5. *numer.* 186. Gracian. *diſcept. forenſ.* 159. *num.* 14. & hoc ſufficiat dixiſſe.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2538.
Super l. Non tantum ff. de Appellat.

¶ *Appellatio pro condemnato à quolibet fieri permittitur.*

APpellare pro condemnato cuilibet licet, h. d. ita quod expectandi ſunt decem dies dati ad appellandum, & pro cautela traditur à DD. vt compareat tertius dicens condemnatum ſibi eſſe obligatum ad reddendam rationem alicuius adminiſtrationis, vel negociationis, & expectari debet, quod labantur decem dies.

Aduerte tamen contrarium ſeruari de conſuetudine, ne expectentur illi dies, vt illi tranſeant, & labantur, & interim ſententia capitalis mandetur executioni, vide Guid Pap. *deciſ.* 4.

Declara ſupradictam opinionem procedere, vt tunc condemnatus pœna capitali exequatur non obſtante appellatione, quando eſt confeſſus & conuictus, non aliter, v. *in l.* 2. *C. quorum Appell. non recip.* Capella Tholoſ. *deciſ.* 176. vbi Additio optimè loquitur.

COLLECT. 2539.
Super l. ff. de Re Iudic.

¶ *Res iudicata pro veritate habetur, & quæ dicatur res iudicata?*

RES iudicata dicitur, quæ cauſarum, & controuerſiarum pronunciatione per iudicem facta finem recipit, h. d. qua quidem iudicatione facta verè dicitur finem liti impoſuiſſe, & tunc res iudicata pro veritate habetur *l. res iudicata ff. de Regul. Iur.* Gail. *obſeruat.* 44. *lib.*1.

Sed res iudicata verè dicitur, quando tres conformes prolatæ fuerunt *l.* 1. *C. Ne lic. tert. prouoc.* ex quibus præcipuè res iudicata conſtituitur, & vera rei iudicatæ exceptio, vt *in l. cum quæritur ff. de except. rei iudic.* Veral. *deciſ.* 93. *part.*3. conformes autem quando dicantur ſententiæ quoad hunc effectum, dicas ſufficere, illas eſſe conformes in ſubſtantia negocij Theſaur. *deciſ.* 122.

Sed num res iudicata dicatur, dum partes dicant nolle vlterius litigare? negat Creſcent. *deciſ.* 9. *de iudic.*

Nota tamen ad materiam, quod ſententia non tollit rem iudicatam, neque res iudicata tolli poteſt principis reſcripto *l. cauſas C. de tranſact. l. fin. C. ſentent. reſcind. non poſſe*, niſi gratioſè princeps in integrum reſtituat, cum in qualibet ſententia intelligatur ſemper ſalua principis poteſtate, Mantic. *deciſ. Rot. Rom.* 515.

Item rem iudicatam habens contra ſe non admittitur ad nouorum iurium productionem, niſi antea pateat rei iudicatæ Veral. *deciſ.* 323 *part.*1.

Item res iudicata poſt deſertionem appellationis eſt nulla, Rot. *in Antiq. deciſ.* 604. Guid. Pap. *deciſ.* 11.

Adhuc

Digitized by Google

Adhuc nota, quod res iudicata non poteſt tolli ab actis, & ſubmoueri, ſed benè poteſt confirmari, Rota *diuerſ. deciſ.* 1434 *lib.* 5. *volum.* 5. & Res iudicata in confeſſum non exequitur, vt ſententia, quia valebit vt præceptum, Biſignett. *deciſ.* 3. *de confeſſ.* quod præceptum non eget vt proferatur in ſcriptis, idem *deciſion.* 1. *de ſentent. & re iud.*

Et tandem ſcias, quod ſi poſt rem iudicatam ipſius rei iudicatæ non opponatur exceptio, & fiant, & producátur probationes parte ipſa non reluctante, cognoſcit iudex de iuſtitia, vel iniuſtitia ſententiæ, Rota *diuerſ. deciſ.* 1434. vbi quod ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam poteſt peti confirmari, non autem tolli.

COLLECT. 2540.
Super Gloſ. fin. in clem. 2. vt lit. pendent.

¶ *Litis pendentia ex quibus inducatur?*

PEr ſolam citationem adhibitis tamen certis requiſitis inducitur litis pendentia, h.d. & ita Guid.Pap. *dec.* 488. vbi ſex requiſita recenſet, Mynſinger. *obſeruat.* 26. *centur.* 4. qui pariter ſex requiſita refert, & ita Gail. *obſeruat.* 74. *lib.* 1.

Declara tamen modò citatio non fuerit circunducta, & actor comparuerit, aliàs ſi actor in termino emiſſæ citationis non compareat per huiuſmodi citationem circunductam litis pendentia non inducitur, Afflict *deciſ.* 366. & nouiſſimè Berlicchius *in deciſ.* 1. vbi ait verum, quatenus litis pendentia concernit fauorem ipſius actoris, aliquem citari facientis, ſecus ſi in eius odium allegatur, tunc enim per circunductam citationem in odium actoris non comparentis, rectè inducitur litis pendentia.

Vnde fit, quod ſi actor reum in aliquo loco citari fecit, ſed non comparuit, quod is eundem in alio loco conuenire, & in iudicium vocare non poſſit, ſed ei obſtet litis pendentia, etiam ſi actor in priori loco non comparuerit, propterea quod litis hæc pendentia in eius odium allegatur, Cuiacius *obſeru.* 11. & ita deciſum refert Berlicchius *d.* 1. *deciſ. in fin.*

COLLECT. 2541.
Super Doctrin. Felin. in cap. Ad noſtram de Iur. Iurand.

¶ *Abſolutus cum cautione de parendo, an & quando reincidat in excommunicationem?*

FElin. hic *num.* 2. firmat opinionem, quod abſolutus cum cautione de parendo mandatis, ſi non paret, minimè reincidit in excommunicationem ipſo iure. Et ita voluit Rota Romana, vt apud Rot. *in Antiq. deciſ.* 22. *de Sentent. excommunicationis, & in nouis deciſ. final. eod. tit.* Puteus *deciſ.* 52. *lib.* 3.

Declara tamen hanc concluſionem non poſſe procedere, neque eſſe veram in abſolutione excommunicationis latæ à canone, vel iure, vel in comprehenſis *in cap. eos de ſententia excommunicationis in* 6. vt reſoluimus *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol.* 395. *part.* 4. vbi tractamus articulum quænam, & in quibus caſibus Abſolutio cum reincidentia detur, & qualiter differat ab abſolutione conditionali, de quo vide ibidem quando caſus in facto accidit.

COLLECT. 2542.
Super Gloſ. in Clem. 1. in verbo locum il 2. de Regularibus.

Locumtenens quando creari poſſit in officio?

DEſumitur ex doctrina huius Gloſæ concluſio illa, vt ex cauſa, & ad modicum tempus poſſit creari locum tenens.

Sed regulariter locumtenens nequit creare locumtenentem, Capyc. *deciſ.*151. vbi concludit non poſſe facere Vicarium, vbi eſt electa induſtria perſonæ, & ibi multa ad materiam adducit, Boer. *deciſ.*152.

Quando autem vicerex poſſit creare locumtenentem, & ſi in caſu mortis ſcilicet, Abſentiæ perpetuæ, & temporalis declarat nouiſſimè D. Regés, & Marchio Belmontis Carolus Tapia *in deciſ. ſupremi Senatus Italiæ* 9. vbi concludit, quod abſentiæ, & infirmitatis cauſa benè valeat id agere & recenter exempla, firmando quod abſentiæ, vel infirmitatis cauſa receditur à regulis iuris, & ideò præſides in caſu abſentiæ, vel infirmitatis delegant alia delegari prohibita, vide pariter D. Nouarium I.C. Lucinum *in ſua praxi elect. & variationis fori quæſt.* 7. *ſect.* 2. *in nouiſſim.* vbi pariter adducit exemplum Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi D. Comitis de Lemos, firmando quod caſus mortis, & abſentiæ æquiparantur, & ideò dicit ipſe, quod habens virum abſentem per longum tempus poſſit appellari vidua, quoad effectum habendi priuilegium electionis fori, de quo *in vulgata l. vnic. C. quando imper. inter. pupill. & vid.* allegat Viuium *deciſ. Regni huius Neap.* 197. & conferunt plena manu diſcuſſa, & cumulata per eundem Nouarium *quæſt. ſiue deciſ. forenſ.* 167. *lib.* 1. & vid. Giurb. *deciſ. Rot. Sicil.* 9. vbi firmauit, Tutorem in caſu abſentiæ datum cenſeri itidem in caſu mortis, prout nouiſſimè de eo meminit, & eandem ſectatur opinionem magni nominis vir Collateraliſque Conſilij lumen, & ſplendor Illuſtriſſimus Dominus, & Amicus meus Marchio Corleti Regens Fuluius Conſtantius in ſuis erudiſſimis lucubrationibus, ſiue commen. ad tres poſteriores libros Codicis *in l. Nullus C. de decur. n.* 55.

Sed præſes à prouincia ſibi commiſſa diſcedens abſque principis licentia, num capitali pœna puniatur, & quando ex cauſis remitti poſſit? declarat Gizzarel. *deciſ. Sacri Regij Conſilij Neapol.* 30.

Et officialis ſurrogatus, an debeat eſſe eiuſdem iuris, & conditionis cuius eſt ille, in cuius locum ſurrogatur, vide Caſtill. *deciſ. Sicil.* 125. *lib.* 2. vbi id declarat, tractando pariter *deciſ.* 126. *eod. lib.* 2. quænam infirmitas ſit ſufficiens ad remouendum iudicem ab officio iudicaturæ?

Et ſurrogato officiali, an debeatur ſalarium, quòd debetur ei in cuius locum fit ſurrogatio? affirmatiuè Amat. *deciſ. Rotæ Ferrariæ* 31.

COLLECT. 2543.

Super Doctrina Bart. in l. fraudator ff. de his quæ in fraudem Creditori.

§ Confeſſio procuratoris non nocet Domino.

FIrmat hic Bar. quod confeſſio procuratoris non nocet domino.

Amplia quod procurator nequit facere conditionem Domini deteriorem *l. ignorantis ff. de procurat.* latè Caches. *deciſ.* 12. conferunt tradita per Afflict. *deciſ.* 168.

Amplia etiam vt procurator non cenſeatur habere mandatum ad faciendum cadere dominum in pœnam ex traditis per Creſcent. *deciſ. Rot. fin. de præſumpt.* & per Benintendum *deciſ. Rot. Bonon.* 94. quos retuli *deciſ. Curiæ Archiepiſc.* 221. *part.* 4. vbi determinatum refero, quod abſente principali debitore, nequit fieri præceptum eius procu-

procuratori ad recognoſcendam Apocham, neque eſſe concedendam comparationem literarum pro dicta recognitione facienda, prout ibi latius conſtat, & ideo ad ibi dicta beneuolum lectorem relego, quando caſus euenit in facti contingentia.

COLLECT. 2544.

Super l. muneri §. defenſores ff. de muner. & honoribus.

¶ *Electio facta non poteſt caſſari.*

RAtio autem eſt, nam ſemel approbatus abſque cauſa reprobari non poteſt, iuxta ea, quæ deducunt Capyc. *deciſ.* 121. & Cabed. *deciſ. Rot. Luſitania* 20. *part.* 2. quos refert, & ſequitur Nouarius in quodam dicto in hac materia facto, in quo cum multi bonæ eruditionis, & vtilitatis congeſta viderim, placuit hac occaſione illum imprimi facere, & eſt vt ſequitur.

VBicunque vniuerſitas, ſiue Capitulum rectè ritè, & legitime fecit electionem ſuorum officialium, & ſuperiorum, nequit deinde mutando, conſilium licitè, & ad ſuum libitum variare & electionem factam caſſare, *l. Munerum* §. *Defenſores ff. de Muneribus, & honoribus.* Bart. *in l. Abſentis ff. de Donat.* & ita tradit etiam Montan. *in pragmatica* 1. *num.* 309. *ſub Rubric. de Adminiſtrat. vniuerſit.* ſicque viget quotidiana praxis in Regno.

Et de hoc quippe mirandum non eſt, nam ſemel approbati abſque cauſa reprobari non poſſunt, vt per Capyc. *in deciſ.* 121. *num.* 5. Tiraquell. *de Nobilit. cap.* 37. *num.* 58. Pinel. *de reſcind. vendit. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 10. Cabed. *in deciſ. Luſitan.* 20. *part.* 2. Bouadil. poſt alios *lib. polit. cap.* 16. *num.* 28. D. Regens Tapia *de Conſtit. Princip. cap.* 9. *num.* 86. & 88. vbi in ſimili refert ſic deciſum in noſtro Collaterali Conſilio, Maſtrill. *de Magiſtratibus lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 23. aſſerens *numer.* 16. Principem non debere, niſi ex iuſta cauſa officialem ab officio, quod ei contulit remouere, ex Bald. *in l. iuris peritos ff. de excuſat. tutor. & in cap.* 1. *qui ſucced. teneant.* Hern. & Afflict. *in cap.* 1. *in verbo poteſtas num.* 2. *quæ ſint regalia*, Boer. *deciſ.* 149. *num.* 11. per reuocationem enim ab electione facta intelligitur fieri iniuriam, & aufert. honorem illi, cui auferiur cum præſumatur ab officio, & electione remotus ob delictum, culpam, & malam adminiſtrationem, vel ſuſpicionem futuræ malæ adminiſtrationis, quod certè in maximum electi, & deinde reuocati reſultaret dedecus, Glo. *in l. Teſtamento centurio ff. de Manumiſ. teſtam. ibi minuitur exiſtimatio, quando quis ordine mouetur, & l. fin. in fin. ff. de offic. procurat.* Cæſar. Platea *in l. iudices num.* 3. *in fine C. de ann. & Tribut. lib.* 10.

Quod ſi in principe procedit, eò magis debet procedere in electoribus inferioribus, vt in caſu noſtro, teſte Maſtryll. *loco ſuperius citato num.* 44. vbi quod tales facta electione non poſſunt mutare propoſitum, eam reuocando, & aliam de nouo facien do, ad textum *in cap. cum inter*, vbi Glo. *in verbo ſubſcriptam de elect.* dum ait, quod facta publicatione Scrutinij, etiam antè perfectam electionem, & collationem ſuffragiorum nequeunt electores variare per textum *in cap. publicato, & in cap. in cauſis de elect.* & ſubdit, quod in tali caſu electus poteſt adire ſuperiorem, vt etiam antè eum volui. Cabed. *in deciſ. Luſitan.* 84. *num.* 11. *part.* 2. aſſignans rationem, quia per electionem acquiritur ius electo, licèt non acquiratur exercitium, ex Glo. *in cap. quanto* 63. *diſtinct.* quam ſequuntur Abb. *in cap. ſacroſancta de elect.* Surd. *conſ.* 264. *num.* 33 *volum.* 2. Cotta *de Remed. ſu ſidiar. Remed.* 78. *num.* 9. & vide Franc.

in ſua deciſ. 539. non enim variatio in alterius præiudicium conceditur ſi ex prima electione fuerit alicui ius quæſitum, Bald. *in l.* 1. *numer.* 32. *C. quando non petent. part. & conſ.* 412. *volum.* 1. Anchar. *conſ.* 214. *num.* 3. Petalt. *in l.* 2. *numer.* 1. *ff. de lega.* 2. Riminal. iun. *conſ.* 538. *num.* 24. Tell. *ad ll. Tauri l.* 35. *num.* 1. Burſat. *conſi.* 378. *num.* 25. Gomez *tom. variar. cap.* 11. *num.* 43. quos cum aliis nouiſſimè cumulat Giurb. *in conſuet. Meſſan. cap.* 10. *gloſſ.* 6. *numer.* 22. *part.* 1. aſſerens ex facto electoris, & conſenſu, & patientia illorum quorum intereſt, perfici electionem, ex Natt. *conſ.* 19. *num.* 9. & Rim. *conſ.* 290. *num.* 32. vniuſque electionem eſſe aliorum improbationem, ex *l. Tribunus ff. de teſtam. milit.* Roland. *conſ.* 61. *num.* 11. *volum.* 3. Becc. *conſ.* 55. *num.* 11. Surd. *conſ.* 111. *num.* 16. *& alibi.* ad quod facit illud, quod vulgò circumfertur, via, quam elegiſti, tibi pateat, *l. ſi mulier* §. *fin. ff. quod met. cauſ.* Crauetta *conſ.* 74. *num.* 8. Iaſ. *in l. fin. num.* 2. *C. de Codicil.* Benintend. *deciſ.* 72. *num.* 3. Caroc. *deciſ.* 57. Tuſc. *concluſ.* 104.

Et huic opinioni fauet illa Regula iuris, qua cauetur, variationem in ipſo iure eſſe odioſam, vt teſtatur Bald. *in conſ.* 326. *num.* 4. *volum.* 1. & Calderin. *in conſ.* 21. *de iur. patronatus*, ex qua regula in facto dicebam, Baronem habentem ius eligendi officialem vnum ex Nominatis ab vniuerſitate cum expreſſa clauſula in priuilegio, vt ſi Nullus nominatus ſibi placuerit, debeat vniuerſitas alios nominare non poſſe reſpicere vltra tertiam vicem, vt tenent ſimiliter Amendola *in addit. ad Franc. in deciſ.* 210. *n.* 34. & nouiſſimè Caput. *in tractatu de Regimine Reipublicæ c.* 4. *n.* 10. *pag.* 137.

Hincq; euenit, vt creditor, qui egit ſemel ſuper Aſſiſtentia ſuper nonnullis bonis nequeat deinde ſuper aliis variare, vt deciſum in S.C. tradit Capyc. *in deciſ.* 33. & tradunt Franc. *in deciſ.* 53. *num.* 3. Pellic. *ad conſuet. Auerſ. cap.* 8. *nu.* 273. Muſcatel. *in praxi Sacri Conſilij lib.* 2. *part.* 3. *gloſ. adiudicantur n.* 79. D. Ricc. *in collect. deciſ collect.* 175. Amat. *conſ.* 95. *in fine*, de quibus *in compend. deciſ. Neap. in verbo variare an poſſit*, vbi etiam quæritur, an variare poſſit mulier ſemel aſſecurata pro eius dotibus ſuper aliqua re viri cõſtante matrimonio, ita vt poſſit dici Domina facta irreuocabiliter, adeò quod quando appareret virum peruenisse ad pinguiorem fortunam, poſſit dici Dominium non reuocari ab ea, ſaltim quoad effectum, vt neque etiam ſoluto matrimonio agere aduerſus poſſeſſores aliorum bonorum viri, & dicit iudicatum, non poſſe variare, ex Capyc. *in deciſ.* 46. Vrſil. ad Affl. *in deciſ.* 9. *nu.* 5. Franc. *d. deciſ.* 53. *n.* 3. Muſcatel. *loco ſuperius cit. & in gloſ. ſeruata n.* 24.

Et huc ſpectat, quod Hæres variare non poteſt ſi defunctus elegit Affli. *deciſ.* 397. *num.* 7. Guid. Pap. *ſingul.* 461. Menoch. *conſ.* 341. *num.* 11. Lancellot. Gallia. *conſ.* 32. *num.* 20. nec partem in alia re petere, Gratian. *in diſcept. forenſ.* 239. *num.* 4. & facta ſemel in iudiciis electione non eſt locus pœnitentiæ, nec variationi, Angel. *conſ.* 336. *num.* 4. Abb. *conſ* 10. *num.* 5. Coſta *conſ.* 39. *n.* 3. & 4. Tuſc. *concluſ.* 104. *num.* 8. Mantic. *dec.* 344. *n.* 1. & hinc ſimiliter Polid. Rip. *in obſeruat.* 16. ſcribit Actuarium ſemel electum non debere amplius variari, ex Bart. *in l. in ſententia num.* 3. *C. de ſentent. & interlocut.* vbi etiam Angel. *num.* 1. & Bald. *in l. nec honore num.* 2. *C. de epiſc. & cler.* quos ipſemet allegat, quare nos meritò in praxi dationis in ſolutum *quæſt.* 6. *ſect.* 1. voluimus, quod creditor, qui elegit rem vnam ex oblatis à ſuo debitore volente vti beneficio Auth. *hoc niſi C. de ſolut.* non valeat deinde variare, petendo aliam, & ideò

aliàs

aliàs conſulti reſpondimus Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Amalfiæ non debere ipſum ordinare clericos, habentes ibi beneficia ſi ſumpſerant ordines ab eorum originis Epiſcopis, vt etiam tenet D. Ricc. *in ſua praxi reſolut. 265. part. 1. in nouiſſim. impreſſu*, licèt poſſet fieri in conſcientia.

Bene verum Electores Adminiſtratorum, & vniuerſitatis Officialium ſiue Capitulum ipſum valent electionẽ factam caſſare, & eam mutare alios eligendo, quoties primò electi hab[e]ret aliquid Iuris, vel Regiæ pragmaticæ, aut ſacrorum canonum obſtaculũ, nã in tali caſu hoc poſſe fieri, docet Rom. *in ſuo conſ. 492.* cuius doctrinam ego ſequutus fui de hoc Anno 1621. dum inſtarer de voto meo à quadam vniuerſitate huius Regni, motus ex illa Iuris regula, qua cauetur, non pręſtari impedimentum illud, quod de Iure nõ ſortitur effectum, *cap. cum nõ præſtat. de reg. iur. in 6.* Hoſtienſ. *in cap. quia cunctis de prælat.* Archidiac. *in cap. Gratia de Reſcrip. in 6.* Rot. Rom. *deciſ. 49. ex l. 2. ff. de option. legat.* nulliter enim eligens nõ priuatur iure eligendi, *cap. ſi electio de elect. in 6.* nam Actus nullus nomen Actus non meretur *l. ſicut ff. de oper. libert.* Cæphal. *conſil. 109.* Viſil. *in addit. ad Afflict. in deciſ. 21. n. 19. & ſeq.* & paria ſunt aliquid non fieri, vel illegitimè fieri, *l. 2. C. de ſucceſſorio Edicto l. 1. §. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſitat. nomin.* latè, Nouiter D. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. 135. part. 1.* vbi multa huius farinæ cumulat aſſerens meritò in tali Curia deciſum pœna ordinaria falſi non eſſe puniendum Notarium conficientem falſitatem in Inſtrumento aliàs nullo, de quo articulo poteris videre etiam Tractat. *de offic. Tabellion. in Rubric. de pœnis Notar. colum. 2. verſic. & illam quoque*, & Menoch. *de Arbitr. Iudic. caſu 306. n. 18.*

Et ſimilia ſunt aliquid nõ eſſe factum, vel eſſe factum, ſed non ſolemniter, & vt de iure requiritur *l. vnic. C. de rei vxor. action. l. quoties ff. qui. ſatiſdar. cogantur. de ætate §. Nihil ff. de Interrogat. Act.* Franc. *deciſ. 114. numer. 2.* Decian. *conſ. 21. num. 51. volum. 2.* Menoch. *conſ. 351. n. 36. vol. 4.* Gramat. *conſ. ciuil. 32. à n. 3. cum ſeq.* Surd. *conſ. 3. num. 12. & alibi.* fusè Viuius multos cumulans *in ſua deciſ. 34. aſſerens num. 3.* paria eſſe non appellare, vel appellare, ſed nulliter, ex Mant. *in conſ. 125. num. 30. & conſil. 146. num. 11.* & paria eſſe non arbitrari, & nulliter arbitrari ex Ruin. *in conſ. 142. num. 4. vol. 4.* multaque alia corollaria huc concernentia cumulat, quæ penes ipſum videri poſſunt latè.

Vt pariter poſſunt & valent Electores electionem factam caſſare, vbicumque primò electi non eſſent Idonei, nam Idoneus debet eſſe ad officium, ad quod quis admittitur, vt nouiſſimè habetur per Caput. *in ſuo tractatu de regimine Reipublicæ, cap. 3. ſub. nu. 40. pagin. 110. col. 2.* ita quod electus poteſt remoueri, ſi non eſt Idoneus, nouiter Zappul. *in pragmatica 5. de adminiſtrat. Vniuerſit. §. 2. num. 17.* allegans textum *in cap. 1. ibi ſi verò minus idoneus, extra de offic. cuſtod.* quare ſi primò electi non eſſent idonei poſſe ipſos mutari vtique fatendum eſt, cum Idonei ad talia officia debeant eligi, vt dictum eſt, & tradit Capiblanc. *de baron. prag. 10. num. 70.* aſſerens hoc debere procedere præcipuè in electione Syndici, in quo verſatur maius periculum introituum vniuerſitatis.

Licet primo electos non eſſe idoneos debeat per electores probari ad hunc effectum, vt valeant illos remouerę & electionẽ factam ceſſare, quia idoneus in dubio quis præſumitur, niſi contrarium probetur, vt colligitur ex *cap. dudum* & ibi Felin. *poſt num. 1. n. 33. de*

preſumpt. l. cum quidam ff. de legat. 2. & ſic ſcribunt Bald. *in l. 2. num. 7. C. quando prouoc. non eſt neceſſe* Specul. *in tit. de probat.* §. 1. *verſ. reſtat* Biſignett. *deciſ. 6. num. 8. de prabend.* latiſſimè more ſuo Maſcard. *de probat. concluſ. 8. num. 78.* vbi talem conclusionem ampliat, & declarat pluribus modis aſſerendo in fine inhabilitatem debere conſiderari, & inſpici in tempore, quo electio facta fuerit, nec illi, quod ſuperuenerit eſſe ſtandum ex Abb. Dec. Lambertin. & Brixien. *in locis per eum citatis*, qui etiam *in concluſ. 8. nu. 77.* tradit modos, per quos quis probetur idoneus, & quæ requirantur ad hoc.

Et aduerte, idoneum dici illum, qui ſapit de eis, de quibus agitur, ita nouiſſimè Valenzuel. *in tract. de ſtatus, & belli ratione part. 2. num. 2.* & ſic à contrario, qui ignorat, ea de quibus agitur, reputatur inhabilis, & non idoneus.

Non per hoc tamen valent electores adminiſtratorum, & officialium vniuerſitatis idoneos electos remouere, electionemque factam caſſare, & eligere alios magis idoneos, electio enim facta de digno, & idoneo, omiſſo digniore, & magis idoneo valet, & ſufficit *cap. cum olim. cap. cum dilecti cap. cum inter Canonicos de elect. gloſſ. pen. in cap. 2. de offic. cuſtod. & in cap. licet in verbo præſtantior 8. quæſt. 1. & in cap. conſtitutis in verbo vtilem de appellat.* Peralt. *in l. cum quidam num. 18. ff. de legat. 2.* ſumma Sileſtr. *in verbo electio 1. quæſt. 16. & in verbo Acceptio perſonarum quæſt. 4.* Peter *in l. 2. tit. 6. libr. 1. ordin. gloſ. 1.* Couar. *in regul. peccatum part. 2. §. 7. numer. 3.*

Et de hoc quippè mirandum non eſt, nam id reſpicit tranquillitatem, & pacem Reipublicæ, aliàs daretur occaſio ad multas lites, & quæuis electio poſſet impugnari, & calumniam pati, vt nouiter conſiderat Valer. *in differen. inter vtrumque forum in verbo electio differentia 1.* aſſerens ob hanc rationem, ne dum in foro exteriori, ſed etiam in foro conſcientiæ valere electionem digni relicto digniore, vt eſſe communem DD. ſententiam fatetur Couar. *loco proximè citato n. 3. & 4.*

Licèt ſecundum Valer. *vbi proximè* ſit magnum diſcrimen inter vtrumque forum in hoc, nam in foro exteriori nõ punitur relinquens digniorem, in foro tamen animæ punitur, quia peccat mortaliter, vt probat Concil. Trident. *in ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. & cap. 18. ead. ſeſſ.* & docent D. Thom. 2. 2. *quæſt. 63. artic. 2.* Sot. *de iuſtit. & iur. quæſt. 6. artic. 2. concluſ. 9.* Palat. *in repetit. rubric. cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. concl. 355.* & copiosè ſcribit Rebel. *de obligat. iuſtit. part. 1. lib. 3. quæſt. 44.* latiſſimè Garzia *de benefic. part. 7. cap. 16.* & hæc breuiter dixiſſe ſufficiat in hoc articulo, an, & quando electio officialium facta per vniuerſitatem, ſiue electio ſuperiorum facta per capitulum ritè, rectè, & legitimè valeat ex aliqua cauſa caſſari, mutari, vel variari ad intellectum & ornatum textus *in l. munerum §. defenſores ff. de muneribus, & honoribus.* datum Neap. in noſtro Muſæo die 3. Iunij 1623.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2545.

Super Conſtitut. Regni eos tantum officiales.

¶ Crimen extorſionis an committatur à non habente officium?

IN hac Regni conſtitutione poteſt commodè tractari materia extorſionis, verum quia aliàs occaſione aliarum legum in reliquis Collectaneis fuit de ipſa, ſi benè recordor, tractatum, Ideò hic vnum ſolum quæram pro ornatu, & eſt, num huiuſmodi extorſio-

torſionis crimen dicatur committi à perſona priuata nullum officium habente?

De quo caſu accidit dubitari in Tribunali noſtræ Curiæ Archiepiſcopalis, & poſt longam diſcuſſionem in ea fuit communi voto pronunciatum hoc extorſionis crimen non poſſe cõſiderari in perſonam priuatam, ſed totum in habentem iuriſdictionem, & ſic in officiales ſolum, vt plenè diximus *in deciſ. Curiæ Archiepiſc.* 239. *part.* 4. vbi diſtinximus quatuor caſus, quos per te videre poteris, quando caſus occurrit.

COLLECT. 2546.

Super Doctrina Iaſ. in l. fideiuſſor §. ſi ſatiſdatum, ff. qui ſatiſdar. cogantur.

¶ *Iudex Superior poteſt inhibere inferiori.*

Firmat hic Iaſ. *num.* 31. quemlibet iudicem, vel dominum maiorem, & ſuperiorem poſſe inhibere minori, & inferiori, declarando tamen inhibitionem decerni in rebus immobilibus, non autem in bonis mobilibus, in quibus conceditur ſequeſtrum, & ita Verall. *deciſ.* 92. *part.* 2. *& deciſ.* 158. *part.* 3.

Et nota, quod non ſolum inhibitio poteſt fieri à ſuperiori, & maiori iudice ſuo inferiori, ſed etiam partibus, quia ſi conſtat duos contendere de poſſeſſione, ſi Iudex ſciat vnum ipſorũ poſſidere, poterit alteri inhibere, ne illum moleſtet, & ſi ambo conſtituant poſſidere, Iudex ad euitanda ſcandala inhibet partibus, ne ad locũ accedant, ſed ad ſe illam auocat, ne inde ad arma deueniant, vt per Rubin. *dec.* 51. vbi adhuc adducit textum *in l. æquiſſimum ff. de vſufruct.* & princeps ſua authoritate facere poteſt huiuſmodi prohibitionem, ne partes ad arma concurrant, Afflict. *deciſ.* 2. & vide Guid. Pap. *deciſ.* 246. & *deciſ.* 578. vbi in ſpecie quando iudici conſtat aliquem poſſidere, ſed tamen diſcordia, & contentio ſit inter illos, & dubitatur ne veniant ad rixas, & arma, poterit iudex ad manum ſuam rem illam ponere, donec cognouerit, quis eorum ſit potior citra ipſorum præiudicium.

Verum vbi apparet, alteram partem poſſidere, & timetur ſcandalum, non fit ſequeſtratio, ſed fit aduerſæ parti inhibitio, ne aliquid attentet, vt conſtat ex Franc. Marc. *deciſ.* 1198. Benintend. *deciſ. Rot. Bonon.* 73. Cappella Tholoſ. & ibi Addit. *deciſ.* 477. Mynſinger. *obſeruat.* 96. *cent.* 2. qui ait, quod in camera imperiali, vbi ob litigioſam poſſeſſionem ſubeſſet periculum, ne partes ad arma prorumpant, & nemo vult agere, quilibet cupiens eſſe reum, prætendens quilibet poſſidere ex officio partibus fit inhibitio, illiſque præcipitur, & citantur ad dandum articulos, nominandum teſtes, qui examinantur, & demum caſus deciditur, & ita pluries fuiſſe iudicatum teſtatur.

Contra tamen præfatam inhibitionem in caſu præmiſſo faciendam non eſſe, ſed quod quando duo contendunt de poſſeſſione iudicem debere ſummariam informationem capere quis eorum melior poſſideat, & de poſſeſſione probet, & illum vice poſſeſſoris fungi faciat, alteri inhibendo, ne ad poſſeſſionem accedat, ſaluo iure vtriuſque partis, tam quoad proprietatem, quam quoad poſſeſſionem, ita Balbus *deciſ.* 9.

COLLECT. 2547.

Super cap. dilecti de exceptionibus.

¶ *Iuriſdictio ceſſat per inhibitionem, ideo acta facta poſt eam ſunt nulla.*

Digitized by Google

Acta facta poſt inhibitionem Iudicis ad quem, ſunt nulla, quia iuriſdictio ceſſat per inhibitionem, maxime ſi contineret clauſulam irritantem h. d. concordat *cap. Rodulphus, & cap. ſignificante de reſcript. & cap. per tuas extra de ſentent. excommun.* & ita tradunt Bellamer. *deciſ.* 623. Rot. *in nouis deciſ.* 130. Intrigliol. *deciſ. Sicil.* 47. Giurba *deciſ.* 36. & voluit Rota de anno 1598. in cauſa Romana coram Lancellotto, in qua fuit declarata nulla ſententia, ex quo fuerat prolata in hibitione Rotali non obſtante, conferunt *deciſ. Peguera* 189. *& obſeru. Mynſinger.* 87. *cent.* 3. continet enim inhibitio decretum irritans, Caſſador. *deciſ.* 2. *de reſtit. ſpoliat.*

Hinc infertur, quod electione fori facta per perſonas priuilegiatas ſunt ligatæ manus Iudicis, coram quo litigatur, & acta fortè facta redduntur nulla Franc. *deciſ.* 194. quod latè defendit D. Io. Maria Nouatius *in ſuo vtili tractatu de elect. & variat. fori quaſt.* .... *ſect.* 1. in nouiſſima impreſſione, vbi plura adducit huc concernentia, quæ per te ibidem videre poteris, quando caſus in facto euenit.

COLLECT. 2548.

Super Doctrina Iaſ. in l. properandum §. & ſiquidem C. de Iudic.

¶ *Sententia abſque citatione quando ſit nulla?*

Vigore text. *in l. de vnoquoque, ff. de re iudicata* firmat hic Iaſ. *num.* 7. quod abſque citatione prolata ſententia, & partibus intereſſe prætendentibus non citatis nulla eſt, atque inualida reputatur ſententia, niſi accuſetur in ea contumacia, & ita Milanenſ. *deciſ.* 20. *lib.* 2. Cathar. *deciſ.* 130. Magon. *deciſ. Florent.* 94. Rota *apud Farinac. deciſ.* 365. *&* 409. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 500. *tom.* 2. *part.* . *deciſ.* 30. *part.* 2. *tom.* 1. *deciſ.* 244. *eod. tom. & alibi pluries.*

Declara tamen non procedere, quando eſſet facta citatio, & non fuiſſet rectè exequuta, ſed tamen de ea pars notitiam habuiſſet, puta quia cōſtituiſſet procuratorem ex ea cauſa, vel alio modo appareat, & probetur ſciētia, quo capite ſanatur nullitas ex omiſſione dictæ citationis, Rota apud Farinac. *deciſ.* 409. *tom.* 1.

Declara etiam quod ſententia non dicitur, nec eſt nulla ob citationem non factam, niſi quia non afficit, nec nocet ipſi non citato, etiam ſi fuerit condemnatus, eadem Rota apud eundem *deciſ.* 244. *part.* 2. *tom.* 1. *& dec.* 584. *part.* 2. *tom.* 2.

Et aduerte, quod adeò neceſſaria, & præciſa eſt citatio ad ſententiam, quod etiam ſi à Iudice emanauerit monitio, quod intra tot dies informaret de ſua iuſtitia, aliàs dictis diebus effluxis determinaſſet cauſam, quod dicta verba non operarentur citationem ad ſententiam, cum neceſſaria ſit præciſa citatio ad audiendam ſententiam, eadem Rot. *deciſ.* 486. *part.* 2. *tom.* 1.

COLLECT. 2549.

Super l. certa C. quando prouocar. non eſt neceſſe.

¶ *Sententia lata contra conſtitutiones eſt nulla.*

Sententia expreſſè contra legem lata, & contra conſtitutiones eſt nulla, h. d. & ratio eſt, nam iuri conſentanea ſententia debet eſſe *cap.* 1. *& cap. inter cæteras de re iudic.*

Amplia idem procedere, quando eſſet lata contra legem municipalem, vel eſſet lata contra conſuetudinem, vel ſtylum, Guid. Pap. *deciſ.* 261. *&* 292. Cacher.

Digitized by Google

Cacher. *deciſ. Pedemont.* 22. quoniam ſtylus, & confir... lo multum operatur, & eſt habe... tanquam lex, vt ex multis deciſi... corr... bat Nouarius *in pragm. Regni.1. ſub Rubrica de officio Magiſtr. Iuſtitiarij*, vbi plenè probat hoc axioma.

Amplia pariter, idem eſſe ſi daretur ſententia contra ſtatutum redactum in volumen ſtatutorum, quia ſententia inualida vtique ... Verall. *deciſ.* 136 *part.* 2. Cornazz. in *deciſ. Lucenſ.* 97. Viuius *deciſ.* 52.

COLLECT. 2550.

Super l. vn his C. de ... offic. libr. 12.

¶ *Magiſtratum ſibi vſurpans incidit in crimen læſæ Maieſtatis.*

INfl git pœnam hæc lex iis, qui ſibi Magiſtratum dicunt, ac Iuriſdictionem vſurpant.

Quare tu pro ornatu ſcias, quod iſte talis incidit in crimen læſæ maieſtatis. Guid. Pap. *deciſ.* 423. Cappella Tholoſ. *deciſ.* 402.

Et amplia concluſionem procedere non ſolum ad gerentes ſe pro magiſtratu, ſed etiam ad alios, qui talia fieri curarunt Capyc. *deciſ.* 130. *num.* 11. vbi iuxta hanc ſententiam refert deciſum.

Amplia ſecundò procedere etiam, quando exercentur leuiora iuriſdictionalia Seraphin. *deciſ.* 183. vbi quod incurritur pœna indignationis.

Amplia tertiò, vt ſufficiat binus actus ad incurrendam præfatam pœnam, Rota apud Farinac. *deciſ.* 180. *part.* 2. *tom.* 1.

Quam concluſionem ſic firmatam limita non procedere ceſſante dolo: Nam ad incurrendam præfatam pœnam requiritur dolus malus Gizzarel. *deciſ.* 76. vbi, quod ad finem puniendi quem de turbata iuriſdictione requiritur, vt doloſè ſit facta turbatio.

Limita ſecundò quando vſurpatio Iuriſdictionis non fit de facto, ſed iudicialiter de Ponte *deciſ. Collat. tal. Conſil.* 36. vbi quod ad finem puniendi quem de turbata iuriſdictione oportet turbationem fieri de facto extra iudicium, non autem iudicialiter.

Quæ omnia notare poteris ad ornatum *pragm. Regni* 1 *ſub Rubric de iuriſdiction. inuicem non turbanda*, circa quam multa nouit ... Nouarius, quem in facto vi ... potes, nam pulchrè loquitur, vt ſolet.

COLLECT. 2551.

Super Doctrina Iaſon. in l. 1. ff. de leg. 1.

¶ *Fructus rei legatæ an debeantur conditione pendente?*

FIrmat hic Iaſon. *numer.* 115. & 127. quod fructus rei legatæ non debentur conditione pendente.

Ad cuius ornatum omninò videte Nouarium *quæſt. forenſ.* 169. *libr.* 1. vbi pariter tractat quando debeantur fructus rei legatæ, num à mortis teſtatoris die, vel à die aditionis hæreditatis? & num fructus in legato duarum rerum alternatiuè facto veniant ante electionem? & negatiuam ſectatur, ... in cauſa Marcelli F... cum Iacobo Antonio Rinaldi demonſtrat.

Nota tamen, quod ſi res fructifera legetur ad effectum conſtituendi dotem, fructus pa... ... debentur etiam ab illo, cuius ... poſſeſſio ..., Cæſar de Graſſi *deciſ.* 1. & ... *de v ... &* vol... Rota in Romana ... 25. ... 1601. coram R. P. D. Peni ... & in P... ... F... 1580. coram R. P. D. Vice ...

Sed an dominij rei legatæ tranſlatio

Digitized by Google

fiat miniſterio, & opera legis, vide textum *in l. à Titio ff. de furtis.*

COLLECT. 2552.
Super Doctrin. Bald. in cap. 1. §. Iniuria de pac. Iuram. firmand.

§ *Officialem offendens punitur pœna mortis.*

DIcit hic Bald. quod offendens officialem punitur pœna mortis, quod etiam confirmauit *in l. 1. C. de his qui latron. occul. in fin.* & ita communiter DD. vt notè conſtat ex Amat. *in deciſ. Rotæ Ferrariæ* 36. vbi ampliat etiam ad caſum, quando quis prætori propter inimicitiam priuatam alapam irrogat, quamuis adducat opinionem aliorum, qui præfatam concluſionem limitant, & reſtringunt ad eum ſolum caſum, quando offenſio eſt facta contemplatione officij, non autem ex odio, particularique inimicitia, quo caſu offendens non incurrit crimen læſæ maieſtatis.

Sed qualiter conſtare debeat an iniuria ſit facta contemplatione officij, vel particulari odio, Recurrendum eſſe ad coniecturas, dicit Idem Amat. *cit. deciſ.* 36. *num.* 10. firmans *num.* 11. quod vbi nullæ adſunt coniecturæ, & ſic in dubio, quãdo nõ apparet de cauſa offenſionis præſumitur offenſa potius ex cauſa particularis inimicitiæ, quam publici officij.

Cuius concluſionis ratio eſt clara, nam in dubio ſemper debet euitari maius delictum, & minus præſumi.

Quomodo autem puniatur clericus proferens verba iniurioſa Iudici laico, declarauimus *deciſ. Curiæ Archiepiſc.* . . . . *part.* . . . .

Et qualiter puniatur offendens Vicarium generalem vel illum iniurians, vide Caball. *reſolut. crim.* 87. *cent.* 1.

COLLECT. 2553.
Super l. 2. in princip. vbi Barboſ. ff. ſolut. Matrim.

§ *Dos in pecunia, & mobilibus conſiſtens reſtituitur infra annum, in ſtabilibus ſtatim.*

CRedo, quod aliàs occaſione tex. *in l. vnica* §. *exactio C. de rei vxor. action.* tractauerim materiam, ſcilicet quod dos in pecunia, ſeu in rebus mobilibus, & ſe mouentibus conſiſtens non reſtituitur, niſi poſt annum à die ſoluti matrimonij, ſi tamen conſiſtat in rebus ſtabilibus ſtatim reſtitui debet, prout hoc latè explicat Barboſ.

Verum, quia occurrit duo alia addere, viſum eſt huius legis occaſione illa in medium afferre.

Vnde nota primò quod licèt mobilia in dotem data reperiantur, adhuc extare tempore mortis, tamen maritus non cogitur illa reſtituere, niſi poſt annum, Rubin. *deciſ.* 66. Faber *deciſ.* 5. *C. ſolut. matrim.*

Nota ſecundò quod anni dilatio viro conceſſa pro reſtitutione dotis conſiſtentis in rebus mobilibus; ſi male ſe geſſerit cum vxore infirma, veluti deſerendo eam, vel ei neceſſaria non adhibendo, vtique in tali caſu denegatur, prout deciſum fuiſſe teſtatur Nouarius in quadam facti contingentia, cuius quidem ſcripta hic tranſcribere volui, nam multum cõgruunt materiæ huic, & ſunt videlicet.

DOs in pecunia, ſeu in rebus mobilibus, & ſe mouentibus conſiſtens, non reſtituitur, niſi poſt annum à die ſoluti matrimonij, ſi tamen conſiſtat in rebus ſtabilibus ſtatim reſtitui debet ad text. *in l. vnic.* §. *exactio C. de rei vxor. Act.* reſtitutio enim iſtarum rerum ſtabilium eſt facilioris expeditionis, latè Couar. *in epitom ad* 4. *decret. de matrim. part.* 2. *cap.* 3. §. 9. *num.* 9. *& cap.* 6. §. 8. *num.*

Digitized by Google

8.*num.*24. Gomeſ.*in l.* 50. *Tauri à num.* 46.*cum ſeq.* plenè Barboſ. *in l.*2.*in princ. ff.ſolut.matr.part.*1.

Et licèt mobilia in dotem data reperiantur adhuc extare tempore mortis,tamen non cogitur maritus illa reſtituere, niſi poſt annum, vt decidit Sabaudiæ Senatus apud Fabrum *deciſ.* 5.*C.ſolut.matrim.* vbi reddit rationem, quia nemo priuandus eſt beneficio legis, *l.*3.*ff.de interdict.& relegat.*aſſerendo pariter nullam aliam quærendam eſſe rationem, propter quam Iuſtinianus bonorum mobilium reſtitutionem in annum differri voluerit, quam quia ſic voluit,cum lex ſcripta ſeruanda ſit omni modo, quamuis dura *l. proſpexit ff.qui, & à quibus manum.l. in fraudem ff. de teſtam.milit.l.de precio ff.de public.in rem act.*

Verum non per hoc, quod iſta dos conſiſtens in rebus mobilibus, & in pecunia numerata non debet reſtitui, niſi poſt annum prohibetur mulier illam petere ante annum, vt ſoluatur poſt annum,vt benè diſcutit Zucat. *in conſ.*68. Bellon. *conſ.*25. *num.*2. Sim. de Præt. *conſ.*11.*num.*10. Rimin. ſen. *conſ.* 730. *volum.*4. Viuius *deciſ.* 463. *num.*3. vbi quod Teſtatoris hæredes per idoneam fideiuſſionem tenentur cauere de ipſa dote poſt annum reſtituenda, & ita dicit deciſum in Sacra Regia audientia.

Sed num procedunt ſupradicta de anni dilatione reſpectu dotis conſiſtentis in pecunia numerata, quando vir malè ſe geſſit cum vxore infirma veluti illam deſerendo,vel alia neceſſaria non adhibendo?

Cum caſus ex facto accidiſſet, ego tanquam patronus Petri Pauli Sannini Patris Corneliæ Sanninæ vxoris Io. Franciſci de Sellano prætendi ipſum Io. Franciſcum Maritum non poſſe gaudere beneficio dilationis annalis à lege conceſſi in reſtituendis bonis mobilibus in dotem datis,ſtante quod tempore infirmitatis ipſius Corneliæ vxoris ipſam dereliquit, nec adhibuit medicos, & medicinas & alia neceſſaria infirmis, ita vt niſi Petrus Paulus interim ipſam Corneliam filiam ad ſuam domum non tranſtuliſſet,vtique fuiſſet mortua abſque vllo remedio corporis,& Animæ.

Quam prætenſionem fundabam ex eo, quia maritus vxoris infirmæ neceſſitatibus omnibus ſubueni e debet, *l.quod in vxorem ff. de negot. geſt.* gloſ. *in l. ab hoſtibus* § *ſi vir in verbo lucrifacere ff. ſolut. matrim.* Pegner. *deciſ.* 169. Leon nouiter *in deciſ.Valent.*41 *lib.*1. vbi concludit maritum non poſſe repetere ab vxore magnas impenſas factas in eius infirmitate excedentes fructus dotis, quando ęgrotauit morbo gallico, quo maritus laborabat.

Et ſi fuerit negligens in adhibendis medicis, medicinis, & aliis rebus neceſſariis, priuantur indubitanter omni lucro dotis, & donationis propter nuptias debito, tam ex diſpoſitione iuris communis, ſiue ex pacto, ſiue ex conſuetudine Bald. *in d. l. quod in vxorem num.* 1. Alex. *conſ.* 123. *volum.*7. Amic.*conſ.*3.*colum.fin.* Coſta *in ſuis memorabil. in verbo maritus priuatur.* Ruin. *conſ.*8. *&* 139. *volum.*4. Cald. *in l. ſi curatorem in verſ. ſua facilitate num.*21. *C. de in integr. reſtit. minor.* Phanut. *de lucro dot. gloſ.*14.*num.*8. Surd. *de Aliment. tit.* 8.*priuil.* 69.*num.*8. Roland. à Vall. *in tract. de lucro dotis quæſt.* 64. Boer. alios cumulans *in deciſ.* 244. *num.* 12. vbi ita etiam dicit procedere, quando vir vxorem extra domum expulerit abſque tamen cauſa non prouidendo illam de alimentis, ex quo mulier deceſſit. nam priuatur lucro dotis,ac ſi eam occidiſſet, allegat Bald. *in Auth. Dos data C. de donat. ante nupt.& in l. vnica* §. *ſed*

ſcimus C. de lat. liber. tollend. addimus Alex. *conſ.* 78. *libr.* 3. Socin. 64. *libr.* 4. Craueit. *conſ.* 31. *num.* 6. neque tunc vxori ſuccedet ex capite *vnde vir, & vxor,* iuxta doctrinam Caſtrenſ. Alex. & Iaſ. *in l.* 1. *C. vnde vir, & vxor.* Benedict. *in cap. Raynutius in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam num.* 800. *de teſtam.* refert & ſequitur Matienz. *in l. Hiſp.* 2. *gloſ.* 1. *num.* 49. *tit.* 9. *lib.* 5.

Præterea fulciebam hanc opinionem, quia videmus, quod licet maritus habeat beneficium, vt in reſtitutione dotis non conueniatur, niſi in quantum facere poteſt deducto ne egeat, *l. maritum l. ſi maritus & l. alia § eleganter ff. ſolut. matrimonio l. vnic. §. cum autem C. de rei vxor. act.* Afflict. *deciſ.* 222. Baez *de inop debit. cap.* 3. *qui in cap.* 17. *num.* 37. ſi. mat tali beneficio per maritum, nec cum iuramento renunciari poſſe, vt tenuerunt pariter poſt antiquiores Conar. *in cap quamuis part.* 2. *num.* 4 *de pact in* 6. Gomez *in l. Tauri* 13. *num* 49. Arma *allegat.* 102. *nu.* 7. Franc. *deciſ.* 164. *num.* 13. Mancin. *de iuram. part.* 4 *effect.* 201. *num.* 3. Amelcua *de poteſt. in ſe ipſum cap.* 24. *num.* 2. Tamen quando maritus fuiſſet ingratus vxori, tali caſu non fruerentur hoc priuilegio vt tradit Surd. *in tract. de aliment. quaſt.* 78 *tit.* 1. *num.* 58. ergo ſic in caſu noſtro, quia maritus malè tractans vxorem ſine cauſa, nomen mariti non meretur, & quamuis ex hoc non ſoluatur matrimonium *cap. ex publico de conuerſ. coniug.* tamen quo ad hunc effectum perindè eſt, ac ſi diſſolueretur, Ideo dilatio, quæ datur per legem reſtituendi bona mobilia poſt annum non eſt concedenda iſtis qui indigni ſunt ob eorum culpam nomine mariti, ſicut etiam non datur putatiuis, qui non habent hoc priuilegium annalis dilationis, & reputantur tanquam extranei, gloſ. *in l.* 1. *§. cum autem in fin. verſ. exactio, in verbo reſtituendis poſt princip. C. de rei vxoriæ act.* Alex. *in l. ſi cum dotem §. fin.* vbi etiam Barboſ. *num.* 18. *ff. ſolut. matrim.* Abb. *in capit. de prudentia num.* 4. *de donat. inter virum, & vxorem.* Tiraquel. *in l. connub.* 16. *gloſ.* 16. *num.* 339. Rebel. *de oblig. iuſtit. part.* 2. *lib.* 6. *quaſt.* 7. *num.* 7.

Tandem conſiderabam pro comprobatione, Nam vbi quis ſua culpa deſinit eſſe, & haberi pro eo, quod erat non percipit commodum legis ſeu ſtatuti, licet in odioſis teneatur, ac ſi eſſet in ſtatuto comprehenſus quemadmodum dicimus de hærede, qui ſua culpa deſinit eſſe hęres, & de ſocio, qui ex proprio delicto deſiit eſſe ſocius, & in ſimilibus, de quibus apud Surd. *in conſ.* 314. *num.* 4. *volu.* 3. per text. *in l. actione diſtrahitur §. hæc ita ff. pro ſocio.* vbi de eo, qui antè tempus cōuentum renunciat abſque cauſa ſocietati, talis enim ſocium à ſe, non ſe à ſocio liberat, adeo vt, ſi quid compendij poſtea factum erit, eius partem non feret, ac ſi diſpendium æquè præſtabit portionem, quod etiam notat gloſ. *in cit. l. actione §. diximus in verbo pro ſocio in princip.* & hoc propriè conuenit marito, & vxori, qui ſunt ſocij, & vna caro, vndè cum maritus per tales actus ingratitudinis amiſiſſet nomen mariti, beneficio mariti concelſo vti non poterit, & ſic dilationem reſtitutionis dotis nullatenus eſſe concedendam apertè fatebar, prout in terminis terminantibus tenet Viuius *in deciſ.* 197. *num.* 14. vbi refert iudicatum in Curia Aquilana, dotem in pecunia, & in aliis rebus mobilibus conſiſtentem ſtatim poſt mortem vxoris eſſe reſtituendam, non aliter expectato anno, quando maritus inhumanè, & improbè ſe geſſit contra miſeram vxorem in deferendo eam ſolam infimam in lecto exiſtentem abſque famula, & in articulo

mortis

Digitized by Google

mortis conſtitutam, ſicque pariter in hac facti contingentia ob miſſem ſi lis deinde non fuiſſet ſopita, quia Socer, & Gener ſe concordauerunt.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2554.
Super l. 1. ff. qui ſatiſdar. cogant.

¶ *Cautio de iudicio ſiſti à reo præſtanda poſt oblationem libelli.*

Cautio de iudicio Siſti datur ſtatim oblato libello h.d. & ita videmus diſpoſitum *in Auth. offeratur ibi, data cautione, C. de lit. conteſtat.*

Quæ quidem Cautio ſemper, & vbique præſtanda eſt, quotieſcumque imminet aliqua ſuſpicio, quod reus poſſit aufugere, & conſequenter in iudicio minimè ſiſtere vſque ad finem motæ litis, Afflict. noſter *deciſ.* 170. quoniam reus tenetur ſiſtere in iudicio à principio vſque ad ſententiam, qua prolata cautio ipſa expirat, *l. gracè §. poſt litem ff. qui ſatiſdar. cogantur.* Rubi. *deciſ.* 31.

Sed num in Regno huiuſmodi cautio ſit neceſſaria? D. Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus *in lib. 1. quæſt. forenſ. cap.* 12. negatiuam ſectatus eſt ſententiam, & ſine ratione non loquitur, nam dicit ipſe, cautionem hanc de iudicio ſiſti nullatenus requiri in illis cauſis, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, etiam ſi litigantes non poſſi lerent ſtabilia ex deciſ. Senatus Pedemontani apud Cacher. *deciſ.* 1. certumque eſt in hoc noſtro Neapolis Regno in cauſis procedi ſola facti veritate inſpecta, vt conſtat ex pragmatica 1. *ſub Rubrica de ordine Iudiciorum*, vbi Idem Nouarius alia cumulat pro dilucidatione ipſius, quæ per te videre poteris.

Et an per hanc cautionem de iudicio ſiſti quis cenſeatur contentire in iudicem, negat Viſil. *deciſ.* 133. nos diximus in dec. Curiæ Archiepiſcopalis huius almæ Vrbis Neapolis part. 4. prout etiam quoties quis ſatiſdat de parendo mandatis Curiæ, neque cenſetur ſuo foro renunciare conſentiendo in iudicem, Guid. Pap. *deciſ.* 607. & adde Boerium *deciſ.* 44.

COLLECT. 2555.
Super l. 1. vbi Bart. in fin. ff. ad municip.

¶ *Legatum factum virginibus alicuius ciuitatis. an comprehendat expoſitas?*

Pvellæ expoſitæ comprehenduntur in legato mentionem faciente de puellis, vel virginibus naturalibus vt ciuibus alicuius ciuitatis, h.d.

Et Ratio eſt, nam appellatione ciuium non ſolum veniunt qui ſunt orti in ciuitate, *l. origine C. de municip. lib.* 10. *& l. ciues C. de Incol. eod. libro*, verum etiam qui ſunt expoſiti benè appellantur ciues illius ciuitatis, in qua expoſiti fuerunt, Boer. *deciſ.* 15. Anna *Singul.* 185. qui dicit ſe vidiſſe in Regiſtro Regiæ Cameræ Summariæ plures prouiſiones expeditas in fauorem huiuſmodi perſonarum expoſitarum, Faber. *deciſ.* 20. *C. de verbor. ſignificatione*, & iuxta hanc opinionem fuiſſe deciſum in Regia Camera Summariæ in banca Cæſaris Surrenti in cauſa Simonelli de Nigro teſtatur D. Nouarius *in ſuo ſolemni tractatu de electione fori quæſt.* 39. *part.* 2.

Sed num legatum relictum pro maritagio virginum alicuius ciuitatis poſſit diſtribui puellæ expoſitæ in dicta ciuitate, ſi ibidem adſint aliæ puellæ originariæ adhuc nubilis ætatis. Idem Nouarius *in libro primo quæſt. ſiue mauis deciſion. forenſ. capitulo* 161. luculenter quidē, & cum grano ſalis nō mediocri,

Digitized by Google

fundauit, & defendit ſententiam negatiuam, firmando eſſe prius præferendas puellas propriè natas in ciuitate, & deinde in ſubſidium cenſeri vocatas huiuſmodi virgines, & puellas expoſitas, quæ licèt poſſint appellari, ſiue vocari ciues id eſt fictè, non autem propriè, & conſequenter vera, & propria ciuilitas non debet ſubeſſe fictæ, & impropriæ ciuilitati, prout eſt illa, quam habent huiuſmodi expoſitæ, ſiue expoſiti, qui quidem debent tractari tanquam ciues abſque tamen præiudicio legitimorum, & proprè ciuium, prout ſunt originarij Ciuitatis.

COLLECT. 2556.
Super l. per diuerſas C. mandati.

¶ *Ceſſio ex quibus præſumatur ſimulata?*

EX paruitate precij ceſſio iurium, & actionum præſumitur ſimulata, & eſt inualida, niſi vſque ad concurrentem quantitatem eius precij numerati, h. d.

Amplia hoc eſſe verum, & procedere, quamuis expreſsè dicatur in eodem inſtrumento ceſſionis, quod pro parte vendatur, & pro parte donetur *l. ab Anaſtaſio C. eod. tit.* Berlicchius *deciſ.* 32. vbi idem dicit quando pro vna parte vendatur vni, & pro altera donetur alteri cuidam tertio perſonæ interpoſitæ, vel quod donetur in totum vni, ſed clam recipiatur aliquid nomine precij, Idemque dicit vbi pro parte venditur, & pro parte permutatur, nam & tunc ſi habita rei æſtimatione vna cum illa parte precij appareat de eius tenuitate, ceſſio adhuc ſimulata præſumitur, & non valet.

Amplia pariter in redemptoribus alienarum litium, cum enim potentiores alienas actiones patrocinij cauſa mercede data eius, qui actione tenetur, laceſſendi, vexandi, vlciſcendi gratia ſuſcipiant, & intendant, ideoque meritò hoc tamquam odioſum, & inuidioſum reprobatur, *l. penult. C. eod. tit.* Berlicchius *d. deciſ.* 32.

Sed qui potentiores ſunt in hoc caſu, perbellè declarat D. Nouarius *lib.* 1. *quæſt. forenſ.* 81. vbi potentiorem appellat illum, qui habet iuriſdictionem, qui eſt diues, qui eſt nobilis, nam nobilitas facit hominem potentiorem, ſic pariter eccleſia, vt voluit Rota in vna Cæſarauguſtana emphyteuſis Sabati 19. Nouembris 1611. coram Ludouiſio, ſic pariter clericus dicitur potentior, quoad hûc effectum, vt prohibeatur fieri ceſſio iurium, de cuius dicti veritate vide D. Nouarium *loco cit.*

Amplia etiam in reo, nam nec is iudicij mutandi cauſa ad euitandas actiones, rem, quam poſſidet alienare poteſt, Berlicch, *d. deciſ.* 32. vbi etiam ampliat ſi de reali, & naturali numeratione precij etiam iuſti, aliter non niſi ex ſola cedentis, & ceſſionarij cõfeſſione conſtet, Faber *deciſ.* 10. *C. mandati.* Seraphin. *deciſ.* 1139. Guid. Pap. *deciſ.* 567. qui id limitat quoties fides de precio fuiſſet habita.

Permittuntur tamen aliquando huiuſmodi Ceſſiones iurium, & Actionum, vt conſtat ex eodem Berlicchio *deciſ.* 32. vbi quod in caſibus, vbi ceſſio iurium, & actionum licita, & permiſſa eſt primum locum obtinet ea ceſſio, quæ inter cohæredes pro actionibus hæreditariis fieri contingit.

Item illa ceſſio, quæ fit legatariis, vel fideicommiſſariis, quibus debita, vel actiones, aut aliæ res ſunt relictæ.

Item quando creditor à ſuo debitore pro ſuo credito ceſſionem in aſſecurationem accepit, Cuiacius *lib.* 16. *obſeruat.* 16. qui ita pariter firmat, quoties

tier ceſſio fiat donationis, & meræ liberalitatis cauſa, citra vllam diſſimulationem.

Adhuc ſi eſt datio in ſolutū Puteus *deciſ.22.lib.3.* dummodo tamen probetur præcedens debitum, Faber *dicta deciſ.20.C.Mandat.* & quidem condignum debitum, alias ſi debitum pro parte verum erit, & pro alia non, ceſſio, vel datio inſolutum pro ea parte, qua ſimulatum eſt debitum, inefficax eſt, Berlicch. *d.deciſ.33.* vbi ex Fab. *cit.deciſ.20.* ait debitum in hoc caſu ſufficienter probari, ſi cedens non tantum cōfiteatur, ſed etiam iuramento confirmet ſe eſſe debitorem, quia tunc huiuſmodi probatio ſufficit, præſertim ſi eo tempore, quo de viribus ceſſionis agitur cedens defunctus fuerit.

Præterea ceſſio valet, ſi debitor agentem ceſſionarium admiſit, & ante litem conteſtatam de vitioſa exceptione non excepit, Faber *deciſ.10.C.Mandati* Guid. Pap. *deciſ.567.*

Item ceſſio valet, ſi venditionis cauſa fiat, Puteus *d.deciſ.22 lib.2.* dummodo tamen quis emat iuſto, & æquiualenti precio, iuſtumque precium in hoc caſu erit, quod deductis impenſis, quæ ad conſequendam rem fieri poſſunt, vel facta ſunt, læſionem vltra dimidiam non excedit, *l.2. C. de reſcind. vendit.* niſi aliter probari poſſit inter cedentem, & ceſſionarium, ſimulatam tantum venditionem fuiſſe celebratam, & in fraudem legis venditionem fuiſſe factam, prout ita deciſum teſtatur Berlicch. memorata *deciſ.33.* vbi etiam firmat valere ceſſionem in hæreditate vendita *tot.tit.de hæred. & act. vendit.* ſic pariter valere ait, ſi actio inutilis eſſet cedenti, quemadmodum etiam ceſſionem dicit valere, ſi cedo tibi quod mihi decem verè debes, ſed tibi ob diſtantiam loci quinque valebit, Item, quando non actio, ſed ius ſententiæ ceditur, bene valet ceſſio, & in multis aliis caſibus, quos per te apud Berlicchium videre poteris.

Sed an ceſſiones Actionum iuramento confirmari poſſint? affirmat Guid.Pap. *deciſ.273.* ſed negat Berlicchius *deciſ.34.* vbi ſic deciſum refert, nam iuramentum non debet, neque poteſt contractum ſimulatum, & ſuſpectum infirmare, quia non debet eſſe vinculum iniquitatis, Afflict. *deciſ.322.* neque debet obligare dum eſt contra bonos mores *cap. non eſt obligatorium de Regul. iur. in 6. Milanenſ. deciſ.9.*

Et ceſſione actionum, quoad illud, quod ſolutam quantitatem excedit annullata, ad quem illud ſuperfluum pertineat ad cedentem ſcilicet, vel ad debitorem? vide Berlicchium *deciſ.35.* vbi articulum diſcutit, & deciſionem reponit, quam per te videre poteris, quando caſus accidit in facto.

Nota tandem, quod ceſſio facta miſerabilibus perſonis nullatenus præſumitur ſimulata, ſed potius præſumitur facta ob piam cauſam: Rubin. *deciſ.32.* eò magis, quia in dubio fraus & ſimulatio non præſumitur *l. dolum C. de dolo*, & latè diximus *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop.167. part.2.* licèt ceſſio præſumatur ſimulata, quando agitur in rei veritate, quod lucrum ſit cedentis, licèt aliud appareat, Rota *in nouis deciſ.1. de alienat.iudic.mutand.cauſ.fact.*

COLLECT. 2517.
Super l. Saluius Ariſto ff. de leg. præſtand.

¶ *Intellectus abſurdus ab omni diſpoſitione reijcitur.*

HIc probatur quod abſurdus intellectus ab omni diſpoſitione eſt reiiciendus, de quo pariter pote-

ris videre text. *in l. nam abſurdum ff. de bon. damnat. l. 1. §. vnde quæritur ff. de publiciana in rem actione.* & vide ex deciſionariis Valaſcum *deciſ. Luſitaniæ* 174.

Et nota quod abſurdum ſemper eſt euitandum Anton. Monachus *deciſ. Bononiæ* 11. & ad illud euitandum in ſtatuto omnis interpretatio eſt admittenda, idem Monachus *deciſ. Rota Lucenſis* 64.

Vndè meritò licèt actus agentium nunquam operetur vltra eorum intentionem *l. non omnis ff. ſi cert. petatur l. in agris ff. de acquirend. rer. domin.* Rota Roman. *apud Farinac. deciſ.* 555. *tom.* 1. *part.* 1. Seraphinus *deciſ. eiuſdem Rotæ* 890. Antonius Monachus *deciſ. Lucenſ.* 14. & nos diximus *in deciſ. Curiæ Archiepiſcopal. Neapol.* 75. *&* 175 *part.* 1. Tamen ad euitandum abſurdum aliud eſt omninò fatendum, ſicque in ſimilibus caſibus extendas.

COLLECT. 2558.
Super cap. ſuper eo, de iis, quæ vi metúſve cauſa fiunt.

¶ *Violentia, & mutuo probato, res amiſſa, & quantitas mutui probantur iuramento.*

CAutum eſt hic, quod probata violentia per teſtes res amiſſæ probantur per iuramentum.

Amplia vt probata mutui numeratione per teſtes, qui non recordatur de quantitate, ea probari poteſt per iuramentum mutuantis, præcipuè ſi vltra teſtium de viſu enumerationis deponentium dicta aliæ coniecturæ adhuc concurrerint, vide Cacher. *deciſ.* 96. Boer. *deciſ.* 359. Ludouic. *deciſ. Peruſina* 100. Bellon. *deciſ. Genuæ* 119. Viu. *deciſ.* 108. Gratia. *deciſ. Rot. Marchiæ* 109. Surd. *deciſ.* 119. vbi quod debiti ſubſtantia vbi probatur ſtatur libro ſcribentis reſpectu quantitatis, ſi ſint coniecturæ.

Sed quæ alia probentur ſolo iuramento diximus in aliis collectaneis, vbi lubeat videre, quoties caſus occurrit.

COLLECT. 2559.
Super Doctrina Dyni in l. ſicut §. fin. ff. de Accuſat.

¶ *Delicta extincta cumulantur cum nouis ad augendum pœnam.*

FIrmat hic iſte Antiquus Doctor, quod alia maleficia, & delicta, quæ curſu temporis ſunt extincta benè poſſunt cum nouis ad aggrauandam pœnam cumulari, & ita ſcio ſeruari in Tribunali Magnæ Curiæ Vicariæ, & in noſtra Curia Archiepiſcopali.

Cuius concluſionis ratio in promptu aſſignatur, nam iteratio auget pœnam per text. *in l. 1. verſic. ſi rurſum cauſam querelæ ff. de iur. patronat. l. capitalium §. ſolent ff. de pœn. l. ſeruus §. 1. verſic. aut hi quibus C. ad l. Iul. de vi public.* & is meritò, & rationabiliter grauius punitur, qui impunitatem veteris admiſſi, non emendationem, ſed potius conſuetudini deputauerit ad textum *in l. nemo deinceps in fin. C. de epiſcop. aud.* aliàs enim daretur occaſio delinquendi, quæ quidem ſemper euitari debet ob commodum Reipublicæ.

Quare Rubin. *deciſ.* 53. voluit quod illa furta, quæ tempore, & præſcriptione ſunt abolita, poſſunt de nouo ad pœnam augendam cumulari, ſi ſtatuto inductum ſit, vt nemo, niſi pro tribus furtis ſuſpendi valeat, firmans pariter, quod ſi ſtatuto cautum ſit, ne quis pro primo, ſed pro iterato adulterio pœna mortis puniatur, primum adulterium lapſu temporis extinctum cum iterato cumulari poteſt.

Vndè

Digitized by Google

Vndè meritò in quibuſlibet Tribunalibus ſeruatur, quod quando aliquis repeiitur inquiſitus, & carceratus mandatur fieri perquiſitionem, adhuc, vt ſciatur ſi perſona illa ſit ſolita delinquere, nec ne, vt quotidie in praxi videmus.

Nota tamen quod iniuriæ antiquæ, & præſcriptiones, vel alio ſimili modo extinctæ ad aggrauandam pœnam cum nouis accumulati minimè poſſunt, vt deciſum nouiſſimè refert, & teſtatur Bellecchius *deciſ.* 79. vbi pariter declarat præfatam principalem noſtram concluſionem firmatam procedere tantum in iis delictis, quorum intuitu ſemper manet aliqua macula, & infamia in delinquentibus, & quæ vel more regionis ſunt famoſa, turpia & ignominioſa, vt ſunt furtum, Adulterium, lenocinium, ſtuprum, homicidium, falſum, & ſimilia grauiora crimina.

Sed an præſcriptio annalis in cauſa iniuriarum ſicuti obſtat iniuriato, quin agere nequeat aduerſus iniuriantem, ita pariter obſtet fiſco ex officio poſt annum agere volenti declarat Nouarius *quæſt. forenſ.* 152. *part.* 1.

COLLECT. 2560.
Super Doctrina Gloſ. in l. Labemus C. de liberal. Cauſ.

¶ *Confeſſio facta coram Tabellione etiam parte præſente quando fidem faciat?*

GLoſa hæc aſſerit Confeſſionem factam coram Tabellione, vel actuario etiam parte præſente fidem minimè facere.

De quo tamen non eſt mirandum, cum iſta non dicatur iudicialis confeſſio, ſed illa, quæ fit coram Iudice pro tribunali ſedente in cauſis requirentibus plenam cognitionem, quæ ſanè confeſſio plenè probat, & præiudicat, Surdus *deciſ.* 309. vnde infertur, confeſſionem factam in libello, cum dicatur facta in iudicio nocere confitenti, Rota *apud Farinac. deciſ.* 355 *part.* 1. Gratian. *deciſ. Marchiæ* 19. vbi idem dicit de confeſſione facta in poſitionibus, quam pariter nocere affirmat, prout illa, quæ fit in carta ſecuritatis præiudicat, & illa, quæ fit in articulis *l. cum precum C. de liber. cauſa.* Cabed. *deciſ. Rot. Luſitan.* 79. parte ſecunda, licèt non illa, quæ fit in allegationibus ſuis, Ludouic. *deciſ.* 115. qui *in deciſ.* 9 *&* 81. firmat tamen confeſſionem extraiudicialem non probare, niſi ſemiplenè & niſi fuerit facta parte præſente, quia tunc extraiudicialis confeſſio plenè probat Antonius Monachus *deciſ. Lucenſi* 33. prout etiam quando eſt geminata, Surdus *deciſ.* 10. ſic pariter pro pia cauſa. Idem *dec.* 309. Rota *apud Farinac. deciſ* 158. *part.* 1. *in recent.* vbi etiam quod confeſſio extraiudicialis adminiculata plenè probat, & quod confeſſio extraiudicialis de æquitate canonica plenè probat contra confitentem. ſic pariter vbi confeſſio fieret pro incertis, & malè ablatis pro exoneratione conſcientiæ ex dictis per Carocc. *deciſ.* 90. & dominium rei Eccleſiæ probatur per confeſſionem extraiudicialem poſſidentis illam, Peguer. *deciſ.* 139. Laurentius *deciſ. Rota Auenion.* 67. Afflict. *deciſ.* 164. & DD. omnes communiter.

Sed an confeſſio facta in præſentia iudicis recepta à ſcriba, cui erat interdictum officium ſcribæ exercere noceat confitenti ita vt poſſit ex illa condemnari, declarat Nouarius *quæſt. forenſ.* 89. *lib.* 1.

COLLECT. 2561.

Super cap. ſi cautio de fide inſtrumentorum.

Digitized by Google

¶ *Confeſſio ſine cauſa nulla eſt, neque obligationem inducit, quod declaratur.*

COnfeſſio ſine cauſa nullius eſt momenti, neque aliquam obligationem inducit, h.d. & ita Gail. *obſeruat.*13 *lib.*2. Kopper *deciſ.*34.

Amplia etiam ſi confeſſio ſit fauore dotis, vt apud Rubin *deciſ.*33 qui tamen loquitur, vt tertio non præiudicet ſiue facta ſit confeſſio parte abſente, ſiue præſente, licèt id limitet fauore miſerabilium perſonarum, de quo et à latè videas D. Nuntium *in ſpeciali tract. quem edidit in tali materia priuileg.* 108.

Declara tamen, quod talis confeſſio ſemiplenam probationem inducit, Berlicchius *deciſ* 96. vbi etiam quod in certis caſibus obligatio ſine cauſæ expreſſione plenè probat, puta ſi eſt iudicata, vel geminata, dummodo geminatio ſit facta ex interuallo, at ſecus ſi ſimul Affl. *deciſ.*285. Veral. *deciſ.*199. *part.*1. idemque eſſe dicit quando cōfeſſio eſſet iudicialis, licèt contrarium tenentes ibidem referat idem Berlicchius, qui ampliat concluſionem principalem ad promiſſionem, vel confeſſionem coram arbitris abſque cauſa factam, licèt *nu.*7. firmet obligationem, ſiue confeſſionem abſque cauſa valere, vbicunque cauſa expreſſa in inſtrumento eſſet generalis, vel in obligatione ſi appoſita ſpontè, & ex certa ſciētia, vel obligatio referat ſe ad aliud inſtromentum cauſam in ſe continens; vel vbi confeſſio, vel obligatio ſit facta pro reſto, vel in teſtamento, aut in vltima voluntate, vel in mortis articulo vel pio loco, & ad pias cauſas, vel ſi actor deinde in proceſſu probet cauſam in obligatione omiſſam, & in alijs caſibus, de quibus vide Artaman. *obſeruat.*39. vbi plures caſus in quibus promiſſio, vt obligatio ſine cauſæ expreſſione valet ibidem recenſet.

Sed num ſi in promiſſione, vel obligatione ſine cauſa ſtipulatio interueniat, an & tunc obligatio illa cauſæ expreſſione carens ob ſtipulationem adiectam valeat, & probet? poſt longam diſputationem pro & contra, tandem in eam deuenit ſententiam Berlicchius *mem. deciſ.*96. vt valeat, & probet, ſicq; dicit, & citatur d. citum multos ad id allegando Doctores pro huiuſmodi ſententia, & mouetur ad hanc ſectandam opinionem, tum quia ſtipulatio per ſe eſt contractus, & propria ſua forma conſiſtit, nec aliena iuuatur, & integratur, adeò vt ſæpè dubitatum ſit apud veteres num præcedens obligatio, quæ in ſtipulationem deducta eſt, ſit per ſtipulationem ſublata, vel nouata? *l. obligationum ferè ff. de obligat. & act.* Tum quia ipſa ſtipulatio per ſe efficax, & ſi ipſa obligandi cauſa eſſet abſque vlla alia, tunc non ex ſtipulatione, ſed ex ſtipulationis illius cauſa oporteret ſolui, & fruſtra referretur inter cauſas, ſeu titulos acquirendi, §. *item nobis acquiritur inſtit. per quas perſon. acquiratur l. acquiruntur* §. *igitur ff. de acquir. rer. domin.* tum etiam, quia in ſtipulatione eſt cauſa ciuilis §. *de conſtituta inſtit. de act.* imò naturalis *l.*1. §. *adeò ff. de pact.* cumque ergo ibi ſit vtrumque vinculum ad agendum, ergo promittens eſt neceſſariò obligatus alicuius rei ſoluendæ cauſa vt *in princ. inſt. de oblig.*

COLLECT. 2561.
Super l. Nomen C. quæ res pign. oblig. poſſ.

¶ *Verbum bona, & Verbum, res, latè in iure patet.*

NOmen *Bona*, latè in iure patet, h. l. & ita habemus textum *in l. princeps, & in l. bonorum ff. de verb. ſignific.* Rubin

Rubin.*deciſ.* 36. vbi quod ne dum mobilia, & immobilia, ſed iura & actiones, ac nomina debitorum comprehendit, *l. nam quod liquida §. fin. cum l. ſeq. ff. ad Trebell.* Gratian. *deciſ.* 81. Franc. Marc. *deciſ.* 322. *tom.* 1. Theſaur. *lib.* 1. *quæſt. forenſ. quæſt.* 2. licèt diſſentiat Bellon. *in deciſ. Rotæ Genuæ* 168. imò veniunt iuriſdictionalia.

Sic pariter Nomen, *Res*, latè in iure patet, *l. rei appellatione ff. de verb. ſignific.* Milanenſ. *deciſ.* 1. *&* *deciſ.* 10. *lib.* 2. ſiue in hominis, ſiue in legis diſpoſitione verſemur, Seſſa *deciſ. Aragon.* 122. ſiue in materia fauorabili, ſiue odioſa, cum confiſcatis bonis ſimpliciter iura, & actiones continentur *l. ſi ademptis bonis C. de ſentent. paſſ. l. ſi conſtante §. ſi bona ff. ſolut. matrim.* Cabal. *reſolut.* 268. Puteus *deciſ.* 417. Franc. *deciſ.* 93. ſiue in donatione, ſiue in legato, ſiue in hypotheca, & obligatione expreſſi ſimus *l. nomen C. quæ res pign. oblig. poſſ.* Seſſ. *d. deciſ.* 122. Cartar. *deciſ. Genuæ* 19.

Licèt quoties ſimus in numero ſingulari, vt putà *Boni appellatione* iura, & Actiones minimè contineantur, nec ſi mobilis, vel ſtabilis iuncta ſit qualitas *l. quam Tuberonis ff. de pecul. l. à diuo Pio §. in venditione & §. ſic quoque ff. de re iudic.* Gail. *obſeruat.* 11. *lib.* 1. Viuius *deciſ.* 138. Peregr. *deciſ. Patau.* 96. vnde publicatis bonis mobilibus & immobilibus, iura, & actiones minimè continentur, Cabal. *d. reſolution.* 268.

COLLECT. 2563.
Super l. ſi mater C. de donat.

¶ *Donatio facta à matre ſponſo filiæ, ſequutis nuptiis, & ex poſt facto diuortio firma remanet.*

DIſponitur hic, quod ſi mater ſponſæ intuitu matrimonij ſponſo filiæ ſuæ donauit prædia ſimpliciter nullo adiecto pacto circa donationem, & eum in vacuam poſſeſſionem induxerit, & deinde ſequutæ fuerint nuptiæ, & ex poſt facto diuortium ſit ſecutum, tamen donatio remanet firma, & non reſoluitur.

Ad cuius ornatum non deſinas videre Nouarium *forenſ. quæſt.* 67. *libr.* 1. vbi per iſtum text. dicit deciſum, quod donatio facta clerico pauperi ab extraneo, vt ad ſacros ordines poſſet aſcendere illo mortuo poſt aſſumptionem ordinum firma remaneat donatio, ita quod non reuertatur ad donantem, ſed tranſmittatur ad hæredes donatarij, quia per donationem fuit ius quæſitum donatario *l. traditionibus C. de pactis*, & iura tranſmittuntur ad hæredes, *l. ſi pactum ff. de probat.* maximè quando cauſa, ob quam fuit facta donatio reperitur adimpleta, & donatio ob cauſam per euentum cauſæ, illiuſq; complementum perficitur irretractabiliter, *lege* 1. *ff. de donat. & tot. tit. ff. & C. de donat. quæ ſub modo*; & ſufficit cauſam finalem momento verificari, vt effectus duret, ad text. *in l. ſi cognatis ff. de rebus dubiis* cum aliis concordantibus, de quibus apud Rubin. *deciſ.* 60.

Sed num donatio facta à patre filio ob cauſam matrimonij poſſit reuocari vbi matrimonium non habuit effectum, vel illud ſolutum fuerit abſq; filiis, declarat idem Nouarius in ſequentibus allegationibus, quas hic imprimi facere curaui.

IN patrem, & filium, & filiam in poteſtate conſtitutos regulariter conſiſtere nequit donatio, *l. donationes quas parentes C. de donat. inter vir. & vxor. l. ſi pater C. de inofficioſ. donat l.* 1. *§. pater filio. & l. ſi pater filiæ ff. de vſucap. pro donat.* & mater nequit quoque donare filio exiſtenti ſub patria poteſtate, nam cum donationes inter coniuges ſint pariter prohibitæ, *toto tit. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor.* & illa bona donata filio à

matrè acquirerentur quoad vſumfru-ctum patri *l.cum oportet C.de bon. quæ liber.* meritò huiuſmodi donatio quoque prohibita, ne per indirectum fiat fraus legibus prohibentibus donationes inter coniuges, vt expreſsè cautum eſt *in l.tertia, §.1.ff. de donat.inter vir. & vxor.* & auertit Gloſ.*in l.ſi conſtante Cod. eod.tit.* quæ firmat ſecus eſſe vbi mater donatet filio emancipato, vel patre carente, quia tunc ceſſante præfata ratione valeret donatio, & in tantum talis donatio prohibetur vt Aretin. *in l.placet numero quarto, ff. de acquirend. hæred.* firmauerit eſſe inualidam donationem factam à patre filio pro eius legitima, quam ſententiam pluribus rationibus confirmant Segu. *in l.vnum ex familia §.ſed ſi fundum num.17. & ſeq.ff.de leg.2.* & ſectatur Dec. *in conſ.* 8..*n.*8.

Bene verum, ſi Donatio iſta fieret per patrem cauſa ſtudij, tunc benè valida eſſet, vt communiter teneat DD. *in l.1 ff ſolut.matr.* R.. b..ff.*de priuil.ſchol. priuil.*60. Lu..u *in eiuſdem nominis tract. priuil.*22. Barboſ.latè alios citans *in dicta l.1.ff.ſolut.matr.* qui à numero trigeſimo quinto, firmat affluenter, filium donata à patre cauſa ſtudij non teneri cum aliis fratribus conferre, nec in eius legitimam imputare, vt pariter ſcribit Garcia *de expenſis & meliorat. cap.* 4. per text. *in l. quæ pater ff. famil. herciſc.* quos in facto conſultus ſequebar de Anno 1622.

Idemque eſt ſi donatio fieret per patrem filio contemplatione Matrimonij, nam illam ſimiliter valere, & irreuocabilem eſſe apparet ex textu *in l.diui C.de nat.liber.* & ita tradunt Dec. *conſ.*..39.N..t..a *conſ.*609. Bertrand.*conſ.* 90.*num.*12.*l.b* 3. Couar. *in capitulo quāuis pactum §.1.in fine part.* 3 *de pact. in* 6. Boer. *deciſ.*353. Guid. Pa.. *deciſ.* 145. quem citat Franc.*in dec.*205.& plenius *in deciſ.*436. de Ponte *conſ.*25. vbi refert ex ea quæſitius filijs, & in eorum præiudicium non valere retroceſſionem factam per patrem, quod firmauerant etiam Surd. *in conſ.*143. Menoch. *conſ.* 967. latè Molfeſ. *in conſil.* 11. *poſt comment.ad Conſuet.Neap.*

An autem donatio hæc reuocari poſſit, quando matrimonium non fuit ſecutum, vel mortua fuit mulier abſq; filijs, pulcra eſt diſceptatio, quæ nobis in facto accidit in Anno 1622.

Et pro parte affirmatiua, vt talis donatio potuiſſet reuocari cōſiderabam, quod dotis promiſſio ſemper cenſetur facta intuitu illius matrimonij, pro quo promittitur per textum *in l.ſi extraneus ff de condict.ob cauſ.* & promiſſio facta ob vnam cauſam ad aliam minimè porrigitur *l.ſi vnus §.ante omnia cum ibi notatu per Gl.ſ.ff. de pact. & l. Iubemus, C.ad Vellcian.l.vnic.§. accedit C. de rei vxor.action.* Bart.*in l.ſi cum dotem, num.* 7. *ff.ſolut.matr.* qui ita ſenſiſſe videtur.

Amplius quia ceſſante cauſa in quibuſlibet diſpoſitionibus, ceſſant diſpoſitiones, *l.2.§.fin.ff.de donat.* quæ in noſtro propoſito loquitur, vbi latè Bart.& alij Ciuiliſtæ, Oldrad. *conſ.*238. & 278. Dec. *conſ.*351. vnde fit, quod reuocationis cauſa ceſſante ceſſat reuocatio, ſecundum Bald. loquentem de reuocatione donationis inofficioſæ; vt ea ſcilicet ceſſet, ſi pater poſt donationem tantum quæſiuit quantum ſufficit ad legitimam *in l* 1.*col.*2.*in verſ.*3. *ſic poſt gloſ ibi quæſt.*6. *num.*10. *C. de inoffic. donat. per leg* 1. *§.ſi quis in fraudem ff. ſi quid in fraud.patron.* & idem tenet Angel. *in auth. de immenſis donatio, colum.*12. & alij, quos refert Tiraque. *in tract. de ceſſante cauſa part.1.num.*299.& *in l.ſi vnquam in verbo ſuſceperit libros num.*166.*C. de reuocand. donat* Quorum doctrina notanda eſt ad intellectum text. *in l.*8. *tit.*4.*De las donationes par.*5.*in illis verbis,*

Quanto

Quanto à la ſu parte legitima.

Cum igitur cauſa reuocationis ceſſante ceſſet reuocatio, eadem ratione, cauſa donationis ceſſante, debet donatio ipſa ceſſare, quia quod operatur propoſitum in propoſito operatur oppoſitum in oppoſito, *l. vltima, §. vltimo, ff. de leg.* 2. quo argumento ſæpè vtitur Socc. & facit Doctrina Baldi *in l. cum mulier colum.* 21. *ff. ſolut. matrim.* vbi dicit, quod ſicut ſe habet cauſa ad effectum in productione, ſic ſe habet deſtructio cauſæ ad deſtructionem effectus, quia par eſt potentia contrariorum, *l. ab emptione ff. de pactis* cum concordantibus per Euerard. *in cent. loc. loco* 75. *à contrariis*. Et eſt etiam generale, quod ceſſante cauſa priuilegij ceſſat priuilegium, *l. Titia Seio §. vſuras ff. de leg.* 2. *l. athletæ §.* 1. *l. geometræ l. idem Vlpianus ff. de excuſat. tutor.* Item quando cauſa reducitur ad non cauſam, perinde eſt ac ſi cauſa à principio non adfuiſſet, *l.* 1. *in fine ff. de condict. ſine cauſa*, Iſernia *in rubrica. quæ ſint Regalia conſil.* 3. *in verſic. Hæc pedagia num. decimo primo, fol.* 102. & cum promiſſionis cauſa ceſſet, promiſſio etiam ceſſare debet, *cap.* 2. vbi Antonin, 1. *notab. de cuſtod. Euchariſt. cum concordan.* vt per Tiraquel. *in dicto tract. part.* 1. *nu* 217. & his ſunt plura ſimilia, quæ curioſus lector legere poteſt in Tiraquell. ad quem addo Menoch. *in tract. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 24. *n.* 3. ponentem regulam, quod ratio finalis dicitur regere, & gubernare diſpoſitionem ipſam cum ſit ſubſtantia ipſius diſpoſitionis, & actus, & eſt forma per gloſ. *in l. iuriſgentium §. quod fere ff. de pact. & in §. item ſi quis poſtuland. inſtit. de act.*

Et hanc ſectantur Tell. *in l.* 17. *Tauri num.* 76. *&* 77. dum vult, quod donatio facta in cauſa matrimonij eſt reuocabilis matrimonio cum ſequuto, Baez. *in pragm. dotium cap.* 21. *nu.* 28. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 6. *libro recopil. gloſ.* 6. *num.* 9. *&* 10.

Sed pro altera parte conſiderabam, quod cauſa matrimonij non eſt cauſa finalis, ſed impulſiua, vt voluit Oldra. *conſil.* 5. quem ſequuti ſunt Alexand. *conſ.* 14. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 1. vbi ſcripſit, quod licèt donatio, vbi fit mentio mortis cenſeatur cauſa mortis, tamen ſi dicatur in ea *purè, liberè, & ſimpliciter*, erit donatio inter viuos, quia (inquit) ex verbis *purè, liberè, & ſimpliciter* qualis ſit donatio clariſſimè dignoſcitur Oldrad. ſequutus fuit Ruyn. *conſ.* 38. *num.* 3. *lib.* 1. Succin. *conſ.* 53. *lib.* 1. *colum.* 2. affirmans traditionem Oldrad. in ſuo caſu non habere contradicentem, Pariſ. *conſ.* 88. *in fine lib.* 3. & alios multos refert Becc. *in conſ.* 20. *num.* 6. *& num.* 8. Crauett. *conſ.* 114. *num.* 17. Natt. *conſil.* 619. *num* 6. Dec. *conſ.* 216. *num.* 7. Boniſ. Sexto. *conſ.* 61. *nu.* 9. ſequitur Surd. *deciſ.* 322. *num.* 84. & vltra alios Decian. *in reſponſ.* 31. *num.* 67. *&* 68. *lib.* 1.

Mouentur præcitati DD. ea potiſſimum ratione, quod hæc donatio, quæ fit contemplatione matrimonij, nequit ob cauſam dici, quia ſolum reſpicit fauorem & commodum donatarij filij non illius patris, nec donatoris, & nequit ob cauſam donatio nominari niſi vtrinque ex parte donatoris, & donatarij reciprocus fauor, vel vtilitas contingat, receptum enim eſt ſimplicem eam eſſe donationem, quæ non fit ad vtilitatem donantis, nam nec tempore donationis nulla ad donantem vtilitas peruenit, quod ad naturam donationis ob cauſam pertinet, aliàs enim cenſetur mera liberalitas, conſequenter ſimplex donatio, *l.* 1. *in verbis, non ob aliam cauſam ff. de donat. l. cum plures §. cum tutor in verbis ex liberalitate ff. de admin. tut. l. donare, l. Diuus Pius de reg. iur. l. quoties C. de donat. quæ ſub modo l.* 1. *C. de reuoc. donat. l.* 1. *§. lucratiuas*

de impoſnen.lucra.deſc. lib. 10. Porrò donatio quæ continet, cauſam fauorabilem donantis dicitur, ob cauſam propriè atea quæ ob ſolu fauorē donatarij dicitur ſimplex, quia in priori ſpecie non eſt gratuita, ſed magis in recompenſationem eius, quod donatario iniungitur, in altero verò caſu, vbi de ſolo agitur fauore donatarij, mera adeſt liberalitas reſpectu illius, atque ideo ſimplex ita creditur, vt obſe u'am non ſimplete donatio ſit, *l. 1. ibi gloſ. in verb. ſequuta ff. de donat. l. donatio C. de donat.* vbi gloſ. declarat in verbo ſuſpenſa, inquiens, donationem, quæ non reſpicit fauorem donantis, minimè naturam ſimplicis mutare donationis. quæ opinio ab omnibus indifferenter recipitur, Faber *in §. ſunt præterea* vbi Iaſon. *num. 9. inſtitut. de actio.* Angel. *conſil. 124. num. 5.* Dec. *in Auth. ex teſtamento num. 2. C. de coll at.* Diaz. de Luco. *regula* 210. Rypa *in l. ſi vnquam C. de reuocandis donat. quæſt. 13. num. 26.* vbi Tiraquell. *verb. donatione num.* 124. 142. 195. Dec. *in Authent. ex teſtament. num. 2. de coll at.* Crauet. *conſ. 85. num. 2. conſ. 36. num. 2. conſ.* 301. *num.* 10. Boer. *conſ. 64. num. 21. lib. 1.* Riminal. *in princip. inſtit. de donat. num. 61. & in §. 1 num.* 481. 485. *& conſil. 9. num. 39. libr. 1.* vnde tantum fauor filij donatarij in caſu noſtro militat, conſequenter donatio ſimplex appellabitur; proinde impulſiua matrimonij cauſa non finalis dicetur.

Item *ex l. final. C. de iure dotium*, in quo text. cauetur, quod ſi extraneus donat dotem marito pro muliere, licèt ob cauſam dotis donatio tamen pura, & ſimplex eſt, quem textum ad id citat Corn. *conſilio* 101. *numero fin. libro primo*, tradit Decian. *in l. Diuus Pius num. 3. 4. de regul. iur.* Crauett. *conſ. 20. n. 7.*

Similiter mouentur ex text. *in l. ſi extraneus § final. ff. de condict. ob cauſam*, vbi valet donatio filiæ facta contemplatione dotis, licèt non ſequatur matrimonium, quem textum ſingularem dixerunt Alexan. Rom. & Iaſ. *in l. 2. §. quod ſi in patris ff ſolut. matrim.* & ita tradunt Segur. *in l. vnum ex familia § ſi fundum num. 117. ff. de legat. 2.* pulchre Decius *conſil.* 35. Cæphal. *conſil.* 155. *num. 6. volum. 1.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 29. numer. 79.* & alij plerique recentiores, igitur cauſa matrimonij non eſt finalis, ſed impulſiua.

Præterea confert, quia donatio propter nuptias non reuocatur matrimonio non ſequuto Alexan. Iaſ. & Rom. *in d. l. ſi extraneus.* Angel. *in l. 9. titulo 6. lib. 5. Recopil. gloſ. 4. num. 15.* qui hos refert, & ſequitur, ergo nec donatio facta contemplatione matrimonij reuocari debet illo non ſecuto.

Et hanc ſecundam partem tuendo, minimè obſtant ea, quæ in contrarium adduximus, & primò non obſtat textus *in dicta l. ſi extraneus ff. de condict. ob cauſam*, Nam reſpondetur, quod eius diſpoſitio fundatur in præſumpta mente contrahentium: Dos enim in eo caſu non fuit ſimpliciter tradita, ſed limitata ſub certa lege, vt ſoluto matrimonio ad dotantem reuerteretur, quo fit vt dum expreſsè conſtabat de certa voluntate dotantis, quod voluerat dotem mulieri acquiri, ſed quod ea matrimonio conſtante tantum eius oneribus deſeruiret, rectè Iure conſul. reſpondet, quod tam in extraneo, quam in patre donante ceſſat præſumptæ donationis coniectura, ita vt ſicut ex vi pacti ſoluto matrimonio erat dos reſtituenda donanti pari etiam ratione, non ſequuto matrimonio ad eandem tanquam cauſa non ſequuta reuerti debeat, non vigore ſtipulationis, quæ in eo caſu conce-

Digitized by Google

concepta non erat, ſed vt propriis eiuſdem iuris concluſionis verbis vtar, quia veriſimile eſt in hunc quoque caſum eum, qui dat ſibi proſpicere voluiſſe, prout bene animaduertit Cumanus *in l. ſi cum dotem numero octauo, ff. ſolut. matrimon.* & Caſtrenſ. *in ead. l. ſi extraneus numero primo, & ibidem* Iaſon. *numero ſexto*, cum enim illud pactum donationi adiectum ſupponat matrimonium perfectum, non mirum, ſi eo non ſequuto videtur funditus defeciſſe dotis datio, & conſequenter etiam cuiuſuis tacitę donationis conſenſus, vt pulchrè conſiderat Seyſell. *in d. l. ſi cum dotem num. 8. ff. ſolut. matrim.*

Nec obſtat quod ceſſante cauſa donationis, ceſſat ipſa donatio, prout prædiximus.

Quia reſpondetur pluribus modis, & primò, hoc eſſe verum quando cauſa donationis eſt finalis, non autem ſi ſit impulſiua, prout in caſu noſtro iuxta ſuperius deducta, Marſil. *in l. ſi quis iudicium numero ſecundo, & tertio, ff. de quæſt.* Rodulph. *variar. quæſt. libro ſecundo, quæſt. 55.* Euerard. *in topic. legal. loco 85.* Tiraquel. *in tract. ceſſante cauſa limit. 1. n. 2.*

Secundò quia certum eſt, quod in donatione facta à patre filio contemplatione matrimonij, non ſolum concurrit matrimonium ipſum, eiuſque cauſa, & fauor, verum etiam & dilectio paterna, quæ eſt naturalis *l. iſti quidem ff. quòd metus cauſ.* cum ea omnia, quæ noſtra ſint ex voto filiis paternus *l. nihil ff. de bonis libertorum l. de emancipat. C. de legitimis hæredibus*, & in dubio donatio facta per patrem filio potius præſumitur facta ex paterno affectu quam ob aliud, Socin. *conſilio 91. numero 9. libro 1.* quia in dubio donatio præſumitur ob affectionem ſanguinis, Roman. *ſingul.* 648. Caſtrenſ. *conſil. 335. libro 1.* latè Tiraquell. *in l. ſi vnquam in verbo donat. largitus numero 71. C. de reuocand. donat.* Maſcard. *de probat. concluſione 559. numero tertio.* Plenè Menoch. *de præſumpt. libro 3. dicta præſumpt. 29.* & in legato relicto deſcendentibus cauſa finalis legati eſt affectio, *l. qui filiabus §. 1. vbi gloſ. ff. de leg. 1.* Fulgoſ. *conſilio 40.* Gram. *conſilio 57. numero 4.* Berous *conſilio 28. numero 40. libro 2.* Ergo dum plures ſunt Cauſæ donationis vna ceſſante remanet alia, & donatio durat, *l. ſi non Aelia Sentia ff. de hæred. inſtitut. l. tutor petitus §. qui tutoribus ff de excuſat. tutor. cum concordantibus.* de quibus apud Tiraquel. *in ſuo tract. ceſſante cauſa, limit. 22. n. 1.*

Tertiò quia quando ſumus in caſu, quo matrimonium eſt iam ſequutum, & deinde fuit ſolutum abſque filiis, poſſumus liberè prætendere effectum iam fuiſſe conſummatum & vbi effectus cauſæ iam eſt conſummatus, non ceſſat actus, licèt ceſſet cauſa, *l. final. in princip. ff. vnde liberi l. inter ſtipulantem §. ſacram ff de verb. obligat. l. Sancimus C. de Adminiſtr. Tutor.* Gamm. *deciſ. 27. nu. 4.* latè Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſum. 189. n. 196. & ſeq.* Valaſc. *deciſ. 57.* vbi iſtud referendo reſoluit, quod lite cœpta in iudicio priuilegiato non debet remitti ceſſante cauſa primordialis priuilegij.

Et confert, pro huius caſus defenſione Doctrina Bal. *in l. 1. col. 2. n. 2 C. de priuileg. dot.* vbi dicit: quod priuilegia, quæ matrimonio dantur, habent locum etiam ſi momento matrimonium durauerit, & ſi ex forma ſtatuti vxore præcedente in matrimonio maritus debeat lucrari dotem, ſatis eſt, quod matrimonium momento durauerit ſecundum Bal. per illum tex. *in l. non tantum C. de legat. & in l. vxoris abortu Cod. de poſthum. hæredit. inſtitue.*

Digitized by Google

ad quod ſimilia adducit Dec. *in l. ſi tibi pecuniam mom.7.& 8.ff.ſi cert.pet.* & vide Rip. *in Rubric.ff.ſolut.matrim. num.*8. *& in l. quæſitum §.ſponſa num.* 11. *de priuileg. credit.* Gama *deciſ.* 124. *& ibi Additio*, Pereira *in tract.de nominat.ad emphyteut. q.*16.*n.*10.

Nec tandem obſtat arguta Beccij conſideratio *conſ.*20.*num.*16. dum opinatur donationem contemplatione matrimonij dici ob cauſam finalem, quia ex vtraque parte fauor conſideratur, & commoditas, tum quia commodum is pariter conſequi dicitur, & lucrum facere, qui ſuam explet voluntatem, ex gloſa illa ſingulari *in l.fin.ff.de vſufruct.& habit.* Tiraquel. *de retract. in præfat.num.*25. Neuizan. *conſ.*74. *nu.*13. Gramat.*conſ.*22.*num.*6.Surd.*deciſ.*260. *num.*21.

Reſpondeo enim, quod licèt iſta ratio in quibuſdam caſibus vera ſit, in caſu tamen noſtro minimè procedit, quinimò ſi vera foret, nullo in caſu dubitari poſſet, An donatio ob cauſam matrimonij finalis eſſet, vel impulſiua, cum ſemper ex parte donatoris ratio illa voluntatis militaret, quod quidem dici nequit. Dat. Neap. die 24.Septembris 1623.

Io.Maria Nouarius I.C.Lucanus.

COLLECT. 2564.

Super l. fin. vbi Bald. C. de fide Inſtrument.

¶ *Remiſſoria vt concedatur in beneficialibus plura requirit.*

IN beneficialibus remiſſoria difficilius conceditur quam in profanis, h.d.& ideò plura requiruntur.

Primò non conceditur ſine fumo vt eſt ineuitabilis Rotæ ſtylus, Rota *deciſ.*503.*n.*3.*part.*2.*in recent.*

Secundò requiritur obligatio de ſtando vnicæ Verall.*deciſ.*56.*n.*57.*part.* 3. Achill.*deciſ.*4.*de dilat.* Rot.*deciſ.*661. *num.*1.*in fin.part.*2.*in recent.*& fuit dictũ in Celſonenſi Præceptoriæ Primo Iunij 1605.coram R. P.D. Coccino Decano, ſi tamen cauſa eſſet commiſſa appellatione remota, vel aliàs eſſet in vltima inſtantia, adeò quod non niſi vnica ſententia remaneret ferenda, tunc abſque dicta obligatione concederetur remiſſoria, Seraphin.*deciſ.*500. *in fine* fuit dictum in Vlixbonen.beneficij de Azanbuca 4.Iunij 1618. coram R.P.D.Pamphilio.

Tertiò quando petitur remiſſoria à poſſeſſore eſt neceſſe quod ille conſentiat ſequeſtro, vt fuit dictum in Ciuitaten. Scholaſtriæ 30. Octobris 1596. coram Cardinali Pamphilio, & in Celſonenſi Præceptoriæ 1. Iunij 1605. coram R.P.D. Coccino Decano, in quibus deciſionibus dicitur, ita eſſe de ſtylo Rotæ, & etiam hæc duo requiſita, ſcilicet obligatio de ſtando vnicæ,& conſenſus appoſitioni ſequeſtri, requiruntur quando petitur compulſoria ſpecialis, iuxta deciſ. Caputaquen.179.*lib.*1. & fuit dictum in Caſalen. Præpoſituræ 31. Maij 1596. coram Gypſio, compulſoria autem ſpecialis, & remiſſoria habent magnam conformitatem, vt in his terminis fuit conſideratum in d.Caſalen.

Verum circa prædicta erit benè aduertendum, nam ſi ille, qui petit remiſſoriam pro poſſeſſore ſit Procurator, non poterit illam obtinere, niſi habeat ſpeciale mandatum de ſtando vnicæ, & de cõſentiendo ſequeſtro, prout in ſimili de compulſoria ſpeciali dixit Rota penes Caputaque.*in d.deciſ.*179. *lib* 1.*manuſcr.*

COLLECT. 2565.

Super cap.Peruenit vbi Abb. de iur.iur.

¶ Contra-

§ Contractus correſpectiui requirunt adimplementum, aliàs non competit actio, nec executio.

RESolutum eſt in Iure, quod in contractibus vltrò, citroque obligatoriis non detur actio vni partium, niſi primò ex ſui parte impleuerit, vt hic, vnde Rot. Peruſ. *in deciſ.* 50. cenſuit, neminem agere poſſe ex contractu vltrò citroque obligatorio, niſi in primis doceat ſe impleuiſſe pro parte ſua, quod intelligit Ioffred. *deciſ.* 514. ſi per aduerſarium apponatur de non adimplemento, prout dicimus etiã de aliis actibus inualidis, & nullis, teſtatur Cornazzan. Rot. Lucenſ. *deciſ.* 195. Vnde Cacheran. *deciſ.* 50. refert, Senatum illum cenſuiſſe repellendum eſſe à Iudicio, qui non adimplet, & ſemper qui vult agere prius debet adimplere, teſtatur Ambroſin. *deciſ. Rot. Peruſin.* 15. *part.* 1. quin immo non ſolum perſpicuum eſt, non antè agi poſſe ab aliquo contrahentium, quam ipſe ex parte ſua ad vnguem adimpleuerit, ſed quod plus eſt ſe adimpleuiſſe liquidiſſimè probauerit, vt pariter teſtatur Verall. *deciſ.* 316. *in verſ. tranſactio part.* 3. vbi dicit, quod quando obligatio eſt correſpectiua, & vnus vult ſe ex illa iuuare, debet docere ſe adimpleuiſſe pro parte ſua, & deciſ. ſequens dicit, quod qui non implet cadit ab actione tranſactionis, & poteſt pars in primæuam actionem redire. Et ſufficit in modico non fuiſſe adimpletum, ad hoc vt actor in totum repellatur. Amplia, nam etiam ſuccedens in locum alterius tenetur ea omnia adimplere, ad quæ ipſe auctor ſe obligauit, vt dixit Rot. in vna Roman. pretij fundaci prima Iunij 1607. coram Manzanedo.

Secundò amplia, vt agens teneatur docere de obſeruantia contractus quandocunque etiam in ſecunda, & tertia inſtantia, cum exceptio non implementi opponi poſſit etiam poſt ſententiam, & in illius executione, Balb. *deciſ.* 60.

Tertiò amplia, quia actor nedum probare debet factum proprium, ſed etiam factum alienum, ſi illud promiſit, quia promittens factum alienum excuſatur ab implemento, quando ipſe agit, licèt ſecus videatur, quando per viam exceptionis vult euitare pœnam.

Declara, niſi conſtet ipſum adhibuiſſe omnem diligentiam, vt adimpleret, nec potuiſſe adimplere, quia tunc ſatis dicitur adimpleuiſſe pro parte ſua, & ei non obſtat exceptio nõ adimplementi, etiam ad effectum, vt poſſit agere iuxta *deciſ.* Afflict. 295.

Et hæc declaratio procedit, quamuis contractus fuerit iuratus, quia licèt regulariter ſtante iuramento non poſſit obligatio facta adimpleri per æquipollens, tamen hoc intelligitur quando factum eſt poſſibile, & quando is, qui promiſit poteſt facere, aliàs liberatur præſtando intereſſe, & ita pluries Rota tenuit, nempe coram Bubalo in vna Romana Palatij 7. Maij 1590. & coram Penia in alia Romana cenſus 17. Aprilis 1598. & in vna Peruſina ratificationis 6. Martij 1606. coram Ludouiſio, in qua fuit reuocatum mandatum Auditoris Cameræ, qui mandauerat eundem promittentem carceribus non relaxandum, donec feciſſet illum ratificare, quem ratificaturum promiſerat.

COLLECT. 2566.
Super cap. Canonum ſtatuta de Reſcriptis.

¶ *Leges, Canones, & ſtatuta quiſque ſeruare debet, etiam Princeps in conſcientia.*

CAnonum ſtatutis omnes ligantur h.d. & meritò quoniam iure tam diuino, quam naturali, & humano obligatus, & adſtrictus quiſque eſt ad ſeruandas leges, & conſtitutiones à ſuis ſuperioribus ſtabilitas, & ſancitas, & ipſæ leges iuſtæ quandocunque humanæ à ſuperioribus iure ſtabilitæ habent vim obligandi in foro animæ ad culpam mortalem, vel venialem iuxta materiæ grauitatem.

Amplia vt procedat etiam in ipſis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Rubin. *deciſ.* 81. vbi etiam quod princeps omninò liber non eſt à legis ſuę obſeruatione, nam licèt quoad vim coactiuam, & pœnas in foro exteriori ſuis legibus ſolutus ſit, *l. princeps ff. de leg. l. digna vox C. eod. tit.* ex iure tamen, & æquitate naturali, ac diuina, quoad vim directiuam leges ſuas in conſcientia ſeruare tenetur, Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 72. Cabed. *deciſ. Luſitan.* 78. *part.* 2.

COLLECT. 2567.

Super Doctrina Bald. in l. ab Anaſtaſio C. mandati.

¶ *Repulſam petens tenetur inſtante parte declarare ſpeciem repulſæ.*

DIci Bald. *hic in fine*, quod petens repulſam tenetur inſtante parte declarare ſpeciem repulſæ, & ita decidit Sacrum Regium Conſilium Neapol. in cauſa Gabrielis Borrelli cum nonnullis alus de Turbulo, & Caputis de Anno 1579. Actuario tunc de Caro, nunc verò de Felice, refert Nouarius *quæſt. forenſ.* 4. *lib.* 1. vbi quod ſi pars non opponat, tunc Iudex debet dare terminum ad ipſam repulſam.

Amplia vt quoque ſpecies nullitatis debeat declarari, Anna *alleg.* 22. qui ita pariter dicit obſeruandum in interdicto retinendæ, quia debet declarari ſpecies turbationis.

Amplia ſecundò, vt quoque ſpecies furoris debeat declarari ſtante quod illius ſpecies ſunt multæ, Idem Anna *allegat.* 77. qui ſic teſtatur fuiſſe deciſum in cauſa Briadæ Cantelmæ cum Illuſtriſſima Duciſſa Populi.

Amplia tertiò, vt Repulſatio teſtiū, debeat adhuc declarari, ita quod quando fit ob crimina non ſufficit quod fiat genericè illum eſſe Homicidam, Blaſphematorem, & ſimilem, ſed neceſſe eſt, vt articuletur in ſpecie ipſum commiſiſſe homicidium, &c. Boer. *deciſ.* 311.

Amplia quartò quod libellus generalis adhuc debet declarari, aliàs non valet, Gail. *obſeruat.* 26. *lib.* 1. quod tamen intelligitur parte opponente, aliàs ſecus, Balb. *deciſ.* 294. Amat. *deciſ. Rot. Marchiæ* 98.

COLLECT. 2568.

Super l. tanta §. contraria C. de veter. Iure enucleand.

¶ *Lex non debet admittere contrarietatem, ſed debet eſſe clara, & ſine dubio.*

IN iure nulla contrarietas debet eſſe, h.d. quare infertur quod lex debet eſſe clara, nihilque obſcurum, vel ambiguum continere, *cap. quoniam de conſtitut.* quia lex dubia ſibi parit inſidias, Item legum correctio eſt euitanda, Sand. *deciſ.* 21. & in dubio legum correctio non eſt facienda, *l. ſi quando, C. de inoffic. teſt. l.* 1. *C. de inoffic. dot. l. præcipimus in fin. C. de appellat.* Antonin. *deciſ. Macerat.* 18. *lib.* 1. quamuis ſemper in potiori ſignificatu ſit accipienda ex reg. *l. quæritur ff. de ſtat. homin. l. non aliter*

ff. de

ff. de leg. 3. Surd. deciſ. 283. & hinc tandem infertur, quod lex habens multiplicem ſenſum non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum, niſi tamen apertè cognoſceretur mens legis, quia tunc ſecus eſſet ex alia iuris regula, quod lex, & mens legis idem ſunt. Surd. deciſ. 43. Nouar. quæſt. forenſ. 144. part. 1. qui in quæſt 7. in fine ad par. affirmat legem correctoriam iuris communis ſtrictè eſſe intelligendam, & nō laxandam, ita quod caſus omiſſus ab illo habeatur pro omiſſo, ex Magon. deciſ. Florent. 147.

COLLECT. 2569.
Super l. fin. ff. de hæred. inſtit.

Cauſa finalis elicitur ex proœmio diſpoſitionis.

PRoœmialia inducunt cauſam finalem, hoc colligitur ex iſto text. prout etiam videri poterit text. in l. 1. ff. ad Macedon. & ita voluit Rota Romana apud Farinac. deciſ. 185. tom. 1. part. 1. & deciſ. 491. tom. 2. part. 1. & ex proœmiali cauſa colligitur mens & intentio diſponentis, l. item quia §. fin. ff. de pactis l. cum hi in princip. ff. de tranſact. Antonin. deciſ. Macerat. 43. lib. 2. & deciſ. 1. & 15. lib. 3. vbi etiam quod proœmiū declarat deciſionem, l. fin. ff. de hæred. inſtit. vnde vulgò circumfertur, quod ſicuti corpus ab anima, ita diſpoſitio à proœmiali ratione regulatur.

Sed quę dicatur cauſa finalis, declarat Rubin. deciſ. 16. vbi firmat cauſam finalem eſſe illam, quæ generaliter reſpicit totam diſpoſitionem, & ad illam generaliter influit, eique dat cauſam, & quod cauſa appoſita in diſpoſitione per modum conditionis eſt finalis, ita vt cauſa, quæ generaliter non influit ad diſpoſitionem dicitur impulſiua; ſed vbi cauſa reſpicit commodum concedentis, ſeu promittentis, non illius, cui conceſſio, ſeu promiſſio fit, tunc appellatur finalis.

An autem in dubio cauſa finalis præſumatur? negat idem loco cit. qui ad id plures allegat DD. concordantes, qui cum non ſint deciſionarij, hic illos allego non ceuo.

COLLECT. 2570.
Super l. Fulcinius, & ibi Gloſ. in §. ſi latitare ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.

Mens declaratur verbis quæ ſunt ſigna noſtræ voluntatis.

VErba ſunt ſigna, & teſtimonium mentis noſtræ, & demonſtrant voluntatem animi, h. d. concordat. text. in l. Labeo §. Idem Tubero ff. de ſuppellect. leg. in l. ſcire ff. de tut. & curat. dat. ab his l. 1. §. Diuus ff. ad l. Corn. de ficar. & in l. reprehendenda C. de inſt. & ſubſt. & ita Anton deciſ. Macer. 4. lib. 1 Rota Romana apud Farinac. deciſ. 130. tom. 1. part. 1. & verba magis declarant animum, quam facta, l. recuſari ff. de acquirend. hæred. l. re coniuncti ff. de leg. 3 & verba pendent à mente, non autem mens à verbis, & verba ſe habent vt corpus, ſuperficies, ratio, mens ac ſpiritus.

Item verba debent inſeruire intentioni non intentio verbis l. non aliter ff. de leg. 3. l. 3. §. conditio ff. de adimen. l. g. cap. Sedulò ;8. diſtinct cap. ſecundo requiris de appellat. cap. intelligentia de verb. ſignific. Rubin. deciſ. 19. vbi etiam, quod verba ſunt intelligenda non ſecundū quod ſonant, ſed ſecundum mentem, & intentionem proferentis, l. non omnis in principio ff. ſi cert. pet. l. 3. §. ſi quis hoc interdicto ff. de itiner. actuque priuat. l. ſcire oportet §. aliud ff. de excuſat. tutor. & vbicumque conſtat de mente diſponentis expreſſa, vel præſumpta, verborum qualitas non attenditur, l. 3. C. de liber. præter. l. quoniam indignum C. de teſtament.

Digitized by Google

mens enim potentior eſt verbis, *l. Labeo in fin. ff. de ſuppellect. legat.* & vbicumque de mente dubitatur à verborum proprietate non receditur.

Item verba ſunt interpretanda ſecundum propriam ſignificationem, Surd. *deciſ.* 288. Melchior Phœbus *dec. Luſitan.* 77. & ſunt ſtrictè & propriè intelligenda, *l. 1. §. ſi is qui nauem ff. de exercit. Act. l. 3. §. hac verba ff. de negot. geſt.* & verba debent intelligi quatenus propria eorum ſignificatio patitur, *l. cum lege ff. de teſtam.* Rota Roman. *apud Farinac. deciſ.* 352. *tom 1. part. 1.* vbi aſſerit, quod in materia quantumuis odioſa non receditur à proprietate verborum, ſed lata fit interpretatio, quatenus eorum proprietas patitur, & vti ſonant, Amat. *deciſ. Rota Ferraria* 5. vbi alia in materia cumulat.

Item verba legis, ſeu ſtatuti ſunt propriè intelligenda, *l. 1. § ſi is qui nauem ff. de exercit. act.* Idemque procedit in verbis contractus, Surd. *dec.* 288.

Pariter verba debent intelligi ſecundum communem vſum loquendi, *l. librorum §. quod tamen ff. de leg. 3. l. Labeo ff. de ſuppellect. legat. l. cum de lanionis §. item verſic. optimum ergo ff. de fundo inſtruct. & inſtrum. leg.* & verba ſecundum communem hominum intellectum ſunt intelligenda, & ſi ſint obſcura, reducenda ſunt ad communem ſenſum, verborumque communis ſenſus, qualitas & conditio perſonarum attendenda eſt, ita quod verba intelliguntur ſecundum qualitatem perſonæ, *l. plenum §. equitij ff. de vſu & habit. l. ex militari ff. de milit. teſtam.*

Item verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam, & naturam contractus, *l. cum pater §. donatum ff. de leg. 2.* Surd. *deciſ. 2. & deciſ.* 43. Seraphin. *deciſ.* 121. 398. & 541. Rota *apud Farinac. deciſ. 62. in nouiſſim. & deciſ.* 398. *tom. 1. part. 1.* & impropriari debent, vt conueniant materiæ de qua agitur *§. nunc autem admonendi quib. alien. non licet.*

Item verba debent intelligi cum effectu, *l. 1. §. hac verba ff quod quiſque iur. l. quoties ff. qui ſatiſdar. cog.* & diximus *deciſ. noſtra Curia Archiepiſcop.* 41. *part.* 2. & debent aliquid operari *l. 3. in princip. ff. de iur. iur. l. ſi quando ff. de leg. 1.* Surd. *deciſ.* 64. Gratian. *deciſ. Rot. Marchia* 47. & 106. Antonin. *deciſ. 9. libr. 1. & deciſ. 4. lib. 3.* & verba ita debent intelligi, ne maneant ſine effectu, *l. ſi ſtipulatus fuero ff. de verb. oblig.* nam verborum ſubſtantia, & effectus, non autem ſonus attendi debet, *l. inſulam ff. de præſcript. verb. c. in tantum de ſimon.* Surd. *deciſ.* 303. Antonin. *deciſ. 1. libr. 1.*

Item, vt aliquid operentur debent potius impropriari, & ad impropriam ſignificationem trahi, quam vt ſint ſuperflua *l. ſi tam anguſtis ff. de ſeruit.* Surd. *deciſ.* 195. & verba ſunt interpretanda, vt aliquid operentur etiam in diſpenſatione, & in quacumque alia materia ſtricta, & odioſa, Rota Rom. *apud Farinac. deciſ. 352. tom. 1. part. 1.* vnde idem eſt in contractibus *l. ſi ſtipulatus ff. de vſur.* ſicque in ſtatutis *l. 1 ff. ad municip.* ſic pariter in priuilegiis, *cap. ſi Papa de priuil. in 6.*

Item verba dubia in potiori ſignificatu ſunt accipienda, & iuxta ſenſum grammaticalem. *l. 1. §. qui in perpetuum ff. ſi ager. vectig. cap. pen. de ſent. excom.* Nouar. *deciſ. ſiue quæſt. forenſ. 1. lib. 1.*

Præterea verba in dubio ſunt intelligenda propriè, & verè, non autem accidentaliter, ciuiliter, & fictè, *l. fin. C. de his qui ven. ætat. impetr. l. fideicommiſſum ff. de condit. & demonſtrat.* Antonin. *deciſ. 4. lib. 1.* Surd. *deciſ.* 303.

Item verba debent intelligi ſimpliciter, & non ſecundum quid, *l. hoc legatum in fin. ff. de leg. 3. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter ff. de ver. oblig.* & verba ſimpliciter prolata ad intellectum legum præferri debent,

Digitized by Google

bent, *l.1.C.de fruct. & lit. expenſ.* & verba ſimpliciter prolata intelliguntur de primo actu *l.dotis promiſſio ff. de iur. dot. l.boues §.hoc ſermone ff. de verbor. ſignific.* Rota *apud Farinac. deciſ.* 423. *tom. prim. part.*1.

Item verba dubia contra proferentem ſunt interpretanda, *l.veteribus ff. de pact. l. quidquid adſtringendæ ff. de verb. oblig.* Surd.*deciſ.*322. Anton.*deciſ.*23.*lib.*2.quod licèt verum ſit in contractibus, at ſecus eſt in libellis, Bellamer. *deciſ.* 733.

Tandem verba generalia, generaliter ſunt intelligenda, *l.* 1. §. *quod autem ff.de aleator.l.in fraudem ff.de teſtam.milit.* Afflict.*deciſ.*319. Surd,*deciſ.*122. Valaſc. *deciſ.*113. & diximus *deciſ. Curiæ Archiep.* 286.*part.* 2. quod eſt verumetiam in conſtitutione odioſa pœnali & correctoria, Rot.Roman.*apud Farinac. deciſ.* 41.*part.*1.*tom.*1.

Licet verba generalia reſtringantur ad habilia, *l. vt gradatim in princip ff. de muner.& hono.*Surd.*deciſ.*112.Nouarius *quæſt.forenſ.*8.*lib.*1.

COLLECT. 2571.

Super l.1.vbi Bald.num.27.C.de Confeſſis.

¶ *Confeſſio carcerati dicitur metu, & non ſponte facta.*

CArcerati confeſſio dicitur meticuloſa, & non ſpontanee facta, h.d.& ita Viuius *deciſ.*201.

Amplia, quod confeſſio in aliquo contractu,& contractus factus à carcerato ad fauorem carcerari facientis, illi non nocent,& nullitati ſubiacent, Afflict.*deciſ.*149.& 246.Guid. Pap.& ibi Addent.*deciſ.*253.

Amplia ſecundò, vt contractus factus ab habilitato per palatium neque valeat, vt decilum in Curia Archiepiſcop. teſtamur *deciſ.* 117.*part.* 4. & latè defendit D. Nouarius *quæſt. forenſ.*138. *part.*1. qui pariter iuxta hanc ſententiam deciſum refert ex eo, quia habilitatus & retentus per palatium dicitur carceratus, Gramat. *deciſ.* 14. Magon. *deciſ.Lucenſ.* 90. Caualcan. *deciſ.* 14.*part.*5.Franc.*deciſ.*709.vbi quod carceratus dicitur qui detinetur per palatium ei aſſignatum loco carceris cum fideiuſſione,& diximus *deciſ. Curiæ Archiep.*226.*part.*2.

COLLECT. 2572.

Super l. ſi quis ſocietatem ff. pro ſocio.

¶ *Societas vniuerſalis omnium bonorum, quæ comprehendat?*

IN ſocietate vniuerſali bona omnia præſentia, & futura comprehenduntur h.d.

Amplia, vt nedum mobilia, & ſtabilia, quæ iure dominij ad nos ſpectant, vel bona fide poſſidemus, *l. bonorum §. in bonis ff. de verbor. ſignificat. l. rem in bonis ff. de acquirend. rer. domin.* ſiue præſentia, ſiue futura ſint.

Amplia in annuis redditibus, ſiue perpetuis, ſiue alio modo quos inter ſocios communicari inquit Rubin. *deciſ.*38. vbi idem dicit in emphyteuſi, quam inter ipſos communicari firmat, quia bonorum nomine continetur emphyteuſis, Afflict. *deciſ.* 191. Gratian. *deciſ.*56. quamuis non deſiut contrarium tenentes maximè quando eſt Eccleſiaſtica, Gama *deciſ.* 50. quia ad extraneos ſua regulari natura non tranſit, ſi pro ſe, & filiis conceſſa fuerit, Afflict. *deciſ.* 100. vbi Viſil. Antonin. *reſolut.* 21. Magon. *deciſ. Lucenſ.*11. niſi aliter fuerit in conceſſione expreſſum, vel tacitè intellectum, quod ex verbis, vel aliquibus argumentis coniici poteſt.

Digitized by Google

COLLECT. 2573.

Super Doctrina Iaſ. in Auth. ſi verò contigerit C. de Iudic.

§ *Teſtium numerus quando ſuppleat eorum defectum?*

FIrmat hic Iaſ. *in tertio notabili* illam communem DD. concluſionem, quod Teſtium numerus ſupplet eorum defectum, ac de inhabilibus fiunt habiles.

Declara tamen hanc regulam eſſe veram in ciuilibus, & ſecus in criminalibus, in quibus teſtium numerus minimè ſupplet eorum defectum Rubin. *deciſ.* 41. vbi id intelligit, quoad condemnandum, & non quoad torquendum.

Sed quantus eſſe debeat iſtorum teſtium numerus, DD. non ſunt concordes; nam de Graſſ. *deciſ.* 175. fuit, in opinione eſſe relinquendum arbitrio Iudicis.

Nouatius tamen firmat, ſufficere numerum trium, quia omne trinum eſt perfectum, vt vulgò circunferri ſolet, & ita tutatur *libr. 1. quæſt. forenſ. quæſt. ſiue deciſ.* 101. cuius quidem opinio fuit approbata à noſtra Curia Archiepiſcopali, per quam in facti contingentia fuit dictum, numerus trium teſtium ſupplere defectum, prout notauimus *deciſ. eiuſdem Curiæ* 362. *p.* 4.

COLLECT. 2574.

Super Doctrin. Batt. in l. Appellanti C. de Appellat.

§ *Appellatio interpoſita quoad vnum caput, non deuoluitur quoad alia ſeparata.*

APpellatio ſolum deuoluit cauſam ab eo capitulo ſententiæ, à quo fuit appellatum, non autem quoad alia capitula ſeparata, h. d. Batt. & ita ego ipſe *deciſ. Curiæ Archiepiſcop.* 375. *part.* 4.

Vnde infero, quod Iudex iniuſtè agit, ſi cognoſcat in gradu appellationis de meritis ſententiæ vltra capitulum, à quo appellatio eſt interpoſita, quia in tantum eſt Iudex in quantum, & non vlterius, vt ex Cornazzan. *deciſ. Lucenſ.* 63. vbi dicit procedere, quando capitula non ſunt connexa, ſed ſeparata, quoniam continent diuerſum factum.

Coniuncta verò capitula dicuntur, quæ ex conſequentia factorum ſeparationem non recipiunt, & in hoc caſu licita eſt cognitio, cum annexio procedat ſemper ab eadem cauſa & ab eadem radice; & ſic ſi vna pars eſt appellabilis trahit ad ſe aliam, vide Gratian. *deciſ. Rot. Marchiæ* 60. & Peguer. *deciſ. Rot. Cataloniæ.*

COLLECT. 2575.

Super l. vnic. C. de prohibit. ſequeſtrat.

§ *Sequeſtratio quibus caſibus facienda.*

SEqueſtratio regulariter eſt prohibita h. d. Hinc nec etiam lite pendente poſſeſſor de ſua poſſeſſione remouetur, nec illam ſequeſtratur, *cap.* 1. *extra de ſequeſtrat. poſſeſſion.* Maynard. *deciſ. Tholoſ.* 5. *lib.* 4. Muta *deciſ. Sicil.* 92. Franc. Marc. *deciſ.* 38. *volum.* 1. Afflict. *deciſ.* 98. Gail *obſeruat.* 147. *lib.* 1. Guid. Pap. *deciſ.* 210.

Declara tamen, quod licèt ſequeſtratio ſit prohibita, tamen deſcriptio bonorum ſemper fieri poteſt, Caualc. *deciſ.* 23. *part.* 1. Cappella Tholoſ. & ibi Addit. *deciſ.* 477.

Declara ſecundò non procedere, ſi poſſeſſor rei, quæ, et cui ſequeſtrari, ſit ſuſpectus de dilapidatione, & ſit homo malæ frugi, malèque vtatur re litigioſa, Gail. *obſeruat.* 148. *lib.* 1. Mynſinger.

ſinger. *obſeruat.* 35. *cent.* 5. vnde videmus quod marito exiſtente diſſipatore poteſt dos ſequeſtrari, *l. ſi cum dotem.* §. *ſi vero dotem ff. ſolut. matrim.*

Decla a tertiò, quod vbi quis oſtendit per publicum inſtrumentum de eo, quod ſibi debetur, tunc ſequeſtrum permittitur, *l. Iubemus per hanc C. de erogat. milit. annor. lib.* 12. Milanenſ. *deciſ. Sicil* 12.

Declara quartò, quod quando partes contendunt de poſſeſſione, & ſunt in armorum procinctu, tunc ad euitanda ſcandala, & rixas bene poterit fieri ſequeſtrum, Guid. Pap. *deciſ.* 146. Valaſc. *deciſ.* 191. Rot. *diuerſ. deciſ.* 1241. & 1446. *lib.* 3. *vol.* 5.

Declara quintò poſſe fieri ſequeſtrum quando pendente lite fuit attentatum, quod fieri poteſt Iudicis officio, Caſſador. *deciſ.* 3. *de reſtit. Spoliat.* Cæſar de Graſſ. *deciſ.* 2. *de Appella.* Veral. *deciſ.* 157. *part.* 5. Rota *apud Farinac deciſ.* 503. *part.* 1. *tom.* 2. & 514. *eodem tom.* 2.

Nota tamen, quod ſequeſtratio ante ſententiam nullatenus fieri poteſt, Caualc. *deciſ.* 13. *part.* 1. Milanenſ. *d. deciſ.* 12. *lib.* 1. Ideò in prima inſtantia non dari ſequeſtrum voluit Rot. *diuerſ. deciſ.* 634. *lib.* 5. *vol.* 3.

Sed Iudex ſequeſtri quiſnam dicatur? declarat Milanenſ. *cit. deciſ.* 12.

COLLECT. 2576.
Super conſtit. Regni ſiue quis.

¶ *Foriudicatio à quibus fieri poßit?*

FOriudicatio poteſt fieri ab officialibus, & Capitaneis curiarum Baronalium h. d.

Declara tamen, vt requiratur decretum, quo mandetur haberi Talem pro contumace Nouarius *lib.* 1. *quaſt. forenſ. ſiue deciſ.* 141. vbi quærit intra quantum tempus foriudicatus à Curia Baronali per illam curiam aſſecurari, & à banno extrahi poſſit, & concludit, quod infra annum id agere poteſt.

COLLECT. 2577.
Super Doctrina Bald. in l. qui ſe patris C. vnde liberi.

¶ *Iuriſdictio quomodo à Principe concedatur inferioribus?*

FIrmat Baldus hic quod in conceſſionibus iuriſdictionis principis Authoritas ſemper conſeruatur illæſa, ita quod in eo ſemper reſidet inſeparabilis, & ita Gramat. *deciſ.* 30.

Vnde infertur quod licèt concedatur iuriſdictio alicui Tribunali ſemper intelligitur, ne per hoc princeps voluerit à ſe abdicare iuriſdictionem, ita vt non poſſit, quando caſus occurrerit cauſam auocare, & ſic poteſt ſupprimere iuriſdictionem, & vni adimere, & alteri concedere, prout ita nouiſſimè fatetur D. Regens Tapia Marchio Belmontis *in deciſ. Supremi Senatus Italiæ* 1. vbi optimè, & latè tractat an, & in quibus caſibus poſſit Rex cauſas auocare à Tribunalibus Regnorum Neapolis, Siciliæ, & Ducatus Mediolani, illaſque trahere ad ſupremum Italiæ Senatum? & concludit pro negatiua in Regno Neap. & Siciliæ, & ita concludit quoque Gail. *obſeruat.* 41. *lib.* 1. & modernè Berlicchius *deciſ.* 158. vbi etiam tractat an Imperator cauſas in Camera Imperiali pendentes auocare, & ad ſuam aulam trahere poſſit? & pro negatiua parte adhuc deciſum refert.

COLLECT. 2578.
Super cap. vnic. de ſucceſ. feud.

¶ *Vaſallus ſi teſtetur de feudo, & allodialibus ſimul quomodo teſtamentum ſuſtineatur.*

Digitized by Google

VAſallus de feudo teſtari nequit, h.d. concordat text. *in cap. vnic. §. donare tit. qualit. alienat. feud. amitt. cap. vnic. de prohibit. feud. alienat. per Feder*.

Vnde quæritur, & dubitatur, ſi quis de bonis feudalibus, & allodialibus, ſine burgenſaticis ſimul,& coniunctim teſtetur an teſtamentum in totum corruat, & etiam quoad allodialia non valeat?

Et licèt prima facie videbatur dubitandũ ex illa trita iuris regula, quod nemo pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decedere poſſit, *l.ius noſtrum ff.de regul.iur.* cum actus teſtandi ſit indiuiduus, & pro parte fieri non poſſit.

Tamen quia hæc regula reſtringitur, & requirit etiam vt bona ſint eius naturæ, vt de eis rectè teſtari liceat, §. *non ſolum verſic. ſed ſi talis inſtit. de legat. l. cum ſeruus §.fin.ff eod.tit.* Ideo Beltrechius *deciſ.49.* meritò determinat, & deciſum refert quod teſtamentum benè in rebus allodialibus, & burgenſaticis valeat, ſed in bonis feudalibus corruat,nec ſubſiſtat.

COLLECT. 2579.
Super Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap.6.de Regularibus.

¶ Electio regularium debet fieri per vota ſecreta.

HIc ſtatuitur electionem inter Regulares debere fieri per vota ſecreta, prout per prius etiam de iure communi probatur *in cap.firma de procuratoribus, & in cap. quia propter de elect.*

Vnde in electione Abbatiſſarum vota oretenus accipi non poſſe cum duobus teſtibus declarauit in facto Sacra Illuſtriſſimorum Cardinalium Concilij interpretum Congregatio per hæc verba.

In electione Abbatiſſarum vota oretenus accipi non poſſunt à ſuis ſuperioribus,cum duobus teſtibus, nec poteſt proximus ſuperior huiuſmodi electionem irritam,& patefactam cõtra formam huius decreti confirmare, & reualidare abſque Sedis Apoſtolicę Authoritate.

Ita quod epiſcopum in hoc caſu non poſſit diſpenſare, patet apertè ex verbis dictæ declarationis, prout etiã eadem congregatio apertius, & ſeparatim declarauit aliàs per verba quæ ſequuntur.

Electio Abbatiſſæ facta per vota non ſecreta, per ignorantiam huius decreti non valet, nec epiſcopus poteſt diſpenſare vt valeat; Sanctiſſimus Dominus noſter tamen diſpenſat conſideratis circumſtantiis.

Et num electio dicatur nulla,quando aliqui ex electoribus vnam ſchedulam recipiunt vnico nomine, ſcriptam, & nomen electi notum ſcribæ, & alteri reponunt in clauſula? affirmatiuè deciſum in Congregatione Illuſtriſſimorum, refero ego ipſe *deciſ. Curia Archiepiſcop. 197.part.4.* vbi principaliter tracto, ſi electio cum debeat fieri ſecretè dicatur ſic facta quoties ſinguli electores ad aures ſcrutatorum nominarent perſonam eligendam? & affirmatiuè pariter deciſum in eadem congregatione teſtor.

De validitate autem electionis, & quod illa ſit valida habito conſenſu eligentium, etiam ſi in ipſa forma aliqua ſeruata non fuerit, affirmat modernè Margallius *deciſ. Caſ.conſcient. 30.* qui *in deciſ.91.* agit de electione illegitimi ad Regulares dignitates.

Alia tamen circa hanc materiam videre poteris in ſequenti allegatione edita per Nouarium Anno 1626.iuxta quam in Congregatione epiſcoporũ, & Regu-

Digitized by Google

& Regularium in Alma Vrbe ſcio deciſum in cauſa cuiuſdam inualiditatis electionis prætenſæ. Allegationes autem ſunt quæ ſequuntur.

AMicus Plato, Amicus Socrates, ſed magis amica veritas, inquit Ariſtotelis, & Soccin. *in l. ſi me, & Titium num. 3. ſi cert. pet.* dicebat, quod duobus exiſtentibus amicis ſanctum eſt veritatem in ore proferre, quam præcipuè à me indagandam eſſe omnes ſciant, cùm non vt dans conſilium, loquar, tunc enim pro tempore, & occaſione veritas obumbrari ſolet, vt dicit Author. gloſ. Pariſ. *in conſ. pro Duce villæ Ermoſæ num.* 97. ſed veritatis tantum veſtigia indagando, in hac, de qua agitur cauſa, abſque vllo priuato affectu, nec amicitiæ, vel pecuniarum deſiderio ductus, firmiter aſſeuero iuſtitiam cauſæ eſſe ex parte R.R. Patrum Corr. Conu. Campanię Sancti Elpidij, & Cauæ.

Ad cuius Indagationem præmitto exceptionem inualiditatis electionis prætenſæ hodie non poſſe allegari, dum illa erat alleganda tempore confirmationis factæ; ad hoc vt vires habere potuiſſet, cùm in Iure ſit cautum contradictionem in elect. ſiue in eius confirmatione eſſe faciendam tempore confirmationis, & non poſt, aliàs contradictio deindè facta nullum parit effectum, *l pen §. fin de decur. cap. nulli 54. diſtinct.* Luc. de Penn. *in l. 2. C. de decur. lib.* 10. Cranett. *conſ.* 854. *numer.* 7. Anna *allegat.* 15. Paſcal. *in tract. de Patria poteſt. cap.* 10. *num.* 7. *part.* 4. Præſ. de Franch. *deciſ.* 609. Caput. *in tract. de Regimine reipubl. cap.* 12. *num.* 12. Itaque dum hodie prætenſio Inualiditatis electionis opponatur poſt decem menſes, de ea nulla erit habenda ratio, tanquam exceptio non propoſita in tempore à Iure requiſi o.

Sed dato, & non conceſſo, quod hodie adhuc eſſent in tempore opponendi huiuſmodi exceptionem; recolendum eſt pro iuſtitia ipſorum de Iure Sacrorum Canonum validam eſſe electionem correctoris factam à duobus, *cap. nullus de elect. & electi poteſt.* quoniam duo ſufficiunt ad faciendum capitulũ vt poſt Abb. & gl. aſſerunt Maſcard. *in tract. de probat. concluſ.* 584. *num.* 9. Rodriquez *quæſt. Regul. to. 2. quæſt.* 53. *art.* 11. *in princ.* Raguttius *in tract. de voce Canon. in capitulo quæſito 1. nu. 3* & penes ipſos reſidet tota poteſtas, quæ eſſet aliàs in mille partibus localibus ſi forte ibi adfuiſſent, quoniam cap. in vno poteſt reſidere, quamuis ab vno incipere nõ poſſit, & in eo conſiſtit nomen, & memoria capituli, *c. fin. & ibi gl.* 75. *diſt. gl. in c. cum Prouinciales* 64. *diſtinct.* Bart. *in l. grege ff. de leg.* 1. Palma *in diuerſorio Iuris communis & Regni gloſ* 11. *numer.* 33. vbi *num.* 35. ait, quod ſi canonici priuentur Iure eligendi excepto vno, is ſolus poteſt procedere ad electionem prelati ex gloſ. *in cap. 2. verſ. pauciores de poſtulat. prælat.* firmans *numer.* 36. quod ſi vnus Clericus remanſit in eccleſia collegiata, retinet omnia Iura ipſius eccleſiæ collegiatæ, & Inno. *in cap. poſtulaui in princ. de Iur. Patron.* qui idem affirmat *in cap. cum nobis num. 6. de elect.* ſequitur Angel. *in l. ſicut §. in decur. ff. quòd cuiuſque vniuerſit. nomin.* in tantum quòd ſi Illuſtriſſimi Cardinales exiiſſent à conclaue, & vnus tantum remaneret, poſſet ille ſolus Papam eligere, & legitima erit electio, vt ſcribit gloſ. *in clem. Rom. §. porro in verſ. omnes de elect.* quia in ipſo ſolũ reſidet authoritas, & ius collegij.

Quare cum in conuentibus, iſtis non aderant alij electores culpa Patris Prouincialis non prouidentis de alijs, non per hoc ipſi qui remanſerunt debebant priuari electionis beneficio, cum in ipſis duobus totum Ius conuentus reſideret, & ideo Rationabili-

ter eligere potuerunt, & valet electio facta.

Quod eo magis verum redditur dum author. Reuerendiſſ. Patris Generalis delegati Apoſtol. omnia acta ſint, & lectio facta fuerit communiter nemine diſcrepante confirmata in cap. definitorio, quæ quidem confirmatio vniuerſaliter facta operatur, vt hodie contra illam venire non poſſint ex regula, quòd ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt, *cap. quod ſemel de reg. iur. in 6.* per confirmationes ſiquidem electionis factæ, fuit acquiſitum Ius electo, & Ideo electio hodie reuocari non poteſt, nec aliqua exceptio inualiditatis opponi debet, vt decidit Bart. *in l. abſenti colum. 1. ff. de donat.* quem ſequitur Caſtrenſ. *ibid. col. 1.* & plenè Raphael Cuman. Abb. *conſ.* 47. Præſ. de Franc. *deciſ.* 539. qui ita ait deciſum per Sac. Conſ. Neap.

Quoad ſtatutum contra allatum dicitur nullum tale reperiri, quòd prohibeat electionem correctoris fieri à duobus, vel iam factam iubeat irritari, nam ſi aduerſarij loquuntur de *vlt. cap. Romano* patet ibi ſolum declarari, quæ electiones poſſint fieri, vbi non ſunt niſi tres tantum vocales, & dicitur ab illis non poſſe fieri electionem diſcreti, ſed ſolum elect. correctoris, & commiſſi, & aſſignatur cauſa. Cur verò loquantur Patres de congregatione trium, & non duorum, ratio fortè fuit, quia videbatur à tribus omnis electio fieri poſſe, etiam diſcreti cum in ea congregatione licet electio diſcreti (quæ de vno collegij neceſſario fieri debet) reſpectu duorum eligentium non ſit libera, cum vnus alteri cogeretur dare votum; eſt tamen libera reſpectu patris correctoris valentis eligere vnum de duobus, quod dubium non erat de congregatione duorum, quare oportuit declarare etiam in congregatione trium non poſſe fieri diſcreti electiones, eò quod maior pars libera non ſit; non tamen valet inferre ab hac negatiua, ibi non ſit mentio cõgregationis duorum, ergo duo tantum non poſſunt eligere correctorem, quãdoquidem plenam libertatem habeat eum eligendi ex tota ſphera Prouinciæ.

Sed dato, & non conceſſo quod adeſſet expreſſum ſtatutum, quo cautum eſt vt electio fieri debeat per tres ad hoc vt valida reddatur.

Hæc obſtat, ſiquidem, cùm de Iure Sacrorum Canonum valida ſit electio facta à duobus vt ſupra firmauimus, & comprobatur, nam in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum Couar. *in cap. cum eſſes num. 3. de teſtam.* Sot. *de Iuſt. & Iur. lib. 5. queſt. 7. art. 2.* Treutler. *diſp. ſelect part. 1. diſp. 1.* Coler. *deciſ. German.* 110. ſequitur vt tale ſtatutum non ſit obſeruandum, quia de directo contrauenitetur diſpoſitioni *cap. 1. de elect.* quod cum ſit lex Papæ non poteſt abrogari ſaltem abſque illius ſcientia, vt egregiè probat Driedon. *de libertate Chriſtiana lib. 1. cap. 2. in fin.* Vaſquez *in d. Thom. 12. queſt. 97.* & ibi Petrus de Lorca *in tit. de legib. diſput. 29. in princ.*

Idemque etiam dicitur de conſuetudine, quæ ſupponitur, nam ad inducendam conſuetudinem contra canones, prout in caſu noſtro, requiritur ſcientia, & expreſſus conſenſus Papæ, etiam quantocunque temporis ſpatio illa fuerit ſeruata, Archid. *in cap. de beneficio num. 2. circa med. de prabend. in 6.* vbi Ioannes And. *poſt princip.* Gemin. *num. 6.* & Franc. *numer. 3. & 4.* Sancti Antonini *in ſumma part. 1. tit. 16. cap. vnico* §. *2. ante finem.* Salas *de legibus diſput. 19. num. 62.* ſequitur Rota Rom. in vna Rom. obſeruationis contractus 23. Septembris 1551. coram Chyſſanea relata per Veral. *deciſ.* 204 *num. 3. par. 3.* & in

& in Romana concordiæ Sancti Petri 12. Februarij 1610. coram Reuerendiſſ.P.D. Caualerio, cuius concluſionis ratio eſt, nam Papa non habet poteſtatem à Populo, ſed immediatè à Deo, & Ideo non eſt Populus, qui inducit conſuetudinem contra canones, ſed authoritas Papę permittentis, Abb. *in cap. fin. num. 8. de conſuetudine* Salas *de legibus quaſt. 97. tract. 14. diſp. 19. ſect. 6. num. 59.*

Quæ eo magis de plano procedũt, cum fœlicis memoriæ Paulus Papa III. in bulla confirmationis capituli Generalis Paulæ dicat illa ſtatuta confirmare, modò ſacris canonibus non aduerſentur: vnde cum hoc ſtatutum expreſsè ſit contrarium Sacris Canonibus, de illis nulla erit habenda ratio.

Quinimmò vt conſuetudo allegata poſſet habere vires, deberet conſtare de tribus coniunctim, nempè de temporis diuturnitate, de viſu actus, cuius conſuetudo allegatur, & de illius frequentia, & taliter quod appareat interueniſſe tacitum conſenſum maioris partis monachorum, Curt. Iun. *conſil.* 184. *num.* 10 latè Dec. *conſ.* 215. *ſub num.* 2. Crauet. *conſ.* 134. Puteus *deciſ.* 364. *libr.* 1. Creſcent. *deciſ.* 1. *de prabend.* & quando eſt contra ius, prout in caſu noſtro debet eſſe immemorabilis, Iaſon. *in l. de quibus col. fin. ff. de legib.* Dec. *conſ.* 141. Rocch. de Curt. *in cap. fin. de conſuetudine*, qui hanc eſſe communem opinionem teſtatur, Mohedan. qui ita deciſum refert in Rota *deciſ. 2. de conſuetud.* vnde requirit arctiorem, & clariorem probationem, Bellamer. *deciſ.* 65. nam teſtes debent eſſe ad minus quinquaginta annorum, Veral. *deciſ.* 71. *part.* 3. & debent deponere cum omnibus requiſitis, de quibus per gloſ. communiter receptam, & à Rota ſæpiſſimè comprobatam *in cap. 1. in verb. memoria*, vbi Archid. Gemin. Franch. & alij *de praſcript. in 6.* videlicet de viſu per quadraginta annos, de auditu à maioribus quod ita viderunt ſuo tempore, & quod, nec ipſi, nec eorum maiores viderunt, vel audierunt aliquid in contrarium, & de publica voce, & fama, ante motam litem, Couarr. *in Regul. poſſeſſor. part. 2. §. 3. num. 7.* Milleus *in ſuo repertorio in verbo teſtis.* Balb. *de praſcript. quaſt. 6. 2. part. num.* 24. latè Gabriel. *conc. 1. de praſcript. numer.* 74. Veral. *deciſ.* 74. *part.* 3. Mohedan. *deciſ.* 255. & ſæpius voluit Rota, vt in vna Tullen. iuriſdictionis 22. Maij 1596. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio in Pampilionen. decimarum 21. Maij, 1603. coram eodem, & in Valentina decimarum 14. Nouembris 1597. coram R.P. Penia.

Et quilibet teſtis debet deponere de omnibus requiſitis, de quibus ſupra, aliàs ſi vnus de vno deponat, & alius de alio, non ſit coniunctio, neque valet depoſitio, vt voluit Rota in Hyſpalen. decimarum de Tribuxena 20. Maij 1594. coram Illuſtriſſimo Cardinali Mantica, & debent à teſtibus dicta requiſita expreſsè recenſeri, aliàs ſi dicant articulum verum non probant, niſi reddant rationem eorum dicti, Veral. *d. deciſ.* 71. *num.* 3. *& deciſ.* 297. *part.* 3. & Rota in vna Iacen. Parrochialis 27. Iunij 1603. coram Cardinali Pamphilio, Item quod fuerint facti intuitu conſuetudinis, & ad effectum Inducendi illam, Dec. *conſ.* 215. *num.* 3. Crau. *conſ.* 197. *ſub num.* 52. cum in dubio præſumatur animus ſeruandi Ius commune, Capra *concl.* 13. *numer.* 3. Neuizan. *conſ.* 9. *num* 31.

Quæ omnia cum deficiant in caſu noſtro meritò non debemus curare de allegata conſuetudine.

Sed dato, & non conceſſo quod ſtatutum eſſet in viridi obſeruantia,

quod aduerſatur electionibus factis à duobus, dum illud ſimpliciter loquitur electionem fieri poſſe à tribus, & expreſsè non diſponat, quod aliàs lectio facta non valeat, & ſic non vtitur aliqua clauſula irritanti, quæ quidem neceſſaria eſt, ad hoc vt electiones factæ poſſent inualidari, *cap. quoad ſuper his in fin. de conſanguin. & affinit. cap. ſuper eo in principio de cognatione Spirituali*, Rom. *conſil.321.num.12.* Alex. *conſ.41. num.13.& 14.* Soccin. ſen. *conſ. 87.num.6. lib.3.* Iaſ. *conſ.85.num. 8. & 9.lib.3.* Salas *de legibus quæſt.96. tract. 14. diſput.16. ſectione 10. num 29.* quam difficultatem præſentiens Summus Pontifex meritò illam appoſuit *in cap. quia propter de elect. ibi, aliter electio facta non valeat*, mandauerat ibi Papa, qualiter electio fieri deberet, & deinde in fine tali vſus eſt clauſula, ad effectum, vt electio alio modo facta vana, & eluſoria redderetur, prout in puncto illius text. dicunt Compoſtellan. *num.20.* Io.Andr.*num.37. in verb. non valeat*, Innoc. *num.6. in eodem verbo* Gugliel. Mandag. *in tract. de electione cap.22.* vbi addit, *litera B.* quod cum deficiat in ſtatuto, de quo loquimur merito electio facta valida reputari debet, & talis ſtatuti quoad inualiditatem electionis nulla ratio eſt habenda, nam ſi in lege promulgata à Papa ad hoc vt actus reddatur nullus requiritur clauſula irritans, ergo quanto magis à fortiori in ſtatuto facto ab inferiore, erat neceſſaria huiuſmodi clauſula ad effectũ inualidandi huiuſmodi electionem, ita quod loquendo de huiuſmodi ſtatuto poſſumus vti regula illa, vt multa iam facta tenent, quę fieri prohibentur *l. Patre furioſo ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur.* vbi latè Iaſon. cum adductis per Cardinalem Tuſc. *concl. 12. litera T.* Pro quo confert illud quod videmus in Clerico, qui prohibetur fideiubere pro laico *cap.1. de fideiuſſoribus*, & tamen ſi de facto fideiubet fideiuſſio eſt valida, & tenet, ita quod reſcindi non poteſt, *cap. peruenit, & cap. conſtitutus de fideiuſſoribus* Roman.*conſ.409.num.7.* Gomeſ. *var. reſolut. in tit. de contractibus cap.13. numer.18.* Marſill.*conſ.19.num.13.* Zanch. *de priuileg. eccleſ. priuil. 115. num.5.* Gutierez. *in tractatu de contractib. iuratis cap.72.n.2.* Menoch.*de præſumpt.lib.2.præſumpt.46. numer.15.* vbi latè adducit alia ſimilia, Gaſſ. *de effectibus Clericatus effect. 44. num.3.*

Hæc obſtant quædam literæ miſſæ, quibus apertè ſignificabatur electionem Correctoratus fuiſſe factũ in perſonam Patris fratris Caroli à Neap. ex quo putat pars aduerſa electionem fuiſſe publicatam, & non ſeruatum fuiſſe mandatum Sacrum Conc. Trid. & capituli quia propter de electione.

Nam Reſpondetur validam eſſe electionem quoties vnus eligentium ſuffragium, vel votum ſuum publicaret, prout in caſu, de quo agitur, Nauar. videndus *conſ.4. de elect.* Sayrus *deci. 4. eod. tit.* Molfeſ. *in ſua ſumma in tit. de beneficiis cap.16.* nam dicitur parua contrauentio, quamuis id fiat per malitiã, & Ideo non curandum, Garzia *de beneficiis part.5. cap.4. num.183.* & ſic Reſpondetur ad cap. 4. Valentia *num. 26.* in quo cum non adſit decretum irritans, neque pœna annullatiua actus, nullitas non inducitur ipſo iure, arg. tex. & quod ibi communiter notant ſcribentes *l. cum hi ff. de tranſact.* gloſ. communiter recepta *in rub. C. ne fideiuſſores dotium dentur*, Gomeſ. *deciſ.6. cum vulgaribus*, præterquam quod de dicta publicatione ne verbũ quidem in proceſſu.

Nec obſtat quod in duobus eligentibus non poteſt præſumi electionem poſſe fieri ſecretè, nam cum Sacri Canones Vigore dicti capituli *1. de elect.* permi-

permiſerunt electionem poſſe fieri à duobus, ſanxerunt quoque conſequenter quod talis electio præſumatur ſecreta, alias ſequeretur abſurdum, & ſibi ipſis contradicerent, quod non eſt præſumendum, cum lex nunquam fruſtra loquatur, Iaſ. *in l. ait prætor. num. 1. de iur. iur.* Armendaſis *in addit ad recompilat. leg. Nauar. in proœm.* & legum correctio eſt euitanda, Surd. *deciſ. 21. num. 19.* Card. Tuſc. *concluſ. 1036. litera E.* cum in dubio legum correctio non ſit facienda, *l. ſi quando C. de inoff. teſtam. l. 1. C. de inofficioſ. dot. l. præcipimus in fin. C. de appellat.*

Quo autem ad electionem patris Correctoris Cauæ neque curandum eſt de prætenſione aduerſariorum, nam ſi fuerit anno præterito electus ad alium correctoratum Caſertæ dum renunciauit illi, & eo vti noluit, non electum fuiſſe dicendum eſt, cum paria ſint aliquem non eſſe electum, & eſſe electum, & non adminiſtrare officium cum nomina debeant habere conſequentiam, & conſonantiam, & effectum aliàs non poſſunt dici vera nomina, *l. vnica.* & ibi notat Bald. *C. de nouo iur. quirit. tollend.* inferens ibi epiſcopos abuſiuè dici, qui in eorũ diœceſi non adminiſtrant prout eccleſia viduata dicitur ſuo ſponſo, ſi habeat epiſcopum nominatum, ſed non exiſtentem in exercitio ſuæ diœceſis, puta quia non cepit poſſeſſionem, argumento textus *in cap. inter corporalia de tranſal. epiſcoporum* Luc. de Penn. *in l. cum ſcimus C. de agricol. & cenſit. libr. 12.* quemadmodum etiam vniuerſitas nõ dicitur habere ſindicum, ſi ille non poteſt, vel nolit adminiſtrare, *l. 1. §. quod ſi nemo ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine.*

In tantum, quòd electio in ipſius perſonam facta nihil officit, dum poſſeſſionem nõ accepit, neq. adminiſtrauit, cum in tantum appelletur quis corrector, in quantum poſſeſſores cõuentus accepit, & adminiſtrauit vtĩ talis, prout loquendo de Officiali temporali aſſerunt Duen. *Regul. 234.* Gabriel. *concl. de exequut. rei iudic.* Boer. *dec. 150. n. 6.*

Inſuper dicitur primò prætenſum ſtatutum non eſſe in vſu præſertim cum qui electus eſt in Correctorem Officiũ non exercuit, quod nouiſſimè patet ex actibus Capituli Prouincialis vltimi, in quo fuit electus Pater frater Stephanus de S. Seuerino in Prouincialem, in eo enim cum eſſent electi frater Vrbanus à Neapoli in Correctorem Cauæ, & frater Ianuarius de Nuceria in Correctorem Nuceriæ, & renunciaſſent officijs prædictis frater Vrbanus quidem vnus de opponentibus & inſtantibus, quinto circiter poſt menſe eiuſdem anni fuit electus, & confirmatus in Correctorem Sancti Franciſci Neapolitani, frater autem Ianuarius reuoluto Anno fuit immediatè poſt electus in Correctorem Conuentus Caſtri maris: ita & quia frater Hieronymus de Martino electus in Correctorem Eboli, officium renunciauit in Capitulo Prouinciali Ciuitatis Cauæ, vt anno immediatè ſequenti fuit electus Corrector Nolæ. Ita frater Petrus à Neapolis renunciauit annis elapſis Correctoratui Sancti Georgij, & illico fuit electus pro collega Prouincialis, ipſe verò frater Io. Baptiſta ad præſens Corrector Cauæ nunquã Correctoratum Cæſareæ acceptauit, imo nec nomen, nec locum huius dignitatis vſurpauit, vt ſi opus fuerit euidenter conſtabit, fuit enim per totum illum annum Magiſter nouitiorum.

Secundò nihil facit contra hanc electionem ſtatutum, ſi in eo nulla adeſt clauſula irritans iuxta prędictam regulam.

Tertiò, quia ſecundum regulam minimorum *num.* 40. *fol.*16. potuiſſet eligi etiam ſi exercuiſſet maiorem partem officij Caſertæ ex Paſſatel. *in Schol. Capituli Ianuenſis n.*48.*fol.*160. nullum verò eſt ſtatutum contrarium regulæ ſicut vſus contrarius legi abuſus dicendus eſt.

Quartò denique, quia in capitulo Definitorio, in quo Reuerendiſſimus Pater Generalis præſidebat, nemine diſcrepante, fuit confirmata electio prædicti Prioris Correctoris Cauæ, quare definitores opponentes non debent audiri.

Circa id verò, quod dicitur *in cap.*5. *Valentia num.*19. Dico primo quòd ibi loquitur de Collegatu Prouinciali Generali, & Correctorali, non de officio Correctoriatus, de quo Regula *num.* 49.*fol.*16.*& vt ſupra.*

Dico ſecundo non eſſe in vſu, etiam ſi quis renunciatum officium ſuum exercuerit, nam Pater frater Vincentius de Coſentia renunciauit officio Prouincialatus Tuſciæ, quod per plures menſes exercuerat, & tamen immediatè fuit electus in collegam Generalem, quod officium cum careat omni iuriſdictione, & præeminentia, certè minus eſt, quam Prouincialatus: item multi renunciauerunt collegatui Prouinciali circa finem biennij, & immediatè fuerunt electi in commiſſos ad Capitulum Generale, vt in particulari, quia frater Benedictus de Catania, qui interfuit capitulo vltimo Romano.

Tertiò dico hoc ſtatutum non continere aliquam clauſulam irritantem, Ideo, &c.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2580.

Super Doctrina Bald. in l. diſtrahere C. de Reb. alien. non alien.

¶ *Sigillum an probet abſque ſubſcriptione.*

Dicit hic Bald. *num. fin. verſic. & eſt argumentum*, ſigillum præiudicare abſque ſubſcriptione, & meritò, quoniam ſubſcriptio, & ſigillans omnia contenta in inſtrumento vera fateri cenſetur, Capella Tholoſ. *deciſ.* 24. *& deciſ.* 31. vndè in mandato nudam ſigilli appoſitionem ſufficere, tradit Puteus *deciſ.*359. quamuis in hoc contrarium ſenſerint Franc. Marc. *deciſ.* 991. *&* 993. & nouiter Berlicchius *deciſ.*54. qui iuxta hanc ſententiam deciſum teſtatur, firmans quod nuda ſigilli appoſitio per ſe nihil probat, ſed eſt mortua, & abuſiua repræſentatio, & plerunque fallax, & incerta, cum ſigillum alicui etiam ſurreptum & abſque eius conſenſu, & voluntate appoſitum eſſe poſſit, in tantum, quod etiã epiſtola ſcripta non teneat abſque nomine ſcribentis, vel eius ſubſcriptione, etiam ſi ſigillum habeat.

Verum firmat idem Berlicchius *cit. deciſ.*54. quod ad hoc, vt ſigillum probet debet eſſe authenticum, & publicum alicuius perſonæ iuriſdictionem habentis.

COLLECT. 2581.

Super Gloſ. in cap. Beneficium de Regul. Iur. in 6.

¶ *Nouitius præſentatus ad beneficium an poſſit inſtitui?*

Gloſa hæc *in verſic. conferend.* firmat opinionem quod Nouitius præſentatus ad beneficium iuriſpatronatus non poteſt ab ordinario inſtitui. Et ita fuit reſolutum in Curia Archiepiſcopali, vt teſtamur *deciſ.* 323. *part.* 4. vbi aſſignamus rationem, quia dubius ſtatu non promouetur ad militiam ex regul. text. *in l. qui de libertate ff de liber.*

liber.cauſ. l.qui ſtatu ff.de re milit.

Sed Nouarius doctè quidem, vt ſolet totum contrarium ſuſtinuit *in lib.1. quaeſt. forenſ. deciſ.* 80. fundans quod præſentatus ad beneficium Iuris patronatus ſi ingrediatur religionem, dũ eſt in nouitiatu poteſt ab Ordinario inſtitui.

Pro qua opinione confert Deciſio Sayri fin. *de vot.* qui voluit collationem beneficij factam ligato religionis voto antequam profiteatur valere.

Et licèt Nouitius cenſeatur perſona regularis argument. text. *in cap. Religioſo* §.1. *de ſent. excomm. in 6.* id tamen non procedere dicit Nouarius in caſu iſto, ſed in fauorabilibus tantum, & ſic non in caſibus odioſis, & Nouitiis minimè fauorabilibus, prout apud eum videri poteſt quando caſus in facto accidit.

Sed an nouitio beneficium ſeculare conferri poſſit? negatiuè reſpondendum eſt ex diſpoſitis per Sacrum Concilium Trident. *ſeſſ* 14. *cap.* 10. Sayr. *deciſ.* 9. *de præbendis.* Nouarius *d. quæſt. ſiue deciſ.* 180. & nos memor. *deciſ.* 323. *part.* 4.

COLLECT. 2581.
Super Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Regularibus cap. 17.

¶ *Virgines debent examinari ante profeſſionem in religione, an perſiſtant in eadem voluntate?*

HIc ſtatuitur pertinere ad epiſcopum, vel eo impedito ad eius vicarium, aut aliquem eorum ſumptibus ab eis deputatum explorare virginis voluntatem diligenter, an coacta, vel ſeducta ſit, an ſciat quid agat, & ſi voluntas eius pia, ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requiſitas iuxta monaſterij illius ordinis regulã.

Tu autem pro ornatu notare non deſinas deciſionem Sacræ Congregationis Illuſtriſſimorum Cardinalium, quæ ſic ſe habet.

Puellis, quæ ſumpſerunt ſacrum habitum in aliquo monaſterio debet ab ordinario certus dierum numerus quindecim, vel viginti dierum præfigi, intra quem deberent declarare, vtrum velint profeſſionem emittere, vel non, & ſi noluerint remittendæ ſunt ad domos conſanguineorum, vel affinium.

Et poſtquam epiſcopus hac de re certior factus fuerit intra viginti dies examen hoc perficere tenetur, quibus elapſis, amplius de eo ſe intromittere prohibetur, vt deciſum refert Galet. *in ſua margarit. caſ. conſcient. in verbo Nouitij in fin.*

Item nota, quod voluntas puellæ exploranda eſt non ſolum quando profeſſionem emittere procurat, verum etiam quando habitum ſuſcipere intendit, ita vt pertineat ad epiſcopum tam antè ſuſceptum habitum, quam poſtea antè profeſſionis emiſſionem dictæ puellæ voluntatem explorare, non obſtante quod monaſterium ſit Regularibus ſubiectum, vel aliàs ab eius iuriſdictione exemptum, & ſi prior exploratio non fuerit facta, ſufficit quod fiat ſecunda, prout deciſum fuiſſe teſtatur Armendariz *in addit. ad Recopil. leg. Nauar. lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. num.* 37. 46. & 50. aſſerens quoque deciſum *num.* 48.

Quod ordinarius non debet explorare voluntatem puellæ quæ habitum recipit in monaſterio ad petitionem illius, qui vult illam in vxorem ducere, ſed expectandum eſt tempus faciendę profeſſionis, & tũc ſi ſit ſuſpicio, quod inueſtigetur à monialibus, pro ſuo officio curabit inde duci ad exteriorem Eccleſiam Monaſterij, vel in aliam propinquiorem, & commodiorem, prout magis conuenire iudicauerit vbi

voluntatem eius exquirere poſſit, verum ſi nulla adſit ſuſpicio, nullamque aliam cauſam ſubeſſe apparebit tunc in alio loco, quam ad crates ferreas monaſterij voluntatem puellæ explorabit.

Et aduerte, quod in huiuſmodi voluntatis exploratione, quando fit in ipſo monaſterio epiſcopus non debet ingredi clauſuram, ſed ſtare debet antè feneſtellam cancellorum examinando mentem ipſius puellæ, prout ita decreuit Illuſtriſſimorum Cardinalium Congregatio.

Sed an ſi exploratio, de qua in præſenti textu non fiat, profeſſio facta per puellam ſit nulla? negatiuè decidit eadem Sacra congregatio, per quam fuit ordinatum, quod vbi à virginibus habitus eſt ſuſceptus, & profeſſio facta eſt ſine prædicto examine, Ordinarius nihil debet ſciſcitari, ſed permittere eas in ſuo ſtatu permanere.

COLLECT. 2583.

Super §. ſed emptor l. à diuo Pio ff. de re iudicat.

¶ *Emptor in venditionibus iudicialibus debet deponere totum precium.*

IN venditionibus iudicialibus debet emptor vt conſequatur dominium rei per Curiam emptæ deponere integrum precium, h. d. & ratio eſt ſecundum Jafred. *in deciſ.* 29. quia iudex nequit habere fidem de precio, & proptereà aliter facta venditio eſt nulla, vt tradit Vrſill. *in deciſ.* 358. & ita fuit deciſum in Rota Romana, vt teſtatur Farinac. *in deciſ.* 50. *& in deciſ.* 63. *in recollectis per eum*, imò depoſitum fieri debere cum vſuris, Caſtill. *in deciſ.* 215. *part.* 2. Nouarius *quaeſt. forenſ. ſiue deciſ.* 65. *lib.* 1. aliàs nihil valeret etiamſi deficeret vnus nummus, idem Vrſill. *in deciſ.* 205. & pulchrè Rota Genuæ *in deciſ.* 144. Milanenſ. *deciſ.* 18. *lib.* 2. & iuxtà ſupradictam ſententiam fuiſſe deciſum teſtatur Leon *in deciſ. Rotæ Valent.* 6. *part.* 1. ad quod etiam videndus eſt *lib.* 3. *deciſ.* 8. vbi pulchra ad hoc, & aliàs diximus *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. deciſ.* 272. *part.* 3.

COLLECT. 2584.

Super Clar. in §. homicidium verſ. ex propoſito.

¶ *Homicidium ex quibus præſumitur doloſum?*

HOmicidium nō præſumitur doloſum, ſeu deliberatum, h. d. præſumitur tamen ex variis circumſtantiis.

Coniectura prima ex actu percutiendi, Balb. *in deciſ.* 93. *per gloſam in l.* 1. *C. ad legem Corneliam de ſicariis.*

Secunda coniectura eſt inimicitia præcedens. Bertazz. *in deciſ.* 208. *lib.* 1.

Tertia coniectura eſt arma inſolita reperta in poſſe alicuius, nam faciunt præſumi delictum appoſtatum, Caſtillus *in deciſ.* 172. *part.* 2.

Quarta coniectura eſt qualitas occiſi, puta ſi eſſet rixoſus Ioſeph. Ludou. *deciſ.* 24.

Quinta coniectura eſt, ſi probaretur præceſſiſſe minas, idem Caſtillus *in deciſ.* 173. & plura ad hanc materiam vide eundem Caſtillum *in deciſ.* 164. *part.* 2.

COLLECT. 2585.

Super Doctrina Angel. in l. ſi vacantia C. de bon. vacant. lib. 10.

¶ *Maior iudex ferens falſum teſtimonium coram minori poteſt ab illo puniri.*

FIrmat hic Angel. *ſub num.* 105. *verſ. ſed quæro iudex maior*, quod ſi iudex maior falſum ferat teſtimoniū coram minore,

minore, poteſt ab illo puniri, de quo plenè Cabal. *reſolut. crim.* 51.

Ratio autem eſt, nam incontinenti, quod quis teſtificatur etiam inferiori ſe ſubmittit, & ratione ſubmiſſionis poteſt puniri, vnde Metropolitanum incidere in excommunicationem ſuffraganei, concludit Cappella Tholoſ. *deciſ.* 123. & Archiepiſcopus delinquẽs in diœceſi ſui ſuffraganei poteſt puniri ab eo, eadem Capella Tholoſ. *dec.* 425. Guid. Pap. *deciſ.* 328. quamuis hæc non ſint vera habita conſideratione ad Sacrum Concilium Tridentinũm, prout nos diximus *in praxi reſolut.* 111. *tom.* 2. & voluit Nouarius, qui nos allegat *quæſt. forenſ.* 93. *lib.* 1. *n.* 7.

Hinc infertur, quòd legatus principis poteſt puniri vt criminoſus ab ordinario loci, vbi crimen fuit commiſſum, Cappella Tholoſ. *deciſ.* 424. prout Regij Nuntij, qui ſi extra officium delinquant, benè puniri poſſunt à locorum ordinariis, Boer. *deciſ.* 9. vt ſic etiam ſi Capitaneus iuriſdictionis conſulis delinquat, poterit puniri à Capitaneo iuriſdictionis criminalis, Capyc. *deciſ.* 7. Farinac. *deciſ.* 274.

Et tandem Capitaneus, ſiue officialis primarum cauſarum poteſt punire iudicem ſecundarum cauſarum delinquentem in ſua terra, prout ex ſupra adductis, & aliis firmat Nouarius *cit. quæſt.* 93. vbi in hoc caſu limitat textum *in l. ille à quo* §. *tempeſtiuum ff. ad Trebell.* in quo cautum eſt quod par in parem non habet imperium.

COLLECT. 2586.

Super Doctrina Gloſ. in l. 1. ff. de Bonor. poſſeſſ. Furioſ. Infant.

¶ *Furioſus an hæreditatem extranei tranſmittat ad ſuos hæredes.*

Gloſa hæc eſt in opinione *in verb. accepit verſic. Item quæritur*, quod Furioſus hæreditatem extraneam non tranſmittit, prout pariter omnes DD. ſequuntur, ita quod eſt communis opinio.

Hinc infertur, quod cum mater pro perſona extranea habeatur, filius in furore conſtitutus hæreditatem matris ſibi delatam ad hæredes non tranſmittit, adeo quod nec hæredibus ex perſona furioſi reſtitutio in integrum concedatur, ita Berlicchius *deciſ.* 147. vbi tamen dicit, hanc concluſionem fallere, quando furioſus eſt rogatus de reſtituendo, vel habet ſubſtitutum exemplarem, vel ſi eſt ei hæreditas, aut ſucceſſio mediatè per ſeruum, vel filiũ delata, tunc enim ſi ſeruus, vel filius furioſi mandato curatoris adit, ei perfectè furioſo acquirit hæreditatem adeò, vt iſto caſu ex mortuo tranſmittatur ad hæredes furioſi, *l. Antiſtius* §. *fin. in fin. ff. de acquir. hæred.*

Limita pariter in legatis, *l. fin.* §. *tali itaque verſic. vel legato, vel fideicommiſſo, &* §. *ſin autem verſi. legatis autem proculdubio C. de Curat. furioſ.* & ratio eſt, nam legata acquiruntur ipſo iure, quod non eſt in hæreditate.

Limita etiam, vbi furioſus haberet curatorem, quia tunc poteſt hæreditatem, vel poſſeſſionem apprehendere, *l.* 7, §. *tali itaque C. de Curat. furioſi.*

Tandem limita in hæreditate paterna, quam tranſmittere ad ſuos hæredes poſt plurium opinionum relationem concludit idem Berlicch. *d. dec.* 147. *nu.* 12. vbi *n.* 14. allegat text. *in l. cum furioſus* §. *ſin autem perpetuo. C. de Curat. fur.* quia effectus ſuitatis eſt, vt filius ſuus hæres hæreditatẽ paternam non aditam ad quoſcumque hæredes tranſmittat.

COLLECT. 2587.

Super Bulla Vulgò Alexandrina.

¶ *Pœna offendentium collitigantes ſecũdum Bullam Alexandrinam quibus caſibus locum habeat.*

Digitized by Google

HÆc Bulla infligit pœnam offendentibus colligantes.

Tu tamen limita eam primò non procedere, quoties offenſio fieret ex alia cauſa, quam intuitu litis, Rota *diuer. deciſ.* 639. *part.* 1.

Limita ſecundò illam non habere locum in offendentibus litigantes extra Romanam Curiam, Puteus *deciſ.* 112. *libr.* 1.

Limita tertiò non habere locum in offendentibus litigantes in diſtrictu curiæ, Idem *deciſ.* 104. *lib.* 1. & vide Gratian. *deciſ. Rot. Marchiæ* 84.

Limita quartò vbicunque offenſio eſſet facta per procuratorem, vel familiarem, Rota *diuerſ. deciſ.* 166. *par.* 2.

Limita quintò non procedere, niſi ſequuto effectu offenſionis, pulchrè Gomes *deciſ. Rotæ* 37. vbi refert die 19. Nouembris tenuiſſe Rotam coram D. Capizucho in vna cauſa Lucenſi Alexandrinam hanc Bullam non habere locum in eo, qui procurauit aliquem vulnerare, vel interficere, niſi deducatur ad effectum, ratio autem eſſe poteſt, nam hodie non punitur affectus, niſi ſecuto effectu ex Maſtril. *deciſ.* 295. & ex aliis doctè ſcribit Nouarius *in pragmatica Regni* 1. *ſub Rubrica de ictu ſcoppictæ*. qui alia cumulat congruentia huic rationi.

An autem offenſio facta in perſonam litigantis præſumatur facta occaſione litis ad effectum incurrendi pœnas præfatæ noſtræ Bullæ? vide Gratian *deciſ.* 84. vbi recenſet coniecturas, & inter cæteras illam adducit, quando offenſio fuit facta ab eo, qui intereſſe, & commodum in cauſa ſentit, nam tunc præſumitur contra eum abſque alia probatione ex Puteo *deciſ.* 23. *lib.* 1. prout dicimus de laceratione inſtrumenti appellationis, ad quam verificandam non requiritur alia probatio, cum præſumatur illius ſubtractio ad inſtantiam partis contrariæ intereſſe habentis, & commodum ſentientis, vt cenſuit Rota in vna Placentina fructuum coram Orano 5. Maij 1584. & iterum in vna compoſtellana liquidationis fructuum 15. Iunij 1591. coram Blanchetto.

Quò verò ad pœnam, de qua in dicta Bulla poteſt quæri an ſit applicanda fiſco, vel parti offenſæ? vide Mohedan. *deciſ.* 55. vbi refert fuiſſe reſolutum in Rota eſſe faciendam applicationem iuxta ſeriem, & formam dictæ conſtitutionis, tanquam habeamus caſum legis.

Alia autem quoad intellectum dictæ Bullæ vide apud Puteum *deciſ.* 102. 103. & 104. *lib.* 1. & apud Rot. *diuerſ. deciſ.* 166. *part.* 1.

COLLECT. 2588.

Super l. formam C. de offic. præfect. prætor.

¶ *Inferior non diſpenſat in lege Superioris.*

COlligitur ex iſto text. quod inferior nequit diſpenſare in lege à ſuperiore promulgata, de quo pariter vide text. in cap. cum inferior de maior. & obedient.

Ratio autem eſt, nam inferior non habet poteſtatem ſupra ſuperiorem, ſed poteſtas inferioris dependet à ſuperiore, vt apud Nouarium *forenſ. quæ.* 114. *lib.* 1. vbi optimè, & pulchrè quidem concludit inferiorem neque poſſe diſpenſare in Edicto, ſiue Banno à ſe publicato, & à ſuperiore confirmato, niſi tamen confirmatio facta per ſuperiorem eſſet accidentalis, pro vt latius apud eundem Authorem videri poteſt.

Et quod inferior non poſſit ligare manus ſuperioris, nec eius legem tollere concludit idem Author. *forenſ. quæſt.*

Digitized by Google

quæſt.66.lib.1. vbi firmat, quod vbi epiſcopus reſeruauit abſolutionem excommunicationis Summo Pontifici, poteſt Iudex Metropolitanus, & ſic Archiepiſcopus in caſibus à iure ei permiſſis abſolutionem elargiri, nam nequiuit inferior præiudicare iuribus ſui ſuperioris.

COLLECT. 2589.
Super cap. Relatum, & cap. licet de offic.deleg.

¶ *Iuriſdictio delegantis quando finiatur?*

IVriſdictio delegantis finitur per vacationem ſedis re integra, h.d. & ita de iure ciuili habemus textum, qui id probat, *in l.& quia* vbi DD. *ff.de iuriſdi. omn.iud.* Franc. Marc. *deciſ.* 780. *tom. prim.*

Declara tamen, vbi delegatio eſſet facta ſub nomine dignitatis, ad textum *in l.quod principi ff.de leg.2.* quia dignitas nunquam moritur, *cap.ſi gratioſe (ibi quia ſedes ipſa non moritur) de reſcript.in 6.* Franc.Marc.*d. deciſ.* 780. Amat.*deciſ. Rotæ Ferrariæ* 17. vbi latè tractat, ſi Gubernator à papa electus, debeat ſede vacante ad dictum officium recipi, & admitti? & pro affirmatiua opinione deciſum refert coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D.Petro Caraffa Vicelegato Inclitæ Ciuitatis Ferrariæ firmans, quod ſedes Apoſtolica non moritur, & quod iuriſdictio legati non expirat per mortem Papæ, quia legatus de latere habet iuriſdictionem ordinariã, & officiales habentes iuriſdictionem ordinariam non reuocantur morte dominorum, nam proprio iure vtuntur, quod eſt in eis radicatum, & officia iudicum ordinariorum habent in ſe rationem gratiæ.

Sed an deficiente vno ex Auditoribus Rotæ, ceſſet iuriſdictio? declarat idem Amat. *deciſ. eiuſdem Rotæ Ferrariæ* 23. vbi fundamenta pro & contra adducit.

Et diſpenſandi facultas quando cenſeatur conceſſa perſonę, & quando dignitati ad effectum, vt non obſtante morte conceſſionarij poſſit executioni demandari per ſucceſſorem, vide quæ ſcripſit Nouarius in facti cõtingentia, hic ad vtilitatem lectoris repoſita, & ſunt videlicet.

COnſtans eſt Regula, priuilegium perſonale amittere vim ſuam per mortem illius, cui fuit conceſſum, *cap. priuilegium*, & ibi DD. *de Reg. Iur. in 6.* Tiraq. *de Retract. lign.* §. 26. *gloſ.* 1. *num.*60. Xuar. *in l.quoniam in prioribus limit.*11.*dub.*1.*num.*1. *C. de in offic. teſtam.* Azor *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 22. *quæſt.*6. Antonin. *variar.reſolut. lib.* 1. *reſolut.*109.*num.*6.

Ratio eſt, quia priuilegium perſonale eſt conceſſum perſonæ, & cenſetur perſonæ inhærere, ergo corrupta perſona corrumpitur, tum iuxta illud corruptis nobis corrumpuntur ea, quæ ſunt in nobis, tum iuxta illud, Acceſſorium ſequitur naturam principalis.

Reale autem priuilegium non extinguitur morte illius, qui conceſſum fuit, ſequitur enim rem ipſam, & ſucceſſiuè tranſmittitur ad illos, qui rem ipſam acquirunt, ſicuti etiam priuilegium conceſſum dignitati, vel officio tranſmittitur ad illos, qui talem dignitatem, vel officium ſucceſſiuè obtinent, nam officium non extinguitur, & ſucceſſor repræſentat prædeceſſorem, non vt particularem perſonam ſed vt habentem talem dignitatem, vel officium, Suarez vltra alios *de legibus lib.8.cap.*5.

Sed modò occurrit dubitare, quandonam facultas diſpenſandi cenſeatur realis vel perſonalis, ſeu quando

cenſeatur conceſſa perſonæ, vel dignitati, ad effectum, vt non obſtante morte illius, cui fuit conceſſa, valeat per alium executioni demandari.

Pro cuius difficultatis reſolutione ſum voti eſſe diſtinguendum, ſcilicet, vel facultas committitur expreſſo ſolo nomine perſonæ, cui facultas datur, vt ſi dicatur committimus Antonio, vel expreſſo nomine dignitatis vt ſi dicatur Archiepiſcopo Neapolitano, vel eius vicario, vel expreſſo vtroque nomine, Decio Archiepiſcopo Neapolitano.

Quando facultas committitur alicui expreſſo tantum nomine illius, cui facultas committitur, diſpenſandi facultas cenſetur perſonalis, cum conceſſio facta ſub nomine proprio perſonalis iudicetur, ita Anchar. *conſ.* 327. *nu.* 2. Alexand. *conſil.* 86. *nu.* 7. *lib.* 1. Soccin. ſen. *conſi.* 59. *num.* 2. *lib.* 1. Bellon. *conſ.* 20. *num.* 7. Alciat. *reſponſ.* 203. *numer.* 12. Crauetta *conſil.* 929. *numero* 6. Natta *conſ.* 163. *numer.* 7. vbi eo magis id procedere aſſeuerat, quando adiectum fuiſſet pronomen ipſe, vt ſi dictum fuit concedimus ipſi Antonio Archiepiſcopo Neapolitano, antè eum Bald. *in l. apud Iulianum* §. *ſi quis alicui ff. de legat.* .... niſi tamen aliter ex circumſtantiis appareat, & in hoc caſu diſpenſandi facultas extinguitur morte perſonæ, cui conceſſa eſt facultas, & conſequenter priuilegium non tranſmittitur ad ſucceſſorem.

Quando autem committitur facultas expreſſo ſolo nomine dignitatis, tunc talis commiſſio cenſetur conceſſa dignitati, Bald. *conſil.* 159. *libro tertio, conſil.* 929. *numero ſecundo*, & conſequenter non extinguitur morte illius, qui talem diſpenſandi facultatem exequutioni mandandam ſuſceperat, ſed tranſmittitur ad ſucceſſorem in dignitate, ſiue res non ſit integra, ſiue ſit integra, nam dignitas non extinguitur, ſed ſemper manet, quod tamen eſt declarandum procedere, niſi aliud ex circunſtantiis, aut verbis, vel ex ſubiecta materia non colligatur, priuilegium eſſe perſonale, vt verbi gratia ſi Papa in reſcripto Apoſtolico expreſſit tantummodo nomen dignitatis indicans tibi Epiſcopo Macherano committi ob peculiarem ſcientiæ, vel probitatis excellentiam, nam probitas, & ſcientia non afficit immediatè, & propriè ipſammet dignitatem, ſed perſonam, quæ illam ſibi ſuis laboribus, & induſtria comparauit, & conſequenter eius perſonæ induſtria cenſetur electa.

Quando verò facultas alicui committitur expreſſo perſonæ, & dignitatis nomine, tunc illa commiſſio dicitur perſonalis, & conſequenter extinguitur morte illius, cui conceſſa fuerat, ſiue præponatur nomen delegati, ſiue nomen dignitatis, Ratio eſt, tum quia nomen dignitatis contrahitur, & limitatur à nomine perſonæ, tanquam genus à ſpecie, tum etiam quia aliàs nomen perſonæ fruſtra poneretur, ita Couar. *variar. reſolut. lib.* 3. *capit.* 15. *num.* 1. Salas *de legibus diſputatione vigeſima, ſectione* 17. *num.* 124. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 27. *num.* 3. & alij concordantes.

In dubio tamen facies regulam, tales commiſſiones iudicari debere perſonales, & præſumptionem reſpicientem perſonam præualere præſumptioni reſpicienti dignitatem, quia præſumptio ſpecialis præualet generali, Rimin. Iun. *in l. precibus C. de impuber. & aliis ſubſtitut.* Natta *conſ.* 164. *numer.* 8. *libr.* 1. Menoch. alios cumulans *de arbitr. iudic. caſu* 472. *numer.* 14. *lib.* 2. & generi per ſpeciem derogatur, *capit. generi de regul. iur. in* 6. Armendan. *in addit. ad recopil. leg.* Nauar. *numer.* 5. *in proœm.*

in proœm. Tuſc. *concluſ.* 32. *&* 36. *lit.* G. Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæſt.* 15. *numer.* 130. vbi id amplius procedere etiam in legatis.

Ex quo patet commiſſiones per ſe loquendo cenſeri perſonales, niſi aliter colligatur ex verbis, vel ex ſubiecta materia, aut ex circunſtantiis, qualis circunſtantia eſt, ſi conceſſio ſit facta alicui ob eius induſtriam, vt ſupra dictum eſt, vel ſi aliàs cum actio eſſet inutilis, quia tunc non præſumitur perſonalis, ſed realis, ita poſt Sanchez, & Salas *loc. cit.* Guttier. *de matrim. cap.* 125 *numer.* 5. *in fin.* etiam ratio eſt, quia nullus præſumitur velle actum inutilem gerere *l.* 1. *in fin. ff. ad municip. l. vnic. C. de Theſaur. lib.* 10. Actus ſiquidem fruſtratorios lex abhorret *l. hac ſtipulatio ff. vt leg. ſeu fideic. nom. cau.* Surd. *deciſ.* 260. *num* 5. *cum ſeq.* & ideo actum qui gerit in dubio præſumitur magis velle, vt ille valeat, quam pereat; *l. quoties de verb. oblig. l. quoties ff. de reb. dub. l.* 3. *ff. de milit. teſtam.* Alciat. *de præſumpt. regul.* 3. *præſumpt.* 34.

Et hæc dicta ſufficiant in tam arcto tempore, quod conceditur datum Neap. die 28. Iulij 1626.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

Et delegationes, ſiue diſpenſationes à Sede Apoſtolica Vicario epiſcopi conceſſæ, Num à vicario capituli ſede vacante executioni demãdari poſſint? in facto pariter multa coaceruauit idem Author, quæ hic ſimiliter ad vtilitatem lectoris apponere libuit, & ſunt videlicet.

PLuries contingit dubitari, ſi Commiſſiones datæ Officiali Diœceſano, ſiue Vicario Epiſcopi expediri poſſint per Vicarium Capituli mortuo epiſcopo?

Et quidem videtur pro affirmatiua opinione tenendum, nam vicario, ſeu officiali capituli ſede vacante poſſunt de iure dirigi delegationes, & Reſcripta Pontificis, nõ ſecus ac officiali epiſcopi, cum ſit vicarius, ſeu officialis iuriſdictionis epiſcopalis, Gloſ. *in Clem. etſi principalis in verbo epiſcopi*, vbi etiam Imol. *numer.* 20. Cardinal. *numer.* 15. Abb. *ſub num.* 1. *de Reſcript.* Felin. *in cap. eam te numer.* 17. *extra eod. tit.* Cucc. *inſtit. iur. canon. in titulo de vicar. epiſcop. num.* 39. *lib.* 2. Rebuff. *in ſua praxi in tit. de vicariis epiſcoporum num.* 4. Lambert. *de iur. patron. lib.* 2. *part.* 3. *art.* 7. 1. *quæſt. princip num.* 3.

Et iuxta hanc ſententiam in terminis terminantibus tenent Pater Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſput.* 27. *num.* 32. *&* 33. & Salas *de legibus diſp.* 20. *ſect.* 17. *n.* 124. *verſic. ex dictis.*

Verum re maturius conſiderata, Ego arbitror, tales diſpenſationes, ſiue commiſſiones non poſſe per vicarium Capituli expediri, quando in forma commiſſionis, ſeu in Reſcriptis exprimitur Vicarius Epiſcopi, ſiue eius officialis, prout ita obſeruauit Reuerendiſſimus Dominus meus Riccius tempore quo vicariatu capituli ſede vacante gerebat.

Ratio autem eſt, quia Vicarius capitularis ſuccedit epiſcopo in his, quæ illi competunt de iure communi, non autem de iure ſpeciali, puta ex delegatione, DD. *in cap. cum olim extr. de maior. & obed.* Dec. *in cap. quoniam Abbas num.* 15. *extra de offic. deleg.* Roman. *conſ.* 56. vbi Mandoſ. *in addit. nu.* 14. Pauin. *de poteſt. capituli ſede vacante parte prima, quæſt.* 10, vbi quod Vicarius capitularis non ſuccedit in iuriſdictione delegata epiſcopo, Bellamer. *deciſione* 166.

Et confert ſtilus Curiæ, & Cancellariæ, quæ ſede epiſcopali vacante non dirigit literas in forma dignum, nec diſpenſationes, &c. vicario capitulari, quia non confidit de illo, ſed epi-

Digitized by Google

ſcopo viciniori, ſeu eius vicario, vt teſtatur Paul. *in pract. Cancell. in princ. verſi. circa qualitatem perſonarum.*

Sicque in terminis voluerunt Feder. de Sen. *cõſilio trigeſimo*, Theſaur. *fori eccleſ. parte ſecunda, capitulo decimo, numero octauo, verſiculo ſecũdo, & verſiculo quarto.* D.Ricc. *in praxi reſolut. 496. num. ſexto, parte prima, in magnis* & alij recentiores & hæc opinio placuit Rotæ in vna Illerden. penſionis ſiue vnionis 4. Maij 1588. coram Illuſtriſſ. Cardinali Seraphino, cuius hæc ſunt verba.

ITerum cauſa propoſita fuit reſolutum, ſententiam, de qua agitur, fuiſſe nullam, cum enim delegata fuiſſet cauſa à Sede Apoſtolica Officiali, cuius officium expirauerat per obitum Epiſcopi, & à capitulo deputatus fuiſſet alius officialis Sede Vacante, licet ſucceſſoris capituli in locum Epiſcopi reſpectu iuriſdictionis ordinariæ, tamen non ſuccedit reſpectu iuriſdictionis delegatæ Abb. *capitulo cum olim colum. penult. verſ. 5. dubitatur de maiorit. & obedient.* Felyn. *cap. eam te. nu. 17. de reſcript.* Dec. *in capit. quin Abbas numer. 15. de officio delegat.* cum aliis per infirmantes allegatis quòd eo minimè in caſu iſto procedit cum ageretur de re, in qua capitulum habebat intereſſe, & ideo non erat conueniens, vt fungeretur vice Iudicis, & partis, Bart. *in l. qui iuriſdictioni de iuriſdictione omnium iudicum*, & ſtilus Cancellariæ eſt, vt deputentur executores literarum Apoſtolicarum officiales epiſcoporum, non autem capitulorum, & iſti officiales non inſcribuntur officiales epiſcopi Illerden. vel Archiepiſcopi Toletani, ſed ſimpliciter officiales Illerden. Toleranus, & ſic de ſingulis: non obſtat quod dicitur de prorogatione, tum quia non potuit prorogari cum ageretur de alienatione rei Eccleſiæ ad notata per Beroium *conſ. 22. numer. 46. lib. 2.* tum quia reſpectu delegatæ iuriſdictionis non poterat fieri prorogatio *c. P. & G. in fine de officio delegat.* Felyn. *in capit. cum olim. el primo in princip. eod. tit.* Soccin. *in capit. ſignificaſti num. 21. de foro competent.* ſed & omnem tollit difficultatem in pronunciando reſtrinxit ſe, & tulit ſententiam vti executor Apoſtolicus: non obſtat quod dicitur deputatum fuiſſe à nuncio, quia non eſt verum in facto, ſed nuncius, qui prius inhibuerat reuocando inhibitionem, reliquit totum negotium in eo ſtatu, in quo erat ab initio, & ita alias fuit deciſum in vna Papien. coram Illuſtriſſimo Lancellott. de anno 1579.

Et denuò iuxta eandem pariter ſententiam fuit reſolutum ab eadem Rota in vna Abulen. Beneficij Mombeltran. coram Litta de Anno 1596. vt ex ſequentibus deciſionibus apparet.

Abulen. Beneficij 26. Iunij 1596.

DOmini reſoluerunt gratiam Aluari eſſe verificatam, nam de clericatu conſtat ex depoſitione 7. teſtis ſuper 4. dum dicit, quod de tempore reſignationis erat clericus, & preſbyter, & ſic per conſequens non poteſt dubitari de eius idoneitate quoad effectum obtinendi beneficium ſimplex quale eſt, de quo agitur, ad gloſ. *in verb. reputamus in clem. 1. de conceſſ. praebend.* & notat. per Doct. *in cap. cum in cunctis § inferior de electione*, maximè cũ ex depoſitione 1. ſuper 11. cõſtat, quod de eo tempore Aluarus erat lector, & fuerat approbatus ad curam animarum, quod autem Beneficium, de quo agitur, non requirat reſidentiam, vltra quod id iuſtificari non debet ſtante Ægydij *deciſ. 675.* & Rot. *diuerſor. deciſ. 17. part. 1.* concludenter probatur ex confeſſione, de qua in precibus Ferdinandi *l. cum te C. de tranſact.* Rota *deciſ. 44. de teſti-*

de teſtibus in antiquis. valor huius beneficij expreſſus iuſtificatur ex deciſion. factis ad fauorem Ferdinandi ex depoſitione 1.teſt.ſuper 50. qui optimam rationem ſuæ depoſitionis reddit, & rationem deponit de publica voce, & fama, maximè cum pro iuſtificatione gratiæ ſufficiat ſemiplena probatio, Mohed: *deciſ.21.num.3.de renunciat*. Verall.*deciſ.233.part.* 1. fuit dictum in illa Mediolanen.Beneficij 11. Decemb. de anno præterito coram R.P.D.meo Orano, & in pluribus alijs cauſis, quod autem Carolo reſignanti vnà cum penſione eidem reſeruata 120.ducatorum remanſerit vnde commodè viuere poteſt, ſatis ex eo probari exiſtimarunt Domini, quod coniuncta depoſitione 1.teſtis iuxta 11. & ſuper 3.art.6. teſtis iuxta 10.& ſuper 7.art.& 7.teſtis iuxta 2.& ſuper 3.art. cum mandato procuræ per eum dato ad reſignandum conſtat eidem remanſiſſe redditus ſcutorum 500. vltra redditus patrimonij, quibus mediantibus non eſt dubium, quod quis commodè viuere poteſt, vt ipſi teſtes dicunt, & experientia docet, quæ rerum magiſtra eſt *l. 3. C. vt in poſſeſſ. eatur, & cap. quam ſit de elect. in 6.* illud ſolum mihi difficultatem facit, & non modicam, quod non exhibetur prouiſio ipſius Aluari, de cuius iuſtificatione agitur, ſed ſolum mandatum de prouidendo in forma dignũ, quod non eſt collatio, ſeu prouiſio, Caſſad. *deciſ.1.num.6.lite pendent.* & tenuit Rota in illa Salamantina portionis 23. Iunij 1586. coram bonæ memoriæ Bubalo; vnde quemadmodum de potentia ad actum inferri non poteſt, ita nec de mandato prædicto ad executionem ipſius mandati, quæ vti in facto conſiſtens non præſumitur, *l.in bello §. factæ ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. l. aſſeueratio C.de non num.pecun.ca.cum in iure de offic. leg.* & licèt Domini dixerint, quod ex quo Aluarus ab executore fuit inductus in poſſeſſionem dicti Beneficij, fruſtra quæritur de collatione, cum talis inductio propriam vim collationis habeat, vt poſt Io. Andr. Compoſtellanum & alios *in cap. tranſmiſſa de elect.* Rot. *deciſ. 16. de conceſ. prabend. in nouis*, quæ etiam præſumitur facta ſeruatis ſeruandis, ſtante quod agitur de executione gratiæ abſque contradictore, Put.*deciſ.144.li.2.* adhuc animus meus non acquieſcit, ex quo primus teſtis, qui ſolum deponit de poſſeſſione Aluari, non dicit fuiſſe in ea immiſſum ab executore dicti mandati de prouidendo, quo caſu intraret reſponſio dominorum, ſed ſolum dicit, quod vidit de menſe Auguſti 1590. publicare reſignationem, & accipere poſſeſſionem, vnde cum potuiſſet dictam poſſeſſionem propria authoritate apprehendere, vt ex parte Ferdinandi prætenditur, vel de manu alterius, quam executoris deputati in dicto mandato de prouidendo, accipere non poteſt, propterea concludi Aluarum in ea fuiſſe immiſſum ab ipſo exequutore deputato ad effectum, de quo agitur, ad textum *in cap. in preſentia de probat. & l. non hoc C. vnde cognat. cum vulg.* & ideo bonum eſſe exiſtimo ſuperſedere in expeditione huius cauſæ, & iterum partes ſuper hoc audire, cum melius ſit peccare in tempore, quam in iure.

In eadem 13.Iunij 1597. coram Eodem.

DOmini reſoluerunt gratiam Aluari non eſſe iuſtificatam, quoad collationem, nam ad effectum, vt inductio in poſſeſſione Beneficij vim Collationis habeat, requiritur, quod fiat ab eo, ſeu de mãdato illius, qui habet authoritatem conferendi, Rota *deciſ.16.num.2.de conceſſione prabend. in*

nonis, Oldrad. *conſ.*143. Rebuff. *de pacific. poſſeſſor. numer.* 21. & ratio eſt in promptu, quia tunc bene intrat illud vulgare dictum, qui vult conſequens velle videtur omne antecedens neceſſarium ad illud, *l. ad rem mobilem ff. de procurator.* cum aliis per Abb. *conſil.* 76. *num.* 3. *part.* 2. quod quidem intrare nõ poteſt, vbi is, qui tradit poſſeſſionem Beneficij non habet poteſtatem conferendi, ſtante quod pro validitate cuiuſque actus duo copulatiuè requiruntur, voluntas ſcilicet, & poteſtas, vt omnibus notum eſt, vnde cum hoc caſu non conſtet Aluarum fuiſſe immiſſum in poſſeſſionem beneficij, de quo agitur ab eo cui directæ erant literæ Aluari in forma dignum, & ſic habente poteſtatem conferendi rem de illius mandato, & ad illud, quod Notarius dicat Aluarum induxiſſe in poſſeſſionem vigore prouiſionis eidem factæ, fuit reſponſum non conſtare de ipſa prouiſione, ſeu collatione à delegato facta, Ægid. *deciſ.* 248. nec circa eam atteſtationi Notarij ſtandum eſſe cum Notario non ſit credendum, niſi de actionibus coram teſtibus geſtis, Puteus *deciſ.* 5. *num.* 1. *lib.* 3. & prout in terminis tenuit Rota in illa Foroliuien. Beneficij 30. Octobr. 1592. coram R. P. Domino Penia, vltra quod, vbi etiam conſtaret de ipſa prouiſione, illa vti facta non ab Epiſcopo, nec ab officiali illius, qui tunc temporis talis eſſe defierat per mortem Epiſcopi, de qua deponunt teſtes Ferdinandi, *Clem. final. de procurat.* Pauin. *de officio capituli ſede vacante part.* 2. *quaeſt.* 10. *colum.* 5. *in princip.* ſed ab officiali Capituli nulla omninò eſſet, cum talis executio ſpecialiter delegata per Papam epiſcopo, & officiali illius, ſede vacante non tranſeat in capitulum, Ægid. *deciſ.* 166. Rot. *deciſ.* 6. *de officio delegat. in antiquis*, Felyn. *in c. eam te verſ. in mandato numer.* 17. *de reſcript.* cum aliis allegatis per informantes, & ad illud, quod officialis Capituli Sede Vacante ſit verè officialis, & quod ei dirigi poſſunt delegationes ſimiles, non ſecus ac dirigantur Epiſcopo, & eius officiali, ſede ipſa non vacante, ad gloſ. *in clem. & ſi principales in verbo epiſcopi*, vbi Imol. *num.* 20. *de reſcript.* cum aliis licèt per informantes pro Aluaro de datis, fuit reſponſum id idem poſſe fieri, ſed non fuiſſe factum cum attenta data literarum in forma dignum, quæ omninò attendi debet *cap. eam te de reſcript.* vbi gloſ. *in verb. datam*, apertè conſtat directas fuiſſe officiali Epiſcopi, & non capituli, de quo tunc probabiliter cogitari non potuit, cum adhuc ille in rerum naturam non eſſet, & mors futura epiſcopi reſpectu temporis non eſſet certa officialibus Papæ qui dictas literas in forma dignum certis perſonis, non incertis dirigunt exequendas, vltra quod per datariam, & Cancellariam executiones huiuſmodi literarum in forma dignum non ſolent Sede Vacante delegari officiali Capituli, ſed epiſcopo viciniori, vel eius Vicario, vt bene deponunt Teſtes, de quibus in ſummario Ferdinandi; an autem hodie dicta gratia de conferendo in forma dignũ demandari poſſit executioni per Rotam iuxta clem. *auditor. de reſcript.* particulariter videre volunt Domini conferentes deciſionem huius articuli ab eo pendere, an beneficium hoc vacauerit per reſignationem, & non per obitum ipſius reſignantis.

Nec hanc tuendo opinionem, quã vt vides amplexa fuit Rota Romana, cuius ſolius Authoritas ſufficere debet, in quam obſtant ea, quæ ſuperius adducta fuerunt ſupra in contrarium, quia licèt gloſ. *in d. clem. & ſi principalis*, dicat Vicarium capitularem eſſe Vicariũ epiſcopalis iuriſdictionis, tamen intelli-

intelligitur, quod ſit Vicarius illius iuriſdictionis, quæ eſt in capitulo, in quantum repræſentat epiſcopum, non autem totius epiſcopalis iuriſdictionis, quæ non tranſit in capitulum, vt declarat Felin. *in cap. eam te num. 17. extra de Reſcript.* poſt Cardin. *in clem. 2. n. 15. eod. tit.*

Et poteſt eſſe iſte Vicarius epiſcopalis iuriſdictionis, cum gerat vicem capituli ſucceſſoris epiſcopi, non autem Vicarius epiſcopi, quia vacante ſede epiſcopali remanet epiſcopalis iuriſdictio ipſi capitulo, & apud textum *in ca. vnic. Ibi ad quem iuriſdictio epiſcopalis, de maior. & obed. in 6.* & ex Concil. Trid. *d. cap. 16. ſeſſ. 24.*

Neque ſumi poteſt argumentum à nomine deriuato ab epiſcopo, quia, vt videmus, datur epiſcopalis iuriſdictio ſede epiſcopali vacante, & ſic epiſcopo non extante, *d ca. vnic. & d. c. 16. Concilij.*

Neque tandem poſſumus aliquem habere reſpectum ad epiſcopum, qui non extat, cum non entis nullæ ſint partes, *l. 2. ff. de vſufructu l. eius qui in prouincia verſic. quoniam ff. ſi cert. pet. l. Pomponius §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 1. ff. de acqu. hæred. cap. bona de elect.* vnde ens magis imprimitur in hominum memoria, quam non ens.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2590.
Super Regul. de Familiaribus Cardinalium.

¶ *Beneficiorum familiarium collatio ad Cardinales pertinet.*

DIſponit hęc Regula, quod Beneficia Familiarium Illuſtriſſimorum Cardinalium, debent conferri per eoſdem Illuſtriſſimos, vel de eorum conſenſu.

Amplia hanc regulam procedere, & locum habere non ſolum in reſeruatione de beneficio vacaturo, ſed etiam de vacante, Gomeſ. *deciſ. 46.*

Amplia ſecundò habere locum etiam in gratia motu proprio, Idem Gometius *deciſ. 47.*

Eandem Regulam ſic firmatam, & ampliatam limita, non procedere niſi ſubſequatur pœna, & concludens probatio familiaritatis, Veral. *dec. 137. par. 1.* Rota *diuerſ. deciſ. 584. part. 1. in recent.*

Quam limitationem ſublimita, vbi ageretur ad effectum iuſtificationis tantum, quia tunc ſufficerent leuiores probationes Rota *deciſ. 645. part. 1. in recent. deciſ. 646. part. 2. in recent.* & aliàs fuit dictum in vna Hydruntina Cappellaniæ 2. Decembris 1619. coram R.P.D. Caualerio, & iterum 6. Aprilis 1617. coram R.P.D. Vbaldo.

Prout etiam idem eſſet ad effectum, vt literæ gratis expedirentur Ludouiſius *deciſ. 166.*

Et licèt ad effectum reſeruationis requiratur plena probatio, nihilominus non requiritur adeo ſcripta, quin plenè, & concludens dicatur illa, quæ occurrit ſecundum caſus contingentiam, vt fuit dictum à Rota in vna Hiſpalen. Archidiaconatus 20. Februarij 1606. coram R.P.D. Iuſto, & in Aueníonen. Archidiaconatus. 9. Iunij coram R.P.D. Buratto, & quę deſumitur ex pluribus concludentibus, & ſimul iunctis Puteus *deciſ. 134. lib. 3.* vide pariter *deciſ. Curiæ noſtræ Archiepiſcopal. 215. part. 4.* vbi plenè tractamus ſi Regula hæc Cancellariæ reſeruans beneficia familiarium Cardinalium exigat certum ſeruitium in domo Cardinalis, vt quis dicatur familiaris, & an familiaritas iſta debeat concludenter probari?

COLLECT. 2591.
Super Doctrina Bal. in cap. quanto de Iudic.

Digitized by Google

¶ Iuriſdictione conceſſa merum, & mixtum imperium, an contineatur?

BAld. hic *num.* 7. firmat concluſionem, quod conceſſa omni iuriſdictione, merum, & mixtum Imperiũ minimè continetur, quia vniuerſale illud (omni) non prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, ſed de pluribus differentibus numero.

Tu autem in materia notare non deſinas, quod merum & mixtum Imperium inter regalia refertur, & ideò ſine ſpeciali titulo poſſideri non poteſt, *l. 1. §. fin. ff. de offic. eius*, Afflict. *deciſ.* 122. quod tamen non procedit hodie, vt conſtat ex dictis ibidem per Vrſill. & vide de Ponte *deciſ.* 2.

Item nota, quod ſi Baro vendat feudum cum omnibus eius iuribus, merũ & mixtum Imperium non cenſetur venditum, Monte. *dec. Rot. Arag.* 35. ſed territorio cum iuriſdictione, vel cum omnimoda iuriſdictione conceſſo, merum & mixtum Imperium conceſſum videtur, de Ponte *d. deciſ.* 2.

Item, quod Imperium cohæret territorio. *l. 1. §. cum vrbem & l. fin. ff. de offic. præfect. vrb.* Rubin. *deciſ.* 71. vbi declarat ſub nomine vniuerſali, non autem particulari cohærere,

An autem merum Imperium veniat in conceſſione Terrarum per verba generalia? negatiuè deciſum refert Mormili *in conſt. Regni ea quæ ad decus in prin.*

Sed quid ſit merum Imperium, & quid ſit mixtum Imperium, & alia ad materiam deciſa habes apud Nouar. *in pragm. Regni 7. ſub Rubrica de Baronibus.*

COLLECT. 2592.
Super l. 1. ff. de Senatoribus.

¶ Teſtimonium maſculorum quando mulierum teſtimonio præferatur?

MAior dignitas eſt in ſexu virili, quam in fœminino, hoc dicit. Vnde maſculorum teſtimonium præferendum eſſet dicto fœminarum paritate data reſpectu eiuſdem numeri maſculorum, & mulierum, argumento *cap. forus de verb. ſignific.* tenet Rubin. *deciſ.* 73. vbi quod in multis iuris articulis deterior eſt conditio fœminarũ, quam maſculorum ad text. *in l. multis ff. de ſtat. ho.* & ita Mon. *conſ. dec.* 111. *vol.* 1.

Verum in noſtra Curia Archiepiſcopali perſæpe practicauimus hanc concluſionem non procedere quoties mulierum teſtificationes tenderent ad reorum defenſionem.

Et his adde, quod clericorum, & ſacerdotum teſtificatio præfertur depoſitioni hominum laicorum, ita quod in numero æquali præfertur teſtimonium clerici, Barz. *deciſ. Bonon.* 29. & *deciſ.* 30. Cauale. *deciſ.* 46. *part.* 1. cum eadem tamen declaratione, quam appoſuimus ſupra, vt non procedat, ſi laici deponerent ad fauorem rei, & clerici contra, quia tunc laycorum dictum præferretur, & ratio eſt, nam teſtes pro reo deponentes præferri debent, data illorum paritate, magis quã pro actore, Monald. *conſ. deciſiuo* 11. *col.* 1. vnde videmus quod teſtes deponentes de bona fama alicuius præferuntur aliis loquentibus de mala fama, prout teſtes deponentes de bonitate alicuius aliis præponuntur.

COLLECT. 2593.
Super cap. vt noſtrum de appellationibus.

¶ Auocatio cauſarum quid operetur? & quomodo fiat?

MAteria auocationis cauſarum hic ſedet, propterea de illa verba faciemus. Nota igitur quòd auocatione cauſæ facta, non poteſt ille inferior, cui eſt facta auocatio ad vlteriora procedere, & procedendo ſunt acta omnia nulla, quia per auocationem ſuperioris, ſtatim illius iuriſdictio eſt impedita, & ſuſpenſa, & id operatur

plus

plus auocatio, quam appellatio, *cap. paſtoralis de offic. deleg.* Cappell.Tholoſ. *deciſ.* 480. Petr.Benintend.*deciſ. Bonon.* 41.*ſub num.*1.

Et adeo operatur auocatio, vt iudex ipſius cauſæ nec de conſenſu partium poſſit in cauſa procedere, & ſic operatur pluſquam appellatio, quia per appellationem præambuli actus executio non impeditur, *cap.conſtitutus de appella.* ſed per auocationem executio, & omnia impediuntur.

Plus etiam operatur, quam relatio, nam pendente relatione poteſt de partium conſenſu coram inferiore procedi, *l.ad principem ff.de appellat.* pendente verò auocatione, etiam de conſenſu partium inferior iudex procedere nequit, vt argumento *cap. bona il* 2. *§.nocebat de poſtul. prel.* & ideo quod quomodocumque cauſa ſit coram Principe deducta, non poſſit inferior etiam de partium conſenſu amplius ſe intromittere, tenuit Rota *in nouis deciſ.* 76. & ſequuti ſunt Magon. *deciſ. Florent.*90.*num.*8. Auffer.ad Capell.Tholoſ.*deciſ.*480.

Quod tamen declarandum eſt procedere inter ipſos, qui inſimul litigabant, vt auocatio ipſa inferiorem illum iudicem impediat non autem quoad alium tertium comparentem, & vocantem aliquem ex litigantibus, quia proceſſus factus valeret, vt concludit Rota *in nouis d. deciſ.* 76. & Stephan. Auffer.*in d. deciſ. Capellæ Tholoſ.*480.

Secundò Nota quod Papa Imperator, Reges ac principes, & Reſpublicæ habentes ſupremam poteſtatem, & ſuperioritatem, poſſunt cauſam ad ſe, ſiue eorum maius conſilium auocare, non autem alij inferiores, *l. non aliter C.de Palat.Sacr lib.*12.tex. vbi glo. *in dicto c.vt noſtrum, de appell. & cap. licet de off deleg.* Guid.Pap. *deciſ.* 440. Boer. *deciſ.*79 *ſub num.*7.8.*&* 9. Ideo autem ratio aſſignatur quare per auocationem inferioris iuriſdictio eſt ſuſpenſa, quia id quod principi placet legis habet vigorem, *§.ſed et quod principi inſt. de iur.nat.gent.& ciuil.* & ipſe totius iuriſdictionis fons eſt, & origo & iuriſdictio ab ipſo immediatè, vel mediatè dependet, *l & quia ff. de iuriſdictio. om. iud.* Franch. Marc. *deciſ* 278. *numer.* 3. *volum.*1. & quemadmodum poteſt ad ſui libitum quemlibet iudicem, ac ſuum Vicarium auocare, ita & facilius, ac tanto magis cauſam in alio iudicio inferiori pendentem poterit auocare argumento *d.c.vt noſtrum ibi, ad noſtrum iudicium reuocamus.*

Hinc eſt quod ſuprema Tribunalia huius ciuitatis præſertim M.C.Vicariæ cum quodam iuſta temperamento Dominorum, & Baronum totius regni ſub ditis officialibus, & magiſtratibus præcipiunt, vt intra breues dies cauſa in limine expeditionis exiſtente, illam expediant ſub pœna auocationis illius, Viuius *deciſ.*108 *n.*5.

Quod tamen declara quod auocatio prædicta non poſſet fieri Baronibus, & officialibus eorum per ſuperiores Regios quando habent iuriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum argument. *cap. irrefragabili. §.exceſſus de off ordin.*

Secundò declara talem auocationem permitti, dum tamen cauſa ſit inſtructa, & in limine expeditionis, ex eodem Viuio *d.deciſ.*108.

Tertiò quod Pontifex, vel quilibet ſupremus Princeps auocationes cauſarum non cenſetur facere, niſi expreſsè appareat id voluiſſe de eius certa ſcientia, Ægid. Bella. *dec.*419.*n.*1.*&* 2.

Quartò Nota quod per appoſitionem manus Papæ, alij omnes ordinarij ceſſabunt, Ioan.Pappon. *arreſt.Curiæ lib.*2.*tit.*8.*arreſt.*15.Franc.Marc.*deciſ. Delphin.*138.*num.*1.*volu*... Puteus *deciſ.*

180.*in fin.lib.3.* Borgnin. Caualc. *deciſ.* 45.*num.*79.*part.*1. Mohedan.*deciſ.*129. *de preb.* & ſic fit etiam tacitè auocatio quando ſuperior apponit manum cognoſcendo cauſam, argumento *cap.licet de off.deleg.* Aufrer.ad Capell. Thol. *in dicta deciſ.* 480. & eodem modo quando cauſam coram aliquo pendentem ſcienter alteri delegat, *cap. ceterum de reſcr. cap.ſanè de off.deleg.* Rot. *in antiq.*9.*deciſ.*513.*& in nouiſ. deciſ.* 67. Auocata etiam cenſetur cauſa commiſſa vni Auditori ob appellationem ſi petatur committi alteri, & ſignata fuerit Audiat talis, per quam commiſſionem cenſetur auocata à primo iudice, Rota *in antiq.deciſ.*513.& per eandem Rotam *in nouis deciſ.*67.

Quinò Nota quod inter alias iuſtas cauſas auocationis cauſæ ea enumeratur ſcilicet negligentia,& tarditas in expeditione cauſæ inſtructæ, Gramat.*deciſ.*28. Viuius *deciſ.*208.*ſub num.* 5. & non ſolum ex negligentia ſimpliciter, verum tanto magis ex negligentia doloſa, & ex dolo euidenti; iuſta enim cauſa eſt eximendi ſubditum à iuriſdictione Domini, quando Dominus illum grauat iniuſtè, Boer.*deciſ.*34.*num.*7. ſicuti feudis priuari poſſunt Domini malè tractantes ſubditos, Afflict. *deciſ.*265.*numer.* 72. Boer.*deciſ.*211.*n.*11.

Quod autem ſupradictum eſt, quod acta non valent ab inferiore iudice auocatione facta, declaratur quod tam Legatus de latere, quam Vicarius Epiſcopi antequam notitiam habeat auocationis, & reuocationis, procedere poſſunt in cauſa, & acta ab illis facta valent. Boer.*dec.*347.*n.*12.13. & benè per Franc.Marc.*deciſ.*977.*vol.*1.

An autem poſſit iudex, à quo facta eſt auocatio, procedere, ſi pars, quæ impetrauit, reſcripto auocationis vti nolit, & valere acta voluit Aufrer.ad Cappella Tholoſ.*deciſ.*40.& ſequitur Franc.Milanenſ.*in dec. Sicil.*4.*n.*11.*lib.*1. Quod dicit procedere Hieron.Mago. *in dec.Florent.*90.re integra, & non ſequuta intimatione, vt *ibidem n.*8. *&* 9. vide Petr.Beniutend.*in deciſ.Bonon.*41. *per totam.*

COLLECT. 2594.

Super l.cum pater §.pater filiæ ff. de leg. 2.

¶ *Paraphernalium, & dotis cauſa à pari procedunt.*

SIcuti pater filię in cauſam dotis donarè poteſt, ita etiam in cauſam paraphernalium, inferens, quod de ipſis iudicatur idem quod de dote, quia paraphernalia ſunt appendicia dotis.

Hinc infertur, quod paraphernalium bonorum, & dotalium idem eſt iudicium, Surd.*deciſ.*192.

Prout pariter ſtatutum vigens in materia dotis habebit locum, & procedet in materia rerum paraphernalium, tanquam vt dixi appendicia ad dotem, Rubin.*deciſ.*67.

Et hinc tandem inferri poſſet, quod extraneus fideiubens pro certa quantitate ex cauſa dotis, cenſetur etiam obligatus ad apparatus dotales, circa quē articulum, cum aſpexerim diſcurſum editum à Nouario in facti contingentia, placuit hic illam inſerere, & eſt tenoris ſequentis, videlicet.

PEtrus, & Paulus fratres de Accuriis cognoſcentes ſe debitores Antonij Tamburini in ſumma aureorum quadringentorũ occaſione dotis Zofię filiæ dicti Petri ſponſæ, & futuræ vxoris præfati Antonij, ſe & eorum bona inſolidũ obligantes promiſerunt ſcuta prædicta ſoluere ſponſis, & futuris cõiugibus ſupradictis intra quadrienniũ in dotem, & pro dote ipſius Zofiæ. Lapſo

pſo quadriennio, & non facta integra ſolutione Antonius mouit iudicium contra Paulum inſolidum obligatum pro aureis centum, quę ſoluenda ſupererant, nec non & pro apparatibus, qui talem dotem decerent inſpecta conſuetudine regionis. D. Iudex in vtroq; capite contra Paulum pronunciauit, relaxando aduerſus eum executionem inſtrumenti tam pro aureis centum, quam pro apparatibus decentibus.

Cuius quidem ſententia confirmanda videbatur illa potiſſimum ratione, quòd & ſi Paulus obligationi prædictæ tanquam fideiuſſor acceſſiſſet, nihilominus etiam ſe in ſolidum obligauit cum ipſo Petro, cuius proprium onus erat dotandi filiam, ita vt alienam obligationem magis ſuam feciſſe, & in ſe tranſtuliſſe, quam eidem acceſſiſſe intelligatur, vt inquit Tex. *in l. vir vxori in princ. ff. ad Velleian.* & ponderat Natta *conſ.* 261. *num.* 3. quamuis enim reſpectu Petri fideiuſſor dici poſſit, tamen quod attinet ad Tamburinũ creditorem magis reus debendi cenſeri debet ex traditis per Bart. *& l. reos n. 1. verſic. ſi ergo quaritur ff. de duob. reis*, vbi etiam Ronchegall. poſt glo. *in d. l. vir vxori §. fin.* & in terminis tradit Crau. *conſ.* 77. *ſub num.* 3. & hoc videtur indubitatum in caſu propoſito, cum ambo ſe in ſolidum obligarint in eodem inſtrumento, ita vt vnius obligationis funiculus eos pariter conſtrinxerit, vt ponderat Cyn. *in authentica praſente C. de fideiuſſ.* Iaſon. *conſ.* 58. *col.* 1. *verſic. non obſtat. lib.* 3. Decian. *reſpon.* 72. *num.* 6. *lib.* 2. Si igitur obligationem Petri ſuam facere voluit, profecto ſequi videtur, vt etiam agnouiſſe intelligatur onus apparatuum, ad quos Petrus tenebatur, quidquid forte dici poſſet, ſi tanquam fideiuſſor ſimpliciter alienæ obligationi acceſſiſſet, tum etiam quia obligando ſe pro dote Zofiæ videtur ad acceſſoria, ſiue appendices neceſſarias ipſius dotis pariter ſe obligaſſe quemadmodum & pater obligatus intelligeretur, ſi dotem filiæ ſimpliciter promiſiſſet etiam nulla facta apparatuum mentione, nec enim videtur dubitãdum, quin apparatus nuptiales ſint acceſſorium quoddam veluti neceſſarium ad ipſam dotem ſaltem ex conſuetudine generali, ita vt ſine dedecore vix prætermitti poſſint, Alex. *conſ.* 36. *n.* 5. *lib.* 6. Bero. *conſ.* 134. *n.* 19. *lib.* 2. concludens ex communi omnium ſententia eos æquè deberi filiæ ſicut dotem, Gabriell. *conſ.* 111. *num.* 5. 6. *conſ.* 153. *n.* 2. *lib.* 2. ita vt in multis gaudeant priuilegio dotis, nam bona ſubiecta fideicõmiſſo æquè ex cauſa apparatuũ, ſicut ex cauſa dotis alienari poſſunt ad tradita per Salic. *in authentica res quæ n.* 9. *verſ. ſed attende.* & ibidem Curt. Iun. *n.* 37. *Cod. communia de legat.* Gabriell. *d. conſ.* 111. *num.* 4. 5. *d. conſ.* 153. *fere per totũ lib.* 2. ſic etiam videmus apparatus æquè vt dotem filiæ per patrem donari poſſe, Caſtr. *l. cum pater § pater filia. n.* 3. *ff. de leg.* 2. Alex. *conſ.* 27. *ad finem lib.* 5. pariter in legitimam æquè vt dos imputantur, Picus *l. in quartam n.* 61. *ff. ad l. Falcid.* Caſtr. *conſ.* 96. *n.* 2. *lib.* 2. Alexa. *d. conſ.* 27. *n.* 10. *lib.* 4. motus ea ratione, quòd huiuſmodi apparatus ſint acceſſoria dotis, idcirco de ipſis perinde ac de dote ſtatuendum eſſe, imò vero partem dotis eoſdem appellat Caſtre. *d. §. pater filia*; quia pater tanto maiorẽ dotem præſtitiſſet, ſi non dediſſet apparatus argum. *l. fundi partem ff. de contrah. empt.* Cum itaque Paulus ſe obligauerit in ſolidum pro dote neptis, cõſequens eſſe videtur, vt etiã pro apparatibus, qui ſunt acceſſorij ad dotẽ, & ſine dedecore patris, imò verò etiam patrui prætermitti non poterant, ſe obligaſſe intelligatur, argumẽto eorũ, quæ tradit Alex. *d. conſ.* 36. *ſub numer.* 5.

Digitized by Google

Ego tamen in cauſa appellationis, quæ mihi commiſſa fuit decidenda, ſententiam prædictam reformandam cenſui, declarando executionem contra Paulum reſpectu aureorum centum iure conceſſam fuiſſe: quo verò ad apparatus denegari debuiſſe, & ab eorum præſtatione Paulum abſoluendum. Cur hoc tam variè ſtatuerim vnica ratio effecit, nam ideo putaui Paulum tanquam in ſolidum obligatum condemnari debuiſſe ad ſolutionem ſcutorum centum, quia de expreſſa ipſius obligatione conſtaret, quod attinet ad ſcuta quadringenta per publicum inſtrumentum ſolemne, id vero inducit probationem claram, & euidentem, Tiraquell. *de retractu lignag.* §.1.*gloſ.*2.*num.*20. nam ſiue reus debendi fuiſſe dicatur ſoluere debuit iuxta promiſſa adueniente die, *l. cedere diem ff de verb. ſignific.* ſiue magis pro fratre interceſſiſſe pariter adueniente die ſoluere debuit, quaſi verò id in mandatis haberet à Petro debitore principali, *l. ſi indebitam pecuniam ff. de condict. indeb.* Pariſ. *conſ.* 104. *numer.* 4.5. *lib.*3. nec enim dubitabile viſum fuit, quin recta conueniri potuerit etiam non excuſſo principali, ex quo ſe cum eo inſolidum obligauit ad trad. per Bart. *in l. ſi quis pro eo. num.*15. *verſ.*8. *prohibetur ff. de fideiuſſor.* quaſi vero quo ad hunc effectum, vt recta contra eum agi poſſet per creditorem rei potius quam fideiuſſoris loco ſit habendus, Ruin. *conſ.*140. *num.*8 *lib.*1. Crauett. *d. conſ.*77. *num.*3. maximè verò accedente etiam iuramento huic promiſſioni tam amplæ, Bart. *loco proximè citato* Bald. *c. ex reſcripto verſic. item nota hic extra de iureiur.* tanto magis adhuc cum vnico inſtrumento, & eodem inſtanti vtriuſque obligatio concepta fuerit ex traditis per Iaſ. *d. conſ.*58. per Decian. *d. conſ.*62. *n.*6.

Rurſus exiſtimaui debuiſſe Paulum abſolui à petita apparatuum præſtatione, cum ex lectura eiuſdem inſtrumenti, cui Antonius innitebatur apparere viderem nullam ab eo reſpectu apparatuum ſuſceptam fuiſſe obligationem, ſic enim huiuſmodi negatiuæ probari ſolent per inſpectionem ſcilicet & rimationem ſcripturarum ad tradita per Bart. *in l. vltima C. de reb. cred. in l. Titia textores* 2. *notab. ff. de leg.* 2. Dec. *conſ.*424. *num.*19. 483. *num.*5. 551. *num.*8. Herculan. *in tractat. negatiua num.*176. *verſic. nonus modus probandi negatiuam.*

Illud enim pro conſtanti ſuppoſui Paulum, quamuis inſolidum obligatus appareat, non ideo tamen minus fideiuſſoris loco habendum eſſe, cum onus dotandi Peregrinam ad Petrum tantummodo pertineret, cui pro munere paterno incumberet neceſſitas dotandi filiam. *l fin.* vbi Bald. *C. de dotis promiſſ l. obligamur* §. *lege* vbi gloſſ. *ff. de act. & obligat. l. qui liberis ff. de ritu nupt.* illa enim adiectio quod inſolidũ teneri vellet ad eum effectum facta intelligitur vt ipſe quamuis verè fideiuſſor eſſet, recta tamen conueniri poſſit non excuſſo principali arbitrio creditoris ad trad. per Bal. *in authentica hoc amplius num.*21. quem refert, & ſequitur Alex. *conſ.*66. *num.*6. *lib.*4. cõcludens, quando duo ſunt pariter obligabiles, vtrumque cenſeri principalem, niſi negotium de quo agitur ad alterum tantum pertineat, vel niſi cõtraharat ſuper re vnius tantum, vel niſi ad vnum dumtaxat res peruenerit, & habetur etiam per Caſtrenſ. & Fulgoſ. *in d. l. vir vxori* §. *fin. ff. ad Velleian* per Aret. *conſ.*33. *ſub num* 2. Natt. *conſil.*51. *num.*8. Ruin. *d. conſ.*140. *num.* 8. *libr.*1. Ceph. *conſ.*120. *num.*17. *lib* 2. & in terminis certæ quantitatis promiſſæ nomine dotis per duos, quorum vnus tantum dotare tenebatur, quòd alter,

ad quem

ad quem negotium non ſpectabat, quamuis inſolidum teneri voluerit, vt fideiuſſor obligatus intelligatur, tradit in puncto Corn. *conſil.* 124. *litera* C. *libr.* 1. *conſ.* 316. *litera* B. *lib.* 4. loquens de patre, & patruo dotem in ſolidum promittentibus, Crauet. *d. conſ.* 77. *ſub num.* 3. loquens de patre, & matre pro dote filiæ ſe obligantibus, prout etiam loquitur Bal. *Nouell. de dote part.* 6. *priuil.* 3. quia verò fideiuſſio etiam ſi fiat cum iſta adiectione obligationis in ſolidū, non niſi ſtipulatione contrahitur, *l. blanditus C. de fideiuſſor. l. ſtipulationum alia. §. ſatis acceptio ff. de verb. obliga.* idcirco ſtrictè intelligi debet, cum contractus, quo mediante præſtatur, ſit ſtricti iuris *l. quidquid adſtringendæ ff. de verb. obligat.* Dec. [illegible] 93. Natta *conſ.* 202. *numer.* 5. 6. [illegible] *conſ.* 36. *numer.* 5. Decian. [illegible] *num.* 18. *& ſequenti*, vbi plur[illegible] Gabriell. *conſ.* 152. *num.* 10. *libr.* [illegible]cens fideiuſſoriam obligationem ſtrictiſſimè intelligendam, vt quanto minus fieri poſſit, fideiuſſori noceat, neque extendatur vltra id, quod verbis perſpicuis continetur, & confert pulcher text. qui proximè accedit ad terminos quæſtionis propoſitæ *in l. fideiuſſor magiſtratuum §. pro Aurelio ff. de fideiuſſor.* vbi deciditur, eum qui fideiuſſerit pro conductore vectigalium expreſſa certa quantitate puta in centum annua non teneri ad vſuras non ſolutarum penſionum, quamuis tacitè accedere intelligantur; nec abſimilis eſt Tex. *in l. ſi inpignore ff. eod. tit. de fideiuſſor.* per quem deciditur, fideiuſſorem accedentem obligationi debitoris, qui etiam dedit pignus pro maiori ſecuritate creditoris, non teneri de eo, quod venit in actione pignoratitia quamuis acceſſoria. Vnde ſuppoſito, quòd etiam apparatus dicantur acceſſorij ad ipſam dotem, quia tamen Paulus pro certa quantitate ex cauſa dotis fideiuſſit, non debemus obligationē ipſius trahere ad apparatus, de quibus nullum verbum in ipſa fideiuſſione: nam & in ſimili videmus, quòd & ſi is, qui ſimpliciter ſe obligauit pro reſtitutione dotis, tenetur etiam pro fructibus eiuſdem poſt annum ex diſpoſitione ſtatuti debitis argumento *l. 1. §. Lucius ff. qui pot. in pign. hab.* (quod reuocatur in dubium per Abb. *conſ.* 42. *lib.* 2. per Roman. *conſ.* 450.) ſecus tamen ſi non ſimpliciter ſe obligauit, ſed expreſſa certa quantitate, argumento *d. l. fideiuſſor magiſtratuum §. pro Aurelio*, & eorum quæ tradit gloſ. *in l. quæro, in pri. ff. locati.* qui Tex. valde inſignis eſt in hac materia. Gabriell. *d. conſ.* 152. *num*...

Nec mihi viſa ſunt obſtare quæ in oppoſitum afferebantur, quod enim primo loco obiiciebatur Paulum tanquam in ſolidum obligatum magis rei debendi quam fideiuſſoris loco habendum eſſe, ita vt alienam obligationem magis ſuam feciſſe, quam eidem acceſſiſſe intelligatur, in eum ſenſum accipiendum eſſe putaui, nō quaſi non eſſet fideiuſſor, aut aliter quam fideiubendo alienam obligationem in ſe transtuliſſet, ſed quaſi nec iuuari poſſit beneficio fideiuſſorum, vt ante excutiendus eſſet debitor principalis, quam ipſe conueniretur, cum obligationis in ſolidum ſuſceptæ ea ſit poteſtas, vt creditor ex duobus promiſſoribus quaſi duobus reis debendi poſſit eligere quem malit, vt declarat Crau. *d. conſ.* 77. *ſub num.* 3. hoc tamen nō tollit, quin verè interceſſerit, vt fideiuſſor, ex quo negotium, onuſque dotandi ad Petrum pertinebat, nec quia principalis loco ſit habendus, ideo minus efficitur, quin talis obligatio ſtipulatione contracta fuerit, vnde ſuccedit regula, vt in ea venire non poſſit niſi quod verbis perſpicuis continetur *d. l. quidquid aſtringendæ ff. de verb. obl.*

Digitized by Google

Et quod dicebatur apparatus nuptiales eſſe acceſſorium neceſſarium ad nuptias, & ad dotem, facilè negari poſſet ex traditis per Bero. *conſil.* 116. *numer.* 24. *lib.* 2. cum videamus nuptias etiam abſque huiuſmodi apparatibus contrahi *l. fin. C. de donat. ante nupt.* & ſine ipſis ſubſiſtere dotem, & conſiderandos eſſe quaſi quid diuerſum à dote, *l. ſi ego* §. *dotis autem caſus ad literam ff. de iur. dot. l. fin. C. de pactis conuentis l. vbi adhuc C. de iur. dot.* ita vt apparatus iſti, & quoad vſum, & quo ad proprietatem ſolius vxoris, non etiam mariti eſſe dicantur *d.* §. dotis autem cauſa, cum tamen dos ipſa & quoad proprietatem conſtante matrimonio mariti cenſeatur, *l. dote ancillam Cod. de furtis.* ita vt longe diuerſa ſit cauſa dotis, & apparatuum, nec priuilegia conceſſa doti, & tacitæ ſtipulationis, & tacitæ hypothecæ, etiam apparatibus conceſſa intelliguntur, præterquam, vt repeti poſſint conſtante matrimonio, viro vergente ad inopiam *d. l. fin. C. de pactis conuentis.* & ante Bero. idem ſenſit Roman. *in l. placet ff. de acquir. hæred.* vbi etiam Aret. Alex. *d. conſ.* 36. *num.* 8. & *d. conſ.* 116. *ſub n.* 21. *lib.* 6.

Sed quia durum eſſet contra ſtimulum calcitrare, & ſententias communi Doct. conſenſu receptas impugnare, aliter occurrendum eſſe putaui difficultati propoſitæ. Nam in patre dotem genero promittente fortè obtinere poſſet, vt etiam ad apparatus decentes ſe tacitè obligaſſe intelligatur tanquã acceſſorios ad dotem, ex generali conſuetudine, ita vt quo iure dotare tenetur, eodem etiam conſtringatur ad præſtandos huiuſmodi apparatus, quos prętermittere non poſſet ſine dedecore: at vero in extraneo dotem promittente ex mera liberalitate non eſt par ratio, vt quemadmodum ſe obligauit ad dotem, ad cuius præſtationem non tenebatur, ita intelligatur ſe obligaſſe ad apparatus dotis, quorum nulla eſt obligatio reſpectu extranei; Sicut etiam non eſt par ratio in extraneo, vt fideiubendo pro patre expreſſa certa quantitate in cauſam dotis, etiam apparatuum obligationem ſuſcepiſſe videatur, cum in materia ſtrictè interpretanda diſpoſitio de dote non trahatur ad apparatus eiuſdem, argumento eorum, quæ tradit Alex. *conſil.* 36. *numer.* 3. *libr.* 6. Cum enim pater iuſſiſſet filios debere pro dimidia conferre ad omnes expenſas faciendas per patruum in communi familia, exceptis dotibus filiarum patrui, reſpondit teneri filium ad expenſas factas per patruum in apparatibus nuptialibus filiarum, quòd hi non veniant appellatione dotis. Confert quod tradit Cagno. *in l. cum principalis numer.* 5. *ff. de reg. iur.* nempe ſtatutum loquens de lucro dotis deferendo marito, non vendicare ſibi locum in apparatibus, tum quia acceſſorij dotis ſint, non ex neceſſitate, aut ex natura dotis, ſed ex libera voluntate partium, tum quia ſtatutum correctorium iuris communis nõ ſit extendendum ad acceſſorium voluntarium ſiue ex accidente. aitque Cagnol. ita deciſum fuiſſe in ciuitate Vercellarum, in qua viget huiuſmodi ſtatutum: & quidquid in terminis dicti ſtatuti dici poſſit ex traditis per Anan. *conſ.* 36. vbi Bolognin. pariter *in addit.* & per Rol. à Valle, *de lucro dotis, quæſt.* 30. vbi contrariam opinionem veriorem eſſe teſtatur, ea ratione, quòd lex noua diſponens aliquid in vno ex æquiparatis à lege veteri, idipſum in altero quoque diſponere intelligatur, tamen verè etiam illud affirmare licet in materia ſtricta diſpoſitionem hominis de dote non trahi ad apparatus eiuſdem, vt per Gabriell. *d. conſil.* 153. *num.* 3.

Digitized by Google

num.3.lib.2. quod etiam viſus eſt ſentire Bero. *d. conſ.* 116. *ſub numer.* 23. concludens bona ſubiecta fideicommiſſo non poſſe alienari ex cauſa apparatuum in caſu ſuo, ſtante diſpoſitione teſtatoris permittentis ipſorum alienationem duobus tantum caſibus, ſcilicet ex cauſa dotis, & pro redimenda vita hæredum grauatorum, non eſt autem dubium obligationem fideiuſſoriam ſtrictiſſimi iuris eſſe, & ſtrictiſſimè intelligendam ex antedictis.

Sed & præterea reſpondetur Paulum in caſu propoſito non ſimpliciter ſe obligaſſe ad dotem à patre Zofiæ filiæ cõſtituendã, fortè enim videri poſſet in omnem caſum dotis ſe applicaſſe, & per conſequens etiam onus apparatuum agnouiſſe, argumento *d. l. quæro. ff. locati.* Sed explicitè pro ſumma quadringentorum aureorum, quo caſu non videtur dubitandum, quin ſolum teneri voluerit ad ſummam, quam expreſſit *d. l. fideiuſſores magiſtratuum.* gloſſ. *in d. l. quæro. in princip.* Bart. *in l. centum Capuæ. ſub numer.* 7. *ff. de eo quod certo loco*, Gabriell. *dict. conſil.* 2. *numer.* 7. 8. *lib.* 2. concludens fideiuſſorem, qui ſe obligauit pro reſtitutione dotis expreſſa certa quantitate, non teneri ad vſuras, ad quas tamen intelligitur ſe obligaſſe ſimpliciter promittendo pro reſtitutione dotis, quaſi verò hoc ſecundo caſu actio dotis, & quidquid ex eius natura venit, in conſideratione fuiſſe videatur, primo verò caſu nuda, & ſola quantitas expreſſa, vt per Neguſant. *de pignor.* 4. *membr.* 2. *partis princip. numer.* 48. vbi etiam admonet non eſſe vim faciendam in eo, vtrum adiecta fuerit nec ne dictio taxatiua, tantum, promiſſioni factæ de dote reſtituenda, expreſſa certa quantitate.

Nec obſtat, quod ex aduerſo acutè ponderatur, ſtipulationem ſcilicet hoc caſu interpoſitam tanquam adiectam contractui dotis, qui eſt bonæ fidei, §. *fuerat. Inſtit. de action.* Neguſ. *loco proxim. citato num.* 57. effici pariter bonæ fidei, argumento *l. vnica* § *ſed ſi non cognouimus. C. de rei vxor. act.* ſi bonæ fidei, igitur in eam obligationem venire etiam apparatus, quos ex bono, & æquo, & ex generali conſuetudine præſtari conueniat, perinde ac ſi dictum eſſet in quantum patrem condemnari ex bona fide oportebit, tantum fide tua eſſe iubes, & ille reſpondiſſe: fideiubeo, *d. l. quæro in princ.* fortè enim procederet obiectum, ſi Paulus ſe obligaſſet pro dote Zofiæ à patre conſtituenda, ſecus verò cum pro certa quãtitate ſpecificè, & expreſsè, & iuxta hanc determinationem fuit ſeruatum inter partes.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2595.
Super cap. cum ſecundum de præbendis.

¶ Altari ſeruiens de altari viuere debet.

EX hoc text. colligitur illa iuris concluſio, ſiue vulgatum axioma, quòd qui altari ſeruit, de altari viuere debet, quod etiam probatur *in cap. extirpandæ* §. *quia verò eod. tit. de præbend.*

Vndè meritò pluries fuit dictum in noſtra Curia Archiepiſcopali, quod in caſibus, in quibus epiſcopi puniunt Parochos pœna relegationis, vel ſimili, ob quod debent propter eorum abſentiam poni œconomi in eccleſijs Parochialibus ipſis œconomis ſoluenda eſt congrua portio ratione ſeruitij, quod præſtant, vt patet *in deciſ. eiuſdem Curiæ apud nos* 216. *part.* 4. vbi quod nemo cogitur propriis ſtipendiis militare, *cap. cum ex officio de præſcriptionibus cap. precario* 10. *quæſt.* 2. *cap. eccleſias* 3.

quæſt.1. cap.cum ſit Romana de ſimonia.

Et confert, nam redditus eccleſiaſtici principaliter à iure aſſignantur clericis, vt ex illis ſeruiendo eccleſiis licitè viuere poſſint, *cap.cum ab omni de vita, & honeſtate cleric.* Cache.ſiuè alius *deciſ.*68. vnde ſalarium dari pro ſeruitio ait Rubin. *deciſ.*69. vbi pariter adducit illud ſolitum circumferri, quod qui non laborat non manducat.

Et quod Salarium præſtetur pro labore habemus textum *in l. idem*, *& l. in fundo* §. *Idem labeo ff. mandati.* naturali ſiquidem ratione debentur cibaria, & alimenta ei, qui ſeruit. *l. in rebus* §. *poſſunt ff. mandati l. Item ſerui ff. de ædilicio edict l. cum duobus* §. *ſi quis ff. pro ſocio*, prout etiam deberi pro ſcientia, vel probitate ſcribit Gratian. Rot. Marchiæ *dec.* 101. & 201.

COLLECT. 2594.

Super Doctrina Bar. in l.1. ff. de obſeq. à liber. patr. præſtand.

¶ *Præeminentia, cui debetur, duobus ita eodem gradu conſtitutis? vbi habes de præcedentia tribunalium ciuitatis Neapolis.*

VBi vno eodemque tempore, fuerunt aliqui in dignitate conſtituti, ita vt nullus eorum poſſit dici aliis antiquior ordine, ætate antiquiorem debere cæteris præferri determinat hic Bart.

Amplia, quod in decidendis ſententiis ſeniores quoque præferendi ſunt, vt ſcilicet ante cæteros priores loquantur, & reſpondeant, *l. 1.* §. *in ſententiis ff. de alb. ſcribend.* verum hodie totum contrarium ſeruatur in noſtris Tribunalibus, in quibus prius votant iuniores, & ſecundariò in Senatu recepti, & deinde antiqui, prout apud Affli. Theſaur, & Gam. *in deciſ.1.*

Sed quid dicendum duobus diuerſo tempore æqualia officia obtinentibus, vnum tamen maioris præeminantiæ alterius, vter eorum præcedere debeat, primus forſan, qui prior eſt tempore, vel ſecundus dignitate potior? in hoc omni ſecluſa difficultate reſolutiuè eſt reſpondendum, præualere ſecundum dignitate potiorem, licèt ordine poſteriorem, prout deciſum in noſtro ſupremo Collaterali Cõſilio refert de Põte *in dec.*8. & Anna *conſ.*122. *per totum* ipſo patrocinante in cauſa inter D. Cæſarem de Aualos, & Principem Conchæ, Don Cæſar enim prius adeptus fuerat Magni Regni Cãcellarij officiũ. Princeps verò poſteriori loco Magni Regni Admirat⁹, ſed quia fuit habitum pro indubitato Admiratus officium maioris eſſe Authoritatis, dignitatis, ac præcedere omnibus Magni Cancellarij, fuit in Collaterali conſ. pro Principe pronunciatum, pro cuius deciſionis corroboratione D. Reg. *ead. deciſ. num.* 15. refert conſuetudinem, & caſum deciſum inter præſidem Sac. Conſ. Sanctæ Claræ, & Locumtenentem Regiæ Cameræ, qui ſi omnes de ſupremi ordinis Conſilio ſint creati, & ſi prior locumtenẽs, tamen quia officium Præſidis eſt dignius, & procedit officium locumtenentis, debet præferri in Collaterali Conſilio Præſes locumtenenti, licèt eſſet tempore anterior, attenta regula maioritatis dignitatis, non autem temporis antiquitatis, Anna *d. conſil.* 122. *num.*43.

Hæc tamen regula nõ procedit hodie in Tribunalibus ad ſupremum cõſilium admiſſis, qui ex conſuetudine præcedunt ſecundum temporis antiquitatem, non autem ſecundum maioritatem dignitatis, ita vt ſi prius fuerit creatus Conſiliarius ſupre-

mior-

Digitized by Google

mi ordinis Marchio, vel Comes, poſteriori verò loco ad idem officiū fuerit promotus Dux, vel Princeps, certè Marchio venit præferendus Duci, vel Principi, ſicut hodie practicatur in perſona Illuſtriſſimi Marchionis Corleti, qui vti talis de ſupremi ordinis cōſilio, vt omnibus antiquior decanatus officio fungitur, tamen de eodem ſupremo Conſilio adſunt Principes attenta vt diximus regula antiquitatis temporis, non autem maioritatis dignitatis, prout deciſum ad fauorem Marchionis Vici contra Ducem Montis Leonis, refert Frecc. *de ſubfeud. in tit. de officio Magiſtr. Inſt. n. 29.*

Quod ampliatur & ſic vt antiquitatis ordo ſeruetur, & ſi ad ſupremi ordinis conſilium fuerit admiſſus vnus ex Regentibus Regiā Cancellariam, qui licèt vt Doctor veniret præferendus alio non doctori ad eundem Conſilium prius admiſſo, prout fuit ſeruatū in perſona Don Sigiſmundi de Loffredo, qui de hoc valde conquerebatur, tamen contrarium poſtea terminatum ſolemniter fuiſſe idemmet Regens de Neapoli Illuſtrati *lib. 1. ca. 23.* & practicatur hodie in perſona Illuſtris Marchio Cuſan. qui vt vnus ex antiquiorib. à latere Conſiliariis præcedit Illuſtrē Regentē Marchionē Sancti Iuliani eiuſdem ſupremi ordinis Conſiliariū.

Sed an præcedere debeat qui primò fuit electus, quamuis non ceperit poſſeſſionem, vel qui primò ceperit poſſeſſionem, quamuis poſterior fuerit electus, & plura alia in præcedentiarum materia vide apud Dom. Regentem Tappiam *dec. ſupremi Senatus Italiæ 21.*

COLLECT. 2597.

Super l. mercennalem C. de condict. ob turp. cauſ.

¶ *Turpitudinem allegans quando audiatur, & illi proſit?*

TVrpitudinem allegans non eſt audiendus, hoc colligitur ex illo textu, prout etiam probatur *in l. tranſactione C. de tranſact. l. ſi pignoribus C. de ſeruo commun. manum. & in l. cum profitearis C. de reuoc. donat.* & ita ex deciſionariis tradunt Sur. *dec. 196. & dec. 309.* Antonin. *Var. reſol. lib. 2. reſol. 11.* Rota Rom. *apud Farinac. deciſ. 665. tom. 2. part. 1.*

Quæ ſanè regula licèt in ſe ſit vera, tamen generaliter non procedit, & ideo intelliges illam habere locum in materia, in qua turpitudinem ſuam allegans liberam habet poteſtatem, & poteſt de iure diſponere, tunc enim ne eidem turpitudo patrocinetur contra textum *in c. ex tenore in fin. de præſcript.* non auditur illam allegans, ſecus verò ſi liberam poteſtatem non habeat, prout accidit vbi principaliter in republicæ eccleſiaſticæ, vel etiā animę bonum allegatur, *vt in c. lator. de re iud.* Rubi. *dec. 79.* vbi etiam intelligitur hanc regulā procedere, vbi quis allegat turpitudinem ſuam ad eius commodum, & vtilitatem, at ſecus, ſi ad eius damnū firmando pariter, quod quando turpitudinem allegans ſemel fuerit admiſſus, hunc ex defecto periurio, vel turpitudine bene poterit ſe iuuare, & turpitudine allegata vti, ita quod non poteſt reſpui, quod nota, nam eſt pulchrum.

COLLECT. 2598.

Super l. Actiones Aduerſus ff. de Actionibus, de obligat.

¶ *Lis inter patrem, & filium eſſe poteſt petita venia.*

DEſumitur ex iſto text. illa trita iuris concluſio, de qua etiam *in l. lis nulla ff. de iudiciis*, vt inter patrem, & filium nulla lis eſſe poſſit.

Pro cuius ornatu ſcias, quod in caſibus, in quibus id ceſſat vt apud gloſ.

Digitized by Google

ibid. tunc requiritur petita venia, Cacher. *deciſ.* 31. aliàs proceſſus factus erit nullus, Capic. *deciſ.* 56.

Sed an venia hæc cenſeatur petita, & licentia conceſſa, ſi pars fecerit mentionem in libello, quod eſt perſona, cui debetur reuerentia, & Iudex mandauerit citari? negatiuè determinatum, ait Nouarius *forenſ. quæſt.* 149. *lib.* 1. quia hæc licentia requiritur pro forma, & ideò debet eſſe expreſſa, non autem tacita.

Num autem filius poſſit accuſare patrem propter mortem matris, quam ipſe pater occiderat? affirmatiuè deciſum teſtatur Phœbus *deci.* 23. vbi etiam quod filius criminaliter patrem accuſare poteſt pro atroci iniuria.

COLLECT. 2599.
Super l. alienationis verbum ff. de verb. ſignific. vbi Alciat.

¶ *Præſcriptio an habeat vim pacti?*

FIrmat hic iſte Author, quod pacto quidquid poteſt acquiri, acquiritur pariter & præſcriptione. Et ita Surd. *deciſ.* 3. *& deciſ.* 236. Valaſc. *deciſ.* 132. Gama *deciſ. Luſitaniæ* 379.

Ratio autem eſt, nam præſcriptio habet vim pacti Surdus *deciſ.* 24. & Gama *deciſ.* 276.

An autem pacta debeant ſeruari? quod ſic cautum eſt *in l.* 1. §. *ſi conueniat ff. depoſiti. & in l.* 1. *ff de pact.* & ita Surd. *deciſ.* 259. *&* 260. nam æquitati nihil magis conuenit, quam pacta ſeruare, *l.* 1. *ff. de ædilit. edict.* cum pacta æquiparentur legi *l. fin. C. de fideiuſſor. l. fin. C. de reb. alien. non alien.* imò rumpere leges, ait Antonin. Macer. *deciſ ſiue reſol.* 35. *libr.* 2.

COLLECT. 2600.
Super l. 1. C. ſi aduerſ. donat.

¶ *Donari poteſt res aliena Domini conſenſu interueniente.*

RES donari poteſt conſentiente domino, h. d. concordat text. *in l.* 2. *C. ſi res alien.* & ita tradit latè Caſtil. *deciſ. Suil.* 133. *lib.* 2.

Amplia quod etiam legari poteſt res aliena interueniente domini ipſius conſenſu Franc. *deciſ.* 329. Viuius *deciſ.* 417.

Sed qualiter inducatur iſte conſenſus, declarat Rubin *deciſ.* 72. vbi quod conſenſus perfectus inducitur & interuentu, ſine ſubſcriptione in actu, quo in caſu inducitur plenum præiudicium.

COLLECT. 2601.
Super cap. ſuſceptum, & ibi Gloſ. penul. in verbo non morte de reſcript. in 6.

¶ *Beneficium quando vacet?*

PRimus, & potiſſimus modus vacationis beneficij inter alios, qui in iure reperiuntur eſt per obitum, & mortem naturalem, vt colligitur ex iſto textu.

De quo dicto rationem inueſtigare non eſt neceſſe, cum ſufficiat dicere, quod mors omnia ſoluit *Auth. de Nuptiis* §. *deinceps collat.* 4.

Sed num beneficium vacet per mortem, quoties Beneficiatus non cepit illius poſſeſſionem? & vacare quidem apparet ex dictis per Puteum *deciſ.* 360.

Verum tu pro reſolutione videas nouiſſimè D. Regentem Tapiam *in deciſ. Supremi Senatus Italiæ* 18. vbi latè tractat ſi Beneficium intelligatur vacare per mortem beneficiati etiam ſi non ceperit poſſeſſionem, & An prioratus eccleſiæ Sancti Nicolai in Ciuitate Bari ſit comprehenſus ſub conceſſione beneficiorum facienda Regnicolis alternatiuè?

COL-

Digitized by Google

COLLECT. 2602.
Super cap. Piſanis, & ibi Cardin. de Reſtit. Spoliat.

§ Confeſſio proceſſu annullato an firma remaneat? & quando docto de errore reuocetur?

COlligitur ex iſto textu in verbo *confeſſionem*, iuxta Cardinalis Theoricam *num.* 2. quod irrito, & annullato proceſſu firma quoque remanet confeſſio, & ita tradunt Afflict. *deciſ.* 182. *&* 176. Magonius *deciſ. Lucenſ.* 25. Bellon. *in deciſ. Rotæ Genuæ* 60.

Verum nullam eſſe confeſſionem probat text. *in l. fin. de conſtit. pecun.* ita vt neque ſententia ſequi poſſit, ſi tamen iuriſdictionis defectu proceſſus nullus ſit, vel ſi minor confiteatur, Laurent. *deciſ. Rot. Auen.* 15.

Sed ſi confeſſio facta ſit coram iudice aliàs competenti, vel ſi fuerit incompetens, tamen eius conſenſu eſſet iuriſdictio facta prorogabilis, tunc validam eſſe cõfeſſionem, firmat Valaſc. *deciſ. Luſitan.* 65. *in fin.*

An autem aduerſus ſuam confeſſionem quis audiatur? negatiue cautum eſt *in l. poſt mortem ff. de Adopt.* quoniam in confeſſum partes iudicis ſunt in condemnando, *cap.* 1. *de pœn. l. qui ſententiam C. eod. titul.* Magon. *deciſ. Floren.* 88. Barzius *deciſ. Rot. Bono.* 141. vbi quod pro iudicato habetur confeſſus.

Et an probato errore reuocari poſſit confeſſio? dicas vſque ad ſententiam reuocari poſſe, *l. ſancimus C. de error. Aduoc.* Monach. *deciſ. Bonon.* 60. *&* 64. Cabal. *reſolut.* 186. & error facti emendari ſemper poteſt Mantic. *deciſ.* 298. & in appellationis iudicio, Capyc. *deciſ.* 28. Seſſa *deciſ. Rot. Aragon.* 138. licèt iurata, & in iudiciis repetita confeſſio ſit, vel ſi fuerit acceptata clauſula etiam ex certa ſcientia non obſtante, cum ſit erronea, & nullius effectus, ita vt nec indicium ad torturam præſtet, Magon. *deciſ. Florent.* 88. imò quæ in tortura emiſſa confeſſio eſt, etiam ratificata, ex interuallo reuocari poteſt, ſi probetur error, Barzius *deciſ. Rot. Bonon.* 5. *& deciſ.* 107.

Sed qualiter probetur error ad hunc effectum, coniecturis probari ait Gratian. *deciſ. Rot. Marchiæ* 16. eò magis ſi conſtet rem aliter ſe habere, quam factum, vel dictum fuerit, *l. ſed ſi me patrem ff. de condict. indebit.* Monach. *deciſ. Lucenſ.* 60. Item probatur per teſtes, vel inſtrumenta, Antonin. *deciſ. Macerat.* 21. *lib.* 3.

Sic pariter dicimus in confeſſione erronea, Ludouic. *deciſ. Lucenſ.* 26. Monach. *deciſ. eiuſdem Rotæ* 50. Merlin. *deciſ.* 59. quia in facto etiam proprio allegari poteſt error, eò ipſo quod rem aliter ſe habere conſtet, præſertim, ſi de damno vitando agatur.

Sed num confitens, ſiue confeſſus ſe venenaſſe aliquem an, & quomodo poſſit puniri pœna ordinaria, & an ei credatur? declarat Muta *deciſ. Sicil.* 1. vbi latè principaliter tractat, quomodo probetur homicidium commiſſum ex veneno, & qualiter puniatur, firmans ſimiliter, quod confeſſus, & ratificatus legitimis iudiciis non præcedentibus non poteſt condemnari, nec ſufficit ſuperuenire poſtea.

COLLECT. 2603.
Super Doctrina Ripæ in l. filius familias §. Diui ff. de leg. 1.

§ Maioratus, & primogenitura, nec non ius patronatus an poſſint conſtitui ſuper bonis emphyteoticis.

FIrmat hic Ripa *num.* 91. quod bona emphyteotica nominationis non poſſint vinculari in maioratu de quo tu videas Gamam *deciſ. Luſita.* 70. Cabed. *deciſ. eiuſdem Rotæ* 130. *part.* 2. &

Digitized by Google

omnino Phebus *in deciſ. eiuſdem Senatus* 5. vbi latè tractat ſi poſſit erigi primogenitura de bonis emphyteoticis.

An autem Ius patronatus poſſit cõſtitui in bonis emphyteuticis? negatiuè deciſum, refert Nouar. *forenſ. quaſt.* 101. *lib.* 1. quia dos non poteſt conſtitui de talibus bonis emphyteuticis, cum eccleſia nunquam moriatur, vt retulimus *in deciſ. Curia Archiepiſcop.* 136. *lib.* .... vbi quod ideò emphyteuſis prohibetur transferri ad eccleſiam, nam perueniret ad manus mortuas, quod in iure repecitur prohibitum.

Et an bona maioratus poſſint dari in emphyteuſim? affirmat Gama *deciſ. Rota Luſitania* 16.

Sed nouiter contrariam ſententiam veriorem appellat, & illam defendit Phebus, qui latè loquitur in hac materia *deciſ.* 6. *eiuſdem Senatus.*

COLLECT. 2604.
Super l. 2. §. prius ff. de vulg. & pupil.

¶ *Ordo ſcriptura, verborum, ac diſpoſitionis denotat affectionem, & ordinem voluntatis, ac mentis.*

ORdo ſcripturæ reducitur ad ordinem intellectus, h. d. & ita latè Phebus *deciſ. Rota Luſitania* 38. vbi tractat, vtrum ordo ſcripturæ deſignet ordinem voluntatis, & quomodo hoc procedat in iure, & in praxi, datque intellectũ ad *l. haredes mei* §. *fin. ff. ad Trebell. in l. cum pater* §. *à te peto ff. de leg.* 2. vide pariter Monach. *deciſ. Lucenſ.* 13. niſi tamen conſtet aliter de certa intentione ſcribentis per text. expreſſum *in cap. authoritate Martini de conceſſ. prabenda in 6.*

Sic pariter ordo verborum deſignat ordinem intellectus vt diximus *deciſ. Curia Archiep.* 275. *part.* 2.

Item ordo denominationis deſignat ordinem dilectionis, & charitatis, *l. qui ſoluendo la* 2. *ff. de hared. inſtit. l. quoties ff. de vſufruct.* & ex ordine honoris colligitur ordo affectionis, *l. publicius in fine ff. de cond. & demonſtr.* prout ordo ſcripturæ denotat affectionem, & ordinẽ mentis, Monach. *deciſ. Lucenſ.* 64. vbi etiam quod vltimi vocati cenſentur in ſubſidium priorum nominati, & ex ordine ſcripturę intentio dignoſcitur diſponentis, *l. quoties ff. de vſufruct. cap. pen. in princ. de elect. in 6.* Monach. *deciſ. Florent.* 1. & tandem ordo ſcripturæ ſemper in diſpoſitionibus attenditur, *l. generaliter* §. *ſiquis ff. de fideicommiſſ. libert. & l. quoties ff. de vſufruct.*

COLLECT. 2605.
Super l. qui teſtamento §. mulier vbi Gloſ. ff. de Teſtam.

¶ *Argumentum à contrario ſenſu, ex quibus deſumatur & quando procedat?*

ARgumentum à contrario ſenſu validum eſſe hic notat Gloſ. quod pariter probatur *in l.* 1. §. *huius rei ff. de offic. eius, & in l. ſi procuratorem* §. *ſi ignorantes ff. mandati,* & ita tradit Antonin. *reſolut. ſiue deciſ. Macer.* 1. *lib.* 1.

Amplia, quod eſt fortiſſimum frequens, & vtiliſſimum, Seſſa *deciſ. Aragon.* 10. & debet ſumi à tota ratione cum ſuis qualitatibus, etiam in dictis Doctorum.

Declara tamen hoc argumentum validum eſſe, quando contrarium nõ eſt expreſſum in iure, neque aliquod abſurdum reſultat; text. eſt *in l.* 2. *C. de condit. inſert. in cap. cum virum de Regularibus & in cap. à nobis de ſent. excommun.* & ita ſcribit Gama *Rot. Luſitan. deciſ.* 167. voluitque Surd. *deciſ. Mant.* 75. Seſſ. *deciſ. Rot. Aragon.* 146.

Et etiam ad legum correctionem ſumendum eſt, quoties lex ſtatutum, ſiue teſtatoris diſpoſitio in ſenſu directo

Digitized by Google

recto nihil operari poſſint, ad textum *in l... C. de Collat. & in Auth. ex teſtamento.*

Si tamen hoc argumentum ſumatur ex noua diſpoſitione, etiam ſi inducatur iurium correctio, validum eſt, dummodo in ſenſu directo noua diſpoſitio non reddatur inutilis, Rubin. *deciſ.* 75. vbi etiam quod valet argumentum hoc, quando verba legis ſunt conditionalia.

Item in contractibus valere huiuſmodi argumentum, maximè quando in caſu contrario eſt eadem ratio, firmat Menoch. *deciſion. Lucenſ.* 55. quinimò procedit in ſtatutis, etiam ſi diſponant in caſu non prouiſo à iure communi, ſecus verò ſi diſponat in caſu prouiſo à iure communi, quia tunc regulariter non habet locum tale argumentum in tali ſtatuto ad corrigendum ius commune, Rota *apud Farin. deciſ.*185.*tom.*1.*par.*1.

COLLECT. 2606.

Super l. qui ſub prætextu C. de Sacroſ. Eccleſ.

¶ *Clericus quando gaudeat priuilegio fori?*

CLericus clericaliter non viuens non gaudet fori priuilegio, ita ſuadent iſta verba text.

Ad cuius ornatum vide Sacrum Concil. Trident. *ca.*6.*ſeſſ.*23.*de Reform.* vbi clericus in minoribus conſtitutus non gaudet priuilegio fori, niſi beneficium eccleſiaſticũ habeat, vel alicui eccleſiæ de mandato epiſcopi ſeruiat.

Sed num hæc duo copulatiuè requirantur? declarauimus *dec. Curia Archiep.* 154.*par.*4. & An iſtæ qualitates Concilij requirantur quoque in clerico cõiugato, vt gaudere poſſit beneficio fori, diximus *deciſ. eiuſdem Curia*, & voluit Nouar. *in pragm. Regni* 1. *ſub Rubrica de de Clericis, ſeu Diaconis ſaluatic.* vbi alia cumulat.

Et clerici quando teneantur incedere in habitu, & tonſura declarauimus *in deciſ.*290.*part.* 4. & Num clericus deſeruiens in diuinis aliæ Eccleſiæ, quam ei, cui deputatus eſt ab Epiſcopo, gaudeat priuilegio fori? affirmatiuè decreuimus in Curia Archiepiſcopali, vt patet *in deciſ.*111.*part.*4.

Verum quia ad explanationem, & dilucidationem huius materiæ multa notatu digna vidi cumulata per Nouarium, volui hic illa reponere, vt beneuolus lector in facto vtatur, & ſunt quæ ſequuntur, videlicet.

HOdie ex vi Decreti Sacri Concilij Tridentini *ſeſſ.*23.*cap.* 6. *de Reform.* Clerici prima tonſura initiati, ſeu minoribus ordinibus beneficiũ habẽtes gaudẽt priuilegio fori in ciuilibus, & in criminalibus, etiam ſi clericatui renunciauerint, vt declarauit ſacta Cõgregatio Concilij *ſuper dict. c.*6. per hæc verba: Quidam clericali caractere inſignitus beneficiũ Eccleſiaſticum obtinuit, cui poſtea animo vxorẽ ducendi, vnà cum clericatu renũciauit, deinde non ſequuto matrimonio clericalẽ habitum reaſſumpſit, & aliud Beneficium exigui redditus adeptus eſt: dubitur, an gaudeat priuilegio fori? Cõgregatio 11. Iun. 1587. cẽſuit gaudere, quia clericali priuilegio renunciare nõ poteſt, cũ in fauorẽ totius ordinis introductum ſit, *ca. ſi diligenti. & ibi gloſ. de foro compet. in cap. tuæ de apoſtatis* Rol. *conſ.*4. *vol.*1.*n.*9. & in terminis ita tenet Garzia *de benef. par.*2.*cap.*2.*n.*3.*tom.*1. qui clerici Beneficiati ad effectũ vt effugiant forũ ſeculare debent probare titulũ beneficij, & illius poſſeſſionem, vt reſoluũt Clarus *in ſua prac. crim.* §. *fin. qu.*36.*n.*21. & ibi Baiard. *n.*14. Meno. *conſ.*450. *n.*6. *cum ſeq.* Maſcard. *de prob. concl.*302.*n.*16. Tuſc. *concl.*78.*n.*8. Farin. *in pract. crim. in tit. de inquiſitione qu.*8.*n.*45. & 70. Saccia *de iud. cauſ. ciu. li.*1 *caſu* 11.*n.*82. quod tamen nõ procedit quando collatio beneficij eſſet valida, & propterea benefi-

Digitized by Google

ciatus non fuit adeptus poſſeſſionem, quia mouet litem contra intruſum, vt declarauit Sacra Congreg. *ſuper dicto cap.6.* his verbis.

An clericus primæ tonſuræ præſentatus ad capellam ſacerdotalem, qui ſuper tali præſentatione obtinuit à Papa vnam prouiſionem, etiam in vim motus proprij, poſſit in ſuis cauſis ciuilibus gaudere priuilegio fori, quamnis poſſeſſionem beneficij non habeat propter intruſum, contra quem litem mouit: congregatio cenſuit gaudere 16. Iulij 1587. & ita referunt Pariſius *de reſignat. Benefic. lib. 7. quæſt. 1. num. 47.* Leo *in theſaur. fori eccleſiaſt. part. 1. cap. 11. num. 2.* Genuenſ. *in prax. Curiæ Archiep. huius Ciuit. cap. 7. num. 6.* Garzia *de beneficiis dicto cap. 2. num. 14.* firmans *num. 4.* huiuſmodi clericos primæ tonſuræ, ſeù minorum ordinum beneficium habentes gaudere priuilegio fori tam in ciuilibus, quàm in criminalibus etiamſi habitum clericalem, & tonſuram non deferant, nam in habentibus beneficium id non requirit Conciliũ, ſed ſolum in ſeruiente alicui Eccleſiæ, vel in ſeminario, aut ſchola, vel vniuerſitate, vt conſtat etiam ex dicto Textu Concilij ex illa diſiunctiua, *aut,* quæ diſiungit: ita in terminis etiam reſoluunt Zecchius *de repub. Eccleſiaſt. titul. de cler.* de Ponte *conſil. 24. volum. 1.* Rodriquez *in ſumm. part. 1. cap. 155. concluſ. 2.* Salzed. *ad Diaz cap. 61. num. 9. verſ. ſi tamen*, Curia Philipp. *part. 3 §. 1. num. 3. ad finem.* Azeued. *in l. Hiſpania 1. num. 9. titul. 4. libr. 1. noua recopilationis*, Gonzalez *ad reg. 8. Cancellariæ gloſ. 5. §. 5. num. 6.* Ceuall. *quæſt. 563. num. 3.* Bouadilla *in ſua politica lib. 2. cap. 18. num. 102. litera F.* Bellet. *diſquiſit. clerical part. 1. in tit. de fauore clericor. perſonal. § 8. numer. 7.* Cenedo. *in ſuis quæſt. Canon. quæſt. 4. num. 29.* ante eos Clarus *in dicta quæſtion. 36. num. 16. & 19.* quod procedere dixi in cauſa remiſſionis petitæ per Illuſtriſſimum Dominum Octauianum de Medicis, Principem Octauiani; Etiam hodie ſtante Conſtitutione 30. Sixti V. de habitu & tonſura ex doctrina Garziæ *de benefic. dicto capit. 2. numer. 5.* cuius hæc ſunt verba, quod procedit etiam ſtante hodie conſtitutione 30. Sixti V. de habitu, & tonſura, ex qua non deferentes tonſuram, & habitum clericalẽ ipſo facto ſunt priuati beneficiis, nam adhuc gaudent priuilegio fori, dum de facto non ſunt priuati ſed retinent beneficiũ, & ſunt in poſſeſſione, ſeu intruſione in beneficio, imò ſi beneficiũ ſit modici valoris adhuc tales clerici gaudẽt priuilegio fori, cum ſufficiat titulus beneficij abſque redditibus, Genuenſ. *in praxi dicto cap. 7. in fine* Riccius *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. 7. part. 1.* Garzia *de beneficiis part. 1. cap. 6. num. 37.* Campanil. *in diuerſ. Iuris Canonic. rub. 8. cap. 5. num. 19.* & Craſſus *de effect. clericat. effect. 1. num. 1224.* vbi idem reſoluit de clerico habente beneficium ſine redditibus ex dictis per Pariſium *de reſignat. Beneficior. lib. 2. quæſt. 8. num. 2.* vbi firmat, talia Beneficia poſſe reſignari in fauorem alterius, & ſecundum eundem Craſſum *in citat. effect. 1. numer. 1188.* ſi aliquis obtinuerit beneficium tempore quo non erat ordinatus, ſi poſtea ordinaretur poſſit vti priuilegio fori, quia habetur ac ſi à principio eſſet ordinatus, allegat Vrſillum *in addit. ad Afflict. in deciſ. 24. num. 19.* reddendo rationem, quia titulus ſuperueniens validat poſſeſſionem prius acquiſitam, Butrius *in cap. at ſi clerici §. 1 de iudic.* Abb. *in cap. ex parte col. 6. de reſtit. ſpoliat.* Bart. & Bald. *in l. cogi de petit. hæred.* Anchar. *conſil. 229. numer. 2.* Crauett. *conſil. 171. num. 1.* Gabriel. *conſ. 45. num. 21. lib. 1.* & magis in terminis adducit, quod ſi collatio beneficij fiat in perſonam inhabilem, ob quod

eſſet

Digitized by Google

eſſet nulla, ſi tamen ſuperuenit diſpenſatio, per quam perſona fit habilis cōualidatur collatio, Felin. *in capitulo cum dilectus numer. 4. de accuſat.* Burgoſ. *in tract. de irregul. part. 2. titul. de different. & commun. &c. numer. 9.* vbi dicit quod diſpenſatio ſuperueniens reconualidat actum retro nullum, & bene facit etiam id quod in ſimili dixit Bald. *in l. fin. columm. 6. verſiculo & prædicta faciunt ad quæſtiom. C. vnde legitim.* vbi voluit, quod teſtamentum Militis Hieroſolymitani, quod à principio fuit nullum conualidatur ſi ſuperuenit licentia teſtandi, Bald. ſequuntur Addentes ad Guidon. Papam *deciſ.* 110. Nonius *conſil.* 49. *numer.* 11. Pro quo bene facit id, quod dicitur quando exequutio eſt cauſata ad inſtantiam non veri creditoris, vel ſi eſt acta ad inſtantiam illius, qui à principio non habebat actionem, ſi in medio tempore, & in progreſſu litis ſuperueniat actio, validatur proceſſus, *l. ſi in rem §. fin. ff. de pignor. act. l. ſi mandauero tibi vt actio ff. mandati l. non poteſt de iudiciis.* Alexand. *conſil.* 1. *numer.* 9. *libr.* 1. *& conſilio* 127. *numer.* 5. *libr.* 5. Riminald. *conſil.* 39. *numer.* 38. *& conſ.* 388. *num.* 26. Neguſant. *in tract. de pignorib. membr.* 1. *part.* 8. *num.* 37. Immo ius ſuperueniens validat iudicium, quod à principio fuit nullum, Borel. *ſuper pragmat. odia litium §.* 2. *gloſ.* 1. *numer.* 295. Alba *conſil.* 265. *nu.* 10. *&* 13. *lib.* 1. Anna *conſ.* 39. *num.* 66. Surd. *deciſ.* 6. *numer.* 1. Caualc. *deciſ.* 5. *num.* 6. Riminald. *iunior. conſ.* 829. *num.* 2. Ludouic. *concluſ.* 8. *in* 1. *limitatione*, ex quibus omnibus concludit, quod clericus, qui obtinuit beneficium tempore quo erat Laicus potitur priuilegio fori, ſi poſtea ſit ordinatus.

Et clerici habentes præſtimonium vel fratatiam adhuc gaudent dicto fori priuilegio, vt per Riccium *in praxi reſolut.* 151. *part.* 1. Præſtimonia enim, quæ in titulum perpetuum dantur, & habent annexum aliquod obſequium ſpirituale, beneficium dicuntur, Pauſ. *de reſignat. benefic. lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 123. Gonzalez *ad cap.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 2. *num.* 1. Ricc. *reſolut.* 356. *part.* 1. *in praxi.* Azor *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *qu.* 1. vt & etiam habentes beneficium in commendam, & non in titulum gaudent eodem priuilegio fori tanquam beneficiatis, quia commendatarius dicitur habere titulum, & eſſe prælatus, quia commenda eſt titulus *cap. qui plures* 21. *quæſt.* 1. Clement. *ſi ex ſuper. de præb.* Gambar. *de offic. & poteſt. legat. lib.* 4. *nu.* 16. *&* 17. Et conferunt ſcripta per Pauſ. *de reſignat. benef. l.* 2. *quæſt.* 17. & nouiſſimè congeſta per Borellum *in ſumma deciſ. tit.* 31. *in titul. de commenda, & commendatar. tom.* 1. vltra relata per Gallicum *in conſ.* 2. *num.* 100. *inter conſil feud. diuerſ.* vbi firmat quod clericus amittit feudum tamquam beneficiatus, etiam ſi habet beneficium in commendam, quia etiam commendatarius dicitur beneficiatus, ideo dico ego quod ſicut illo caſu propter commendam excluditur à feudo, ita iſto caſu debet admitti ad exemptionem fori, vt dum in vno grauatur in alio releuetur, ita in terminis Graſſus *de effect. cleric. d. effect.* 1. *numer.* 1227. Et ſic pariter habentes penſionem ſolitam concedi clerico gaudent priuilegio fori, Salzed. *ad Diaz in praxi capitulo* 67. *numero decimo.* Creſcent. *deciſio* 14. *de ſent. & re iudic.* Portuleſ. *in tract. de las ſcompetentias de las iuriſdictiones quæſtione tertio, numero* 20. Rodriquez *in ſumm. tom.* 1. *capitul.* 155. *numer.* 11. Praxis Epiſcopalis *in verbo clericus part.* 1. §. 2. *dub.* 2. ſicque iuxta hanc ſententiam decidiſſe Sacr. Congregat. refert Armenat. *in addit recopil. leg.* Nauar. *lib.* 1. *titul.* 19. *de foro competent. numer.* 5. *&* 7.

N

Digitized by Google

licèt contrariam tueantur poſt alios Cenedus *in dicta quaeſt.4.numer.32. cum ſeq.* Garzia *de benef.part.1.cap.5.num.70.* Riccius *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop.Neap. 71.num.11. part.2.* & latè Graſſus *dicto effect.1.num.1198.* quam opinionem intelligerem de penſionariis non excedent.penſionem ſexaginta ducatorum auri de Camera vt in Bulla Sixti V. quę incipit Paſtoralis de anno 1580. cum Belletta *diſquiſit.cleric.* § 8.*num.11.*

Clerici verò non beneficiati, ſed in prima tonſura, vel minoribus ordinibus tantum conſtituti, vt fori priuilegio gaudere debeant, neceſſe eſt vt clericalem habitum, & tonſuram deferentes per Epiſcopum alicui Eccleſiæ deputentur vel in ſeminario clericorum, aut Schola, vel in vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines verſentur, vt habetur *in Concil.Trident.dicto cap.6.* Nec ſufficit, quod tonſuratus virtute prædictæ licentiæ bis, ter, aut quater, vel quinquies ſeruitio vacauerit, ſed requiritur frequentia in ſeruitio, quia verba Côcil. *dicto capit.6. ibi, Alicui Eccleſiæ inſeruiat,* ſunt ſignificantia actum perſeuerantiuum, quod requirit frequentiam, & perſeuerantiam in ſeruitij præſtatione, Gram. *deciſ.87. numer.5.* Menoch. *conſil.92.num.30. & 31. & de præſumpt. lib.6. præſumpt 76.numer.38.* Maſtrillus *deciſ.113.* Cened. *dicta quaeſt.4.numer. 26.* Graſſus *dicto effect.1. num.1183.* aſſerens huiuſmodi ſeruitium debere præſtari in ſpiritualibus & de præſenti, cum Concil. *dicto cap. 6. ibi, inſeruiat, & ibi verſentur, loquatur de præſenti,* Menoch. *dicto conſil 92. numer.27.* qualitas enim iuncta verbo regulatur ſecundum tempus verbi *l. in delictis* §. *ſi detracta.* vbi Bart *ff. de noxal. act.* Pariſ. qui ſimilia adducit *conſil 62.num 37.lib.4.* & bene dicitur Eccleſiæ ſeruire de præſenti, ſi per menſem ante delictum Eccleſiæ inſeruiuerunt. argumento eorum, quæ docuerunt Caſtrenſ. & Salicet. *in l. ſiue poſſidet. C. de probat.* & plenè Maſcard. *de probat. concluſ.* 1198. concludentes ſatis probari de præſenti qui per menſem ante probationem poſſederit, licèt ſi aliquo impedimento neceſſario interpellatum fuerit huiuſmodi ſeruitiū, non per hoc diceretur priuilegio fori carere, deciſum refert Galetina *in margarita caſuum conſcientiæ in verbo clericus fol.41.*

Quæ licentia danda per Epiſcopum clerico ad hunc effectum, vt in certa Eccleſia inſeruiat, ſufficit quod fuerit oretenus conceſſa, vt deciſum refert Riccius *in prax.reſolut.525.par.1.* in magnis, debet tamen eſſe expreſſa, vt reſoluunt Menoch. *de præſumpt.lib.6.quæ. 76.num.41.* & Cened. *in dicta quaeſt. 4. n.24.& 26.*

Ego autem in cauſa clerici Franciſci de Roſa in currenti Anno 1623. in Magna Curia Vicariæ tanquam patronus prætendi adſcriptionem hodie non eſſe neceſſariam, ſed ſufficere ſeruitiū tantum ad effectum, vt clerici in minoribus tonſurati gaudeant priuilegio fori, vel dato quod adſcriptio eſſet neceſſaria quod ſufficiat illam fuiſſe factam à quolibet epiſcopo ex eo, quia ſufficit vni Eccleſiæ ſeruire, licet non ſit illa, quæ fuit conſignata ab epiſcopo, prout apparet ex ſequentibus allegationibus, quas in alia facti contingentia rogatus exaraui, & ſunt uidelicet.

PVtaui apud mentem dominorum iudicantium facilè cadere poſſe, quod causã clerico Io. Antonij de Palma inquiſiti in M.C.V. remittant eius Iudici competenti, & ſic Curiæ Eccleſiaſticæ.

Ad quod demonſtrandũ, & vt facilius veritatis oraculum appareat, ſuppono, quod licèt clericus in minoribus con-

bus conſtitutus, vt gaudeat priuilegio fori, niſi habeat beneficium, debet clericalem habitum, & tonſuram deferre, & alicui Eccleſiæ de mandato epiſcopi inſeruire iuxta deciſionem ſacri Concilij Tridentini *ſeſſ.23. de Reform at.cap.6.*

Tamen ſi clericus inſeruit alteri Eccleſiæ, quam ei, cui deputatus eſt ab Epiſcopo, non per hoc priuatur tali priuilegio, vt in terminis terminantibus tenent Genuenſ. *in prax.cap.7 num.1.* & Ricc. *in deciſ.111.part.4.* ſicque declarauit Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium Sacri Concilij interpretum per hæc verba.

An clericus alteri Eccleſiæ inſeruiens, quam illi, cui fuit adſcriptus fori gaudeat priuilegio? Congregatio cenſuit gaudere Romæ die 28. Decembris 1586. Anton. Cardinal. Carapha.

Ita quod hodie non eſt dubitandũ de hoc, cum Sacrum Concilium ſic fuerit declaratum per habentes poteſtatem declarandi, illius eſt enim leges declarare, & interpretari, cuius eſt condere.

Pro cuius opinionis iuſtificatione debet conſiderari mens Sacri Concilij Trident. *d. cap. 6.* dum diſpoſuit quod Clericus in minoribus deberet inſeruire alicui Eccleſiæ, fuiſſe, (vt apertè dicit) adhoc vt appareat quaſi in via ad maiores ordines ſuſpiciendos ſe verſari, vt apud Salzed. *ad Diaz in pract. crim.cap.62.* Henriq. *in ſumma libr.10. cap.15.§.2.* Garzia *de benefic. part.4. cap. 2.num.2.* ergo non obſtat, quod quis potius vni Eccleſiæ, quam alteri ſeruiat, legis enim mens potius eſt attendenda, quam verba, *l. ſcire leges ff. de legibus l. non aliter de legat.3.* cum legis mens, & lex ipſa idem ſint, Surd. *deciſ. 43.n.9.*

Et confert, nam dum habemus effectum, non eſt curandum de modo vt latè apud Cardinalem Tuſc. *in concluſ.51.lit.E. tom.3.* ſed ſic eſt, quod effectus à Sacro Concilio requiſitus eſt, vt clericus in minoribus inſeruiat Eccleſiæ, ergo licet alteri Eccleſiæ, quam ei, cui fuit deputatus ab epiſcopo inſeruiat, non per hoc non debet gaudere priuilegio fori.

Eo magis, quia ſacri conſilij verba *in d. cap.6.* debent potius reſtringi in fauorem clericorum, quam ampliari, & vbi poteſt ex eo conſequi ſenſus erga clericos, debet excludi ſenſus contrarius, vt apud Maceratenſ. *variar. reſolut. libr. 1. reſolut.* 48. vbi aſſignat rationem, nam clerici de iure canonum bene gaudent priuilegio fori, licèt in diuinis non ſeruiant.

Sed quid vagandum eſt, dum habemus caſum, non eſt amplius diſputandum, vt conſiderat præſes de Franch. *in deciſ.....part.4.* dico quod exiſtit declaratio Sacr Congregationis ſuperius citata, à qua non eſt recedendum.

Nec obſtat, quod iſte Clericus Io. Antonius paſſus eſt ſe facere cognoſci ab eademmet Magna Curia Vicariæ, & conſequenter quod prorogauerit eius iuriſdictionem, illique conſenſerit.

Siquidem reſpondetur claram eſſe iuris Regulam, quod clerici non poſſunt neque expreſsè, neque tacitè renunciare eorum priuilegio, & ſe ſubmittere iuriſdictioni Iudicis ſecularis, *cap. ſignificaſti. & cap. diligenti de foro competenti*, & vtrobique Gloſ. Bald. *in tract. de ſtatut. in verbo comparere num.1.* Alber. *in l. ſiquis num.3. ff. ſi quis in ius voc non ierit.* Angel. *in l. 4. numer. 1. Cod. de leg.* Foller. *in pract. de cenſibus in verbo, & ſummiſsionis cuiuſcumque foro numer. 2.* Gramat. *deciſ.61.num.14.* Afflict. *deciſ. 2.num.2.* Camil. *de curt. in diuerſ. iur. feud. part.2.cap.2.nu.2.125.* Præſes de Franch.

N 2

Digitized by Google

*deciſ.*400 *numer.*6. latè Farinac. dicens communem opinionem *in pract. crimin. quaeſt.* 8. *num.* 10. vbi alios adducit, & plenè ego dixi *praxi elect. & variar. fori quaeſt.* 7. *num.* 4. *ſect.* 3. vbi *num.* 14. aſſigno rationem, nam cum priuilegiũ hoc fuerit introductum in fauorem totius ordinis clericalis, non poteſt renunciari per vnum clericum, eò magis, quia concernit fauorem, & iuriſdictionem iudicis eccleſiaſtici.

Quinimò nec cum conſenſu, & licentia ſui epiſcopi clericus poteſt prorogare iuriſdictionem Curiæ ſecularis, & permittere, vt ab ea cognoſcatur Gloſ. & alij *in cap. ſignificaſti de foro competenti.* Alex. *conſ.* 8. *lib.* 1. Gramat. *deciſ.* 21. *num.* 1. *deciſ.* 29. *num.* 9. & 10. & *deciſ.* 61. *num.* 8. & 9. Roland. *conſ.* 4. *num.* 10. & 16. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 193. *lib.* 2. vbi alios allegat Baiard. *ad Clar. in* §. *fin. quaeſt.* 36. *num.* 10. Vranius *conſ.* 32. *num.* 7. *libr.* 2. Alex. de Neuo *in cap.* 1. & 6. *num.* 84. *de conſtit.* Vulpel. *in tract. de libert. Eccleſ. part.* 1. *num.* 15. Scaccia *de iudic. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 38. Cened. *in collect. iur. canon. part.* 1. *collect.* 57. Camil. de Curt. *in diuerſ. iur. feud. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 125.

Ita quod nec valet inueterata conſuetudo, qua introductum eſt, vt clerici ſe permittant facere cognoſcere à Curia ſeculari, *cap. qualiter & quando de iudic.* Guttier. *in l. nemo poteſt num.* 106. *ff de leg.* 1. etiam ſi agatur de cauſis ciuilibus Germon. *in tract. de ſacrorum immun. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 12.

Imò quod fortius eſt, nec etiam clericus poteſt conſentire in alium iudicem, etiam eccleſiaſticum, prorogando eius iuriſdictionem abſque expreſſo conſenſu ſui epiſcopi, *cap. cum licet* 3. *quaeſt.* 3. *cap.* 1. & 2. 11. *quaeſt.* 1. Bald. *in l.* 1. §. & *poſt num.* 3. *ff. de nou. oper. nunciat.* Dec. *in cap. at ſi clerici num.* 164. *de iudic.* Lap. *in cap.* 1. *num.* 5. *de foro compet.* Papo. *conſ.* 1. *n.* 14. *lib.* 1. Rom. *ſing.* 745. Vuermes *in lib.* 1. *pract. forenſ. tit.* 1. *obſeruat.* 12 *n.* 2. Capic. *deciſ.* 9. *n.* 13. & *alij paßim.*

Quod adeò verum eſt, vt nec etiam coram Metropolitano poſſit per clericum fieri hæc iuriſdictionis prorogatio in præiudicium epiſcopi, vt per Turrecremat. *in d. cap. non liceat num.* 8. 3. *quaeſt.* 6. refert, & ſequitur Graſſ. *de effect. clericatus effect.* 1. *num.* 57. in quo effectu plura cumulat in tali materia, quòd breuitatis cauſa libenter omitto.

Ex his igitur clara apparet iuſtitia huius Clerici Io. Antonij quod debeat ad Curiam Eccleſiaſticam remitti non obſtante quod inſeruiuerit alteri Eccleſiæ, quam ei, cui fuit deputatus per Epiſcopum, & quod fecerit ſe cognoſcere à prædicta Magna Curia, quæ in hoc caſu ligatas debet habere manus, in non procedendo, licèt diſſolutas in remittendo inquiſitum reddendo ea quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, cum ſatis abſurdum ſit immittere falcem in meſſem alienam. Cætera ſuppleant Domini Iudicantes, quorum Sano Iudicio omnia prætermiſſa relinquuntur.

Io. Maria Nouarius I. C. Lucanus.

COLLECT. 2607.

Super Gloſ. in l. ſiue poſſidetis C. de probat.

¶ *Poſſeſſor olim & hodie præſumitur poſſidere.*

Dicit hæc Gloſa, quod poſſeſſor olim, & hodie poſſeſſor præſumitur, & ita Rota apud Farin. *dec.* 419. *tom.* 1. *part.* 1. & *deciſ.* 634. *tom.* 2. *parte prim.*

Declara tamen hanc concluſionem procedere vbicumque poſſeſſio allegetur, Rubin. *deciſ.* 73. vbi quod procedit hoc non ſolum in poſſeſſore ipſo allegante poſſeſſionem de præſenti

ſenti, ſed etiam in ſucceſſore vniuerſali, vel ſingulari, qui poteſt allegare poſſeſſionem defuncti vel Authoris ſui, quem conſtat ſemel poſſediſſe, continuatam fuiſſe vſque ad mortem.

Amplia in eo, qui probat initium poſſeſſionis, vt præſumatur etiam hodie poſſeſſor, prout qui probatur ſemel dominus, ſemper præſumitur retinuiſſe dominium, etiam poſt mille annos, vt pluries cenſuit in caſibus contingentibus noſtra Curia Archiepiſcopalis Neap.

COLLECT. 2608.
Super Ordinat. ll. Hiſpan. lib. 3. titul. 64.

¶ *Stylus quando attendendus ſit?*

STylus Curiæ eſt attendendus, h. d. & ita fuiſſe deciſum pluries teſtatur Gama *deciſ.* 16. Cabed. *deciſ.* 2. *deciſ.* 3. *deciſ.* 201.

Intellige quando caſus non reperitur deciſus per Regiam ordinationem, quia tunc attenditur regia ordinatio, non autem ſtylus Gama *deciſ.* 4. Intellige ſecundò, vt ſtylus tunc ſit obſeruandus, quando in eius allegatione teſtificatur cum iuramento, aliàs non, Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 62. Phebus *deciſ. Rot. Luſitaniæ* 64.

Sed an potius ſtandum ſit ſtylo, quã conſuetudini, declarat Nouarius *forenſ. quæſt.* 78. *lib.* 1. vbi pro ſtylo concludit.

COLLECT. 2609.
Super Doctrina Bald. in cap. 1. §. ſi iudex de pace tenenda.

¶ *Remiſſio ad forum competentem, cuius expenſis ſit facienda?*

EST in opinione hic Baldus quod Remiſſio ad forum competentem debeat fieri expenſis petentis. Et ita confirmant Boer. *deciſ.* 103. Cappella Tholoſ. *deciſ.* 100. vbi Addit. Aufrerij, Vrſil. *deciſ.* 61. Guid. Pap. *deciſ.* 211. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 74. Præſes de Franch. *deciſ.* 355. & nouiter ego ipſe *in deciſ. Curiæ Archiep.* 181. *part.* 4.

Sed an in materia remiſſionis delinquentium forus delicti ſit principalior aliis foris? affirmatiuè poſt alios deciſum teſtor *deciſ. eiuſdem Curiæ* 182. *part.* 4. vbi amplio id eſſe verum etiam vbi delinquens eſſet in poteſtate iudicis, qui exercet iuriſdictionem in delinquentem, quia etiam in tali caſu forus delicti præfertur foro originis, Franch. *deciſ.* 37.

Et delinquentium remiſſio, qualiter fieri debeat, & quænam ſit praxis petendi remiſſionem, & illam faciendi declaraui pariter *deciſ. eiuſdem Curiæ* 183. *part.* 4.

COLLECT. 2610.
Super l. purè §. fin. ff. de dol. except.

¶ *Annalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum.*

ANnalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum, h. d. & & ita pariter cautum eſt *in l. licet C. de except. & in l.* 4. *C. qui admitti*, ſicque ex deciſionariis tradit Gratian. *Rot. March. deciſ.* 151. & Surd. *deciſ.* 277.

Verum quandoque in Curia Archiepiſcopali nos hanc iuris concluſionem declarauimus procedere debere, quando quis nõ poteſt ius ſuum proponere in iudicio principaliter agendo, ſed tantũ excipiendo, quia tũc perpetuò poteſt excipere, ſecus verò, quando ius ſuum poteſt proponere, etiam principaliter agendo infra certũ tempus, quia tunc ſimiliter tenetur infra illud excipere, arg. text. *in l. Papinianus §. ſi filius ff. de inoffic. teſtam.*

COLLECT. 2611.
Super pragmatica Regni Siciliæ vnic. ſub titulo de priuileg. ædificant. palat. vel magn. dom.

¶ *Domum paruam vendere ad ornatum ciuitatis quando quis cogi poſſit?*

IN Regno Siciliæ vigore huius pragmaticæ eſt diſpoſitum, quod vt Ciuitates, & Terræ, ac loca poſſint habilius pulchris honorari, & ornari aſpectibus, nouiſque conſtructionibus adornari, & decorati, ſi aliquis Ciuis habeat locum ſuum in eadem ciuitate, in qua habitare intendat, vel conſtruere aliquod palatium, & propterea egeat domu ſibi contigua, ſiue caſaleno vacuo, dummodo paruus ſit ad comparationem eius loci, poteſt illum cogere ad ſibi vendendum.

Ad cuius ornatum vide omninò Caſtillum *deciſ.*134. *tom.* 2. vbi in terminis huius pragmaticæ plura cumulat.

Sed num in tali caſu venditor teneatur habere fidem de precio? negatiuè concludas ex Valaſc. *deciſ.*22. & ex dictis per Giurb. *deciſ.* 86. qui limitat id non procedere, vbi emptor reperiretur in extrema & ineuitabili neceſſitate.

Et an habens locum paruum cogatur in caſu quo volens conſtruere palatium, ex cuius conſtructione ornatur ciuitas, poſſit cogere ad ſibi illum tradendum ante quam erectio dicti palatij initietur? pro negatiua opinione reſpondendum eſt ex dictis per Nouar. *forenſ. quæſt.*31. *lib.*1. vbi tamen loquitur in diuerſo caſu, ſcilicet tractans articulum, ſi ille, qui cogitur vendere domum ſuam pro conſtructione & erectione ſeminarij, teneatur illã tradere multo ante, quam erectio ipſius ſeminarij initietur? & negatiuam ſectatur ſententiam, ſicque ait reſpondiſſe cuidam præſuli à ſe expetenti.

COLLECT. 2612.
Super Doctrina Bald. in l. ſi ea in fine C. de condit. inſert.

¶ *Abſens de licentia ſuperioris, quando dicatur.*

ABſens cum licentia dicitur inſeruire, & ideò Doctor, qui morari debet ad legendum ſi habuerit licentiam in eundo, & redeundo, debet habere ſalarium, h. d.

Declara tamen dummodò dans licentiam habeat talem poteſtatem Stephan. Gratian. *deciſ. Rot. Marchiæ* 200. Marc. Antonius de Amat. *deciſ.*52.

Amplia quod Senatori de licentia Regis ſalarium debetur, Cabed. *deciſ. Luſit.*8. *part.*1. diximus *Curia Archiep.* 44. *part.*3.

Amplia idem procedere de ſtipendiario pro tempore, quo abfuit de licentia ſui ſuperioris, quia ſalarium debetur, Rubin. *deciſ.*81. quia præſens dicitur in loco, qui abeſt de licentia ſui ſuperioris, & abeſſe non dicitur, qui rediturus eſt, *l. ex facto ff. de hæred. inſtitut.*

Declara tamen non procedere, vbi abſentia prædicta eſſet affectata, quia non prodeſſet *l. & quia ff. ex quib. cauſ. maior.* & ratio eſt, nam in tali caſu adeſſet temeritas, & dolus, qui non prodeſſe debent, & ideo quia abſens, qui ſemel in iudicio fuit, cenſetur abeſſe ex malitia abſentia ei non prodeſt, Nouar. *quæſtion. forenſ.* 148. vbi etiam, quod Abſentia inquiſiti non admittitur, quando inquiſitus fuit in die, vel ante diem delicti viſus ex Franc. *deciſ.* 327. ea ratione, nam præſumitur malitiosè ſe abſentaſſe.

Et nota, quod Abſens ex publica vtilitate tanquam impeditus legitimè excu-

excuſatur, vt diximus *deciſ. Curia Archiep.*347.*part*.4.

COLLECT. 2613.
Super l.cum Syllanianum, vbi Iaſ. n.3. C.de his quibus vt indign.

¶ *Actum nihil dicitur quando aliquid ſupereſt agendum.*

ACtum nihil dicitur, cum quid ſupereſt agendum, h.d.& ita habetur *in l.penult. C. ad Syllanian, & in l. Titia ff. de verb. obligat.* ſicque ex deciſionariis tradit Antonius Monach. *deciſ.Lucenſ.*25.*deciſ Florent.*19. *& deciſ. Bonon.* 28. quod tamen intelligitur procedere, & eſſe verum, quoties illud quod ſupereſt agendum eſt eſſentiale, ſubſtantiale, & neceſſarium, ſecus autem ſi accidentale ſit, & parui momenti, cum ea, quæ parui momenti ſunt nō habeantur in conſideratione, *l ſcio ff. de in integr. reſtit.* quia modica non nocent, *cap.ſi proponente*, vbi gloſ. *de reſcript. quæſt. forenſ.*37.*lib*.1. vbi meritò refert, latéque comprobat expendentem paruam quantitatem falſæ monetæ non puniri pœna ordinaria, ſicque ait deciſum in Magna Curia Vicariæ, & in Curia noſtra Archiepiſcopali Neapolitana.

Vera igitur exiſtente firmata concluſione inferas, quod cum ſuperſit aliquid agendum, dum quis ad doctoratus apicem non peruenit, ideo inſtitutus ſub conditione, ſi legibus ſtuduerit non dicitur ſtuduiſſe, ſi ad doctoratus apicem non peruenerit, ſicq; legatum factum alicui, ſi intrauerit monaſterium non debetur, vbi is profeſſionem non emiſit, Magon. *deciſ.* 4.*Florent*.141. Surd.*deciſ*.303.& latè diximus *deciſ.*77.*part*.2. prout legatarius ſub conditione, quod clericus efficiatur non poteſt habere legatum, ſi clericalem habitum aſſumat & nolit ad ſacerdotium peruenire. Nouarius *par.* 1. *quæſt.forenſ.quæſt*.1. vbi latè hanc defendit ſententiam, & iuxta eam determinaſſe dicit.

COLLECT. 2614.
Super Concil. Trident.ſeſſ.25.de Regular.cap.15.

¶ *Profeſſio facienda poſt annum decimum ſextum expletum.*

PRofiteri nullus valet expreſsè, nec tacitè ante decimum ſextum annum expletum, & profeſſio antea facta ipſo iure eſt nulla, h.d.

Ad cuius ornatum vide Armendariz *in addit. ad recopil.leg. Nauar. libr.* 2. *tit*.18 *l*.7.*de Relig*. vbi *num*.11. ait fuiſſe deciſum, quod ordinarius poteſt profeſſionem ante decimum ſextum annum expletum nullam declarare, & *numer*.40. teſtatur quoque deciſum in cauſis nullitatis profeſſionis, quæ infra triennium ab ordinario, & ſuperiori regulari non determinatur eſſe locum decreto Concilij *cap*.20. *ſeſſ*.24. *de Reformat.in princ.*

Sed num in dicto decreto Concilij *cap*.15. Milites Regulares comprehendantur? negatiuè deciſum refert Idem Author *loco ſupra cit. numer*.7. vnde in militibus Sancti Stephani nuncupatim non procedere decidit Rota Rom. *deciſ*.591. *part*. 1. *diuerſ*. vbi ita pariter loquitur de fratribus tertij ordinis.

Quamuis milites Hieroſolymitanos comprehendi ſub illo decreto ex nouo ipſorum ſtatuto deciſum, ait Pariſ. *de reſign.lib*.1. *quæſt*.2.*n*.120.

Et quod profeſſio facta ante decimum ſextum annum ſit nulla iuxta noſtrum text. adde ſic voluiſſe Rotam apud Farinac. *deciſ*.173. *tom*. 1.*part*.1. ita vt ſi deficiant duodecim dies ante decimum ſextum annum expletum pro-

Digitized by Google

feſſio dicatur inualida, Nouar. *lib.* 1. *quæſt.forenſ.deciſ.* ....

Non admittitur autem puella ad profeſſionem ante tempus ſexdecim annorum, vt deciſum aſſerit Armendariz *loco cit.num.* 41. qui pariter firmat non eſſe diſpenſandum, vt puella, quæ duodecimum annum non compleuerit, poſſit habitum in monaſterio accipere, teſtans adhuc deciſum à Sacra Illuſtriſſimorum Cardinalium congregatione de anno 1580. quod ſi puella duodecim annorum matrimonio cõiuncta religionem ingreſſa ſit, cogendum eſſe ſponſum per ſpatium quatuor annorum expectare, quouſque illa profiteatur.

COLLECT. 2615.

Super l. in his §. Vbi Imol.ff.ſolut. matrim.

¶ Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias, quæ teneatur reſtituere hæredibus primi viri?

ISte author hic facit diſtinctionem in ea concluſione, ſi mulier tranſeundo ad ſecundas nuptias teneatur reſtituere vidualia, & eſt vt precioſiora teneatur reſtituere, non autem quotidiana.

De qua materia vide Capic. *deciſ.* 27. & Franc. *deciſ.* 413. vbi latè Nouar. *in addit.* alia cumulat.

Vndè Roui. *in conſ. deciſiuo* 97. dicit iudicatum referente Conſiliario D. Petro de Vera, vt non obſtante tranſitu ad ſecunda vota poſt annum luctus, non ſit facienda reſtitutio per mulierem, & indè refert fuiſſe liquidatum precium lecti vidualis, & veſtium lugubrium in ducatis octingentum.

Et Peregrin. *deciſ.* 5. *Rot. Patauin.* ait, ſe nunquam vidiſſe viduas nubentes poſt annum luctus reſtituere veſtes lugubres & viduales.

Sed Vxor ab hæredibus viri defuncti vltra veſtes lugubres, & alia paramenta pro luctu conuenientia, an debeat habere currum, ſeu rhedam, vulgo *Cocchio*, ſeu *Carrozza*, quo viuente marito vtebatur? affirmauit Nouarius in quadam facti contingentia per hæc ſequentia verba.

DE veſtibus lugubribus non eſt dubium, quin hæredes mariti debeant prouidere viduam, vt latè deducit Capic. *in deciſ.* 26. Capella Tholoſ. *deciſ.* 337. Caualc. *deciſ.* 8. Guttierez *pract. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 95. vbi pleniſſimè Roias *in epitom. ſucceſ. cap.* 33. *numer.* 49. Queſad. *diuerſ. quæſt. part.* 1. *quæſtio.* 25. Ferrer. *obſeruat.* 44. *part.* 3. Franc. *deciſ.* 413. vbi quod vxor ab hæredibus viri defuncti debet habere veſtes lugubres, & alia paramenta pro luctu conuenientia.

Quinimò huiuſmodi veſtes deberi etiam famulis magnorum Dominorum, tenent Maſcard. *de probat conclu.* 1064. *in fin.* Tuſc. *in ſuis ſingularibus in verbo vxor.* Bonacoſ. *quæſt.* 152. *num.* 33. vbi firmat famulos viduarum Dominarum debere habere veſtes lugubres.

Quæ veſtes ſolent adiudicari dupliciter inter perſonas alicuius conditionis iuxta anni diuerſitatem, Æſtiuales ſcilicet, & Hyemales, prout etiã pluries obſeruatum vidi, & veſtes hyemales præſtantur à calendis Septembris ad Calendas Aprilis, Æſtiuæ verò à Calendis Aprilis ad Calendas Septembris, vt eſt text. *in l.* 1. *C. de Milit. & Veſt. lib.* 12. vbi Bar. & Platea, Roman. *ſingul.* 601. Corſet. *in ſuo lib. ſingular. in verbo veſtis.* poſt cæteros nouiter Molfeſ. *in comment. ad conſuet. Neap. quæſt.* 9. *num.* 9. *part.* 5. Nec poteſt eſſe dubium, quin inter homines alicuius conditionis, & conſiderationis debeantur iſtæ duplices

duplices veſtes lugubres, puta in tempore hyemali veſtis panni luctus, & tempore æſtiuo veſtes vulgò *di Saia ſcotta*, vt ſeruatur hic Neapol. vbi hæc conſuetudo eſt notoria, quæ facit abſque dubio ius, & tradita per Sanchez *in tract. de matrimon. libr. 6. diſputat. 25. num. 21.*

Sed contingit dubitari in Anno 1623. dum deceſſiſſet ab hac vita Dominus Marcellus Muſceuola patritius huius ciuitatis Neapol. multum benè meritus ſi magnificæ Iſabellæ Funtunaroſæ eius vxori non ſolum deberentur iſtæ veſtes lugubres, verum etiam, & currus vulgò Cocchio, quem ipſe Marcellus dum viuebat pro ipſius Iſabellæ vxoris vſu habebat.

Et conſultus ego quid ſentirem, voce dixi prætenſionem ipſius vxoris eſſe iuridicatum firmando opinionem quod ei deberetur currus vltra alias veſtes lugubres, & paramenta, cum ipſa Iſabella eſſet ſenex, & talis qualitatis quod ſine dedecore, & incommodo non poterat pedeſter incedere, ſed in curru, prout tempore, quo maritus viuebat ipſa ſolita erat incedere.

De quo quidem quippè mirandum non eſt, ſiquidem vbicunque aliquem dedecet pro ſui qualitate, & conditione pedeſter incedere equus eſt ei præſtandus, ſiue percurrat prouinciã, ſiue ciuitatem perambulet, vt probatur *in l. idemque §. Labeo ff. mandat.* per quem textum inquit Bald. *in l. ſolet §. non verò num. 6. ff de offic. proconſ. & legat.* quod in eo, qui ſecundum conditionem ſuæ perſonæ non poteſt ire pedeſter, equi pars ſunt alimentorum, & infert quod ſi officialis nequit à ſubditis emere domos, vel agros, tamen poteſt emere equum, quia non debet incedere pedeſter, & idem Bald. *in l. quoniam liberi in princ. C. de teſtibus* ſcribit, quod teſti conducto ad deponendum ſolui debent vecturæ equorum, ſi qualitas perſonæ id exigat, & mouetur per eundem textum *in dicto §. Idem Labeo*, per quem text. Salicet. pariter aſſerit *in d. l. quoniam liberi.* teſti non ſolum victum dandum eſſe, ſed etiam vecturam Roncini, vel nauis, ſi qualitas perſonę expoſcat, refert, & ſequitur Surd. *in ſuo tract. de aliment. tit. 4. quæſt. 8.* vbi firmat idem dicendum eſſe hodie de rheda ſeu Carrotia, quibus nunc ferè omnes nobiles vtuntur, & præcipuè in hac alma Neapol. firmando in fine, quod quando alimenta alicui debentur ſine dubio vecturæ equorum Nauium, ſeu aliorum erunt præſtandæ, ſi qualitas negotiorum, vel perſonæ id exigat, in quo plurimum verſabitur iudicis Arbitrium, qui iuxta rei qualitatem diligenter examinabit negotium ſibi propoſitum, ergo rhedam, ſeu Carrotiam deberi vxori vltra paramenta luctuoſa, quando tamen illa ſolita eſt habere viuente marito concludendũ eſt, prout iuxta hanc ſententiam quoque cum alias idem articulus eueniſſet conſului in ipſomet anno 1623. & ſic fuit exequutum per hæredes.

Aduerte tamen quod nunquam mulieres tenentur reſtituere ipſas veſtes lugubres, ſi poſt annum luctus tranſeat ad ſecunda vota, at ſecus ſi infra annum nubent, ita Couar. *de ſponſal. part. 2. cap. 3. §. 9. num. 10.* Garzia *de expenſ. cap. 8. num. 40.* Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſ. princ. 2. num. 63.* N[illegible] *conſ. 91. num. 11. cum ſeq.* Valaſc. *in prax partit. bonor. cap. 19. num. 58.* Perez, *in l. H. ſp. 7. in gloſſ. verſic. per luto tit. 1. libr. 1. fol. mea* 47. Peregri. *in deciſ. 41 num. 5.* vbi in fine fatetur ſe nunquam vidiſſe viduas nubentes poſt annum luctus veſtes lugubres, & vidua'es reſtituere, & ita ſeruatur in hac alma Vrbe Neapol. in qua ſic fuit deciſum per Sacrum Re-

gium Conſilium in cauſa Illuſtriſſimæ Comitiſſæ Saponariæ referente Conſiliario D. Petro de Vera ab Aragonia.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2616.
Super regula Cancellariæ reſeruante dignitates maiores poſt ponticalem.

¶ *Dignitates maiores poſt Pontificalem in Cathedralibus quando ſint reſeruata.*

VIgore huius regulæ pontifex reſeruauit ſibi generaliter omnes dignitates maiores poſt pontificales in Cathedralibus etiam metropolitanis, & Patriarchalibus.

Amplia hanc regulam procedere etiam ſi in Cathedrali adſit vna dignitas tantum maior, quia hæc etiam erit reſeruata, vt voluit Rota in vna Turianaua Archipresbyteratus 7. Maij 1574. coram Montis ſaculon.

Amplia ſecundo hanc regulam habere locum, etiam ſi prima dignitas eſſet vnita Capitulo, vt tenuit Rota in vna Verdunenſ. Decanatus 9. Martij, 1580. coram Illuſtriſſimo Card. Lancellotto:

Declara tamen, quod dignitates, quæ reſeruantur in hac regula, debeant eſſe maiores, ſeu principales actu, & non habitu, vt fuit tentum per eandem Rotam in vna Vallisoletana Decanatus 11. Decembris 1600. coram Illuſtriſſimo Card. Millino iuſta cuius tenorem in facto decidit Curia Archiepiſcopalis vt conſtat apud me *deciſ.* 264. *part.* 4. vbi etiam *num.* 4, affirmo quod quando erectio in primam dignitatem eſſet conditionaliter facta pendente conditione, & illa non purificata, non cadet ſub reſeruatione ex deciſ. Rotæ in vna Mediolanenſi Præpoſituræ 16. Martij, 1590. coram R.P.D. Bubalo, etiam ſi in erectione eſſet adiecta clauſula, ex nunc prout ex tunc, quoniam licèt hæc clauſula habeat virtutem, vt retrahatur à die datæ, vt apud Creſc. *deciſ.* 260. non tamen hoc procedit, & habet locum ad effectum reddendi collationem præcedentem nullam, & præiudicium iuris alteri medio tempore quæſiti, Puteus *deciſ.* 190. *lib.* 2.

Et nota, quod ſi dignitas maior in collegiata excedat decem aureos, adhuc debet conferri à ſummo Pontifice, Gomeſ. *deciſ.* 5.

COLLECT. 2617.
Super Doctrina Bart. in l. 2. C. quando lic. vnicuique ſine iudic. vendic.

¶ *Bannitum occidenti quando debeatur pramium?*

FIrmat hic Bart. *num.* 1. quod proclamata pro occidendis Bannitis ſunt pro quiete publica.

Tu igitur pro ornatu inferas, quod Bannum donarium concedens capienti malefactorem, fauorabile eſt ob bonum publicum, vt à viris iniquis viarum depopulatoribus prouincia liberetur, Theſaur. *quæſt. forenſ.* 52. *lib.* 2. & ideò latè debet interpretari, Cabal. *reſolut.* 279. nec abſurdo intellectu coarctandum, *l. fin. C. de præpoſ. in reb. lib.* 12. & proindè generaliter accipienda ſunt eius verba, etiam de inhabilibus fauore publico.

Sed non per hoc donarium, ſiue præmium à principe promiſſum capienti malefactorem, ſiue bannitum, Regiis officialibus, ſiue miniſtris illum capientibus debetur, ratio eſt quia id tales coguntur facere ratione officij, quod quidem dictat, vt malefactores reuelent, & capiant Antonin. *deciſ.*

Maccrat.

Digitized by Google

Macerat.ſiue reſol. 24.*lib* 3. latè Peguer. *deciſ.*67. quoniam ſeruitia ex debito officij actionem non præſtant ad remunerationem; officialium enim eſt facinoroſos comprehendere, vt prouincia expurgetur, vulgat. text. *in l. congruit ff. de offic. præſid.* nec excuſatur officialis, ſi aliquid contra naturam officij egerit, quinimò ſi negligens ad capiendum eos fuerit ipſorum fautor potius cenſebitur, *cap. quanto de ſent. excommunic. cap. nec regimini* 1. *quaſt.*7. *cap. negliere* 2. *quaſt.* 7. *cap. error* 23. *diſtinct.* Rubin. *deciſ.*701. vbi etiam, quod vbi conſcius iudex facinus non vendicat ad crimen feſtinat, *l.*2.*C. de commerciis*, quia ex negligentia dolus præſumitur, *l. reprehendenda, C. de inſlit. & ſubſtitut.* nam negligens ea, quæ curare debuerat in dolo eſſe præſumitur, Antonin. *d. reſol. Macer.*24. vbi ex officij ſui neceſſitate ad id cogebatur ad text. *in l. dolus ff. Mandat.*

Verum vbicunque Bannum de officiali, ſiue miniſtris Curiæ expreſsè loquatur, tunc illis dari præmium non denegatur, Caualcan. *deciſ.* 23. *part.*5. & ratio eſt, quia ſumus in clara lege, quæ interpretationis auxilio non indiget cum in claris ceſſent coniecturæ, quæ tantum adhibentur in rebus dubiis, & ambiguis.

De mercede autem aſſignanda pro occiſione Bannitorum nouiter loquitur Megall. *deciſ. caſ. conſtent.*59. & an Banniti occidi poſſint extra territorium, declarat Idem *deciſ.*60.

COLLECT. 2618.
Super l. Mutuis ff. pro ſocio.

§ *Contraria ſimul eſſe non poſſunt, declarantur regulæ contrariorum.*

Colligitur ex iſto textu, quod contraria ſimul eſſe non poſſunt, & ita nouiter ſcribit Monach. *deciſ. Lu-cenſ.*25. Ideo ad poſitionem vnius ſequitur remotio alterius, *l. ſi inter ff. de except. rei iudic.* & ſe inuicem e[illegible]dunt, & mutuò ſe expellunt, & vno poſito remouetur alterum, Surd. *deciſ.* 24. & *deciſ.*92.

Item contraria non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto ſimul ſcilicet, & eodem tempore, ac eodem ſubiecto, vel ſecundum logicos in habitibus moralibus, ſecus autem in ſpeculatiuis, vel in concreto, & in realibus, aliter autem in abſtracto, & in imaginatione.

Sed num contraria allegans ſit audiendus? negatiuè decidendum eſt virtute text. *in l.*1.*C. de furt. & l. tranſactione C. de tranſact.* & ita in ſpecie tradunt Gratian. *deciſ. Rota Marchiæ* 54. Cabed. *deciſ. Rot. Luſitan.*34.*part.*1. Monach. *deciſ. Bonon.*34.

Et contrarietas num ſit euitanda in omni diſpoſitione? affirmat textus *in l. vbi repugnantia ff. de Regul. iur.* & ita tradit Surd. *deciſ.*276.

Et contrariorum num ſit eadem diſciplina? affirmat textus *in l.* 1. *ff. de his qui ſuyt ſui, vel alien. iur. l. fin. ff. de leg.* 3. *l. in fundo ff. de rei vendic.* cum quibus iuribus concurrit Seſſa *deciſ. Rot. Aragon.*52.

Et contrarium effectum an debeant operari inducta ad vnum finem? negatiuè textus *in l. legata inutiliter ff. de leg.*1.*l.*2. *antè fin. C. de iuram. calumn. l. qui hominem* § *fin.* & ibi not. *ff. de ſolut. ca. maiores* § *ſed adhuc, vbi not. de Baptiſm.* prout contrarium effectum non debent operari inducta in fauorem, iuxta regulam text. *in l. legatum ff. de adimend. legat. l. quod fauore ff. de legib. & cap. quod ob gratiam de reg. iur. in* 6.

COLLECT. 2619.

Super l. adeo §. cum quis ff. de acquirend. ter. domin.

¶ *Declarans nihil ponit in eſſe, & nihil de nouo facit.*

DEclaratio facta à principe non confert aliquod ius de nouo, h.d.

Amplia generaliter hanc concluſionem, quod declarans nihil ponit, nec facit de nouo, *l. hæredes palam* §. *ſi quid poſt ff. de teſtam.* & ita Antonin. *deciſ. Maceratẽ ſiue variar. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 3. & nouiter Rota Romana *apud Farin. deciſ.* 454. *tom.* 1. *part.* 1.

Nota autem, quod declarare voluntatem verbis, vel factis paria ſunt, ad textum *in l. de quibus ff. de legibus l. recuſari ff. de acquirend. hæredit.* quamuis voluntatem facto magis, quam verbis declarari, conſtat ex *l. Paulus ff. rem ratam habet. & l. reprehendenda, C. de inſtit.* Surd. *deciſ.* 194. Rota Rom. *apud Farin. deciſ.* 582. *tom.* . *part.* 1. Valaſc. *deciſ.* 169. Anton. *reſolut.* 11. *lib.* 2. vbi *num.* 89. declarat procedere quando factum eſt determinatum ad quid certum præſumendum, ſecus ſi eſt indeterminatum, & indifferens, facta enim ſunt potiora verbis *l. de pupillo* §. *meminiſſe ff. de noui oper. nunciat.* & ideò voluntas præferenda eſt verbis, quamuis reguletur à mente, ſed ex coniecturis declaratur, Surd. *deciſ.* 7.

COLLECT. 2610.
Super Doctrina Caſtrenſ. in l. Naue Saupheli ff. locati.

¶ *Aſſecurationis contractus an, & quando valeat?*

DIcit hic Caſtrenſis aſſecurationis Vaſcellorum, ſiue Nauium contractum in iure non eſſe reprobatum.

Ad cuius ornatum videre Afflict. *deciſ.* 389. & omnino Muram *deciſ. Sicil.* 3. vbi latè tractat, ſi aſſecurator nauis ſuſcipiens in ſe periculum, an teneatur ad caſus culpoſos prouenientes ex cauſa patroni, vel aſſecurati, & num aſſecurationes nauium valeant cum pactis de perueniendo ad talẽ locum acceptis tot pro centenario etiam cum pacto?

Sed num aſſecurari nauim ſiquis habeat mandatum debeat facere aſſecurari, prout conſuetum eſt, ita quod dicatur fideiuſſor indemnitatis? affirmatiuè vide Bellon. *deciſ. Rotæ Genuæ* 25.

Et an aſſecurans nauim, in qua adſunt merces, ſi illæ ſint translatæ in aliud vaſſellum, & contigerit naufragium teneatur? negatiuè Caſtil. *deciſ. Rot. Sicil.* 3.

COLLECT. 2611.
Super Doctrina Bart. in l. quibus diebus §. fin. ff. de condit. & demonſtr.

¶ *Legatum conditionale, an, & quando tranſmittatur ad hæredes?*

BArt. *hic num.* 13. eſt in opinione, quod ſi legatarius decedat ante implementum modi tranſmittit legatum ad hæredem, qui poſtea parendo legatum obtinebit.

Tu autem vide latè Seſſ. *in deciſ. Rot. Aragon.* 31. *part.* 1. & Phebus *deciſ. Luſita.* 11. vbi tractat verum legatũ vt nubat, ſit conditionale, vel modale, & nonnulla enucleat, quando in legato ſit modus, vel conditio, & quomodo hoc intelligatur in iure, & in praxi plenè declarat.

An autem legatum poſt mortem alterius ſit conditionale, vel purum, & in diem, ita quod præmoriente ipſo legatario tranſmittat ad ſuos hæredes præfatum legatum, vel remaneat apud teſtatoris hæredes, declarat magno cum apparatu Nouar. *forenſ. quæſt.* 168. *lib.* 1. vbi tandem in fauorem hæredis teſtatoris pronunciat.

Et legatum relictum alicui, ſub conditione

ditione quod efficiatur Sacerdos, an tranſmittatur ad hæredes legatarij, ſi morte præuentus non peruenerit ad Sacerdotium, vel ob aliquod impedimentum ad illud peruenire nequit? declarat Idem *forenſ. quæſtion.* 40. *eod. lib.* 1.

COLLECT. 2622.

Super Gloſ. in l. ſed eum quoque §. ex contrario ff. de procur.

¶ *Procurator in criminalibus quando admittatur.*

Circa concluſionem, de qua in præſenti gloſa ne admittatur procurator in cauſis criminalibus, aliàs ſcripſiſſe recordor, verum quia aduenięnte tempore excreſcunt caſus, ideo alias ſcriptis adde ſequentia.

Et primò Amplia etiam ſi pater cōpareret tanquam procurator, Merlin. *deciſ.* 6. Capic. *deciſ.* 153. *num.* 3.

Amplia ſecundò etiam ſi allegetur iudicis incompetentia, & nullitas proceſſus, vt fuiſſe deciſum in deciſ. Lucenſi teſtatur Magon. *deciſ.* 23.

Amplia tertiò, vt non admittatur nec etiam defenſor, Creſcentius *deciſ.* 2. de dolo, & contumacia.

Eandem concluſionem ſic firmatam, & ampliatam limita ſequentibus modis.

Et primò vt licèt Reus non poſſit audiri per procuratorem quando tamen ageretur de pœna corporali, quo ſuccederet in locum pecuniariæ, tunc dato fideiuſſore de ſoluendo pœnam pecuniariam in caſu ſuccumbentiæ admittitur procurator. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 42. Merlin. *deciſ.* 39.

Secundò limita vbicumque non opponitur à parte, quia tunc in criminalibus benè admittitur procurator, Cornazzan. *deciſ.* 97.

Tertiò limita, quando procurator compareat in cauſa criminali non circa ſubſtantialia cauſę, quia intantum prohibetur comparere, in quantm circa cauſæ ſubſtantialia verſatur, at ſecus ſi aliter Merlin. *deciſ.* 55. Cornazzan. *deciſ.* 39. & vide aliquid penes Maſtrill. *Rot. Sicil.* 258. *part.* 3.

An autem reus accuſatus criminaliter in incidentibus ad cauſam teneatur cōparere perſonaliter? negat Phebus *deciſ. Rotæ Luſitaniæ* 64. & quando in iudicio ſit citandus Dominus, vel procurator? vide Merlin. *deciſ.* 82.

COLLECT. 2623.

Super cap. ſine poſſeſſione de Regul. iur. in 6.

¶ *Præſcriptum cenſetur ſolum, quantum eſt poſſeſſum.*

Hic firmatur Regula, quod præſcriptum tantum cenſetur quantum poſſeſſum & iuxta illius tenorem firmant Cappell. Tholoſ. & ibi Addit. *deciſ.* 323. Puteus *deciſ.* 167. *part.* 1. vbi plura cumulat Capic. *deciſ.* 109. Anton. *deciſ. Macer. ſiue reſolut.* 70. *lib.* 1. Boer. *deciſ.* 58. & nouiter Monach. *deciſ. Lucenſ.* 14. quos omnes in hac materia videre poteris.

COLLECT. 2624.

In c. licet cauſam §. ex præmiſſis extra de probat.

¶ *Teſtibus veriſimilia deponentibus magis creditur.*

Teſtibus cæteris paribus pręferuntur illi, qui veriſimiliora deponunt, hoc dicit, & ita Afflict. *deciſ.* 363. Viuius *deciſ.* 199. & 377. Adeo, quod id procedit etiã ſi negatiuè deponerent, Bellon. *deciſ. Gen.* 24. & *deciſ.* 106. Surd. *deciſ. Peruſ.* 14.

Ideoque teſtibus non veriſimilia deponentibus credi non debet ob mendacij, vel falſi ſuſpectũ cap. verſi-

mile de præſumpt. & ideo fidem non faciunt, Verall. *deciſ.* 276. *part.* 3. Gramat. *deciſ.* 28. Rot. *apud Farinac. deciſ.* 138. *&* 192. Monald. *conſil. deciſ.* 50. *vol.* 1.

Veriſimile autem Doctores noſtri dicunt eſſe quando teſtium depoſitiones concordant cum iure communi, & veriſimile illud dicitur quod vero eſt ſimile, argumento text. *in l. miles* §. *militem ff. de adulteriis*, vbi dicitur militem, qui habuit in contubernio ſororis filiam adulterij pœna teneri, Contubernij enim illius, & conuerſatio continua adulterij ſimile eſt.

COLLECT. 2625.
Super Concil. Trident. ſeſſ. 23. de Reformat. cap. 18.

¶ *Epiſcopus an poſſit cogi ſeminarium erigere in ſua diœceſi?*

SEminarium puerorum in ſingulis Cathedralibus, quomodo inſtituendum & gubernandum hic oſtenditur.

Pro cuius ornatu vide noſtram *deciſ. Curiæ Archiepiſcop.* 196. *part.* 4. vbi tracto articulum, ſi epiſcopus poſſit cogi ad erectionem ſeminarij exiſtentibus facultatibus pro illius erectione, & à quo cogi poſſit? & affirmatiuè deciſum retulimus, firmando pariter quod ſi epiſcopus negligens fuerit in ſeminarij erectione, Archiepiſcopus ſupplere debet eius negligentiam.

Sed num Cardinales teneantur contribuere ſeminario de fructibus beneficiorum quæ habent in diœceſi, vbi eſt ſeminarium, & affirmatiuè ſacra Congregatio Concilij determinauit in facti contingentia.

COLLECT. 2626.
Super Doctrina Ripæ in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim.

¶ *Conſignatio, ſeu reſtitutio dotis eſt nulla, ſi non probetur vergentia viri ad inopiam.*

FIrmat hic iſte Author *nu.* 37. quod vergentia ad inopiam non probata reſtitutio dotium eſt nulla, & non valet, & ita Ludouic. *deciſ. Lucenſ.* 22. & Giurb. *deciſ.* 16.

Et non apparente cauſa vera, maritus non liberatur, cum non appareat cauſa reſtitutionis *l. vnic. C. ſi dos conſtan. matrimon.* Amat. *deciſ. Rot. Marchiæ* 43. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 55. Giurb. *deciſ.* 24. *Milanenſ. deciſ.* 7. *libr.* 1.

Et ad materiam vide omninò Caſtill. *deciſ. Rot. Sicil.* 110. *tom.* 2. vbi latè tractat, an reſtitutio dotium conſtante matrimonio fieri poſſit poſt cauſatam executionem poſitis cuſtodibus, & interpoſitum primum decretum, & quod vt fiat prædicta reſtitutio ſit neceſſaria vergentia ad inopiam, & de ea conſtet, & meritò quidem, nam iudex debet plenè cognoſcere, & diſcutere de vergentia ad inopiam, quando agitur de præiudicio tertij.

COLLECT. 2627.
Super l. cum quæritur §. qui impleto ff. locati.

¶ *Reconductio pro quo tempore cenſeatur facta, & quomodo probetur?*

DOctores communiter, & præcipuè Bart. hic affirmant, quod reconductio cenſetur facta pro vrbanis tempore habitationis, & in Ruſticanis per annum.

Pro cuius ornatu vide Boer. *deciſ.* 177. & nouiter Caſtill. *Rot. Sicil. deciſ.* 11. vbi latè tractat, quando reconductio intelligatur facta, & maxime in Triremibus.

Sed num reconductio hæc probetur per teſtes, quando cóductor longè

antè

ante exfractationem opponit ſibi relocationem fuiſſe factam? affirmatiuè deciſum teſtatur Gizzarel. *deciſ. ſacri conſil.* 71. circa cuius articuli diſcuſſionem, cum viderim nonnulla notatu digna in facti contingentia per Nouarium promulgata, hic pro vtilitate lectoris reponere libuit, & ſunt ſequentia, ſcilicet.

Siue attendamus opinionem illam, quod Reconductio benè teſtibus probetur, vt fuiſſe deciſum in Curia Archiepiſcop. huius ciuitatis fatetur D. Ricc. *in praxi reſolut.* 625. *part.* 1. *in Magn.* vbi ita pariter teſtatur iudicatum per ſacrum conſilium de Anno 1615. in cauſa cuiuſdam de Mari cum illo de Lamberto in Banca Scacciauenti.

Quæ ſanè ſententia vera redditur ex eo, quia eandem vim habent teſtiū depoſitiones, quam inſtrumenta, *l. in exercendis C. de fide inſtrument.* Mynſing. *obſeruat.* 23. *cent.* 4. Gregor. *ſintagm. iur. lib.* 48. *cap.* 14. imò probatio per teſtes eſt magis probata, quam per viuam vocem, quam per inſtrumenta, quæ probant per vocem mortuam, vt fatetur Cyn. *in rubric. C. de Teſtibus.* & plus creditur voci viuæ, quam mortuæ, Alex. *conſil.* 3. *num.* 5. *vol.* 3. Iſern. *in conſtit. regni dignum gloſſ. in cap. tertio loco de proba.* vnde dicimus, quod etiam ſi partes conueniant, vt ſolutio nequeat per teſtes probari, ſed per ſcripturam tantum, adhuc tamen admittitur probatio per quinque teſtes idoneos, vt plenè demonſtrat Marſil. *in rubric. C. de probat. num.* 38.

Siue dicamus eſſe veriorem opinionem illorum aſſerentium, reconductionem debere probari per ſcripturam, vt tenuit Franc. *in deciſ.* 278. vbi ita ait deciſum in ſacro Conſilio, quod pariter placuit Tapiæ *in iur. regn. part.* 4. *in tit. de locat. de* [illegible] 1. *de locat.* Mart. *deciſ.* 33. *numer.* 15. *& deciſ.* 104. *numer.* 7. Maugiel. *ad Bar. in l. item quæritur §. qui impleto ff. locat.* Cartar. *deciſ.* 115. Coſt. *de retrotract. fol. mihi* 36. *num.* 9. Gam. *deciſ. Luſitan.* 57. de Pont. *in conſ.* 23. *lib.* 1. vbi dicit reconductionē non apparente ſcriptura fuiſſe per ſacrum conſilium reiectam.

Quorum opinio pariter vera videtur per diſpoſitionem text. *in l. ne cui C. locati.* vbi Cyn. *in* 2. *notab.* dicit hoc eſſe ſpeciale, vt euitentur fraudes conductorum, qui conuentiones allegant, & Sal[illegible] ibi dicit optimam fuiſſe rationem, vt obuietur fraudibus, quia prior conductor nolens exire continuò allegaret pactum, & interim ſecundus remaneret habitatione orbatus.

Tamen in caſu noſtro omninò dicendum eſt, relocationem factam per Magnificum Mauritium Claricellam Magnifico Antonio Salamanchæ bene poſſe probari per tres teſtes deponentes relocationem ſibi fuiſſe factam, & hoc quia longè ante tempus exfractationis opponit ſibi fuiſſe factam relocationem, quo in caſu diſpoſitio *l. ne cui C. locati.* locum ſibi minimè vendicat, vt fuiſſe deciſum per Magnam Curiam Vicariæ in fauorem Dominici Miſerini contra Martium Riccardum ſub die 23. Iulij 1610. & confirmatum per Sacrum Conſilium ſub die 28. Septembris 1610. in aula felicis de Ianuario, à quo cum reclamatum fuiſſet, fuit iterum relatione in ſacro Conſilio per eandem magnam Curiam ſub die 2. Martij 1611. confirmatum præfatum decretum, actuarius magnæ Curiæ Vicariæ eſt Vulturalis, & iuxta talem deciſionem pariter reperio fuiſſe deciſum in eodem ſacro Regio Conſilio in eadem aula in anno 1603. refert pariter ſic articulo bene diſcuſſo iudicatum Gizzarel. nouiter *in deciſ.* 71. qui dicit ſemper Dominos

Digitized by Google

ſacri Conſilij practicaſſe,& intellexiſſe text. *in d.l.ne cui.* ſibi vendicare locum, quando in ipſo actu, & tempore exfractationis,& quando imminet tempus dimittendi rem conductam, conductor ne dimittatur dicit ſibi fuiſſe factam relocationem, nam eo caſu præſumitur id doloſè, malitioſè, & fraudulenter dicere, ne cogatur rem dimittere,& exfractare, & ideò eo caſu,quia id dicit tempore,quo imminet tempus exfractandi, non eſt audiendus, niſi per ſcripturam in promptu doceat de relocatione, quia eſſet aperire viam fraudibus & malitiis,& nunquam quis rem dimitteret, nouuſque conductor vtique deluderetur, quæ ſanè ratio ceſſat vbi quis antequam immineat tempus exfractationis, pro vt in caſu, de quo agitur, dicit fuiſſe factam relocationem,& iudicium benè poteſt finiri,antequam cedat tempus dimittendi rem locatam, quia teſtes poſſunt breuiſſimo termino illico recipi, & iudicium hoc cum ſit ſummarium intra paucos dies terminari poteſt, & ideò ceſſat præfata fraudis præſumptio, in qua fundatus videtur ille textus.

Et licèt pars aduerſa prætenderet, hoc non poſſe procedere, quia auferretur libera locandi facultas veris Dominis, & ſic Domini inuiti cogerentur relocare eorum bona contra text. *in l. ne cui C. locati, & in l. conductores C. eod. tit.* vbi Dominus poteſt rem ſua cui vult locare, itaut primus conductor præferri non debeat, vt ibi pro regula conſtituunt DD. omnes, & tradunt Bo-r. *deciſ.* 107. Gomez *var. reſolut. cap. 3. de locat. num. 5.* Mynſing. *obſeruat. 23. cent. 3.* Franc. *deciſ. 406. part. 2.* latè Anna *conſ. 77. lib. 1.*

Ego tamen replicaui eſſe hoc nimis ridiculum, nam, aut ſupponimus in facto quod dato termino pars, probauit plenè per teſtes eſſe factam à Domino reconductionem,& tunc nō poteſt dici, quod Dominus cogitur inuitus relocare, quia ſtante probatione relocationis ab ipſo Domino factæ, non poteſt dici inuitus, ſed volens,& ſic ceſſat eius ratio, & dictum in hoc caſu, vt verò ſupponimus in facto quod pars non probauit reconductionem expreſſam, & tunc ſi hæc probatio omiſſa eſt ante finitum tempus primæ conductionis Dominus abſoluetur à petita relocatione ob probationem non factam, & per conſequens ſecundus cōductor cum Domini voluntate habitabit, & ſic non eſt verum, quod Dominus cogitur inuitus locare, aut verò hęc probatio per teſtes eſt admiſſa poſt finitum tempus primæ conductionis, & tunc verum eſt, quod dominus cogeretur inuitus locare, non tamen directè,ſeu pręcisè, ſed per indirectum, & cauſatiuè, quia ſcilicet ſecundus conductor interim dum recipiebantur probationes voluit ſtare ſine habitatione, & ſic facta ſibi prouiſione de alia domo conducta Dominus illius domus, quantumuis primus conductor non probauerit ſecundam reconductionem,tamen ne domus remaneat vacua, contentatur relinquere eundem primum conductorem in domo, & ſic reincidit hæc ratio adducta per partem in eandem rationem conſideratam à Bal. & aliis, vt ſupra,quæ non militat ante finitum tempus locationis, ſed eo tantum finito; dat. Neap. deciſ. 19. Aprilis 1625.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 268.

Super Gloſ. in cap. Tuis de præbendis.

¶ *Decima an ſoluatur de bonis patrimonialibus datis in titulum?*

Gloſa

GLoſa hæc dicit, quod de bonis patrimonialibus, ad quorum titulum fuit quis ordinatus, non ſoluitur decima, prout non ſoluitur de cæteris rebus eccleſiæ.

Ratio autem eſt, nam huiuſmodi bona dicuntur quædam ſpirituales mercedes, & præmia pro ſeruitiis eccleſiæ exhibendis, Sayr. *deciſ.12.de cenſibus.*

Amplia quod de his neque ſoluitur collecta G..id.P.ap.*deciſ.*283. Antonin. *var.reſolut. lib.1.caſu* 88. vbi fatetur ſic fuiſſe deciſum negotio maturè diſcuſſo in noſtro Regno Neap.& latè diximus *deciſ.Curiæ Archiep.*299.*part.2.*

Sed num ſicuti bona clerici patrimonialia præſcribuntur decem, vel viginti annorum ſpatio, ita etiam hoc procedat in bonis, ad quorum titulum in ordinibus promouentur, declarat Phebus *deciſ.Rot. Luſitaniæ* 19.

Et num pro iſtis bonis patrimonialibus gaudeat clericus beneficio electionis fori, prout gaudet quando agit pro bonis eccleſiæ? affirmatiuam partem latè defendendo, & iuxta eam deciſum in Regia Audientia Catanzarij, ait Nouarius *forenſ. quæſt.* 72. *lib.1.* vbi plura in fauorem horum bonorum cumulat, quæ per te videre poteris.

COLLECT. 2619.
Super l. 2. C. de tranſactionibus.

¶ *Tranſactio quando cenſeatur valida, & ſuſtineatur?*

PRo tranſactionis validitate ſufficit ſolus timor litis, h.d. & ita Caputaquen.*in deciſ.*123.*lib.*10. Mohed.*in deciſ.1.de tranſactionibus*, Ludouiſ. *in deciſ.*149. & quod timor litis ſufficiat pro validitate tranſactionis, Seraphi. *in deciſ.*638.*num* 7. vbi dicit, ſufficere ſolam ſuſpicionem litis, & *deciſ.*737. & Rota penes Zacch. *de obligat. Cam. deciſ.*119.*num.*4. *& in recent. part.*1. *deciſ.* 169.*num.*3.*& deciſ.*447. *num.* 2. *part.*2. *in recent. & deciſ.*715. *num.* 5. *eadem part.* fuit dictum in Romana domorum 11. Martij coram R.P.D. Vbaldo, & in Mindonien. Canonicatus 4. Nouembris 1617. coram R.P.D. Buratto, ſed quoad hunc timorem litis, nec non quoad exiſtentiam litis non ſtatur aſſertioni tranſigentium, ſed debet aliunde de eo conſtare, Rota *deciſ.*327. *in princip part.*2. *diuerſ.* Surd. *deciſ.*104. *num.*2.*&* 3. *& deciſ.*131.*nu.*2. & Seraph. *deciſ.*131. & iſte timor litis ex coniecturis, & veriſimilitudinibus ſatis probatur, Seraph.*deciſ.*737. neque lis calumnioſa ſufficeret ad ſuſtinendam tranſactionem, Magon. *deciſ. Florent. deciſ.*5. *num.* 4. *&* 5. fuit dictum in Romana reſciſſionis contractus 13. Februarij 1591. coram Orano, bene verum eſt, quod ſufficit modica occaſio dubitandi, etiam ſi prætenſio non eſſet ſatis iuridica, vt fuit dictum in Romana vſufructus 15. Martij, 1610. Coram Illuſtriſſimo Cardin. Sacrato, vbi fuit dictum ſufficere auctoritatem vnius doctoris eximij ad præbendum iuſtam cauſam litis, & tranſactionis. Notandum tamen eſt in hac materia, quod quando tranſactio eſt concepta cum verbis valdè prægnantibus, & vniuerſalibus comprehendit etiam ea, ſuper quibus non eſt lis in vim tranſactionis, ſed vim pacti, Surd. *deciſ.* 117. Seraph. *deciſ.*737. Ludouiſ. *deciſ.* 286. & Rota alias in Romana domorum 15. Martij 1616. coram R.P.D. Vbaldo, verum quod tranſactio reſtringatur ad cauſam expreſſam, & ad id quod eſt in lite, non obſtantibus verbis generalibus, concludit Ludouiſ. *deciſ.*158. vide pariter Mantic. *deciſ.* 145. vbi dicitur non obſtare quibuſcunque verbis tranſactio ſit concepta, de quo latius

Digitized by Google

apud Coccin. in Romana domus 16. Decembris 1613.

Num autem poſſeſſor beneficij litigioſi abſque ſimoniæ labe poſſit pro redimenda vexatione aliquid aduerſario litiganti ſoluere? affirmat Nouarius *forenſ. quæſt. 123. libr. 1.*

Et Reo nolente obſeruare tranſactionem, nunquid actor eum poſſit cogere ad promiſſorum obſeruantiã, an verò magis ipſi liceat ad priſtinam actionem redire? vide quæ in facto ſcripſit Nouarius, quæ hic apponere libuit, & ſunt ſequentia.

MAgnificus Dominus Marcellus Sallonus per publicum inſtrumentum promiſit ſeque ſolemnitur obligauit ſoluere Sacro Monti Pietatis ciuitatis N. aureos ſexcentum ex cauſis ibidem enunciatis, cumque in ſolutione deficeret, interuenientes pro Sacro Monte reuocato pacto precarij, petierunt ſe aſſociari ad bona hypothecata, & aſſociati fuerunt ad quædam bona quæ poſtea dicto ſacro Monti in ſolutum adiudicata fuerunt precio ducatorum ſexcentum, à qua ſententia cum dictus D. Marcellus appellaſſet, & demum ſententia confirmata fuiſſet, rurſus alia tranſactio inita fuit inter œconomos ſacri Montis & D. Franciſcum Riuullum interuenientem nomine dicti D. Marcelli, facta enim per Præſides Sacri Montis venditione dictorum bonorum, dicto de Riuullo, quo ſupra nomine agenti, è conuerſo ipſe ſe obligauit ad ſoluendum dictum debitum intra ſeptenniũ, poſtea verò Domino Marcello vita functo, petita fuit executio inſtrumenti prædicti contra D. Franciſcum Sallonam, & D. Iuliam de Saluinis, hanc vxorem, & vſufructuariam omnium bonorum, illam filiam, & hæredem proprietariam prædicti Domini Marcelli, tam pro ſorte, quam pro fictibus non ſolutis, cumque prædictæ Dominæ excipiendo ſe tuerentur, quod dicta tranſactio inita fuiſſet à dicto de Riuullo, de cuius mandato nullibi conſtaret; interuenientes pro ſacro Monte ad priſtinam actionem redierunt, petendo executionem ſententiæ adiudicationis bonorum, inde fuit excitata difficultas, vtrum ſacro Monti liceret agere, vt egit;

Sane ardua eſt quæſtio, ac de apicibus iuris variis in locis à Doctoribus agitata, quo iure ſuccurratur actori aduerſus reum non obſeruantem tranſactionem, nunquid eum cogere poſſit ad obſeruantiam promiſſorum, an verò magis ipſi redire liceat ad priſtinam actionem? & quia varium ius pro varietate caſuum ſtatutum fuit, idcirco diligenti animaduerſione, & accurata diſtinctione opus eſt;

Interdum enim tranſactio inita fuit ſimplici pacto, nec reperitur ſtipulatione munita, quo caſu ſi actor perfectè non impleuit pro parte ſua, ſed nec implere poteſt, fortè, quia promiſit factum negatiuum habens tractatum temporis ſucceſſiuum, veluti amplius non petere, cum non poſſit agere ad obſeruantiam tranſactionis ad priſtinam actionem redire poteſt, ſi tamen ea non ſit extincta, *l. ſiue apud acta C. de tranſact. l. cum proponas la 2. C. de pactis*, vel ſi ſit extincta agere poteſt ad reſciſſionem tranſactionis, & vt reponatur in priſtinam obligationem condictione ſine cauſa, *l. ſi quis accepto tulerit de condict. ob cauſ. datorum.*

Aliquando verò, & ſi actio non ſit extincta, vel ipſo iure per acceptilationem, vt in caſu *l. actione C. eod. titul. de tranſact.* vel per mortem actoris, vt in caſu *l. cum mota C. eod.* nec tranſactio reperiatur ſtipulatione vallata, agitur tamen ad obſeruantiam tranſactionis actione præſcriptis verbis, etiam ſi a-

ctor verè non impleuerit pro parte ſua, reus tamen habuerit pro perfecto implemento ipſius taciturnitatem, vt in caſu *l. ſi pro fundo C. eod.* nam & ibi actor promiſerat amplius non petere, & verè non poterat dici impleuiſſe perfectè, donec viueret, quia tamen reus loco prædij quod actor ab eo petebat, quendam alium fundum tradidit, qui poſtea fuit euictus actori, ita vt tradendo fundum videretur habuiſſe pro perfecto implemento, ex parte actoris, eius taciturnitate, non permittitur ipſi redire ad priſtinam actionem, quamuis non eſſet extincta, ſed ſolum ei prodita eſt actio præſcriptis verbis, per quam reum cogere poſſit, ad ſibi perfectè implendum, pręſtando intereſſe, occaſione euictionis ſequutæ, vt per Bart. *d. l. ſi pro fundo*, cuius ſenſum ibi Caſtrenſ. *numer.* 2. inquit non bene fuiſſe perceptum à Bald. & à Fulgoſ. & ratio eſt, quia tranſactio adeo reperitur priuilegiata, vt quoties actor ad eius obſeruantiam agere poteſt, vel ex ſtipulatione, vel præſcriptis verbis, nunquam ei permittatur ad priſtinam actionem redire ad trad. per Cyn. *in l. ſi maior annis Cod. eod.* poſt Guid. de Suzar. quem allegat Caſtrenſ. *d. l. ſi pro fundo num.* 4. 5. ita vt etiam ſi actor perfectè non impleuerit pro parte ſua, reus tamen ipſius taciturnitatem acceptauerit loco perfecti implementi, nõ alia tamen actione ſibi conſulatur, quam vt actione præſcriptis verbis reum cogere poſſit ad perfectè implẽdum, *d. l. ſi pro fundo*, & è conuerſo, quamuis reus ſit in mora adimplendi promiſſa, quia nec ea pręſtitit, nec obtulit ſe paratum præſtare, poſſit tamen actori ad priſtinam actionem redeunti obiicere exceptionem tranſactionis, & inſtare, vt ad eius obſeruantiam agar, & à prima actione deſiſtat, atque ita iuuari contra regulam iuris, ex eo quod impugnauit, tranſactione ſcil. ab eo non obſeruata, & hoc odio litiũ, ne ſemel tranſactione lites ſopitæ amplius reuiuiſcãt, *d. l. ſi maior annis.* ſecundũ intellectũ Guid. de Suz. quem ibidem Caſtrenſ. *numer.* 4. tanquam valde ſingularem, & vtilem extollit; ad illud, vt talis exceptio reo competat, quamuis in mora perſiſtat, quia nec ſoluit in termino, nec obtulit ſe paratum ſoluere, ſequitur Cephal. *conſ.* 24. *numer.* 20. *& ſequent.* hoc autem de plano, & abſque vlla dubitatione procedi, quoties reus conuentus priſtina actione, offert ſe paratum implere tranſactionem, nam eodem fauore tranſactionis, & odio litium *l. fratrũ C. eod.* admittitur ad purgandam moram vſque ad ſententiam ex mente Bald. Fulgoſ. Caſtrenſ. *d. l. ſi maior annis*, vt enim exceptio ex tranſactione reſultans ad euadendam priſtinam actionem durat vſque ad ſententiam, ita facultas purgandi moram, & ſic continuandi exceptionem reſultantem ex tranſactione, ſed redditam inefficacem ob moram ab eo commiſſam vſque ad ſententiam durare debet.

Aliquando verò actor pro parte ſua perfectè impleuit, & ſi quidem interuenit ſtipulatio ex ea aget ad obſeruantiam tranſactionis, ſi non interuenit, præſcriptis verbis, experietur, & quidem actione directa, ſi implementum ab actore proceſſit, veluti quia promiſit à lite diſcedere, & diſceſſit, vel vtili datiua, ſi implementum proceſſit à caſu, veluti ſi promiſit amplius non petere, & obiit, ita vt certum ſit eum amplius petere non poſſe, & actio ſit ex earum numero, quæ non tranſmittantur ad heredes, veluti querela inofficioſi Teſtamenti, aut actio diſcedens ex maleficio. *l. cum mota C. eod.*

Quod ſi actor non impleuit, & ſtat per eum, quo minus impleat, cum ta-

Digitized by Google

men in eius facultate poſitum ſit perfectè implere, tunc nec ad priſtinam actionem redire poteſt, cum etiam ſi tranſactio ſit contractus innominatus, in ea tamen non habeat locum pœnitentia quamuis res integra ſit, odio litium, *d. l. fratris* C. *eod.* nec agere poteſt, vt ſibi impleatur, quamuis interuenerit ſtipulatio, ſoluuntur enim exceptione implementi non præſtiti pro parte ipſius, *l. Iulianus §. offerri de action. empt.* vel ipſo iure cum tranſactio nudo pacto facta repetitur, vel ope exceptionis cum interuenit ſtipulatio.

Si verò non ſtat per actorem, quominus perfectè impleat, facit tamen quantum in ipſo eſt, veluti cum promiſit amplius non petere, liberando reum, & nunquam petendo, ſiquidem interuenit ſtipulatio, aget ad obſeruantiam tranſactionis, ſi modò ſit etiam paratus cauere de non petendo, ſi autem non interuenit ſtipulatio, tunc non poteſt experiri præſcriptis verbis, vtili vel directa ad obſeruantiam tranſactionis, non etiam ad eiuſdem reſciſſionem, & vt reponatur ad priſtinam actionem, cum de rigore iuris, nec actio præſcriptis verbis, nec condictio ſine cauſa competere poſſint, præterquam ei, qui perfectè impleuit, *l. naturalis §. 1. l. ob eam de præſcriptis verbis*, quia tamen actor quantum in ipſo fuit, ſatis dicitur impleuiſſe liberando reum, quamuis de facto, donec viuit, eundem moleſtare poſſit, merito ipſi ſuccurritur ex æquitate cõtra reum non implentem, æquitas autem in eo cõſiſtit, quod cum actor fecerit quidquid potuit, reus ſit in dolo non faciendo ſimiliter quidquid poteſt, *l. action. C. eod. tit.* illum text. intelligendo, vel ex mente Glo. Azor. Bald. Fulgoſ. ſi actor, ſeu creditor dolo inductus fuerit ad tranſigendum, nec ad priſtinam actionem penitus extinctã redire poſſit, vt ei ſuccurratur actione de dolo, vel ſecundum Pel. Bart. Caſtr. vt quoties actor pro parte ſua impleuit quantum in ipſo fuit, tametſi perfectè implere non poſſit ita ferente natura facti promiſſi, negatiui ſcil. habentis tractum temporis ſucceſſiuum, eidem tamen ſuccurratur contra reum non obſeruantem, quod obſeruare poſſit, actione de dolo ſecundum priorem intellectum capiendo dolum, pro vt interuenit ab initio, & dedit cauſam tranſactioni, ſecundum poſteriorem, pro vt poſtea committitur ob obſeruantiam tranſactionis.

Aliquando tamen contingit vt à tranſactione de conſenſu vtriuſq; partis recedi poſſit, & actori ad priſtinam actionem redire permittatur, etiam ſi penitus extincta fuerit, *l. ſi diuerſa Cod. eod. tit.* veluti ſi reus certam quantitatem dederit actori promittenti eum amplius non moleſtare, poſtea tamen moleſtiam mouere cœperit, offerendo ſe recepta reſtituturum, cui reus conſenſerit, nam ſi poſt reſtitutam pecuniam actor priſtinam actionem intentet, reus excipiat de tranſactione, iure actor replicare poterit, quod ab ea communi conſenſu receſſum fuerit, & ſi quidem prima actio erat ipſo iure ſublata, ex earum tamen genere, quæ ex conuentione partium reuiuiſcere poſſint, aget contra reum, vt ſe reponat in priſtinam actionem, condictione ſine cauſa directa, *d. l. ſi quis accepto tulerit*, aliàs vtili, ſi actio extincta ſit huiuſmodi, vt conuentione partium reuiuiſcere non poſſit, veluti in caſu *d. l. cum mota*.

His in iure præſuppoſitis, reſolui licuiſſe Syndico ſacri Montis, qui prius agere cœperat ad obſeruantiam tranſactionis, hac actione dimiſſa ad priſtinam actionem redire, & inſtare pro executione rei iudicatæ, adiudicatione

ſcil.

ſcil.in ſolutum, cum huic actionis variationi cauſam præfati hæredes præbuerint,ſe tuentes ab obſeruantia tranſactionis,illa exceptione quod facta eſſet à nõ habente mandatum, quaſi negantes de aliqua tranſactione legitima conſtare.

Quod igitur initio dicebatur nunquam licere ad priſtinam actionem redire,quoties creditori, ſiue actori aliquo remedio conſultum eſſe poteſt, per quod reum cogere poſſit ad obſeruantiam tranſactionis, ſiue ex ſtipulatione, quæ in caſu propoſito interuenit,ſiue præſcriptis verbis,ſiue actione de dolo,maximè verò cum prior actio per acceptilationem extincta fuit, vt accidit in hoc caſu,nihil obſtat, cũ exceptio aduerſus tranſactionem oppoſita tendat,non ad eam impugnandam tanquam iniuſtam,ſed tanquam nunquam initam inter prĉſides ſacri Montis,& Marcellum Sallonum,non conſtito de mandato illius, qui tanquam procurator ipſius Marcelli tranſegiſſet; quo caſu, nec remedium aliquod ex tranſactione competere, nec priſtina actio per acceptilationem extincta intelligi poteſt.

Quod ſi etiam concederemus prædictam executionem aduerſus tranſactionem oppoſitam tendere ad eam impugnandam,non ideo tamẽ minus licuiſſet Syndico ſacri Montis ab ea recedere de conſenſu partis aduerſæ, *d.l. ſi diuerſa*,& ad priſtinam actionem redire,maximè verò cum etiam expreſsè ab initio conueniſſet per pactum ſpeciale,vt priſtina iura ſacro Monti intacta, & illæſa manerent, perinde ac ſi nulla tranſactio facta eſſet in euentum in quem Marcellus promiſſa non obſeruaret,per quod pactũ videtur fuiſſe ſublata tam dict. Marcello,quam eius ſucceſſoribus facultas purgandi morã celeri ſatiſfactione,& parandi ſibi exceptionem aduerſus priſtinam actionem,ad Caſtr. *d.l.ſi maior annis n. 2.* arg. *l.ſi ſuper poſſeſſione C.eod.tit.de tranſact.*

Denique omnem ſcrupulum ex eo ceſſare dicebam quod procurator ſacri Montis ita redierit ad priſtinam actionem, vt tamen paratus eſſet ab ea recedere, & tranſactioni acquieſcere quoties hæredes Marcelli eidem parere vellent, quorum intentio non alia eſſe videbatur,quam vt vtrumque iudicium redderetur eluſorium aduerſus tranſactionem, & eius petitam obſeruantiam, ſe tuentes exceptione defectus mandati illius,qui tanquam procurator tranſegiſſet, aduerſus autem priſtinam actionem ſe defendentes exceptione tranſactionis,& iudicij ad eius obſeruantiam intentati, idcirco reſolui Magnificas DD. Hæredes condemnandas,aut ad ſoluendam ſummã in tranſactione conuentam vnà cum fructibus decurſis, aut ad dimittendum, & relaxandum Sacro Monti bona eidem in ſolutum adiudicata, vnà cum fructibus perceptis, in executione poſtea liquidandis.

Nec viſum fuit obſtare, quod actio ſemel intentata mutari non poſſit,magis verò cogatur actor in ea perſiſtere, donec ſuper ea per ſententiam diffinitiuam lis deciſa fuerit authentica *qui ſemel C.quomodo,& quando iudex*; hoc enim procedere dicebam, ſi quis vellet ab actione intentata recedere, non tamen ei ex toto renunciando, verè enim hoc caſu reus non eſſet tutus,quominus actor,ſi in noua actione ſuccũberet, ad veterem redire poſſet, ſecus autem ſi quis actionẽ mutare velit, ei penitus renunciãdo, quo caſu reus nihil amplius per ſententiam diffinitiuã conſequi poſſet,quam cõſequatur per huiuſmodi renunciationem, argum. *l.poſtquam liti C.de pactis*, C ſtr.*l.edita n. 10.ad finem numeri C.de edendo.*

¶ Declarans nihil ponit in eſſe, & nihil de nouo facit.

Declaratio facta à principe non confert aliquod ius de nouo, h.d.

Amplia generaliter hanc concluſionem, quod declarans nihil ponit, nec facit de nouo, *l. hæredes palam §. ſi quid poſt ff. de teſtam.* & ita Antonin. *deciſ. Macerat. ſiue variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 3.* & nouiter Rota Romana *apud Farin. deciſ.* 454. tom. 1. *part.* 1.

Nota autem, quod declarare voluntatem verbis, vel factis paria ſunt, ad textum *in l. de quibus ff. de legibus l. recuſari ff. de acquirend. hæredit.* quamuis voluntatem facto magis, quam verbis declarari, conſtat ex *l. Paulus ff. rem ratam habet. & l. reprehendenda, C. de inſtit.* Surd. *deciſ.* 194. Rota Rom. *apud Farin. deciſ.* 582. *tom.* 1. *part.* 1. Valaſc. *deciſ.* 169. Anton. *reſolut.* 11. *lib.* 2. vbi *num.* 89. declarat procedere quando factum eſt determinatum ad quid certum præſumendum, ſecus ſi eſt indeterminatum, & indifferens, facta enim ſunt potiora verbis *l. de pupillo §. meminiſſe ff. de noui oper. nunciat.* & ideò voluntas præferenda eſt verbis, quamuis reguletur à mente, ſed ex coniecturis declaratur, Surd. *deciſ.* 7.

COLLECT. 2610.
Super Doctrina Caſtrenſ. in l. Naue Saupheli ff. locati.

¶ Aſſecurationis contractus an, & quando valeat?

Dicit hic Caſtrenſis aſſecurationis Vaſcellorum, ſiue Nauium contractum in iure non eſſe reprobatum.

Ad cuius ornatum videre Afflict. *deciſ.* 189. & omnino Mutam *deciſ. Sicil.* 3. vbi latè tractat, ſi aſſecurator nauis ſuſcipiens in ſe periculum, an teneatur ad caſus culpoſos prouenientes ex cauſa patroni, vel aſſecurati, & num aſſecurationes nauium valeant cum pactis de perueniendo ad talē locum acceptis tot pro centenario etiam cum pacto?

Sed num aſſecurari nauim ſiquis habeat mandatum debeat facere aſſecurari, prout conſuetum eſt, ita quod dicatur fideiuſſor indemnitatis? affirmatiuè vide Bellon. *deciſ. Rotæ Genuæ* 25.

Et an aſſecurans nauim, in qua adſunt merces, ſi illæ ſint tranſlatæ in aliud vaſſellum, & contigerit naufragium teneatur? negatiuè Caſtil. *deciſ. Rot. Sicil.* 3.

COLLECT. 2611.
Super Doctrina Bart. in l. quibus diebus §. fin. ff. de condit. & demonſtr.

¶ Legatum conditionale, an, & quando tranſmittatur ad hæredes?

Bart. *hic. num.* 13. eſt in opinione, quod ſi legatarius decedat ante implementum modi tranſmittit legatum ad hæredem, qui poſtea parendo legatum obtinebit.

Tu autem vide latè Seſſ. *in deciſ. Rot. Aragon.* 31. *part.* 1. & Phebus *deciſ. Luſita.* 11. vbi tractat verum legatū vt nubat, ſit conditionale, vel modale, & nonnulla enucleat, quando in legato ſit modus, vel conditio, & quomodo hoc intelligatur in iure, & in praxi plenè declarat.

An autem legatum poſt mortem alterius ſit conditionale, vel purum, & in diem, ita quod præmoriente ipſo legatario tranſmittat ad ſuos hæredes præfatum legatum, vel remaneat apud teſtatoris hæredes, declarat magno cum apparatu Nouar. *forenſ. quæſt.* 168. *lib.* 1. vbi tandem in fauorem hæredis teſtatoris pronunciat.

Et legatum relictum alicui, ſub conditione

Digitized by Google

ditione quod efficiatur Sacerdos, an tranſmittatur ad hæredes legatarij, ſi morte præuentus non peruenerit ad Sacerdotium, vel ob aliquod impedimentum ad illud peruenire nequit? declarat Idem *forenſ. quæſtion.* 40. *eod. lib.* 1.

COLLECT. 1622.
Super Gloſ. in l. ſed eum quoque §. ex contrario ff. de procur.

¶ *Procurator in criminalibus quando admittatur.*

Circa concluſionem, de qua in præſenti gloſa ne admittatur procurator in cauſis criminalibus, aliàs ſcripſiſſe recordor, verum quia adueniente tempore excreſcunt caſus, ideo alias ſcriptis adde ſequentia.

Et primò Amplia etiam ſi pater cõparet et tanquam procurator, Merlin. *deciſ.* 6. Capic. *deciſ.* 153. *num.* 3.

Amplia ſecundò etiam ſi allegetur iudicis incompetentia, & nullitas proceſſus, vt fuiſſe deciſum in deciſ. Lucenſi teſtatur Magon. *deciſ.* 23.

Amplia tertiò, vt non admittatur nec etiam defenſor, Creſcentius *deciſ.* 2. de dolo, & contumacia.

Eandem concluſionem ſic firmatam, & ampliatam limita ſequentibus modis.

Et primò vt licèt Reus non poſſit audiri per procuratorem quando tamen ageretur de pœna corporali, quo ſuccederet in locum pecuniariæ, tunc dato fideiuſſore de ſoluendo pœnam pecuniariam in caſu ſuccumbentiæ admittitur procurator. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 42. Merlin. *deciſ.* 39.

Secundò limita vbicumque non opponitur à parte, quia tunc in criminalibus benè admittitur procurator, Cornazzan. *deciſ.* 97.

Tertiò limita, quando procurator comparet in cauſa criminali non circa ſubſtantialia cauſę, quia intantum prohibetur comparere, in quantm circa cauſæ ſubſtantialia verſatur, at ſecus ſi aliter Merlin. *deciſ.* 55. Cornazzan. *deciſ.* 39. & vide aliquid penes Maſtrill. *Rot. Sicil.* 258. *part.* 3.

An autem reus accuſatus criminaliter in incidentibus ad cauſam teneatur cõparere perſonaliter? negat Phebus *deciſ. Rotæ Luſitaniæ* 64. & quando in iudicio ſit citandus Dominus, vel procurator? vide Merlin. *deciſ.* 81.

COLLECT. 1623.
Super cap. ſine poſſeſſione de Regul. iur. in 6.

¶ *Præſcriptum cenſetur ſolum, quantum eſt poſſeſſum.*

Hic firmatur Regula, quod præſcriptum tantum cenſetur quantum poſſeſſum & iuxta illius tenorem firmant Cappell. Tholoſ. & ibi Addit. *deciſ.* 323. Puteus *deciſ.* 187. *part.* 1. vbi plura cumulat Capic. *deciſ.* 209. Anton. *deciſ. Macer. ſiue reſolut.* 70. *lib.* 1. Boer. *deciſ.* 58. & nouiter Monach. *deciſ. Lucenſ.* 14. quos omnes in hac materia videre poteris.

COLLECT. 1624.
In c. licet cauſam §. ex præmiſſis extra de probat.

¶ *Teſtibus veriſimilia deponentibus magis creditur.*

Teſtibus cæteris paribus pręferuntur illi, qui veriſimiliora deponunt, hoc dicit, & ita Afflict. *deciſ.* 363. Viuius *deciſ.* 199. *&* 377. Adeo, quod id procedit etiã ſi negatiuè deponerent, Bellon. *deciſ. Gen.* 24. *& deciſ.* 106. Surd. *deciſ. Peruſ.* 14.

Ideoque teſtibus non veriſimilia deponentibus credi non debet ob mendacij, vel falſi ſuſpectũ cap. veriſi-

mile de præſumpt. & ideo fidem non faciunt, Verall. *deciſ.276. part.3.* Gramat. *deciſ.28.* Rot. *apud Farinac. deciſ.* 138. & 192. Monald. *conſil. deciſ.* 50. *vol.1.*

Veriſimile autem Doctores noſtri dicunt eſſe quando teſtium depoſitiones concordant cum iure communi, & veriſimile illud dicitur quod vero eſt ſimile, argumento text. *in l. miles §. militem ff. de adulteriis*, vbi dicitur militem, qui habuit in contubernio ſororis filiam adulterij pœna teneri, Contubernij enim illius, & conuerſatio continua adulterij ſimile eſt.

COLLECT. 2625.
Super Concil. Trident. ſeſſ.23. de Reformat. cap.18.

¶ *Epiſcopus an poſſit cogi ſeminarium erigere in ſua diœceſi?*

SEminarium puerorum in ſingulis Cathedralibus, quomodo inſtituendum & gubernandum hic oſtenditur.

Pro cuius ornatu vide noſtram *deciſ. Curiæ Archiepiſcop. 196. part. 4.* vbi tracto articulum, ſi epiſcopus poſſit cogi ad erectionem ſeminarij exiſtentibus facultatibus pro illius erectione, & à quo cogi poſſit? & affirmatiuè deciſum retulimus, firmando pariter quod ſi epiſcopus negligens fuerit in ſeminarij erectione, Archiepiſcopus ſupplere debet eius negligentiam.

Sed num Cardinales teneantur contribuere ſeminario de fructibus beneficiorum quæ habent in diœceſi, vbi eſt ſeminarium, & affirmatiuè ſacra Congregatio Concilij determinauit in facti contingentia.

COLLECT. 2626.
Super Doctrina Ripæ in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim.

¶ *Conſignatio, ſeu reſtitutio dotis eſt nulla, ſi non probetur vergentia viri ad inopiam.*

FIrmat hic iſte Author *nu.37.* quod vergentia ad inopiam non probata reſtitutio dotium eſt nulla, & non valet, & ita Ludouic. *deciſ. Lucenſ.* 22. & Giurb. *deciſ.16.*

Et non apparente cauſa vera, maritus non liberatur, cum non appareat cauſa reſtitutionis *l. vnic. C. ſi dos conſtan. matrimon.* Amat. *deciſ. Rot. Marchiæ* 43. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 55. Giurb. *deciſ.* 24. *Milanenſ. deciſ. 7. libr. 1.*

Et ad materiam vide omninò Caſtill. *deciſ. Rot. Sicil.* 110. *tom.2.* vbi latè tractat, an reſtitutio dotium conſtante matrimonio fieri poſſit poſt cauſatam executionem poſitis cuſtodibus, & interpoſitum primum decretum, & quod vt fiat prædicta reſtitutio ſit neceſſaria vergentia ad inopiam, & de ea conſtet, & meritò quidem, nam iudex debet plenè cognoſcere, & diſcutere de vergentia ad inopiam, quando agitur de præiudicio tertij.

COLLECT. 2627.
Super l. cum quæritur §. qui impleto ff. locati.

¶ *Reconductio pro quo tempore cenſeatur facta, & quomodo probetur?*

DOctores communiter, & præcipuè Bart. hic affirmant, quod reconductio cenſetur facta pro vrbanis tempore habitationis, & in Ruſticanis per annum.

Pro cuius ornatu vide Boer. *deciſ.* 177. & nouiter Caſtill. *Rot. Sicil. deciſ.* 11. vbi latè tractat, quando reconductio intelligatur facta, & maxime in Triremibus.

Sed num reconductio hæc probetur per teſtes, quando cōductor longè antè

Digitized by Google

ante exſtractationem opponit ſibi relocationem fuiſſe factam? affirmatiuè dicendum teſtatur Gizzarel. *deciſ. ſacri conſil.* 71. circa cuius articuli diſcuſſionem, cum viderim nonnulla notatu digna in facti contingentia per Nouarium promulgata, hic pro vtilitate lectoris reponere libuit, & ſunt ſequentia, ſcilicet.

Siue attendamus opinionem illam, quod Reconductio benè teſtibus probetur, vt fuiſſe deciſum in Curia Archiepiſcop. huius ciuitatis fatetur D. Ricc. *in praxi reſolut.* 625. *part.* 1. *in Magn.* vbi ita pariter teſtatur iudicatum per ſacrum conſilium de Anno 1615. in cauſa cuiuſdam de Mari cum illo de Lamberto in Banca Scacciaventi.

Quæ ſanè ſententia vera redditur ex eo, quia eandem vim habent teſtium depoſitiones, quam inſtrumenta, *l. in exercendis C. de fide inſtrument.* Mynſing. *obſeruat* 25. *cent.* 4. Gregor. *ſintagm. iur. lib.* 48. *cap.* 14. imò probatio per teſtes eſt magis probata, quam per viuam vocem, quam per inſtrumenta, quæ probant per vocem mortuam, vt fatetur Cyn. *in rubric. C. de Teſtibus.* & plus creditur voci viuæ, quam mortuæ, Alex. *conſil.* 3. *num.* 5 *vol.* 3. Iſern. *in conſtit. regni dignum gloſſ in cap. tertio loco de proba.* vnde dicimus, quod etiam ſi partes conueniant, vt ſolutio nequeat per teſtes probari, ſed per ſcripturam tantum, adhuc tamen admittitur probatio per quinque teſtes idoneos, vt plenè demonſtrat Marſil. *in rubric. C. de probat. num.* 38.

Siue dicamus eſſe veriorem opinionem illorum aſſerentium, reconductionem debere probari per ſcripturam, vt tenuit Franc. *in deciſ.* 278. vbi ita ait deciſum in ſacro Conſilio, quod pariter placuit Tapiæ *in iur. regn. part.* 4. *in tit. de locat.* [illegible] 1. *de locat.* Marr. *deciſ.* 31. *numer.* 15. *& deciſ.* 104. *numer.* 7. Maugrel. *ad Bar. in l. item quæritur §. qui impleto ff. locat.* Cartar. *deciſ.* 115. Coſt. *de retroutr.* [illegible] *fol. mihi* 36. *num.* 9. Gam. *deciſ. Lyſitan.* 57. de Ponte *in conſ.* 23. *lib.* 1. vbi dicit reconductionẽ non apparente ſcriptura fuiſſe per ſacrum conſilium reiectam.

Quorum opinio pariter vera videtur per diſpoſitionem text. *in l. ne cui C. locati.* vbi Cyn. *in* 2. *notab.* dicit hoc eſſe ſpeciale, vt euitentur fraudes conductorum, qui conuentiones allegant, & Sa[...] ibi dicit optimam fuiſſe rationem, vt obuietur fraudibus, quia prior conductor nolens exire continuò allegaret pactum, & interim ſecundus remaneret habitatione orbatus.

Tamen in caſu noſtro omninò dicendum eſt, relocationem factam per Magnificum Mauritium Claricellam Magnifico Antonio Salamanchæ bene poſſe probari per tres teſtes deponentes relocationem ſibi fuiſſe factam, & hoc quia longè ante tempus extractationis opponit ſibi fuiſſe factam relocationem, quo in caſu diſpoſitio *l. ne cui C. locati.* locum ſibi minimè vendicat, vt fuiſſe deciſum per Magnum Curiam Vicariæ in fauorem Dominici Miſerini contra Martium Riccardum ſub die 23. Iulij 1610. & confirmatum per Sacrum Conſilium ſub die 28. Septembris 1610. in aula ſelicis de Ianuario, à quo cum reclamatum fuiſſet, fuit iterum relatione in ſacro Conſilio per eandem magnam Curiam ſub die 2. Martij 1611. confirmatum præfatum decretum, actuarius magnæ Curiæ Vicariæ eſt Vulturalis, & iuxta talem deciſionem pariter reperio fuiſſe deciſum in eodem ſacro Regio Conſilio in eadem aula in anno 1603. refert pariter hic articulo bene diſcuſſo iudicatum Gizzarel. nouiter *in deciſ.* 71. qui dicit ſemper Dominos

Digitized by Google

ſacri Conſilij practicaſſe,& intellexiſſe text. *in d.l.ne cui.* ſibi vendicare locum, quando in ipſo actu, & tempore exfractationis,& quando imminet tempus dimittendi rem conductam, conductor ne dimittatur dicit ſibi fuiſſe factam relocationem, nam eo caſu præſumitur id doloſè, malitioſè, & fraudulenter dicere, ne cogatur rem dimittere,& exfractare, & ideò eo caſu,quia id dicit tempore,quo imminet tempus exfractandi, non eſt audiendus, niſi per ſcripturam in promptu doceat de relocatione, quia eſſet aperire viam fraudibus & malitiis,& nunquam quis rem dimitteret, nouuſque conductor vtique deluderetur, quæ ſanè ratio ceſſat vbi quis antequam immineat tempus exfractationis, pro vt in caſu, de quo agitur, dicit fuiſſe factam relocationem,& iudicium benè poteſt finiri,antequam cedat tempus dimittendi rem locatam, quia teſtes poſſunt breuiſſimo termino illico recipi, & iudicium hoc cum ſit ſummarium intra paucos dies terminari poteſt, & ideò ceſſat præfata fraudis præſumptio, in qua fundatus videtur ille textus.

Et licèt pars aduerſa prætenderet, hoc non poſſe procedere, quia auferretur libera locandi facultas veris Dominis, & ſic Domini inuiti cogerentur relocare eorum bona contra text. *in l. ne cui C. locati, & in l. conductores C. eod. tit.* vbi Dominus poteſt rem ſuã cui vult locare, itaut primus conductor præferri non debeat, vt ibi pro regula conſtituunt DD. omnes, & tradunt Bo r. *deciſ.* 107. Gomez *var. reſolut. cap. 3. de locat. num.* 5. Mynſing. *obſeruat.* 23. *cent.* 3. Franc. *deciſ.* 406. *part.* 2. latè Anna *conſ.* 77. *lib.* 1.

Ego tamen replicaui eſſe hoc nimis ridiculum, nam, aut ſupponimus in facto quod dato termino pars, probauit plenè per teſtes eſſe factam à Domino reconductionem,& tunc nõ poteſt dici, quod Dominus cogitur inuitus relocare, quia ſtante probatione relocationis ab ipſo Domino factæ, non poteſt dici inuitus, ſed volens,& ſic ceſſat eius ratio, & dictum in hoc caſu, vt verò ſupponimus in facto quod pars non probauit reconductionem expreſſam, & tunc ſi hæc probatio omiſſa eſt ante finitum tempus primæ conductionis Dominus abſoluetur à petita relocatione ob probationem non factam, & per conſequens ſecundus cõductor cum Domini voluntate habitabit, & ſic non eſt verum, quod Dominus cogitur inuitus locare,aut verò hęc probatio per teſtes eſt admiſſa poſt finitum tempus primæ conductionis, & tunc verum eſt, quod dominus cogeretur inuitus locare, non tamen directè,ſeu pręcisè, ſed per indirectum, & cauſatiuè, quia ſcilicet ſecundus conductor interim dum recipiebantur probationes voluit ſtare ſine habitatione, & ſic facta ſibi prouiſione de alia domo conducta Dominus illius domus, quantumuis primus conductor non probauerit ſecundam reconductionem,tamen ne domus remaneat vacua, contentatur relinquere eundem primum conductorem in domo, & ſic reincidit hæc ratio adducta per partem in eandem rationem conſideratam à Bal. & aliis, vt ſupra, quæ non militat ante finitum tempus locationis, ſed eo tantum finito; dat. Neap. deciſ. 19. Aprilis 1625.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2628.

Super Gloſ. in cap. Tuis de præbendis.

¶ *Decima an ſoluatur de bonis patrimonialibus datis in titulum?*

Gloſa

GLoſa hæc dicit, quod de bonis patrimonialibus, ad quorum titulum fuit quis ordinatus, non ſoluitur decima, prout non ſoluitur de cæteris rebus ecclesiæ.

Ratio autem eſt, nam huiuſmodi bona dicuntur quædam ſpirituales mercedes, & præmia pro ſeruitiis eccleſiæ exhibendis, Sayr. *deciſ.12.de cenſibus.*

Amplia quod de his neque ſoluitur collecta Guid.Pap.*deciſ.*283. Antonin. *var.reſolut. lib.1.caſu* 88. vbi fatetur ſic fuiſſe deciſum negotio maturè diſcuſſo in noſtro Regno Neap.& latè diximus *deciſ. Curiæ Archiep.*299.*part.*2.

Sed num ſicuti bona clerici patrimonialia præſcribuntur decem, vel viginti annorum ſpatio, ita etiam hoc procedat in bonis, ad quorum titulum in ordinibus promouentur, declarat Phebus *deciſ.Rot.Luſitaniæ*19.

Et num pro iſtis bonis patrimonialibus gaudeat clericus beneficio electionis fori, prout gaudet quando agit pro bonis eccleſiæ? affirmatiuam partem latè defendendo, & iuxta eam deciſum in Regia Audientia Catanzarij, ait Nouarius *forenſ. quæſt.*72. *lib.*1. vbi plura in fauorem horum bonorum cumulat, quæ per te videre poteris.

COLLECT. 2629.
Super l. 2. C. de tranſactionibus.

¶ *Tranſactio quando cenſeatur valida, & ſuſtineatur?*

PRo tranſactionis validitate ſufficit ſolus timor litis, h.d. & ita Caputaquen. *in deciſ.*123.*lib.*10. Mohed. *in deciſ.*1.*de tranſactionibus*, Ludouiſ. *in deciſ.*149. & quod timor litis ſufficiat pro validitate tranſactionis, Seraphi. *in deciſ.*638.*num.*7. vbi dicit, ſufficere ſolam ſuſpicionem litis, & *deciſ.*737. & Rota penes Zacch. *de oblig. Cam. deciſ.*119.*num.*4. *& in recent. part.*1. *deciſ.* 169.*num.*3.*& deciſ.*447. *num.* 2. *part.*1. *in recent. & deciſ.*715. *num.* 5. *eadem part.* fuit dictum in Romana domorum 11. Martij coram R.P.D. Vbaldo, & in Mindonien. Canonicatus 4.Nouembris 1617. coram R.P.D. Buratto, ſed quoad hunc timorem litis, nec non quoad exiſtentiam litis non ſtatur aſſertioni tranſigentium, ſed debet aliunde de eo conſtare, Rota *deciſ.*327. *in princip part.*2. *diuerſ.* Surd. *deciſ.*104. *num.*2.*&* 3. *& deciſ.*131.*nu.*2. & Seraph. *deciſ.*131. & iſte timor litis ex coniecturis, & veriſimilitudinibus ſatis probatur, Seraph.*deciſ.*737.neque lis calumnioſa ſufficeret ad ſuſtinendam tranſactionem, Magon. *deciſ. Florent. deciſ.*5. *num.* 4. *&* 5. fuit dictum in Romana reſciſſionis contractus 13. Februarij 1591. coram Orano, bene verum eſt, quod ſufficit modica occaſio dubitandi, etiam ſi prætenſio non eſſet ſatis iuridica, vt fuit dictum in Romana vſufructus 15. Martij, 1610. Coram Illuſtriſſimo Cardin.Sacrato, vbi fuit dictum ſufficere auctoritatem vnius doctoris eximij ad præbendum iuſtam cauſam litis, & tranſactionis. Notandum tamen eſt in hac materia, quod quando tranſactio eſt concepta cum verbis valdè prægnantibus, & vniuerſalibus comprehendit etiam ea, ſuper quibus non eſt lis in vim tranſactionis, ſed vim pacti, Surd. *deciſ* 117. Seraph. *deciſ.*737. Ludouiſ.*deci.*286.& Rota alias in Romana domorum 15. Martij 1616. coram R.P.D. Vbaldo, verum quod tranſactio reſtringatur ad cauſam expreſſam, & ad id quod eſt in lite, non obſtantibus verbis generalibus, concludit Ludouiſ.*deciſ.*58. vide pariter Mantic. *deciſ.* 245. vbi dicitur non obſtare quibuſcumque verbis tranſactio ſit concepta, de quo latius

Digitized by Google

apud Coccin. in Romana domus 16. Decembris 1613.

Num autem poſſeſſor beneficij litigioſi abſque ſimoniæ labe poſſit pro redimenda vexatione aliquid aduerſario litiganti ſoluere ? affirmat Nouarius *forenſ. quaſt.* 123. *libr.* 1.

Et Reo nolente obſeruare tranſactionem, nunquid actor eum poſſit cogere ad promiſſorum obſeruantiã, an verò magis ipſi liceat ad priſtinam actionem redire ? vide quæ in facto ſcripſit Nouarius, quæ hic apponere libuit, & ſunt ſequentia.

MAgnificus Dominus Marcellus Sallonus per publicum inſtrumentum promiſit ſeque ſolemniter obligauit ſoluere Sacro Monti Pietatis ciuitatis N. aureos ſexcentum ex cauſis ibidem enunciatis, cumque in ſolutione deficeret, interuientes pro Sacro Monte reuocato pacto precarij, petierunt ſe aſſociari ad bona hypothecata, & aſſociati fuerunt ad quædam bona quæ poſtea dicto ſacro Monti in ſolutum adiudicata fuerunt precio ducatorum ſexcentum, à qua ſententia cum dictus D. Marcellus appellaſſet, & demum ſententia confirmata fuiſſet, rurſus alia tranſactio inita fuit inter œconomos ſacri Montis & D. Franciſcum Riuullum interuenientem nomine dicti D. Marcelli, facta enim per Præſides Sacri Montis venditione dictorum bonorum, dicto de Riuullo, quo ſupra nomine agenti, è conuerſo ipſe ſe obligauit ad ſoluendum dictum debitum intra ſeptenniũ, poſtea verò Domino Marcello vita functo, petita fuit executio inſtrumenti prædicti contra D. Franciſcum Sallonam, & D. Iuliam de S. Saluinis, hanc vxorem, & vſufructuariam omnium bonorum, illam filiam, & hæredem proprietariam prædicti Domini Marcelli, tam pro ſorte, quam pro fictibus non ſolutis, cumque prædictæ Dominæ excipiendo ſe tuerentur, quod dicta tranſactio inita fuiſſet à dicto de Riuullo, de cuius mandato nullibi conſtaret; interuenientes pro ſacro Monte ad priſtinam actionem redierunt, petendo executionem ſententiæ adiudicationis bonorum, inde fuit excitata difficultas, vtrum ſacro Monti liceret agere, vt egit;

Sane ardua eſt quæſtio, ac de apicibus iuris variis in locis à Doctoribus agitata, quo iure ſuccurratur actori aduerſus reum non obſeruantem tranſactionem, nunquid eum cogere poſſit ad obſeruantiam promiſſorum, an verò magis ipſi redire liceat ad priſtinam actionem? & quia varium ius pro varietate caſuum ſtatutum fuit, idcircò diligenti animaduerſione, & accurata diſtinctione opus eſt;

Interdum enim tranſactio inita fuit ſimplici pacto, nec reperitur ſtipulatione munita, quo caſu ſi actor perfectè non impleuit pro parte ſua, ſed nec implere poteſt, fortè, quia promiſit factum negatiuum habens tractatum temporis ſucceſſiuum, veluti amplius non petere, cum non poſſit agere ad obſeruantiam tranſactionis ad priſtinam actionem redire poteſt, ſi tamen ea non ſit extincta, *l. ſiue apud acta C. de tranſact. l. cum proponas la* 2. *C. de pactis*, vel ſi ſit extincta agere poteſt ad reſciſſionem tranſactionis, & vt reponatur in priſtinam obligationem condictione ſine cauſa, *l. ſi quis accepto tulerit de condict. ob cauſ. datorum*.

Aliquando verò, & ſi actio non ſit extincta, vel ipſo iure per acceptilationem, vt in caſu *l. actione C. eod. titul. de tranſact.* vel per mortem actoris, vt in caſu *l. cum mota C. eod.* nec tranſactio reperiatur ſtipulatione vallata, agitur tamen ad obſeruantiam tranſactionis actione præſcriptis verbis, etiam ſi actor verè

ctor verè non impleuerit pro parte ſua, reus tamen habuerit pro perfecto implemento ipſius taciturnitatem, vt in caſu *l. ſi pro fundo C. eod.* nam & ibi actor promiſerat amplius non petere, & verè non poterat dici impleuiſſe perfectè, donec viueret, quia tamen reus loco prædij quod actor ab eo petebat, quendam alium fundum tradidit, qui poſtea fuit euictus actori, ita vt tradendo fundum videretur habuiſſe pro perfecto implemento, ex parte actoris, eius taciturnitate, non permittitur ipſi redire ad priſtinam actionem, quamuis non eſſet extincta, ſed ſolum ei prodita eſt actio præſcriptis verbis, per quam reum cogere poſſit, ad ſibi perfectè implendum, pręſtando intereſſe, occaſione euictionis ſequutæ, vt per Bart. *d. l. ſi pro fundo*, cuius ſenſum ibi Caſtrenſ. *numer.* 2. inquit non bene fuiſſe perceptum à Bald. & à Fulgoſ. & ratio eſt, quia tranſactio adeo repetitur priuilegiata, vt quoties actor ad eius obſeruantiam agere poteſt, vel ex ſtipulatione, vel præſcriptis verbis, nunquam ei permittatur ad priſtinam actionem redire ad trad. per Cyn. *in l. ſi maior annis Cod. eod.* poſt Guid. de Suzar. quem allegat Caſtrenſ. *d. l. ſi pro fundo num.* 4. 5. ita vt etiam ſi actor perfectè non impleuerit pro parte ſua, reus tamen ipſius taciturnitatem acceptauerit loco perfecti implementi, nō alia tamen actione ſibi conſulatur, quam vt actione præſcriptis verbis reum cogere poſſit ad perfectè implēdum, *d. l. ſi pro fundo*, & è conuerſo, quamuis reus ſit in mora adimplendi promiſſa, quia nec ea pręſtitit, nec obtulit ſe paratum præſtare, poſſit tamen actori ad priſtinam actionem redeunti obiicere exceptionem tranſactionis, & inſtare, vt ad eius obſeruantiam agat, & à prima actione deſiſtat, atque ita iuuari contra regulam iuris, ex eo quod impugnauit, tranſactione ſcil. ab eo non obſeruata, & hoc odio litiū, ne ſemel tranſactione lites ſopitæ amplius reuiuiſcāt, *d. l. ſi maior annis.* ſecundū intellectū Guid. de Suz. quem ibidem Caſtrenſ. *numer.* 4. tanquam valde ſingularem, & vtilem extollit; ad illud, vt talis exceptio reo competat, quamuis in mora perſiſtat, quia nec ſoluit in termino, nec obtulit ſe paratum ſoluere, ſequitur Cephal. *conſ.* 24. *numer.* 20. *& ſequent.* hoc autem de plano, & abſque vlla dubitatione procedi quoties reus conuentus priſtina actione, offert ſe paratum implere tranſactionem, nam eodem fauore tranſactionis, & odio litium *l. fratriū C. eod.* admittitur ad purgandam moram vſque ad ſententiam ex mente Bald. Fulgoſ. Caſtrenſ. *d. l. ſi maior annis*, vt enim exceptio ex tranſactione reſultans ad euadendam priſtinam actionem durat vſque ad ſententiam, ita facultas purgandi moram, & ſic continuandi exceptionem reſultantem ex tranſactione, ſed redditam inefficacem ob moram ab eo commiſſam vſque ad ſententiam durare debet.

Aliquando verò actor pro parte ſua perfectè impleuit, & ſi quidem interuenit ſtipulatio ex ea aget ad obſeruantiam tranſactionis, ſi non interuenit, præſcriptis verbis, expetitur, & quidem actione directa, ſi implementum ab actore proceſſit, veluti quia promiſit à lite diſcedere, & diſceſſit, vel vtili datiua, ſi implementum proceſſit à caſu, veluti ſi promiſit amplius non petere, & obiit, ita vt certum ſit eum amplius petere non poſſe, & actio ſit ex earum numero, quæ non tranſmittantur ad heredes, veluti querela inofficioſi Teſtamenti, aut actio diſcedens ex maleficio *l. cum mota C. eod.*

Quod ſi actor non impleuit, & ſtat per eum, quo minus impleat, cum ta-

Digitized by Google

men in eius facultate poſitum ſit perfectè implere, tunc nec ad priſtinam actionem redire poteſt, cum etiam ſi tranſactio ſit contractus innominatus, in ea tamen non habeat locum pœnitentia quamuis res integra ſit, odio litium, *d. l. fratris* C. *eod.* nec agere poteſt, vt ſibi impleatur, quamuis interuenerit ſtipulatio, ſoluuntur enim exceptione implementi non præſtiti pro parte ipſius, *l. Iulianus* §. *offerri de action. empt.* vel ipſo iure cum tranſactio nudo pacto facta reperitur, vel ope exceptionis cum interuenit ſtipulatio.

Si verò non ſtat per actorem, quominus perfectè impleat, facit tamen quantum in ipſo eſt, veluti cum promiſit amplius non petere, liberando reum, & nunquam petendo, ſiquidem interuenit ſtipulatio, aget ad obſeruantiam tranſactionis, ſi modò ſit etiam paratus cauere de non petendo, ſi autem non interuenit ſtipulatio, tunc non poteſt experiri præſcriptis verbis, vtili vel directa ad obſeruantiam tranſactionis, non etiam ad eiuſdem reſciſſionem, & vt reponatur ad priſtinam actionem, cum de rigore iuris, nec actio præſcriptis verbis, nec condictio ſine cauſa competere poſſint, præterquam ei, qui perfectè impleuit, *l. naturalis* §. 1. *l. ob eam de praeſcriptis verbis*, quia tamen actor quantum in ipſo fuit, ſatis dicitur impleuiſſe liberando reum, quamuis de facto, donec viuit, eundem moleſtare poſſit, meritò ipſi ſuccurritur ex æquitate cõtra reum non implentem, æquitas autem in eo cõſiſtit, quod cum actor fecerit quidquid potuit, reus ſit in dolo non faciendo ſimiliter quidquid poteſt, *l. action.* C. *eod. tit.* illum text. intelligendo, vel ex mente Glo. Azor. Bald. Fulgoſ. ſi actor, ſeu creditor dolo inductus fuerit ad tranſigendum, nec ad priſtinam actionem penitus extinctã redire poſſit, vt ei ſuccurratur actione de dolo, vel ſecundum Pel. Bart. Caſtr. vt quoties actor pro parte ſua impleuit quantum in ipſo fuit, tametſi perfectè implere non poſſit ita ferente natura facti promiſſi, negatiui ſcil. habentis tractum temporis ſucceſſiuum, eidem tamen ſuccurratur contra reum non obſeruantem, quod obſeruare poſſit, actione de dolo ſecundum priorem intellectum capiendo dolum, pro vt interuenit ab initio, & dedit cauſam tranſactioni, ſecundum poſteriorem, pro vt poſtea committitur ob obſeruantiam tranſactionis.

Aliquando tamen contingit vt à tranſactione de conſenſu vtriuſq; partis recedi poſſit, & actori ad priſtinam actionem redire permittatur, etiam ſi penitus extincta fuerit, *l. ſi diuerſa Cod. eod. tit.* veluti ſi reus certam quantitatem dederit actori promittenti eum amplius non moleſtare, poſtea tamen moleſtiam mouere cœperit, offerendo ſe recepta reſtituturum, cui reus conſenſerit, nam ſi poſt reſtitutam pecuniam actor priſtinam actionem intentet, reus excipiat de tranſactione, iure actor replicare poterit, quod ab ea communi conſenſu receſſum fuerit, & ſi quidem prima actio erat ipſo iure ſublata, ex earum tamen genere, quæ ex conuentione partium reuiuiſcere poſſint, aget contra reum, vt ſe reponat in priſtinam actionem, condictione ſine cauſa directa, *d. l. ſi quis accepto tulerit*, aliàs vtili, ſi actio extincta ſit huiuſmodi, vt conuentione partium reuiuiſcere non poſſit, veluti in caſu *d. l. cum mota.*

His in iure præſuppoſitis, reſolui licuiſſe Syndico ſacri Montis, qui prius agere cœperat ad obſeruantiam tranſactionis, hac actione dimiſſa ad priſtinam actionem redire, & inſtare pro executione rei iudicatæ, adiudicatione

ſcil.

ſcil. in ſolutum, cum huic actionis variationi cauſam præfati hæredes præbuerint, ſe tuentes ab obſeruantia tráſactionis, illa exceptione quod facta eſſet à nõ habente mandatum, quaſi negantes de aliqua tranſactione legitima conſtare.

Quod igitur initio dicebatur nunquam licere ad priſtinam actionem redire, quoties creditori, ſiue actori aliquo remedio conſultum eſſe poteſt, per quod reum cogere poſſit ad obſeruantiam tranſactionis, ſiue ex ſtipulatione, quæ in caſu propoſito interuenit, ſiue præſcriptis verbis, ſiue actione de dolo, maximè verò cum prior actio per acceptilationem extincta fuit, vt accidit in hoc caſu, nihil obſtat, cũ exceptio aduerſus tranſactionem oppoſita tendat, non ad eam impugnandam tanquam iniuſtam, ſed tanquam nunquam initam inter preſides ſacri Montis, & Marcellum Sallonum, non conſtito de mandato illius, qui tanquam procurator ipſius Marcelli tranſegiſſet; quo caſu, nec remedium aliquod ex tranſactione competere, nec priſtina actio per acceptilationem extincta intelligi poteſt.

Quod ſi etiam concederemus prædictam executionem aduerſus tranſactionem oppoſitam tendere ad eam impugnandam, non ideo tamẽ minus licuiſſet Syndico ſacri Montis ab ea recedere de conſenſu partis aduerſæ, *d.l. ſi diuerſa*, & ad priſtinam actionem redire, maximè verò cum etiam expreſsè ab initio conueniſſet per pactum ſpeciale, vt priſtina iura ſacro Monti intacta, & illæſa manerent, perinde ac ſi nulla tranſactio facta eſſet in euentum in quem Marcellus promiſſa non obſeruaret, per quod pactũ videtur fuiſſe ſublata tam dicto Marcello, quam eius ſucceſſoribus facultas purgandi morá celeri ſatisfactione, & parandi ſibi exceptionem aduerſus priſtinam actionem, ad Caſtr. *d.l. ſi maior annis n.* 2. arg. *l. ſi ſuper poſſeſſione C. eod. tit. de tranſact.*

Denique omnem ſcrupulum ex eo ceſſare dicebam quod procurator ſacri Montis ita redierit ad priſtinam actionem, vt tamen paratus eſſet ab ea recedere, & tranſactioni acquieſcere quoties hæredes Marcelli eidem parere vellent, quorum intentio non alia eſſe videbatur, quam vt vtrumque iudicium redderetur eluſorium aduerſus tranſactionem, & eius petitam obſeruantiam, ſe tuentes exceptione defectus mandati illius, qui tanquam procurator tranſegiſſet, aduerſus autem priſtinam actionem ſe defendentes exceptione tranſactionis, & iudicij ad eius obſeruantiam intentati, idcirco reſolui Magnificas DD. Hæredes condemnandas, aut ad ſoluendam ſummá in tranſactione conuentam vná cum fructibus decurſis, aut ad dimittendum, & relaxandum Sacro Monti bona eidem in ſolutum adiudicata, vná cum fructibus perceptis, in executione poſtea liquidandis.

Nec viſum fuit obſtare, quod actio ſemel intentata mutari non poſſit, magis verò cogatur actor in ea perſiſtere, donec ſuper ea per ſententiam diffinitiuam lis deciſa fuerit authentica *qui ſemel C. quomodo, & quando iudex*; hoc enim procedere dicebam, ſi quis vellet ab actione intentata recedere, non tamen ei ex toto renunciando, verè enim hoc caſu reus non eſſet tutus, quominus actor, ſi in noua actione ſuccũberet, ad veterem redire poſſet, ſecus autem ſi quis actioné mutare velit, ei penitus renunciãdo, quo caſu reus nihil amplius per ſententiam diffinitiuá conſequi poſſet, quam cõſequatur per huiuſmodi renunciationem, argum. *l. poſtquam liti C. de pactis*, Caſtr. *l. edita n.* 10. *ad finem numeri C. de edendo.*

Et ſicut libellus incertus ſuſtinetur, quando cauſatur ex facto aduerſarij, Alexand. *l. vbi autem §. qui illud de verbo. obligat.* idem *conſil.* 132. *lib.* 2. Decian. *d. l. edita numer.* 75. 76. ita in caſu propoſito iure mutatio actionis fieri potuit tanquam cauſata facto hęredum Marcelli, tametſi nec mutatio facta dici poſſit, niſi quatenus ipſæ velint à tranſactione recedere, & actionem intentatam ad eius obſeruantiam impugnare.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2630.
Super l. ex libero vbi Bart. ff. de quæſt.

¶ Tertius conuictus negans quando, & quomodo torquendus?

Cautum eſt hic, quod prætermitti teſtis nequit, ſed eſt torquendus vbicunque à duobus conuictus negat, non autem ſi ab vno, de quo etiam vide textum *in l. vnius §. teſtes, & §. iudex ff. eod. tit.* & ita tradit Theſaur. *deciſ.* 42.

Qui tortus ſi etiam neget, tunc neq; aliis teſtibus, qui illum conuicerunt credendum eſt, Monald. *conſ. deciſ.* 28. 35. & 72. *vol.* 1. Viuius *deciſ.* 79. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 17.

Verùm vbi teſtis ab vno digniore teſte conuictus eſt, ſi neget à iudice bene poterit torqueri, nec eſt dimittendus, Franc. Marc. *deciſ.* 780. *tom.* 2. quod tamen verum intelligas, quando indicium eſt propinquum, quia ſi remotum erit, tunc duobus teſtibus eo dignioribus conuinci opus erit, Maſtrill. *deciſ. Sicil.* 192. vbi pariter refert, & ſcribit, quod quando teſtis dignior à minus digno, aut vili teſte conuictus neget, tunc ſi delictum, vel indicium aliis etiam teſtibus probatum ſit, dignior torqueri non poteſt, ſed dimittitur, & aduerſus reum proceditur, quod pariter voluit Franc. Marc. *deciſ.* 487. *volum.* 1. qui aſſerit, quod in tortura teſtis non exiguntur indicia, quæ ad rei torturam ſunt neceſſaria, nec eorum diſceptatio cum aduocatis habenda eſt, ſed totum iudicis arbitrio remittitur, modò tamen tortura leuis ſit, nec nullatenus repetenda.

COLLECT. 2631.
Super l. 1. §. ſi ſtipulari ff. de verb. obligat.

¶ Maiori ſumma an, & quando minor inſit? argumentum de minori ad maius quando valeat?

Maiori ſummæ ineſt minor, h. d. & ita tradit Cardin. Seraphin. *deciſ.* 267. vbi aſſerit, quod fallit quando ſummę diuerſitas conſtituit ſpecierum diuerſitatem.

Verum huic regulæ opponi videtur text. *in l. ſi decem in principio ff. locati*, vbi diſpoſitio concepta ſuper maiori ſumma, non verificatur in minori.

Sed num maius cui conceditur, & minus concedi videatur? habemus textum pro affirmatiua opinione *in l. filiusfamilias §. fin. ff. de donat. in l. Marcellus ff. de donat. cauſ. mort. in l. non debet ff de regul. iur. & in cap. ex parte de decimis.*

Ratio autem eſt in promptu, nam minor ſemper ineſt in eo quod plus eſt, *l. in eo ff. de reg. iur.*

Limita tamen hanc regulam non procedere in diſpenſationibus, quia in tali caſu argumentum de maiori ad minus non valet, Surd. *deciſ.* 268. Nouar. *queſt. forenſ.* 85. *in fin. libr.* 1. quoniam diſpenſatio eſt odioſa, & ſtrictã recipit interpretationem *cap. 1. in fin. de filiis presbyterorum cap. quod dilectio de conſanguin. & affinit.* Antonin. *variar. reſol. lib.* 3. *reſolut.* 2. vnde diſpenſatum quoad ordines non dici diſpenſatum quo ad beneficia concluſimus *deciſ. Curia Archie-*

Digitized by Google

Archiep. 95. part. 1.

Prout quoque non valet huiuſmodi argumentum de maiori ad minus, quando ſumus in ſtatutis maximè correctoriis, vbi verba non poſſent trahi ad caſum, in quo concludit maioritas, vel paritas rationis, Monach. *deciſ. Lucenſ.* 64.

Sic pariter non valere in mandatis, aſſeuerauit Rubin. *deciſ.* 76.

An autem argumentum à maioritate rationis vel paritate rationis validum ſit? Dicas quod ſic, etiam in correctoriis ad declarandum dubium, nõ autem ad extendendam diſpoſitionẽ. Monach. *deciſ. Lucenſ.* 64. qui *deciſ.* 66. ait, non valere, neque procedere in ſtatutis, quando ratio non eſt expreſſa, prout neque procedere in pœnalibus, neque habere locum in priuilegiis apparet ex textu *in l. quod verò, & in l. ius ſingulare ff. de legib. cap. porrò de priuileg. cap. quæ à iure de reg. iur. in 6.*

Bene verum, quando priuilegium aliàs redderetur inutile, in tali caſu vtique extenderetur priuilegium, ad text. tum *in cap. in his de priuileg.*

Prout etiam, quando derogaret ſpeciali ſtatuto, & res reduceretur ad ius commune, vel quando priuilegium contra ius iure ſuadente conceditur, aut tandem quotieſcunque conſtaret de mente principis volentis præiudicare tertio, Rubin. *deciſ.* 80.

COLLECT. 2632.
Super Doctrina Abb. in cap. poſtquam extr. de elect.

¶ *Affixio edictorum poſt præſentationem à compatronis factam ante inſtitutionem an, & quando facienda ſit?*

Aliàs occaſione *cap. fin. de elect. in 6.* credo quod tractauimus, quinimò firmauimus concluſionem illam, quod facta præſentatione per compatronos, debeat affigi in valuis eccleſiæ ab epiſcopo forma edicti aduerſus intereſſe prætendentes ante inſtitutionem faciendam.

Nunc verò occaſione Doctrinæ Abb. *in cap. poſtquam extr. de electione* aſſeueramus id eſſe adeo verum, vt omiſſio talis edicti vitiet inſtitutionem ſequutam, prout conſtat ex adductis per Viuium *deciſ.* 309.

Ad cuius ornatum ſcias, quod licèt ob non affixionem edicti inſtitutio ſequuta ſit inualida, tamen non per hoc præſentatio non ſubſiſtit, quoniã lex loquens de inſtitutione minimè ampliatur, & extenditur ad præſentationem Creſcentius *deciſ. fin. de iur. patrona.* Antonin. *var. reſolut. iur. ſiue deciſ. Macer.* 108.

Item declara nõ eſſe locum inualidationi inſtitutionis ſubſecutæ, quoties edictum de conſuetudine apponi non eſſet ſolitum ex dictis per Polidorum Ripam *obſeruat. iur.* 277.

Et præterea aduertas, quod huiuſmodi affixio edictorum non eſt neceſſaria, vbi ſumus in noua fundatione iuris patronatus, vt reſoluimus *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. noſtræ Ciuit. Neap.* 84. *part.* 4.

Quod quidem ab omnibus notari debet tanquam nouum dictum, & ad limitationem, & declarationem text. *in d. cap. fi. de elect. in 6.* qui quidem non ſine ratione non habet locum in hoc propoſito caſu, cum par ratio aſſignari non poſſit in iſto iure patronatus nouiter erecto, quam in iure patronatus antiquitus fundato, igitur ceſſante cauſa legis, & canonis debet vtique ceſſare & ipſius diſpoſitio, & vigor.

COLLECT. 2633.
Super Doctrina Bald. in l. ſi duobus §. 1. C. commun. deleg.

Digitized by Google

¶ Monachus poteſt eſſe executor teſtamenti.

DVbitat hic Bal. ſi quando relinquatur executor teſtamenti Monachus exequatur monaſterium. Tu autem vide Guid. Pap. *deciſ.* 517. vbi tenet poſſe executorem eſſe Monachũ, maximè cum licentia, *cap. fin. de teſtibus in 6.* de quo latius nouiter videndus eſt quoque Muta *deciſ. Sicil.* 2. vbi principaliter tractat ſi epiſcopus poſſit eſſe iudex in cauſis Monachorum executorum teſtamentorum datorum ad pias cauſas.

COLLECT. 2634.

Super cap. cum deputati de Iudic.

¶ Legatum Eccleſiæ relictum, à quo exigendum?

IVs exigendi legatum relictum alicui Eccleſiæ ſpectat ad ipſius Rectorem, h.d,

Amplia id eò magis procedere, quando legata fiunt pro miſſis celebrandis pro anima teſtatoris legantis, quo caſu cenſetur legatum contemplatione perſonæ Sacerdotis, qui debet miſſas celebrare, id eſt pro labore ipſius, qui labor cohæret perſonæ, *l. Seio ff. de annuis lega.* & nos diximus *deciſ. Curiæ Archiep.* 210. vbi latè diſcuſſimus articulum, num legatum factum alicui Cappellæ, ſeu Eccleſiæ pro miſſis celebrandis cenſeatur factum contemplatione clericorum, an verò Cappellæ?

COLLECT. 2635.

Super l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic.

¶ Sententia nulla an poßit executioni demandari?

SEntentia, quæ nullitatis vitio laborat exequi non debet, h.d. & ita Viuius *deciſ.* 53.

Vnde cum nulla reddatur ſententia defectu citationis omiſſæ, ſiue minus legitimè factæ, *l. 1. §. item tum ex edicto ff. quæ ſentent. ſine appell. reſcind.* Merlin. *deciſ.* 56. Intrigliol. *deciſ.* 44. *Rot. Sicil.* qui addit id eſſe verum etiam ſi ſententia lata ſit in fauorem abſentis, meritò talis ſententia exequi non debet.

Sic pariter cum ſententia lata extra inſtantiam ſit nulla Intrigliol. *deciſ.* 23. Ludouic. *deciſ. Lucenſ.* 14. *&* *deciſ.* 43. Bellon. *deciſ. Rota Genuæ* 167. Cornazz. *deciſ.* 22. Caualc. *deciſ.* 11. *deciſ.* 24. *&* 25. Mon. *deciſ. Florent.* 8. quia omnia ſine inſtantiæ termino geſta nullius ſunt momenti, Magon. *deciſ. Lucenſ.* 97. *&* *deciſ. Florent.* 55. Peregr. *deciſ.* 146. Gramat. *deciſ.* 91. Giurba *deciſ.* 116. quia iudex perempta inſtantia priuati vices ſuſtinet, eiuſque iuriſdictio expirat. Ludouic. *deciſ. Lucenſ.* 44. Franc. *deciſ.* 654. meritò huiuſmodi ſententia exequi minimè debet.

Præterea cum nulla ſit ſententia lata die Veneris Sancti Theſaur. *deciſ.* 95. Gratian. *deciſ. Rot. Marchiæ* 144. Milaneſ. *deciſ.* 10. *lib.* 1. Papon. *arreſto* 5. *tit.* 10. *lib.* 7. propterea illam executioni demandari non poſſe concludendum eſt.

Sed an ſententia in feriis lata poſſit à partibus ratificari? negat Guid. Pap. *deciſ.* 215. & vide Gratian. *deciſ. Rotæ Marchiæ* 144. & Lanfranc. *deciſ.* 258.

COLLECT. 2636.

Super cap. vobis 12. quæſt. 2.

¶ Reparatio Eccleſiæ ad quos ſpectet?

AD reparationem eccleſiarum exiſtentibus fructibus quarta pars eſt aſſignanda, h.d. & ita etiam notatur *in cap. decernimus, 10. quæſt. 1.*

Quando

Quando vero eccleſia ad eius reparationem prædictam quartam partem, vel aliam portionem deputatam ad ſumptus non habet, tunc rector, & alij, qui in ea beneficia habent conferre, & contribuere debent pro rata redditum, vt probat text. *in cap. 1. de eccleſ. ædificand.* & tradit Valaſc. *deciſ. Rot. Luſitan. 179. tom. 2.*

Sed vbicumque deducto neceſſario ad alimenta beneficiatorum non ſuperſunt redditus eccleſiæ ad fabricã reparandam compelluntur parochiani eccleſiæ; nam ex quo ibi audiunt diuina, & recipiunt eccleſiaſtica Sacramenta, tenentur ad refectionem eccleſiæ, vt conſtat ex Cabed. *deciſ. Rot. Luſitan. 91. part. 1.* vbi etiam quod cum hoc opus ſit publicum & commune concernens omnium vtilitatem, & neceſſitatem, teneri contribuere nobiles, & alios exemptos affirmat, aſſeuerans pariter, quod forenſis in alio loco domicilium habens poteſt collectari ratione bonorum immobilium, quæ habet in loco, in quo eccleſia conſtruitur, ſequitur Phebus *deciſ. Luſitan. 34.*

Sed ſi populus nolit eccleſiam, quæ minatur ruinam reſtaurare, quid agendum? Dic quòd debet penitus dirui, prout deciſum aſſeuerat Sarnen. *de viſitat. libr. 1. cap. 10. num. 16.* & in tali caſu poteſt epiſcopus vendere lapides altarium, vel eccleſiæ ſic deſtructæ, vt dixi *deciſ. Curiæ Archiepiſcop. 255. part. 2.*

Num verò penſionem habens ſuper beneficio teneatur ad eccleſiæ reſtaurationem? conſule *deciſ. vnic. de eccleſ. ædificand.* vbi, quod clericus penſionem habens ſuper beneficio eccleſiaſtico, & fructibus eius impoſitam pro rata ad eius eccleſiæ reparationem tenetur, niſi penſio ita impoſita fuerit, vt ab omni onere libera ſolueretur.

De refectione autem eccleſiæ patronalis inopis à patrono facienda, nouiſſimè loquitur Megallius *deciſ. Caſ. conſcient. 78.*

COLLECT. 2637.
Super Concil. Trident. Seſſ. 25. de Regular. cap. 10.

¶ Profeſſionis nullitas, coram quo proponenda, intra quantum tempus, & à quo declaranda ſit?

HIc ſtatuitur, quod regularis quicunque prætendens per vim, & metum ingreſſum eſſe religionem, aut dicens etiam ante debitam ætatem profeſſionem emiſiſſe, aut quid ſimile, velitque habitum dimittere quacunque ex cauſa, aut cum habitu diſcedere ſine licentia ſuperiorum non erit audiendus, niſi intra quinquennium tantum à die profeſſionis, & tunc non aliter, niſi cauſas quas prætendit deduxerit coram ſuo ſuperiore, & ordinario loci.

Amplia, quod dicto decreto comprehenduntur Milites Hieroſolymitani, prout deciſum refert Armendariz *in addit. ad recopil. leg. Nauar. lib. 2. titul. 18. l. 7. de regul. numer. 51.* qui *numer. 38.* ait pariter iudicatum, quod cum Regularis huiuſmodi deducens intra quinquennium nullitatem profeſſionis tenetur eum probare côiunctum coram proprio ſuperiore Regulari ipſius monaſterij, in quo profeſſionem emiſit, & coram ordinario illius loci, vbi exiſtit monaſterium, in quo profeſſus eſt.

Si verò ante cauſæ cognitionẽ propria authoritate habitũ dimiſerit nullatenus ad allegandam quamcunque cauſam eſt admittendus, ſed vt ad monaſterium redeat eſt cogendus, & tanquam apoſtata puniendus, interim verò nullo priuilegio ſuæ religionis iuuari poteſt, prout deciſum refert Theſa. *for. eccleſ. cap. 1. n. 42. part. 2.*

Q

Et aduerte quod cauſæ nullitatis profeſſionis nullæ, ita proponendæ ſunt coram ſuperiore,& ordinario copulatiuè,prout requirit hic text. Concilij, vnde ſi ſuperior Regularis per ſe ſolum profeſſionem nullam declaret religioſumque è monaſterio eiiciat, illum teneatur ad monaſterium reuocare,cum prædicti ſuperioris decretum vti factum contra formam, & diſpoſitionem Concilij fuerit nullum; ſicque cenſuit Sacra Illuſtriſſimorum Cardinalium Congregatio de menſe Ianuarij de anno 1618. prout retuli *in praxi reſolut.20.part.2.*

Verum quia concernentia ad hanc materiam multa & perplura cumulauimus in diuerſis reſolutionibus noſtrorum prax. fori eccleſiaſtici, ideò amplius in hoc non extendimus, ne bis idem repetamus.

Sed quia congruentia explicationi huius text. Sacri Concilij Tridentini nonnulla in facti contingentia exarata per Nouarium in manus peruenere extra propoſitum non viſum eſt illa hac nactus occaſione imprimi facere, tum, vt Authori laus,& honor, qui debentur à tertio non eripiatur, tum etiam, vt beneuolus lector in caſus contingentia illis commodius vti valeat. Allegationes autem ſunt hæ videlicet, quæ ſequuntur.

SAcrum Concilium Tridentinum *ſeſſ.25.cap.19. de regul.* tria requirit, vt inualidè profeſſus reclamans poſſit audiri. Primum vt reclamet intra quinquennium à die profeſſionis computandum. Secundum vt cauſas nullitatis,quas prætendit deducat coram Superiore ſuo, & ordinario. Tertium vt non dimiſerit habitum ante hanc deductionem,& ſi quid horum deficiat non debet audiri, nimirum ad eum finem vt iuridice declaretur liber à vinculo religionis, adeo vt dimittens ſpōte habitum nullatenus admittendus ſit ad quamcumque cauſam allegatam, ſed ad religionem redire compulſus apoſtatæ penis ſubiiciatur, & huiuſmodi decretum procedet in profeſſione quacunque tam expreſſa, quã tacita cum loquatur generaliter & indiſtinctè, vt in ſpecie docet Nouar. *de regular. comment.* 4. *num.* 73. *ante med.* quem ſequitur Sanchez *de matrim. lib.* 7.*diſtinct.*37.*num.*1. *in fin. verſ. obſeruandum eſt*, vt alios recentiores omittam, in tantum quod ius dicendi de nullitate profeſſionis, non competit Apoſtatis, concludit D.Ricc.*deciſ. Curia Archiep.*48.*part.*4.

Quo ſtante, omninò videtur concludendum Religioſum, de quo loquimur omnino eſſe liberum à monaſtica profeſſione ex infra dicendis.

Et primò, quia profeſſionem emiſit propter metum grauiſſimæ inimicitiæ, quam habebat cum quodam Capitaneo Regiarum Triremium nomine Bilenno, qui in præſenti viuit, propter quam inimicitiam, & iniurias illatas à præfato Regulari eſt obligatus ſupradictus Capitaneus per reputationem mundi interficere eum, quo fit, vt cum præfata profeſſio fuerit emiſſa propter dictum metum,& dictus Capitaneus ſuperuiuat non cenſetur ratificaſſe profeſſionem nullam, ex quo ſemel illatus durare præſumitur, Bart. *in l.* 2. *C. de his quæ vi metuve cauſ. fiunt.* Aret. *conſil.*14.*num.*18. Iaſon. *conſil.*155. *colum.penult.verſ. bene facit quod notabiliter lib.*1. Rebuff. *conſ.*68.*num.*24. Cacheran.*deciſ.Pedemont.* qui alios allegat, & rationem adducit *deciſ.*179.*ſub num.* 11.*verſ.hic infert*, qua regula ad excludendum purgationem metus vſa fuit Rota in Neapolitana profeſſionis 26. Iunij 1598.coram Orano, & de plano procedit vigente cauſa & ratione metus, *cap.cum locum de ſponſ. capit.accedens de pro-*

de procuratoribus, Bartol. in l. penult. num. 7. vbi etiam Iaſon. ſub nu. 3. verſ. 3. ff. de condict. ob turp. cauſ. Bald. in l. 2. ſub num. 10. verſ. 2. caſu C. quod metus cauſ. Angel. in l. qui aliena §. Celſus ff. de acquirend. hæredit. Barbat. conſ. 54. num. 6. & 13. lib. 1. Alex. conſ. 98. ſub num. 7. lib. 3. latè Dec. conſ. 119. num. 4. circa med. verſ. ſed his, & ſimilibus Purpurat. conſ. 579. num. 14. & 15. Corn. conſil. 42. num. 15. in fine libr. 2. Pariſ. conſ. 139. in fine libr. 4. Grat. conſ. 38. num. 17. lib. 2. Alba conſ. 77. num. 14. dixit Rota in Toletana matrimonij coram Illuſtriſſimo Cardinal. Seraphino 23. Ianuarij 17. Martij, & 27. Octobris anni 1589. & prius in Nicien. matrimonij 27. Ianuarij 1586. coram Gypſio; Quam diu enim durat cauſa metus, quicumque actus fiat etiam ſi præ ſe ferat liberam voluntatem & lætum iucundumque animum, nedum metum non purgant, Abb. antiq. in cap. ſuper hoc verſ. filia cuiuſdam ciuis renunciat. vbi etiam Io. Andr. Imol. & Abb. Alexan. conſ. 99. ſub num 8. lib. 3. Barbat. d. conſ. 54. num. 5. Pariſ. conſil. 53. num. 7. lib. 4. Grat. dicto conſ. 38. ſub num. 17. cum aliis, quos refert, & ſequitur Menoch. præſumpt. 4. num. 23. lib. 3. plures etiam coacervat Farinac. in ſuis fragmentis crimin. in v. Metus. vbi latè Anna allegat. 113. & 114. & in ſingul. in v. Metus; alios cumulat Sanchez de matrim. lib. 4. diſput. 18. num. 7. & fuit dictum in illa Toletana 17. Martij 1589. ſed potius eum magis confirmant, vt dixit Rota in præallegata Neapolitana profeſſionis coram Orano. Quod verum eſt quodcumq; temporis interuallum intercedat, Bal. in l. 2. ſub. num. 10. C. de his quæ vi metuve cauſ. fiunt. Aret. in l. interpoſitas num. 4. C. de tranſact. Dec. in l. in omnibus cauſis ſub num. 12. verſ. ſed eadem cauſa ff. de reg. iur. & dicto conſ. 219. ſub num. 4. verſ. 1. ex eo, cum aliis per Sanch. vbi ſupra. Durauit autem proculdubio cauſa metus quã diu vixerit dictus Capitaneus illator metus. gloſ. in cap. 1. in gloſ. fin. circa med. vbi Hoſtienſ. in verbo non timore mortis. Abb. num. 12. Imol. num. 14. de his, quæ vi metusve cauſ. fiunt. Calder. conſ. 1. quod metus cauſa. Alex. dicto conſ. 99. num. 8. Dec. conſ. 219. ſub num. 5. verſic. 7. adduco, Ruin conſ. 120. num. 28. lib. 3. Purpur. conſ. 679. num. 15. Natta conſ. 451. nu. 17. Rebuff. dicto conſ. 68. ſub nu. 24. Ferret. conſ. 59. num. 12. & tenuit Rota in dicta Neapol. profeſſionis. Ad effectum enim vt metus durare præſumatur ſufficit quod duret eadem cogendi, & nocendi poteſtas, Aret. conſil. 14 poſt num. 18. Socc. conſ. 363. poſt num. 11. libr. 2. Corn. dicto conſ. 41. num. 14. & 15. Boer. deciſ. 100. n. 13.

Et cõfert pro corroboratione, quod metus nunquam cenſetur purgatus, niſi perſona cui prætenditur illatum fuiſſe, ſit conſtituta in plena libertate, cap. accedens de procurat. D. Ricc. deciſ. Curiæ Archiepiſcop. deciſ. Ciuit. 82. num. 10. part. 4. vbi quod paria ſunt quod quis compellatur, & cõpelli poſſit l. nouiſſimè ff. quod falſo tutor. geſt. Anchar. conſ. 159. num. 1. ita quod omnia, quæ poſſunt tribui liberæ voluntati, cenſentur facta per metum, non autem voluntariè durante cauſa metus, Bald. in l. 1. ff. quod metus cauſa. Alex. conſ. 98. lib. 3. & Rota apud eundem D. Riccium d. deciſ. 82. numer. 11.

Et in propriis terminis, quod quando viuit metus illator, quod cenſeatur adhuc durare cauſa metus ad effectũ, de quo ſupra, decidit Rota Rom. apud Farinac. in deciſ. 703. part. 2. tom. 2. in recent.

Secundò accedat prætetea, quod iſte frater dum fecit profeſſionem erat criminoſus, & in Magna Curia inquiſitus de pluribus, quod quidem operatur nullitatem profeſſionis, nam attenta Bulla Sixti Quinti, quæ incipit

Q 2

Digitized by Google

Siſtus Epiſcopus. edita 6. Kalendas Decembris de anno 1587. Criminoſi, & facinoroſi, & ſceleſti repelluntur à Religione ita quod profeſſio iſtorum dicetur nulla, dum non fuit ſeruata prædicta Siſti V. conſtitutio, vt apud Farinac. *in deciſ*.137.*num*.3.4.*&* 5.*tom*.1. *part*.1. Barbo . *de poteſt. Epiſcopi alleg*. 101. *part*.3.*num*.43. vbi *num*. 44. ait, quod nulliter profeſſus, quia non fuit ſeruata forma præſcripta à Siſto V. poteſt etiam poſt quinquennium reclamare, cum eorum profeſſio annulletur propter bonum commune religionis, ex declaratione eiuſdem Siſti V. in ſua ſecunda Bulla moderatoria primæ, quæ his continetur ſub verbis.

Sed cum eadem ratio vigeat in tacita profeſſione emittenda, quæ militat in expreſſa, ſtatuimus quod in quibuſuis ordinibus, & Religionibus, nec etiam tacita profeſſio quorumcumque Religioſorum induci poſſit, nec inducta intelligatur, niſi in receptione forma conſtitutionis ſeruata fuerit; vt teſtatur D. Ricc. *in ſua praxi reſolut*. 550. *in fin. part*. 1. *in magnis*, *in* 2. *edit*.

De quo quidem quippe mirandum non eſt; ſiquidem forma debet ad vnguem obſeruari, & ſi deficiat in minimo actus corruit, *l. cum hi* §. *ſi pretor ff. de tranſact. l. non dubium C. de legibus*, cum latè adductis per Cardin. Tuſc. *concluſ*. 415. *litera F, tom*.3. & formæ nihil addi, vel detrahi poteſt, *l*. 1. §. *opus nouum ff. de nou. operis nunciat*. cum forma ſit de genere indiuiſibiliũ, *l. ſi veritas C. de fideicommiſſ*. Monach. *deciſ. Lucenſ*. 18. *num*. 2. & ideo forma omiſſa actus corruit, *l. traditionibus C. de pactis cap. cum dilecta de reſcript. cap. quia propter de elect*.

Quo iuris axiomate vero exiſtente, vtique non oportet vti reſtitutionis in integrum beneficio, quo vtuntur illi, qui tranſacto quinquennio aduerſus profeſſionem factam aliquod allegare intendunt, ſiquidem, dum debeat audiri profeſſus ille, qui non ſeruauit formam conſtitutionis Siſti V. etiam elapſo quinquennio ad nihilum & de vento ſeruit reſtitutionis in integrum beneficium & ſic ſatisfit clauſulæ, prout de iure.

Quare ex his breuiter patet iuſtitia cauſæ huius Reuerendi Fratris, pro qua iudicari debere per eximios & pios Dominos Iudices ſpero, prout ita iura clamant, & veritatis oraculum demonſtrat.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2638.
Super Ordinat. ll. Hiſpan. lib. 1. tit. 67.

¶ *Electio officialium quando ſuſtineatur, & quando non?*

IN hac ordinat. agitur de ſolemnitate, & forma circa electiones Decurionum Ædilium, & aliorum officialium.

Circa quam fuit de pluribus dubitatum, & primò an electione ſolemniter facta, ſi opponantur contra electum exceptiones aliquę interim poſſit electus exercere officium? in cuius articuli deciſione vide Nouar. *forenſ. quæſt*. 129. *lib*. 1.

Phebus tamen *deciſ*. 65. ait deciſum, non poſſe exercere, aſſerens ſecundum Valaſc. *deciſ*. 33. quod neque poſſet iuramentum præſtare quouſque controuerſia finiatur.

Secundò fuit dubitatum, ſi electores vocati intra competentem terminum non veniant num ſint expectandi? & negatiuè deciſum refert Cabed. *deciſ. Luſitan*. 322. aſſignans rationem, quia mora in electionibus ſemper eſt damnoſa.

Tertiò fuit dubitatum, An ſi aliquis.

quis ex electoribus, vt quia contemptus non fuit vocatus ad eius petitionem poſſit caſſari electio? & iudicatum fuit in hoc caſu eſſe infirmandam electionem, niſi contemptus illam voluerit habere ratam Phebus *d. deciſion.* 65.

Quartò fuit dubitatum, An ex electis maior in ætate ſit præferendus in prærogatiua ſedendi ei, qui primò adeptus fuit poſſeſſionem? & negatiuè deciſum refert Gama *deciſione prima, num.* 5.

Quintò fuit dubitatum an electus ad aliquod officium poſſit adminiſtrare ante confirmationem? & negatiuè deciſum refert Gama *deciſione decimatertia.*

Sextò fuit dubitatum, an in his electionibus debeat haberi reſpectus ad numerum perſonarum, an verò ad qualitatem, & dignitatem eligentium? & fuit deciſum ad numerum perſonarum eſſe habendam rationem, Phebus *deciſ.* 66.

Septimò, fuit dubitatum, an quando dantur pares voces in electionibus, noui ſuffragatores ſint vocandi? & fuit deciſum quod ſic, idem *d. deciſ.* 66. Gama *deciſ.* 6. *num.* 3. Cabed. *deciſ.* 6. *num.* 3.

Octauò fuit dubitatum, ſi concurrant in electione naturales cum exteris, an debeant proferri naturales? deciſum pro affirmatiua parte, ait idē Phebus ſæpius *cit. deciſ.* 66.

Nonò an data electionis facultate alicui extinguatur pro prima vice? vide Pereiram *deciſion.* 21. *Rota Luſitania.*

COLLECT. 2639.

Super l. Chriſtianos C. de pagan.

¶ *Bona hebraeorum an poſſint tanquam bona hoſtium depredari?*

COlligitur ex iſto textu, quod bona Hebræorum non poſſunt deprædari, eò quod ſunt infidelium.

Declara hanc concluſionem procedere in illis Iudæis, qui nobiſcum conuerſantur, & tributa nobis ſoluunt, vt apud Caſtill. Rot. Sicil. *deciſ.* 107. *tom.* 2. quo in loco plena manu tractat, ſi bona Hebræorum poſſint deprædari, & deprædata, an ſpectent ad proregem vti generalem Capitaneum, vel ad Regium fiſcum, vel ad Generalem Triremium, & quid ſi adſint aſſecuratores.

Quod autem capientium fiant bona hoſtium, & infidelium, inter quos reponuntur Iudæi aſſerunt Valaſc. *deciſ.* 30. Cabal. *reſolut. crim.* 220. & A Ponte *deciſ. Collateral. Conſil. Neapol.* 20. vbi iuxta hanc ſententiam deciſum recenſet, videndus eſt quoque Moles *deciſ. manuſcript.* 12. vbi refert iudicatum fuiſſe in fauorem fiſci die 29. Nouembris 1567. & rurſus die 21. Maij de anno 1577.

COLLECT. 2640.

Super cap. prolatum 88. diſtinct.

¶ *Clerici an procuratoris officium exercere poßint?*

CLerici prohibentur in ſecularibus iudiciis officium procuratoris exercere, quod pariter apertius probatur *in cap.* 1. *& fin. de poſtulando, & in cap. denique* 14. *queſt.* 5. & ita Viuius *deciſ.* 517.

Limita tamen fauore miſerabilium perſonarum, in quarum cauſis procuratoris, & aduocati officium gerere nō prohibentur clerici, *cap. omnibus* 4. *quæ.* 6. ita in facto determinatum in Curia Epiſcopali ſtrangulen. notat Nouar. *in ſuo tract. de priuil. miſerab. perſ. priuil.* 188. *numer.* 7.

Sed num ſententia ſit nulla, quan-

Digitized by Google

do comparuit clericus exercendo officium procuratoris, nouiter declarat Caſtillus Rotæ Sicil. *deciſ.*113.*lib.*2. firmans *num.*12. quod benè poſſunt clerici pro conſanguineis eſſe Aduocati, procuratores, vel ſollicitatores, & quod clericis prohibetur exercere officium procuratoris continuum, non autem quando vnam, vel aliam cauſam defenderent.

COLLECT. 2641.
Super l. eandem vbi Ronchegallus ff. de duobus reis.

¶ *Venditor ſiue vnus tantum ex hæredibus precium offerendo poteſt obtinere retrouenditionem rei venditæ cum pacto retrouendendi.*

Firmat hic iſte Author à *numer.* 63. *cum ſequentibus*, quod vnus ex venditoribus, vel vnus ex hæredibus venditoris totum precium offerendo cogere poteſt emptorem ad ſibi retrouendendam totam rem, & ita ex deciſionariis tradunt Ludouicus *deciſ.* 111. Rubin. *deciſ.* 79. & Maſtrill. *deciſ. Rotæ Sicil.*21.*part.*1. iuxta quorum ſententiam cum viderim in facti contingentia conſuluiſſe Nouarium, & ad hoc propoſitum nonnulla allegaſſe, putaui illius allegationes hic inſerere pro commodo beneuoli lectoris, eius autem ſcripta hæc ſunt, quæ ſequuntur.

Pater legitimus, & naturalis Leonis Lati Terræ Roccæ Monfinæ vendiderat quaſdam Domos Vernarello ſartori, cum pacto de retrouendendo quandocunque; ipſo deinde ab hac vita ad meliorem tranſlato relictis dicto Leone, nonnullis aliis filiis hæredibus, cum ipſe Leo tantum ageret aduerſus dictum Vernarellum ad relaxandas domos vigore dicti pacti opponebatur ex parte Vernarellæ ipſum Leonem tantum non potuiſſe illas domos vendicare ſine aliis Fratribus, & hæredibus, quare dubitabatur, ſi hæc oppoſitio, & exceptio militare potuiſſet?

Et quidem ego tranſiui cum opinione negatiua rogatus quid ſentirem ex Tiraquell. *de retract. conuent.* §.1. *gloſ.* 6. *num.*37. vbi concludit, quod vnus ex venditoribus, vel vnus ex hæredibus venditoris totum precium offerendo cogere poteſt emptorem ad ſibi retrouendendum totam rem, & ſecundum hanc opinionem teſtatur fuiſſe iudicatum in Curia Pariſienſi, & ſequutus eſt Ludouicus *deciſ.*112.*num.*11. vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem, & maiori calculo ſcribentium approbatam ſententiam ante eum latiſſimè quæſtionem examinando determinat Coſta *de portione ratæ quæſt.*135. Maſtrill. *deciſ.*21. vbi firmat vnum ex venditoribus poſſe depoſitando precium recuperare totam rem venditam, maxime quando ſumus in venditione iudiciali facta nulla præcedente æſtimatione ſtante pacto quæ dicitur indiuidua, & nullo pacto pro parte ſolui poterat, ad not. per Bartol. *in l. ſi quis aliam ff. de ſolution & in l. cui vſuſfructus ff. de vſufructu legat.* Ludouic. *d. deciſ.*112.*num.*5. vnius enim oblatio ſufficit in hoc caſu, cum ſint duo rei credendi, & quia pro ſolutione habetur non tantum ea, quæ fit ab obligato, ſed etiam quæ fit ab alio, vt in terminis iſtius retrouenditionis notat Bald. *conſ.*133.*num.*3.*lib.*1. Soccin. *in l.*1. §. *ſed & quoties num.*4.*ff. ad Senatus conſult. Trebell, & conſ.*16.*per tot. lib.*4. Caſſan. *ſuper conſuetud. Burgund. rubr.* §.1. *incip. rentes vendues numer.*38. *in fine colu.*8. *ad med. verſ.* quartum fuit dubium etiã licèt ſint qui teneant requiri mandatũ aliorum, qui ius habent ad hoc vt agere poſſit vnus ex creditoribus, vel hæredibus

Digitized by Google

redibus pro recuperatione totius rei, vt fuerunt Caſtrenſ. *in l. ſi quis aliam ff. de ſolut.* Bald. *in l. 2. C. de pact. int. emptor. & vendit.* Alciat. *in l. quarta §. Cato ff. de verbor. obligat.* Nouell. *reg.* 173. Ronchegal. *in l. eandem num.* 114. Ludou. *dict. deciſ.* 112. *num.* 11. dum præſupponit vnum venditorẽ 15 poſſe cogi facere illos ad redimendum eorum portiones, vel ad ſibi cedendum iura, ne ius ſuum deterius reddatur.

Tamen prima opinio eſt verior, & communiori calculo DD. recepta, à qua recedendum non eſſe putamus, & iuxta eam ſemper quandoque requiſiti de conſilio reſpondimus.

Fatentur bene verum, vt offerens totum precium, & petens admitti ad recuperationem totius teneatur præſtare cautionem de reſtituendo aliis cohæredibus portiones, & de ſeruando indemnem emptorem, qui reſtituit, Rubeus *conſ.* 90. *in fine.* Tiraquel. *de retract. conuentional.* §. 1. *gloſ.* 7. *num.* 38. Moncad. *in addit. ad Gozad. in l.* 2. *C. de pact. inter emptorem & venditorem*, vbi etiam Cagnol. *quæſt.* 13 *in fin.*

Pro cuius declarationis corroboratione confert diſpoſitio text. *in l.* 1. §. *ſi pecuniam in ſacculo verſ. ſed ſi res ff. depoſ.* vbi vnus ex hæredibus eius, qui rem aliquam depoſuit, quæ non recipit cōmodam diuiſionem poteſt inſolutum repetere cautione præſtita de dando partem cohæredi, ſi voluerit, Iaſon. *in l. ſi ſtipulationes non diuiduntur colu.* 11. *ad med. verſ. tene quod vnus ex ſtipulatoribus num.* 21. *ff. de verb. oblig.* vbi etiam adducit text. *in l. fiſtulas §. qui fundum de contrah. empt. l. tutor cogentibus* §. 1. *de minor.* Quare etiam vnus ex pluribus, qui eundem gradum obtinent poteſt totum fideicommiſſum petere, præſtita cautione de dando portionem alteri, ſi à parte petatur, in eſt ab agnato non à conuentu, non ſolum quando ſumus in caſu, in quo alius ſperatur puta partus, ſed etiam vbi aliquis iam adeſt, Bald. *in l. peto* 71. §. *frater heredẽ in fine verſ. oppono vltimo ff. de legat.* 2. & ibi Imol. *in fin. verſ. vel ſaltem debet*, Caſtrenſ. *in fine in verb. paratus ſit cauere numer.* 2. Surd. *conſ.* 319. *num.* 15. & 16. *lib.* 3. vbi quod eſt notandum pro eo, qui vult admitti ad ſolidi petitionem, ſubdens quod etiam poſſet præſtari talis cautio in executione ſententiæ.

Nec in caſu Principali obſtare dicebam aliam prætenſionem ipſius Vernellæ opponentem prædictum Leonem agentem non eſſe audiendum ſtante, quod agebat tanquam hæres & de hæreditatis aditione nihil conſtabat.

Si quidem talis oppoſitio nullas vires habebat, dum ipſe Leo agens eſſet filius, quo in caſu præſumitur illum eſſe hæredem ex dicto Apoſtoli, de quo per totum *in l.* 1. *C. ſi minor. ab hæred. ſe abſtin.* ſcilicet *Filius Ergo Hæres*, vt etiam affirmant Amic. *conſ.* 81. *numer.* 4. Aretin. *conſil.* 136. Ludouic. *concluſ.* 16. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 38. *num.* 24. Ricc. *deciſ. Curiæ Archiepiſcop.* 142. *num.* 1. *par.* 1. & recenter Muta *in deciſ. Sicil.* 55. *nu.* 15. quod tamen non eſt verum in ſucceſſione matris, Magon. *deciſ. Lucenſ.* 62. *numer.* 14. cum non habeat in poteſtate, & ſic reputatur extraneus argumento notatorum per Alex. *in conſ.* 32. *lib.* 3. licèt dubitet in hoc Caroc. *deciſ.* 43. qui totum contrarium videtur ſuſtinere, quia filius matri ab inteſtato ſuccedit, vt *C. ad Orficianum*, & hæreditatem matris etiam non agnitam tranſmittit, Aretin. *in tit. de Orficiano num.* 2. & in ſucceſſione excludit Auiam *lib.* 1. vbi Bald. *C. ad Orfician.* ac etiam in tranſuerſalibus *l. fin.* vbi Barr. *de leg. hæred.*

Quare his viſis per Magnificum Capitaneum dictæ Terræ Roccæ

Digitized by Google

Monſine decretum interpoſuit præfatum Leonem ſolum bene poſſe agere pro vendicatione dictarum domorum vigore pacti de retrouendendo appoſiti per eius patrem, & cum à tali decreto fuiſſet appellatum ad iudicem ſecundarum cauſarum, qui exiſtebat in ciuitate Sueſſæ fuit illud confirmatum ſub patrocinio V. I.D. Franciſci Seuerini I.C. miræ eruditionis, & hoc in anno 1623. de menſe Iunij.

Obiter tamen velim aduertas, non poſſe vnum ex hæredibus inſtitutis, ſiue ex creditoribus partem ſuam tantum vendicare inuito emptore, vt vnanimiter DD. fatentur, Pedroc. *de interpretat. & reſolut. contract. num.* 77, 529. *&* 845. *& ſeq.* vbi quod ſi plures res vendantur nequit venditor vnam redimere, quidquid in puncto principali dicat Ruin. *in l.* 4. §. *Cato*, vbi eſt materia diuidui, & indiuidui *ff. de verb. oblig.* de quo latè Ronchegal. *in l. eandem ff. de duobus reis*, & ita in facto currenti in præſenti anno 1623. conſultus quid ſentirem voce conſului, & nunc ſic pariter ſcriptis, calamoque repeto.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2642.

Super Doctrina Gloſſ. in cap. vt debitus de appellat.

¶ *Cauſa non debet amplius remitti ad eum, qui ſemel grauauit.*

FIrmat hæc Gloſa, quod Iudex à quo fuit appellatum in vno articulo operatur vt in tota cauſa ſit ſuſpectus, ſi interlocutoria lata in illo articulo fuerit reuocata.

Ratio autem eſt, quia ad eum, qui ſemel grauauit non debet cauſa remitti, cum præſumatur in poſterum etiam grauare velle, ad textum *in l. eos C. de appellat.* Gail. *obſeruat.* 121. *libr.* 1. cum ſemper de iteratione grauaminis poſſet ſuſpicari, *cap. qui ſemel de regul. iur. in* 6.

Et ad materiam omnino vide Caſtill. *deciſ. Rot. Sicil.* 117. *tom.* 2. vbi latè tractat articulum, ſi Iudex, qui grauauit in vno articulo, quando poſſit procedere in cauſa principali.

COLLECT. 2643.

Super cap. Ordinationes 1. quæſt. 1.

¶ *Promiſſio in beneficialibus ſit gratis, & abſque appoſitione conditionis.*

IN beneficialibus in primis requiritur, quod promiſſio fiat gratis, id eſt non precio, præmio, ſeu mercede, h.d. quod pariter probatur *in cap. ſi quis obiecerit cap. ſaluator cap. ex multis*, *& cap. fin.* 1. *quæſt.* 3. *cap.* 1. *cum ſeq. de ſimonia.*

Amplia quod promiſſio debeat fieri liberè ſine pacto, aut conditione *cap. cum pridem cap. cum clerici, & cap. fin. de pactis.* Sayrus *deciſ.* 32. *de ſimonia*, & voluit Rota in Calaguritana beneficij de anno 1587.

Sed num conſuetudo alicuius Eccleſiæ Cathedralis, vt quilibet Canonicus pro ingreſſu poſſeſſionis aliquid ſoluat, ſit valida? declarauimus *deciſion. Curiæ Archiepiſcop.* 338. *part.* 4. vbi alia in ſimili materia cumulata reperies, quæ per te ibidem videri poſſunt.

COLLECT. 2644.

Super Doctrina Bald. in l. videamus qui vnum ff. locati.

¶ *Magiſtratus ſequeſtrarius quando teneatur de leui culpa ratione depoſiti?*

MAgiſtratus ſequeſtrarius penes quem pecunia depoſita eſt tenetur de culpa leui, & ita Berlicchius *deciſ.* 55. vbi quod ſatis culpæ leuis eſt, ſi magiſtratus non fuerit circumſpectior,

Digitized by Google

ctior, ſed ad eiuſmodi cautionem indemnitatis alio pecuniam numerauerit, niſi pecunia ideò apud Iudicem fuerit depoſita, vt prioribus, & potioribus ſoluatur, quia tunc ſi finito proceſſu de prioribus creditoribus cōſtat, quibus Iudex etiam nulla cautione indemnitatis recepta, pecuniam numerauerit & poſtea alij creditores priores multò potius, & fortius ius habentes veniunt, & pecuniam à Iudice petunt, Iudex rectè excuſatus erit, vt deciſum refert Seraph. *deciſ.* 1019.

Sed generaliter de pecunia apud Magiſtratuum depoſita, an & quatenus is eam alij, quam vero creditori ſoluere poſſit? declarat Berlicchius *d. deciſ. 55. per totam.*

COLLECT. 2645.
Super Gloſ. in l. Relegati in verbo exceſſerit ff. de pœnis.

¶ *Relegatus frangens confinia quando puniatur?*

PVniendus eſt is qui ad cōfinia debito tempore non acceſſit, & illa frangens grauiter punitur, h. d.

Limita tamen non procedere, quando amoris furore correptus exilium frangat & ad locum, à quo exulatus fuerit venerit, vt fuiſſe deciſum teſtatur Giurba *in conſil. crimin. deciſ.* 47. vbi fuit dictum, quod talis exulet à Regno ad obſeruandum exilij reſiduum, nec ad aliam pœnam fuit condemnatus.

Limita pariter quando exulatus frangeret exilium adeundo ſuperiorē argumento eorum, quæ notat idem Giurba *conſil. crimin. deciſ.* 56. vbi recenſet decretum, quod diſcedens à loco pro tuto carcere ſibi aſſignato ſub aliqua pœna, ſi proregem adierit ad ſtipulatam pœnam nullatenus teneatur.

Limita etiam quando exulatus nō fuit captus intra confinia ei prohibita, ſed tantum fuit viſus, nam neque huiuſmodi pœnam incurret, Nouarius *forenſ. quæſt.* 3. *lib.* 1. vbi ſic determinatum reperies.

Limita etiam, vbi fregiſſet exilium per paruum temporis argumento eorum, quæ dicit Giurb. *conſ. crimin. deciſ.* 54. vbi fuit reſolutum, quod vbi detentus domi pro carcere ſub fideiuſſione ſe indè non exiturum, ſi exeat, & breui ſponte reuertatur à pœna venit excuſandus, nec fideiuſſor debet moleſtari, quidquid dicat Maſtril. *deciſ.* 259. *num.* 39. aſſerens dimidiam fideiuſſionis pœnam in hoc caſu eſſe exigendam, & non vltra, pro cuius limitationis corroboratione conferunt dicta per Nouarium *forenſ. quæſt.* 28. *lib.* 1. vbi concludit guidatum vel exulatum prohibitum acadere ad ciuitatem poſſe illac tranſeuntem iter facere, & aliquantulum morari, ſed vide Ambroſi. *deciſ.* 49. *Rot. Peruſina*, qui de materia limitationis tractat.

COLLECT. 2646.
Super l. fin. §. pen. ff. de ſeruit.

¶ *Seruitus in vrbanis, & ruſticis prædijs, & ædificiis non præſumitur.*

PRobatur hic illa vulgata iuris concluſio, vt quodlibet prædium, ſiue vrbanum ſiue ruſticum, præſumatur ab omni ſeruitute liberum.

Ad cuius materiam, licèt occaſione aliarum legum nonnulla ſcripſerim, nunc ſolum dico eſſe videndum Mut. *deciſ. Sicil.* 8. vbi plura cumulat firmando, ædificium non poſſe extolli in præiudicium monaſteriorum, quamuis fabricare altius domum ſuam nemo prohibeatur, eſto quod noceat vicino, ex Gail. *obſeruat.* 69. *lib.* 2. Viuius *deciſ.* 306. Theſaur. *deciſ.* 216.

Et de non claudendis feneſtris Monaſterij in communi muro factis nouiſſimè loquitur Megallius *deciſ. caſ. conſcient.* 88. & ad materiam vide Phœbum *deciſ Rot. Luſitan.* 7. vbi ponit coniecturas, ex quibus apparet aliquem ædificare ad æmulationem.

Cætera autem huic materiæ concernentia vide in ſequentibus allegationibus Iuris editis à Nouario, qui hæc ſcripſit pro comprobatione ſententiæ latæ in cauſa ſibi per viam appellationis delegatæ: Allegationes autem ſunt quæ ſequuntur.

POſſidente Angela Criſpa domum contiguam domui DD. Franciſci, & Scipionis fratrum de Falconis, ab ea diuiſam mediante pariete excurrente ab anteriore parte, quæ vergit ad meridiem, & deſinit in viam, vſque ad angulum exiſtentem propè quendam puteum, & ab angulo prædicto ſe protendentem vſque ad viridarium Dominorum de Mari Cum prædicti Falconi partem anteriorem eorũ domus, quæ vergit ad meridiem ante depreſſam, ac ſatis humilem altius eleuare cœpiſſent, ſigna in dictum parietem immittendo nunciauit ipſa nouum opus, dictiſque Falconis in opere procedentibus, petiit eoſdem condemnari ad demolitionem ædificij constructi poſt noui operis nunciationem: Præterea ad tollendum lignum immiſſum in eam partem parietis, qui puteum diuidit in duas veluti partes ad aquam hauriendum, ſed & aquæ hauſtum ipſis in poſterum prohiberi: Cauſa inſtructa iudex ſententiam tulit duo præcipua capita continentem, quorum vnumquodque diuiditur in plura veluti membra, nam quod attinet ad partem parietis excurrentis ab angulo externo coquinæ inferioris ipſius Angelæ vſq; ad viridarium DD. de Marzia, ac puteum diuidentis in duas partes, declarauit totam eſſe propriam D. Angelæ, ac minimè licuiſſe Falconis aliquid in ipſum immittere tignaue imponere: Sed & eoſdem cõdemnauit ad amouendum lignum, quod in parietem immiſerant ſupra puteum ad aquam hauriendam, vt tamen ipſis aquam haurire liceret ab ea parte, qua os ipſum putei apertum eſſet verſus eorum hortum: Quo vero ad aliam partem parietis tendentis ab angulo interno coquinæ prædictæ verſus viam publicam declarauit Falconis licuiſſe in eam immittere tigna ad effectum ædificandi in proprio ſolo, nec tamen hoc abſolutè, ſed quatenus ſe extenderet altitudo eorum antiqui ædificij, ita vt ab inde ſupra tenerentur ſoluere medietatem precij dicti muri, iuxta æſtimationem, quam à peritis fieri contingeret intra octo dies, intra quos ſi ſoluere recuſaſſent, eoſdem condemnauit ad tollenda tigna, amouendos pilaſtros, & ad omnia in priſtinum ſtatum eorum proprijs ſumptibus reponenda. Et in caſu ſolutionis prædictæ medietatis precij ipſius muri eos etiam condemnauit ad claudendas feneſtras proſpicientes in domum, & ſupra tectum domus Angelæ, quos tamen abſoluit à petita ædificij demolitione.

Ab hac ſententia Falconi reſpectu præiudicialium appellarunt. Ego verò tanquã Iudex delegatus in hac appellationis cauſa viſo ſæpius loco differẽtiæ quòd ex eius diligenti inſpectione deciſio cauſæ potiſſimũ pendere videretur) ſententiam D. Iudicis à quo partim confirmaui, partim etiã reformaui. Et ſequendo ordinẽ à prædicto D. Iudice obſeruatum declaraui parietem incipientem ab ea parte domus, in quam deſinit coquina inferior D. Angelæ propè puteum, progredientem vſque ad murum viridarij D. de Mareſcottis

quantum

quantum eius longitudo ſe extendit ab imo vſque ad ſummum totum eſſe proprium D. Angelæ, ex puteo tamen, dicto pariete mediante diuidi in duas partes, quarum vna includitur intra domum D. Angelæ, altera verò dimittitur verſus hortum dictorum de Falconis & excipitur à quodam vacuo, ſupra deſtaunt ſtillicidia partis poſterioris domus D. Angelæ Falconis, aquá haurire licere: & pro faciliore ipſius hauſtu, & ad hunc tantum finem effe-ctum, lignum in dictum parietem immittere, ſeu verius continuare in quaſi poſſeſſione immiſſum habendi.

Quo verò ad parietem diuidentem partem anteriorem domus D. Angelæ à domo DD. de Falconis, & progredientem ab angulo interno coquinæ prædictæ verſus viam publicam, declaraui Falconis ædificare licuiſſe, immittendo tigna, & includendo pilaſtros ratione communionis vſque ad altitudinem eorum antiqui ædificij: ab inde ſupra, quatenus ex relatione peritorum conſtaret Falconis tigna in parietem immiſiſſe, pilaſtróſve iniunxiſſe, & incluſiſſe (nec enim ſatis hoc nobis liquere potuit ex viſione loci) eoſdem condemnaui ad ſoluendum D. Angelæ precium dimidiæ partis dicti parietis, iuxta liquidationem per eoſdem peritos faciendam, & in caſu recuſationis ſolutionis prædictæ ad remouendi tigna immiſſa, tollendoſque pilaſtros in murum iniunctos, aut incluſos: quòd ſi conſtaret è contre ex relatione peritorum, ipſos ſupra altitudinem eorum antiqui ædificij nihil in ipſum parietem immiſiſſe, aut iniunxiſſe, vel incluſiſſe, eos à prædicta ſolutione, aut in priſtinum ſtatum repoſitione ipſis iniuncta in caſu recuſatæ ſolutionis, abſolui. Feneſtras verò, ſiue magis feneſtram (ſtante quòd altera clauſa fuit pendente lite) ex qua proſpectus haberetur in domum, & ſupra tectum domus D. Angelæ claudi aut ſaltem ferrea crate muniri mandaui; pro vt etiam feneſtram exiſtentem in parte poſteriori domus D. Angelę proſpectum habentem ſupra partem putei, & vacuam exiſtentem à latere DD. de Falconis, & in eorum hortum, quod ſæpius Falconi petierunt etiam in prima inſtantia.

Cur hoc tam varie, & quæ ratio me mouerit in vno quoque capite iam aggredior explicare.

Et quidem quod attinet ad primũ caput ſententiæ, difficultatem facere videbatur, quòd imo totus ille murus exordiendo ab angulo externo coquinæ vſque ad parietem viridarij DD. de Mari, totus etiam DD Falconis communis eſſet, cum murum ipſius vſque ad puteum incluſiuè, vtique commune videretur, eo quòd recta linea excurrens puteum diuidat in duas partes, ita vt veriſimile ſit communibus expenſis à principio conſtructum fuiſſe ad puteum diuidendum, (nam & puteus diuidi poteſt *l.4.§.ff. comm. diuid.*) & vix eſt vt puteus communis iudicetur, quin etiam communis exiſtimari debeat paries factus ad ipſum diuidendum: quòd ſi communis ſit in hac parte, totus etiam communis cenſeri debet. argum. *l. vulgaris ff. de furtis.* & eorum quæ notat Gloſ. *in l. inſtituta in princip. ff. ad Trebell.* ac ne vnus & idem pariter diuerſo iure cenſeatur contra text. *in l. eum qui ædes ff. de vſucapion.* ita in terminis argumentatur Soc. *conſil. 44. ſub num. 2. verſic. poſtremo lib. 4.* pro vt etiam communem indicare videbatur immiſſio trabis, ſiue ligni in dictum parietem ad aquam hauriendam ſaltem pro diuiſo, cum immiſſum totum parietem non perforaret, argu. *l. binas ædes ff. de ſeruitut. vrb. præd. l. pro regione ff. de acquir. poſſ. ff. l. arbor in princip.*

ff.comm.diuid. tradit Bart. *in l. damni infecti §. cum parietem. in 2. col. ff. de damn. infect. in l. inter quos ff. eod. tit.* Angel. *in l. hoc quod dictum eſt §. ſi ex tribus ff. de ſeruit. vrb. præd.* Cæpoll. *in tit. de ſeruit. vrb. præd. cap. 40. num. 11. 12.* Soc. *d. conſ. 44. num. 2.* Parii. *conſ. 116. num. 9. lib. 4.* Boer. *conſ. 5. num. 3. cum plurib. ſeqq.* Dec. *conſ. 388. in princ.* Ruin. *conſ. 55. num. 6. lib. 4.* declarans hoc ipſum procedere, quando vterq; eſt in poſſeſſione parietis, Bero. *conſ. 131. num. 6. 132. in princ. lib. 3.* Sed & ex feneſtella, quam vulgo Imperialem appellant, exiſtente in medio parietis claudentis coquinam D. Angelæ à latere tamen DD. de Falconis communio parietis conijci videbatur. Solent enim huiuſmodi feneſtrellæ per fabros murarios extrui ad indicandam communionem parietis pro diuiſo, vt declarat Cæp. *d. c. 4. num. 14. verſic. Item cognoſcitur etiam per feneſtrellas.* Boer. *d. conſ. 5. num. 7. cum tribus ſequent.* ita vt cum huic ipſi parieti, in quo feneſtrella apparet paries diuidens puteum quadam veluti contignatione iungatur, coniectura reſultet hunc quoque communem eſſe, vt per Socin. *d. conſ. 44. num. 30.* qui è contra ex communione murorum coniunctorum in ſuis extremitatibus alicui parieti medio, arguit communionem ipſius parietis medij. Denique clara ſigna communionis in pariete extare videbantur, incipiendo à muro viridarij DD. de Mari vſque ad puteum progrediendo; totus enim diſtinctus apparet quibuſdam veluti pilaſtris. (ſic enim vulgus appellat) tam à latere DD. de Falconis, quam à latere D. Iſottæ, ita vt inter vnum pilaſtrum, & alterum tanquam partes quaſdam ſolidiores medius excurrat paries minus ſolidus, ex ſignis enim cognoſcitur ſignatum, *l. 1. §. ſi intelligatur ff. de ædil. edic. l. ſtigmata*, vbi Bart. Lucas de Penna, & Io. de Plat. C. *de Fabricenſ. lib. 11.* & moderne Nouarius frater Capiblancus *ſingul. 169.* vbi alios allegat & præcipuè nos *in praſ. elect. forenſ. quæſt. 24. ſect.*

Ego tamen his non obſtantibus reſolui totum illum parietem ab angulo externo coquinæ D. Angulæ vſque ad murum viridarij DD. de Mari eſſe proprium ipſius D. Angelæ: & primò quidem animaduerti (quod ex viſione loci ſatis apparuit) murum prædictum non totum eodem tempore conſtructum eſſe, ſed recentiorem eſſe, qui recta linea excurrit à pariete viridarij DD. de Mari vſque ad puteum excluſiue, à puteo verò vſque ad angulum externum coquinæ prædictæ vetuſtiorem: & quod attinet ad partem dicti parietis recentiorem, ſatis conſtare dixi eſſe proprium D. Angelæ deſeruientẽ claudendæ manſioni ipſius inferiori: non autem diuidendæ eius Curiæ ab horto DD. de Falconis. Id ex eo apparere, quod ipſa ſola in dictam partem parietis immiſſa haberet, argumento eorum quæ proximè dicta ſunt ex Cæpolla, & alijs ſupra citatis, præterea ex cappa camini excauata in dicto pariete, ad tradita per eundem Cæp. *d. cap. 40. num. 14. verſic. Item cognoſcitur ex camino. & cap. 64. num. 7.* Socin. *conſ. 44. numer. 3.* Cuius ea ratio eſt, quod non modò in alieno, ſed neque in communi pariete caminum excauare licet, quando præſertim paries ad alium finem deſtinatus fuit, puta ad hortum, vel curiam diuidendam, vt per Angel. *in l. quidam Hiberus num. 2. 7. ff. de ſeruitut. vrb. præd.* In caſu autem propoſito dixi à latere dictorum de Falconis nulla extare aut apparere ſigna communionis, nec eſſe veriſimile, quod ipſi concurrere voluerint ad expenſas tam alti parietis ad finem diuidendi paruulum eorum hortum, ad quem etiam aliunde liber aditus patere poterat antequã

DD. de

DD. de Mari eorum viridarium muro cinxiſſent: Magis verò præſumi debere extractum fuiſſe pro vſu manſionis inferioris ipſius D. Angelæ, coniectura verò deſumpta ex pilaſtrellis ab vtroque latere exiſtentibus fragilis nulliuſque momenti viſa fuit, cum ex viſione ſatis liquidò conſtare poſſet, pilaſtrellos ipſos pro maiori ſoliditate ac robore parietis factos eſſe, ita vt ſtabilior redderetur minori tamen impenſa ipſius ædificantis, quam ſi totus eiuſdem qualitatis extructus eſſet. Ad aliud autem argumentum ex eo deſumptum, quod ſi paries eſt communis ab angulo externo coquinæ vſque ad puteum incluſiuè, totus etiam cõmunis ſit præſumendus vſque ad viridarium DD. de Mari reſpondebam (admiſſo etiam huiuſmodi ſuppoſito, quod tamen à veritate alienum eſſet) non rectè inferri ad communionem totius reliqui parietis: id enim fortè procedere poſſe, ſi vno & eodem tempore tam vna pars quam altera conſtructa eſſet, parieſque in eam longitudinem, quæ hodie conſpicitur productus ſimul, & ſemel: ſecus ſi diuerſis temporibus; quaſi verò hoc ſecundo caſu non vnus paries, ſed plures cenſeri debeant, vt per eundem Cæpol. *d. c.* 40. *num.* 18. Sed & partem illam muri, quæ à puteo protenditur ad angulum coquinæ proprium eſſe D. Angelæ reſolui, primò enim animaduerti ex loci viſione dictam partem parietis eſſe diſtinctam, & ſeparatam, tametſi modico interuallo à muro, qui ab anteriore parte domus D. Angelę vſque ad angulum internum coquinæ inferioris excurrit, vt certè pars iſta vſque ad puteum alterius muri continuatio dici non poſſit, ex multis autem ſignis coniiciebam hanc partem eſſe propriam Angelæ ex ſolario huic parti parietis affixo, ex ſtillicidio ſiue tecto pariter ſuper dicto pariete quieſcente, ad tradita per eundem Cæpoll. *d. cap.* 40. *numer.* 32. Murus enim illius eſſe præſumitur, cuius domui ſeruit, præſertim verò ferendis, & ſuſtinendis oneribus, in quo potiſſimum vſus parietis conſiſtere videtur, vt per Caſtrenſ. *conſ.* 334. *num.* 2. *libr.* 2. argumento *l ſicuti* §. 1. *ff. ſi ſeru vend.* Nec minus argumentũ præbere dixi quòd eſſet proprius D. Angelæ feneſtram totũ parietem perforantem, & habentem proſpectum ſupra vacuum, in quo decidit ſtillicidium, vt per Cœpoll. *d. c.* 40. *num.* 13. *verſic. item per feneſtras perforãtes totum murum:* cum feneſtræ regulariter non modò in alieno, ſed nec in communi pariete fieri poſſint, iuxta notata *in d. l. quidam Hiberus,* vbi Angel. *num.* 8. idem *in d. l. inter quos ff. de damn. infec.* Boer. *d. conſ.* 5. Caſtrenſ. *l. quoties ff. de ſeruitut.* Bald. *l. altius ſecundo notabili C. eod. tit.* Cœpoll. *cap.* 62. *num.* 3. Pariſ. *d. conſ.* 116. *num.* 10. *lib.* 4. vbi etiam ſubdit vnum, quod valde confert ad propoſitum, ſcilicet nullis ſignis communionis apparentibus murum totum illius propriũ cenſeri debere, cui ſoli deſeruit: Nec quia Falconi lignum immiſſum haberent in parietem ad aquam hauriendam ad communionem parietis inferri poteſt, alioqui opporteret communionem difformem inducere; nam D. Angelæ communis eſſet pro indiuiſo, cuius feneſtra totum parietem perforat. Falconis autem pro diuiſo, cum immiſſio ligni ſatis ſuperficialis appareat, & non modò totum parietem non perforet, ſed nec medietatem pertingat. Et huc confert, quod tradit Ruin. *d. conſil.* 55. *num.* 6. *lib.* 4. vbi conſiderat ex immiſſione tignorum non poſſe argui, vel præſumi communionem, cum ex aduerſo extant ſigna contrarium indicantia, veluti quia ab altera parte ſint feneſtræ totum parietem pe-

Digitized by Google

netrantes, ex hac enim præſumptione, quæ eſt fortior, aliam tanquam debiliorem elidi. Rationem autem afferunt omnes cur ex feneſtris præſumptio communionis parietis excludatur, quia per eas facies muri mutatur, & paries debilitatur, quod certè neq; in communi pariete facere licet. Sed nec leuem coniecturam exiſtimaui reſultantem ex eo, quòd ſtillicidij rigor, & tignorum proiectus in parte poſteriori domus D. Angelæ ſe longè protendat vltra parietem prædictum, & caſitet ſuper vacuũ, quod eſt vltra puteum, nam & hoc ipſum indicare videtur, vacuum illud eſſe proprium D. Iſottæ, cum ſtillicidia ſupra domum indicent quanta ſit proprietas loci, in quem decidunt ad Bald. Florian. de Sancto Petro Angel. *in l. fin. §. fin ff. de ſeruitu. vrb. præd.* & ibidem Fulgoſ. Cœpoll. *d. cap.* 40. *num.* 9. qui omnes concludunt ſtillicidia loci ſuperioris denotare proprietatem inferioris, & ratio eſt, quia in alienum nihil immittere liceat, *l. quemadmodum §. ſi proiectum ff. ad l. Aquil.* niſi iure ſeruitutis: in dubio vero ſeruitus impoſita non præſumitur, *l. altius l. quod ſi ædibus, cum ibi notatis C. de ſeruitut. iuncta l. quæcunque ff. de publiciana*, vt certè etiam in caſu propoſito vacuum illud, ſuper quod decidunt ſtillicidia ex tecto D. Angelæ eiuſdem proprium cenſeri debeat: ex quo poſtea inferri videtur, cum paries intra ſolum proprium Angelæ fuerit ædificatus propriis ipſius expenſis, ſiue eius authorum extructum cenſeri debere ac proprium ipſius eſſe.

Sed quoniam hoc fundamentum in dubium fortè reuocari poſſet ex traditis per Cœpoll. *d. tractat. cap.* 28. *quæſt.* 9. *numer.* 10. *verſic. ſed nunquid*, vbi inquit deciſionem ex eo pendere, quod is, qui habet ſtillicidium, ſit in poſſeſſione loci inferioris, ſuper quem ſtillicidium decidit, vel magis vicinus eum locum poſſideat: vt primo caſu inferior ſpectare videatur ad habẽtem ſtillicidium iure dominij, ſecundo caſu ſeruitutem ſtillicidij recipiendi debere intelligatur. In propoſito autem videri potius Falconos eſſe in poſſeſſione illius vacui, quàm D. Angelam: Idcirco ſuppoſito etiam quòd ſtillicidiũ D. Angelæ iure ſeruitutis decidat ſuper vacuum dictorum de Falconis: quia tamen ex legis diſpoſitione ſpatium vacuum relinquere tenebantur, vnius ſcilicet pedis vltra quam ſe protendat rigor ſtillicidij, dicebam præſumendum eſſe, Falconos, qui ſpatium illud occupare non poſſent lege prohibente, ſed ab eo diſtare cogerentur noluiſſe concurrere ad expenſas parietis, quem dimiſſo illo ſpatio legali ædificare non poſſent, ſi maximè vellent.

Quæ verò coniecturæ in oppoſitum ponderabantur viſæ ſunt mihi nimis fragiles, atque leues: nam quod attinet ad immiſſionem ligni in parietẽ, ſuppoſito quod loco veteris ligni vetuſtate corroſi aliud recentius ſuppoſitum fuerit, quod antiquum repræſentet, *l. ſeruitutes quæ in ſuperficie §. ſi ſublatum l. cum meus* vbi Caſtrenſ. *ff. de ſeruit. vrban. præd.* dicebatur ex hac ipſa immiſſione facta pro faciliori hauſtu aquæ, ad quem vſum paries non ſolet eſſe deſtinatus, non inferri ad communionem parietis, prout fortè inferri poſſet, ſi lignum ad aliquod onus ædificij ferendum immiſſum eſſet. Prout etiam coniectura deſumpta ex feneſtrella illa fallax viſa fuit, cum per DD. de Falconis clam fieri potuerit, & inſcia D. Angela cum etiam in hoc non conſiſtat vſus parietis, ſed in ſuſtentatione onerum ferendorum, & immiſſione tignorum, vt per Caſtr. *d. conſil.* 334. *ad fin. libr.* 2.

Diuiſio

Diuiſio Putei pariete mediante viſa fuit magis arguere communicatam eſſe facultatem hauriendæ aquæ, quam puteum ipſum, qui intra ſolum D. Angelæ, & ſub eius ſubgrundiis extractus eſſet: nam etſi puteus etiam diuidi poſſit *l.4.§.1.ff.comm.diuid.* id tamen non aliàs vendicat ſibi locum, quam ſi ſolum putei ſit commune, vt per Vlpian. *ibidem* ex ſententia Melæ: de communione autem ſoli non fuiſſe doctum per Falconos, ſed magis præſumendum eſſe, quod totus fuerit authorum D. Angelæ, quatenus capit latitudo putei, ſtillicidij rigor, cum præſertim nullum extare olim ædificium ex oppoſito dicti Putei à latere Dominorum de Falconis (quod enim hodie cernitur de recenti ab ipſis extructum apparet) vt certè veriſimile ſit totum illud ſpatium ab authoribus D. Angelæ fuiſſe poſſeſſum; eoſdem tamen voluiſſe ſeparare puteũ in duas partes pariete medio ad prohibendum nè vicini in eorum domum tranſire poſſent.

Quamuis autem reſoluerim totum parietem eſſe D. Angelæ, placuit tamen mihi declarare licere Falconis lignum immiſſum habere, ſeu verius continuare in quaſi poſſeſſione immiſſum habendi pro faciliori hauſtu ipſius aquæ, & ad hunc tantum finem, & effectum, non autem ad inducendam ex immiſſione prædicta aliquam parietis communionem, quaſi verò conceſſo Falconis hauſtu aquæ (ad hoc enim tendere diuiſionem putei in duas veluti partes) facilè etiam concedi debuerit id, quo facilior hauſtus aquæ redderetur, & paries ipſe nihilo efficeretur deterior, nam vno cõceſſo id etiam conceſſum intelligi debet, ſine quo fruſtatoria, aut certè nimis difficilis alia cõceſſio redderetur, ad notata *in l.2.ff. de iuriſd.omn.iud.* Decian. *reſp.18.num.117.libr.1.reſp.41.num.45.libr.3.* propè eſt autem, vt hauſtus aquæ fruſtra conceſſus eſſet, niſi etiam conceſſum intelligeretur, vt hauriri poſſit ligno in parietem immiſſo, & in eius ſuprema parte carucula ſuppoſita, in quã funis immitteretur, vltra quod exiſtimarunt Falconis acquiſitum eſſe ius continuandi in hac ipſa quaſi poſſeſſione lignum immittendi in parietem non quaſi communem, & ſic iure dominij, cum totus eſſet D. Angelæ, ſed iure ſeruitutis acquiſitæ longa temporis præſcriptione ad gloſ. notabilem, magiſtralem *in l. ſeruitutes la grande ff. de ſeruit.* gloſ. Bart. & cæteri *in l.2.C. de ſeruitut. & aqua.* cumque ſeruitus iſta tigna iniungendi, vel immittendi cauſam habeat quaſi continuam, vt per Cœpoll. *de ſeruitut. vrban. præd.c.19. num.2.* quod continuo ſit in vſu, ſi non actu, (nec enim homo ſemper immittit) potentia ſaltem ex aptitudine, quam indidit immittendo ſemel à principio conſequens eſt, vt ipſi præſcribatur ſpatio decem annorum inter præſentes *l.fin. C. de præſcript. longi temporis.* gloſ. & Doct. *in d. l. 2. C. de ſeruitut. & aqua.* Cœp. *d.c.19.num.4.* Rom. *d.conſ.55. ad finem*, tametſi contrarium velit in caſu ſuo, quia non eſſet probatum quanto tempore tigna infixa ſtetiſſent. In propoſito vero liquidò conſtitit ex depoſitionibus teſtium à ſexdecim annis, citra lignum immiſſum in parietem, & in eius ſupremam partem caruculam ferream impoſitam fuiſſe, cuius etiam immiſſionis veſtigium ſatis inſigne, nec recẽs illud quidem apparuit ex viſione loci. Hæc quod attinet ad primum caput ſententiæ.

Tranſeo nunc ad ſecundum, cuius reſolutio longe facilior viſa fuit, cum ex depoſitionibus teſtium appareat Falconos, ſeu ipſorum authores tigna

immiſiſſe, & incluſiſſe in parietem diuidentem partem anteriorem domus D. Angelę à domo ipſorum, & progredientem ab angulo interno coquinæ dictæ Dominæ verſus viam publicam; & ex viſione loci compertum eſſet adhuc extare veſtigia foraminum multis in locis. Vnde meritò reſoluerunt Falconis licuiſſe in dicto pariete ratione communionis ædificare in ipſum immittendo, & iniungendo tigna vſque ad altitudinem eorum antiqui ædificij. Cũ enim ignoratur à quo paries fuerit ędificatus, & vtrum à principio fuerit communis, quaſi extructus communibus expenſis, nec conſtat eſſe proprium alterius ex vicinis, meritò tigna hinc inde immiſſa indicant cõmunionem pro diuiſo ſi perforẽt murum vſque ad medium, ſi verò totum penetrent pro indiuiſo. Et ratio eſt, quia cum in alienum nihil immittere liceat, *d.l.quemadmodum* §. *ſi proiectum ff.ad l. Aquil.* neceſſe eſt dicere id factũ eſſe vel iure communionis, ac dominij, quod vterque haberet in pariete, vel iure ſeruitutis, & quia ſeruitus in dubio non præſumitur, niſi probetur impoſita, *d.l.altius l.in ædibus C.de ſeruitut.* idcirco iure dominij immiſſa præſumi debent, & communio parietis inter immittentes inducta ex quadam veluti tacita ſocietate ad Bart.*d.l. damni infecti.§.cum parietem ff.de damn.infect.* Soc. *d.conſ.*44.*num.*2.*lib.*4. Boer.*d.conſ.* 5.*num.*14. quod etiam procedit, quamuis fortè plura ab vno latere, quam ab alio immiſſa conſpiciantur, vt Cœpoll. *d.c.*40.*num.*17. *verſic.* 2. *caſu principali.* & quamuis Ruin. *d. conſil.* 55. *numer.* 5. *verſic. nec obſtat.* dixerit ex immiſſione tignorum non probari communionem parietis, hoc tamen limitat, quãdo vterque vicinus eſt in poſſeſſione parietis, nec apparet quis eorum ædificarit, nec conſtat de iure vnius magis quam alterius, tunc enim concludit murum communitèr poſſeſſum inter vicinos communem præſumi, non ita ſi totus ab altero tantum ipſorum poſſideatur. Nec minus communionem parietis arguunt tigna, vel trabes; quæ parieti iniunctæ conſpiciuntur, ſed etiamſi ſublata ſublata fuerint, vt tamẽ foramina adhuc appareant ad text. *in l.*hæc autem iura, vbi gloſ. Caſtr. & alij *ff.de ſeruitut.vrb.præd.* Cœpoll. *d.c.*40. *num.*16. *verſic. & prædicta omnia intellige.* Boer. *d. conſil.* 5. *num.* 15. & alij recentiores.

Stante hac communione dicebam non eſſe dubitandum, quin Falconis noua tigna immittere licuerit; cum paries ad eum finem communicatus fuerit, vt onera vtriuſque ſuſtineret, & vtriuſque ædificio deſeruiret, ex traditis per Angel. *d.l.quidam Hiberus num.* 7. *d.l.inter quos de damn. infect.* Cœpoll. *d.c.*40.*num.*23.*quæſt.*3. confert text. *in l. ſi ædes.* vbi gloſ. & Doct. *ff.comm.diuid.* & gloſ.notab. *in l.Sabinus.ff.comm.diuid.* limitans regulam illam, quòd ſocius in re communi nihil facere poſſit altero ſocio prohibente, vt non procedat ſi res communicata fuerit, vt opus fieret, & opus fiat iure communionis ſecus ſi fieret iure ſeruitutis ad gloſ. notab. *in d.l. ædes communes.* Angel.*d.l.quidam Hibernus num.*7. alioqui contradiceret text. *in l. parietem ff.de ſeruitut. vrb. præd.*

Quòd ſi ex inſpectione loci liquidò conſtitiſſet Falconos ſupra altitudinem eorum antiqui ædificij aliquid immiſiſſe, aut iniunxiſſe parieti altius eleuato per D. Angelam dum & ipſi à latere ſuo altius ædificium tollere vellent, profectò eoſdem ſimpliciter, & abſolutè condemnaſſent ad ſoluendum precium dimidiæ partis dicti parietis D. Angelæ, & in euentum recuſatæ ſolutionis ad remouendum tigna

in parie-

Digitized by Google

in parietem immiſſa, tollendoſque pilaſtros in eum incluſos, & iniunctos. Nam & ſi mutata iam facie antiqui parietis non ſatis apparere poſſit, an ſimul eodemque tempore fuerit eleuatus ab authoribus D. Angelæ, an verò diuerſis temporibus, tamen vtroque caſu condemnari debuiſſent ad ſolutionē dimidiæ partis muri. Quod tamen pendet ex diſcuſſione illius articuli, an murus, qui tignis immiſſis ab vtraque parte vſque ad certum locum communis apparet, ſi poſtea aut longius producatur ab altero vicinorum, aut altius eleuetur, in totum cōmunis cenſeri debeat, aut in toto ſeruitus impoſita, qua in re ſolet adhiberi diſtinctio, de qua per Cœpoll. *d c.* 40. *num.* 18. quòd aut diuerſis temporibus, aut vno & eodem tempore hæc ipſa productio muri per alterum ex vicinis facta fuit: Si diuerſis temporibus præſumi ſeruitutem impoſitam in ea tantum parte, in qua tigna immiſſa apparent, ſiue murus in longum, ſiue in altum productus fuerit. Quòd ſi quæratur de communione parietis diſtinguitur rurſus, an per longitudinem, an vero per altitudinem ſit extructus; & primo caſu concluditur communionem parietis non extendi vltra partē, in quam tigna immiſſa fuerunt, quaſi verò non vnus paries, ſed plures cenſeri debeant: ſecundo caſu in totum cenſeri communem ea ratione, quam tangunt Bart. Angel. *in d. l. quidam Hiberus.* Angel. *d. l. inter quos.* Cœp. *d. cap.* 40. *num.* 18. & rurſus *tertia quæſt. princip. numer.* 19. nempe quod ſuperædificatum in muro communi efficitur commune, cuius rationis ea ratio eſt, quòd ædificatum ſuper pariete cedit parieti inferiori, *l. ſuper tuam ff. de acqui. rer. dom. l.* 2. *in princ. l. ſi in area C. de rei vendic.* & quia paries inferior communis eſt vtrique vicinorum, idcircò fit, vt ſuperædificatum, quamuis ab altero tantum, vtrique commune efficiatur, alioqui nec cederet parieti inferiori, ſi ſuperædificatum alterius tantum proprium efficeretur ad Cœp. *d. c.* 40. *tertia quæſt. princip.* latè Boer. *d. conſ.* 5. *num.* 14. *cum duob. ſequent.* vbi citat Bart. Angel Flor. de Sancto Petro *in d. l. quidam Hiberus.* Si verò vno & eodem tempore, quo tigna in parietem ab vtraque parte immiſſa fuerunt, ex quo inducta eſt communio parietis inter eos, placuit alteri vicinorum ipſum vel longius producere, vel altius eleuare, tunc quia vnus tantum murus cenſeri debet, in totum communis iudicatur. Et quamuis ſtricto iure fortè dici poſſet, eum qui tigna immittere velit in parietem ab altero conuicino altius eleuatum, non teneri ad aliquas impenſas, quia ſocius in communi pariete tigna imponere poſſit ſuo veluti iure, *d. l. ſi ædes ff. comm. diuid. l. in communi l. ſi ædibus ff. de damn. inf.* Angel. *d. l. inter quos*, tum etiam quia conuicinus ſi rurſus ſuperædificare vellet in parietem ſecundo loco altius eleuatum ad expenſas ſuper ædificati per vicinum non teneretur, contrarium tamen de conſuetudine obſeruatur teſte Cœpoll. *d. c.* 40. *num.* 29. quæ conſuetudo in eo potiſſimū fundata videtur, quòd hic qui ædificare intendit immittendo tigna in parietē, quamuis communem effectum negare non poteſt, quin ſibi communis effectus fuerit opera, & impenſa vicini, ita vt æquitate ſuadente negotiorum geſtorum actione reſarcire debeat, quod pro eius parte vtiliter à vicino impenſum fuit argumento *l. ſi pupilli in princip. l. litis in princ. l. ex duobus fratribus ff. de negot. geſt.* & quamuis tempore expenſæ factæ per vicinum ſuperædificantem non eſſet forte actu vtiliter geſtum negotium conuicini, qui tunc ædificare nec cogitaret, ſufficit tamen

potentia vtiliter geſtum eſſe, eo quòd quandocunque ædificare vellet, in ipſum parietem tigna immittere poſſet: nam vt primum acta immittit negotium potentia vtiliter antea geſtum, acta vtiliter geſtum efficitur. Vnde conſequens eſſe videtur, vt ad refectionem expenſarum pro dimidia teneatur, cum nimis abhorreat ab æquitate, vt hic alienis impenſis locupletior fiat. In caſu autem propoſito ſiue ſupponamus vno & eodem tempore, quo orta eſt communio inter dominos vtriuſque domus ex immiſſione tignorum, authores D. Angelæ murum à latere ipſorum altius eleuaſſe, ſiue hoc ipſum diuerſis temporibus factum eſſe aſſeuerabam Falconos nullo modo ſolutionem precij dimidiæ partis muri euadere poſſe; non prætextu communionis totius parietis ab initio & vno eodemque tempore inductæ, cum non doceant communibus expenſis altius eleuatum fuiſſe, quod in dubio non præſumitur, tum quia imo is expendiſſe præſumitur, cuius ædificio paries deſeruit argumento notat. per Bart. *in l. cum Seruus ff. de verb. obligat.* Bald. *in l. fin. §. in computatione C. de iur. deliber. in l. id quod pauperibus ad fin. C. de epiſcop. & cleric.* tum quia non ſit veriſimile, authores ipſorum de Falconis, qui humilem, ac vilem in ea parte manſionem haberent, quam teſtes appellant la ſtantiaccia, voluiſſe concurrere ad expenſas parietis eleuati: ex coniecturis enim interdum probari ſolet quis expenderit, in re præſertim nondum communi, ſed quæ communis futura ſit. Multo minus euitare poſſunt ſolutionem prædictam prætextu communionis procedente tempore inductæ, eleuato ſcilicet pariete ex interuallo, nam & ſi totus paries eleuatus communis ſit effectus, expenſa tamen multo magis præſumitur facta per authores Dominæ Angelæ, quorum ædificio paries ita eleuatus deſeruire deberet.

Quia tamen, vt ante dicere cæperam, ex viſione loci mihi non ſatis liquido conſtare potuit, vtrum Falconi in parietem eleuatum per D. Angelam, ſiue eius authores tigna immiſiſſent, pilaſtróve incluſiſſent, eaque res peritorum iudicio magis relinquenda viſa fuit, qui exactè omnia perpenderent, detracta externa illa facie, & ſuperficie, quæ ædificium occultaret. Idcirco tutiorem viam eligendo, ſententiam ſub conditione tulerunt, certificandam ex relatione peritorum. etſi enim iudex omni conatu curare debeat, vt ſententiam certam ferat, §. *curare Inſtit. de action.* & cauendum ei ſit à ſententiis ſub conditione ferendis, *l. 1. §. biduum ff. quando appell. ſit*, notant Scrib. *in l. cum iudex C. de ſentent. & interlocut. omn. iudic.* ſatis tamen hæc certa dicenda videtur, cum vel abſoluat, vel condemnet, prout per peritos vno, vel altero modo referri contigerit, nec conditionalis cenſeri debet, cum verè tempore, quo ſententia ferebatur, certum eſſet per rerum naturam, an verè tigna per Falconos immiſſa eſſent, ita vt merito peritorum induſtria ſit electa, qui veritatem hanc certam quidem, ſed tamen latentem in lucem proferrent: Nam & aliàs videmus valere ſententiam, per quam iudex pronunciat, condemnando ſi eſt probatum, aliàs abſoluendo, ſecundum magis communem, de qua per Aret. *in d. §. curare*, vbi etiam Iaſon. *numer. 39.* prout & illa, per quam iudex condemnat actore iurante ſibi deberi ad Bartol. Bald. *d. l. cum iudex.* quemadmodum & illa ſi iudex reum in centum condemnet, niſi intra menſem probauerit ſe ſoluiſſe, vt

per

per Specul. & ibi Io. Andr. *in tit. de ſent. §. ſpecies verſic. quid ſi iudex.* quamuis tutius ſit expectare menſem, & nó facta interim probatione poſtea condemnare Iaſon. *d. §. curare num.* 59. prout etiam valida eſt, quæ reum abſoluit ſub conditione tamen reſolutiua, vel ſuſpenſiua ipſius abſolutionis, hoc ſcilicet adiecto, vt ſi quidam error probaretur, actor iterum petere poſſet Soc. *conſil.* 91. *num.* ... *lib.* 4. Et quod dicitur ſententiam ſub conditione non eſſe ferendam, videtur intelligendum de conditione reſpiciente futurum, non autem ſi feratur ſub conditione de præſenti, vel præterito, vt per Gloſ. *in d. l.* 1. *§. biduum.* Talis autem profecto eſt conditio appoſita in hac ſententia, perinde ac ſi dictum eſſet; ſi tigna fuerunt immiſſa per Falconos condemno eoſdem ad ſoluendum medietatem precij, ſin minus abſoluo: vtrum immiſſa fuerint peritorū iudicio relictum fuit. Afferuntur & aliæ limitationes ad prædictam regulam ex mente gloſ. *in d. §. biduum*, & Bald. *in d. l. cum iudex*, quæ ſatis accommodabilis eſſe videtur caſui propoſito qualis eſt illa, vt non procedat ſi conditio fuerit intrinſeca, ſecus ſi extrinſeca: Itē vt habeat locum ſi iudici tempore ferendæ ſententiæ liquido conſtet de eo, quod eſt fundamentum abſolutionis, vel condemnationis, ſecus verò ſi dubius animo pendeat, nec ſatis idexploratum habeat, quod tamen per rei naturam ſit omnino certum: Ita Scrib. *in d. §. curare*, & videtur ibidem innuere text. ibi, quantum ei poſſibile ſit. Ex quibus limitationibus tollitur, quod tradit Alex. *conſil.* 185 *num.* 28. *lib.* 2. dicens non valere ſententiam, per quam iudex pronunciat referendo ſe ad conſilium edendum à cōſultore, cum deberet pronunciare iuxta conſilium productum in actis, non producendum: hoc enim caſu vltra quòd ſententia erat omnino incerta neq; condemnans, neq; abſoluens, nihil de ſuo iudex in medium afferebat circa ius ipsū: In propoſito verò, ſi propoſito facto ex quo ius oritur, vno & altero modo, de iure deciſa fuit abſoluendo, vel condemnando pro varia relatione peritorum. Sicuti non obſtat quod tradit idem Alexand. *conſil.* 73. *numer.* 9. *lib.* 3. ex Bart. *in d. l. cum iudex*, & Caſtr. *in l. continuus §. cum ita ff. de verbor. obligat.* ſcilicet non valere ſententiam, quamuis ſub conditione intrinſeca latàm, niſi conditio lata ſententia in continenti verificetur, id eſt antequam diuertatur ad extraneos actus, qualis eſt ſententia condemnans reum ſub conditione, ſi actor probabit: nam ad hæc omnia patet reſponſio ex diſtinctione Bald. *in addit ad Specul. in titul. de ſentent. verſicul. ſuper hoc ſciendum eſt*, quem ſequitur Vant. *de nullitate ex defectu proceſſus num.* 187. *cum ſequent.* & ex eodem Bald. *in cap. quoad conſultationem extra de re iudic.* magni enim refert, vtrum feratur ſub conditione de futuro, an verò de præſenti, vel præterito, quia primo caſu diſtinguitur, an in continenti conditio verificari poſſit: ſecundo caſu valet omnino ſententia tanquam lata ſub conditione, quæ non ſuſpendat, qualis eſt illa cum iudex aſſignat immobilia, ſi non adſint mobilia, ad gloſſ. *in l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudic.* verbo capiuntur & ibidem Scrib. *gloſſ. prima; in capit. biduum ſecunda, quæſt. ſexta*, Bartol. *in l. aut prætor §. primo, ad finem*, & ibidem Iaſo. *numer.* 17. *ff. de re iudicat.* quod etiam obtinet in omnibus alijs ſententijs latis ſub quamuis alia conditione intrinſeca tamen, & quæ faciat ad cauſam de præterito, vel præſenti, cum huiuſmodi conditiones actum non

ſuſpendant *l. cum ad præſens iuncta ſequ. ff. ſi cert. petat.* Conditio autem adiecta ſententia in caſu propoſito, & ad rem pertinet, & intrinſeca eſt, & de præterito, perinde ac ſi dictum eſſet, ſi tigna fuerunt immiſſa condemno, ſi nõ fuerunt immiſſa abſoluo. Vltra quod in caſu propoſito ſententia certa dici poteſt per relationem ad iudicium peritorum iuxta notata *in d. l. à Diuo Pio §. primo,* vbi Iaſo. *primo notabili.* Et quamuis ex communi interpretatione ſententia id ipſum intelligatur, ſi id, ad quod relatio fieri debet, fuerit productum in actis Iaſon. *ibi numer. 19. cum ſequent.* In caſu tamen propoſito, cum & relatio facienda per peritos, & effectus ſententiæ retrotrahatur, & tempus futurum cenſeatur ineſſe præſenti virtute illius clauſulæ, *ex tunc prout ex nunc*: de qua per Soc. iun. *conſ. 106. numer. 28. lib. 1.* Guid. Papæ, *quæſt. 588.* Fel. *in cap. licèt cauſam 6. notabili extra de probat.* Angel. *in l. prima, numer. 4. C. de codicill.* Scrib. *paſſim in l. huiuſmodi ff. de verb. obligat. in l. lecta ff. ſi cert. petat.* Satis ſententia referri videtur ad relationem peritorum quaſi productam, non quaſi producendam.

His conſequens eſt caput concernens clauſuram feneſtrarum, ſeu verius feneſtræ proſpectum habentis in domum, & ſupra tectum D. Angelæ, hãc enim omni caſu claudendam eſſe dixi, ſiue ex relatione peritorum conſtaret Falconos immiſiſſe tigna in parietem altius eleuatum à Domina Angela, ſiue non: primo enim caſu feneſtram idcirco claudi debere, quia in pariete communi non liceat habere feneſtras, Angel. *d. l. quidam Hiberus d. l. inter quos.* Cœpoll. *de feneſtra num. 30.* Boer. *d. conſil. 5. num. 6.* maximè verò cum murus non abſolutè, & indiſtinctè communis eſſet, ſed vt deſeruiret tignis immittendis, oneribuſque ferendis. Sed etſi indiſtinctè communis fuiſſet, tum quia vix fieri poſſet, quin ex eo paries debilitaretur, & ſic damnum vicino inferretur; tum etiam quia quolibet damno vicini circumſcripto, in re communi melior eſt conditio prohibentis, *l. Sabinus ff. de ſeruitut. vrb. præd.* maximè verò ſi ex feneſtra aperta in muro communi proſpectus habeatur de præſenti, vel in futurum haberi poſſit in domum vicini, quaſi verò hoc ipſum loco damni ſit habendum: quòd ſi murum altius eleuaſſent, non immittendo tigna in parietem iam altius eleuatum per D. Angelam, rurſus in eo feneſtram habere prohiberentur, non quidem inſpecto iure communi, quo quidem licet in proprio muro feneſtram habere, tametſi ex ea in domum vicini proſpectus haberi poſſit, quia nõ prohibetur quis ædificare in ſuo, dummodo non immittat in alienum, etiamſi vicino inde noceatur, aut incommodetur *l. fluminum §. fin. ff. de damn. inf.* Cœpol. *d. cap. 61.* extendens hoc ipſum etiam ſi murus per centum annos ſtetiſſet ſine feneſtris, ſed quoniam hoc prohibetur conſuetudine municipali ciuitatis, quæ lex fundata videtur in ratione cuiuſdam honeſtatis, cum etiam per pactum ſibi quis proſpicere poſſit, ne vicino liceat in muro proprio feneſtram aperire, per quam in eius domum proſpectum habeat, de cuius pacti validitate ſicuti non eſt dubitandum ad Bald. *in l. altius C. de ſeruit. & aqua.* Caſtrenſ. *in l. quoties ff. de ſeruitut. titulo generali,* ita multo minus de validitate ſtatuti dubitari poteſt, valet enim argumentum de pacto ad ſtatutum, affirmatiuè, vt poſſit fieri per ſtatutũ, quod poteſt fieri per pactũ. Euerard. *loco à pacto ad ſtatutum.* Primo tamen caſu feneſtras omninò claudendas exiſtimaui. Secundo caſu ſufficere

cere ſi ferrea crate munirentur, ita vt ex ipſis caput exerere non poſſet, qui ſtudioſè vellet ex eis ſcrutari ſecreta domus D. Angelæ. Et quoniam altera ex feneſtris iam porrecta petitione ſuper earum clauſura lite pendente clauſa fuit, idcirco in ſingulari dixi de claudenda feneſtra, nam quod attinet ad clauſam Falconi magis abſoluendi fuerunt ab obſeruatione iudicij; regulare eſt enim vt reo ſatisfaciente pendente iudicio non debeat condemnari, non etiam abſolui ſimpliciter, ſed ab obſeruatione iudicij, quæ tamen ſententia vim habet diffinitiuæ Iaſon. *l. properandum* §. *& ſi quidem* C. *de iudic.* Bart. *l. Titia ff. de accuſat.* Mar. *quinta parte ſuæ praxis iudiciar. num.* 54. Gabriell. *conſ.* 19. *num.* 1. 2. *libr.* 1.

Et quoniam primus Iudex omiſerat iudicare ſuper petitione facta nomine ipſorum de Falconis, qui pariter inſtiterant D. Angelam condemnari ad claudendam eius feneſtram proſpectum habentem in eorum hortum, & ſupra vacuum, cuius ante mentionem feci, exiſtens ab eorum latere. Idcirco ſupplens quod ab eo omiſſum fuerat declaraui D. Angelam teneri ad muniendum ferrea crate prædictam feneſtram: nam etſi antea reſoluiſſent partem illam parietis, in quo dicta feneſtra extabat eſſe propriam D. Angelæ, vt propterea ibi feneſtram facere, & multo magis factam retinere poſſet, attenta diſpoſitione iuris communis ex antedictis, æquius tamen viſum fuit per huiuſmodi clauſuram periculis occurrere, quibus continuò eſſet expoſita domus ipſorum de Falconis, ad quam facillimè ex dicta feneſtra noctu diuque deſcenſus haberi poſſet, & euitare ſcandala quæ facilè occaſione prædicta oriri poſſent, quandiu feneſtra manſiſſet aperta: nam ad euitanda ſcandala, præſertim inter vicinos rixoſos, & malè affectos multa interdū permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, *c. quoniam de iu patro.* Oldr. *conſ.* 95 *ferè ad finem.* Felin. *cap.* 2. *de praſcript.* Benintend. *deciſ.* 79. *num.* 7. Decian. *reſp.* 14. *n.* 22. *lib* 3. Menoc. *conſi.* 51. *n.* 44. vbi plures cumulat, poteſtque Iudex etiam inuita parte, ac minimè citata in his, in quibus verſatur periculum ſcandali, officium ſuum impartiri, vt per Canon. *in cap.* 1. *de tregua, & pace.* Bero. *conſ.* 145. *num.* 4. *lib.* 3. & quidquid de iure communi in caſu propoſito dici poſſit ex traditis per Cœpoll. *cap.* 55. *num.* 3. res minorem difficultatem habere viſa fuit ſtante diſpoſitione prçallegatę conſuetudinis, quam Bero. *conſ.* 133. *num.* 6. *lib.* 3. interpretatur habere locum non modo ſi quis de nouo feneſtram in ſuo pariete facere tentet, per quam detur proſpectus in domum vicini, ſi modò lumen aliunde habere poſſit, ſed etiam ſi iam factam retinere velit. Ex viſitatione verò loci euidenter apparuit D. Angelam aliunde lumen habere quantum ſibi opus eſſet, ex dicta vero feneſtra, aut nullum aut certè exiguum, cum obumbretur à domo dictorum de Falconis ſita ex oppoſito. Et quamuis extenſio, quam facit Bero. non videatur carere difficultate, eam tamen in caſu propoſito amplectendam eſſe dixi concurrente ratione euitandi ſcandali ſuperius explicata, non tam ad occurrendum incommodo conſiderato per ſtatutum, ne detur ex ea proſpectus, quàm ne detur facilis tranſitus in domum vicinorum cum graui periculo ſcandali, atque rixarum. Idcirco moderatio quædam hac in re adhibenda viſa fuit, nempè vt ſufficeret feneſtram ferrea crate muniri ad impediendum magis tranſitum, quam proſpectum in domum Dominorum de Falconis, ferratà verò in eam formam fieri poteſt, vt

Digitized by Google

protendatur quantum ſe protendunt ſtillicidia domus præfatæ D. Angelæ ad tradita per Cœpoll. *d. c. 55. circa princ.*

Hæc habui quæ dicerem circa capita concernentia ſententiam D. Iudicis à quo, Reliquum eſt, vt alia quædam breuibus abſoluam, quæ à dicta ſententia ſunt penitus ſeparata. Et quod attinet ad purgationem attentatorum per DD. Falconos, demolitionem ſcilicet eius, quod ædificarunt lite pendente, ac repoſitionem innouatorum in priſtinum ſtatum, res nullam difficultatem habere viſa fuit ex regula generali, quod attentata lite pendente purganda ſint, & in priſtinum ſtatum reponenda *toto titul. ff. & C. in decretal. in 6. & in Clement. vt lite penden.* quæ regula ſi procedit, quamuis actus, qui fit lite pendente, aliàs eſſet facienti licitus non introducta lite, ad Lancellot. *de attent. lit. pend. ampli. 1.* vbi multis exemplis hoc exornat, multo magis, quando etiam circumſcripta pendentia litis eſſet illicitus, vt in caſu propoſito, ex quo paries in quo Falconi & oſtium, & feneſtram aperuerunt ex oppoſito putei communis erat D. Angelę, in pariete verò cõmuni nec feneſtram, nec oſtium facere licet reclamante vicino, *d. l. quidam Hiberus*, vbi Scrib. maximè verò cum ex dicta feneſtra proſpectus haberi poſſit in domum D. Angelæ; facta fuit enim ex oppoſito feneſtra D. Angelæ, quæ etſi ferrata munienda ſit, aperta tamen ſtare poteſt. Murum autem, quem Falconi in arcũ veluti duxerunt ab extrema parte propriæ domus, quæ horto proxima eſt, & iniunxerunt illi parti parietis exiſtenti propè puteum, quam antea reſolui eſſe propriam D. Angelæ demoliendum eſſe dixi tanquam attentatum lite pendente, tum quia in alieno nihil facere licèt, *l. quoſdam C. de metallar. libr. 11.* aut immittendo, niſi ſit impoſita ſeruitus, *d. l. quemadmodum §. ſi protectum ff. ad l. Aquil. l. ſi vitem §. ſi ad ianuam*, vbi Bart. poſt Gloſ. *ff. quod vi aut clam l. ſed ſi inter in princ. ff. de ſeruitu. vrb. præd.* aut parumper etiam leuiter attingendo, vt per Cœpoll. *de ſeruitut. vrb. præd. c. 30. num. 3. & num. 6.* ita vt ille, in cuius domum aliquid immiſſum fuit id propria authoritate tollere, & abſcindere poſſit, *d. §. ſi protectum.* Bart. *d. §. qui ad ianuam.* Cœpoll. *d. cap. 30. n. 3.* quod ſanè licuiſſet etiam D. Angelæ ante litem conteſtatam, ſecus eadem conteſtata, vt per Lancell. *de attent. lit. pend. ampliat. 1.* Meritò igitur determinaui Falconos teneri ad claudendum oſtium, ac feneſtrã, murumque prædictum hærentem, & coniunctum parieti proprio D. Angelæ propè puteum demoliendum eſſe, tum quòd hæc omnia attentata eſſent lite pendente, etiam ſi attentari cœpiſſent durante primà inſtantia ad Bero. *conſ. 51. libr. 3.* Lancellott. *de attent. lit. pend. ampli. 9.* tum quia etiam litis pendentia circumſcripta prohibita eſſent, & illicita.

Sed & illud non minori ratione reſolutum fuit prouidendum eſſe ne manſio poſita in poſteriori parte domus D. Angelæ inficiatur humiditate tranſmiſſa ac penetrante ex horto dictorum de Falconis altius per eos eleuato, ſiue horum æquando ſolo in ea parte, quæ coniuncta eſt parieti dictæ manſionis, ita vt horto depreſſo humiditas ex eo in manſionẽ illam amplius permanare non poſſit, aut appoſitis in eam partem horti, quæ dictum parietem contingit fiſtulis, per quas Falconi humiditatem ab horto manantem in eorum ſolum excipiant, & à dicta mãſione penitus auertant, aut aliter conſulẽdo indemnitati prædictæ Dominæ arbitrio peritorum, quorum iudicio totum hoc committendum eſſe decla-

declaraui. Satis enim ex oculari inſpectione apparuit, prædictam manſionem inferiorem continuam humiditatem ſugere, & eadem infici ex horto ita eleuato, qui antea ſolo æqualis eſſet, qua de re ſatis apertè teſtes deponunt in eorum atteſtationibus: vnde merito D. Angela contra Falconos negatoria experiri potuit ad dictam humiditatem auertendam, vt decidit apertè textus, *in l. fiſtulam ff. de ſeruit. vrb. præd. in l. fiſtulas ff. ſi ſeruit. vendic.* & docet gloſſ. *in l. ſi fiſtula in fin. ff. de ſeruitut. vrb. præd.* tradit & Angel. *d. l. quidam Hiberus num.* 10. concludens iuxta parietem alterius etiam in ſolo proprio nihil facere licere ad duos pedes, per quod paries marceſcat, non balneum, non cloacam, non aliquid aliud, quod humorem aſſiduum afferat parieti tametſi communi. Et huc etiam pertinere videtur quod inquit Cœp. *d. cap.* 40. *num.* 7. videlicet eum, qui murum ædificat iuxta vicini domum, cuius ſtillicidium in medio cadit, ſolum incruſtare debere, & aquam auertere à domo vicini, ne humiditate illa inficiatur, atque marceſcat, quamuis enim in fundo proprio vnicuique vſque ad cælum altius eleuando facere liceat, niſi ſeruitute prohibeatur, *d. l. altius C. de ſeruit. & aqua*, id tamen intelligendum, dummodo in vicinum non immittat, vt per Caſtrenſ. *de l. quoties ad finem princip. ff. de ſeruitut. titulo vniuerſali.*

Quo verò ad expenſarum condemnationem aut abſolutionem pendere voluit ab alia condemnatione, aut abſolutione concernente ſolutionem pretij dimidiæ partis parietis, de qua ſupra, ita vt quatenus in parietem immiſiſſent, quo caſu ad ſolutionem precij condemnati fuerunt, etiam in expenſis condemnati remanerent. Si verò nihil per eos immiſſum eſſet, quo caſu fuerunt abſoluti à ſolutione prædicta, etiam ab expenſis abſoluti intelligerentur ob mutuam victoriam, quæ in cæteris par ferè fuiſſet inter eos, nam etſi quando tam actor, quam reus vterque in parte ſuccubuit, in parte obtinuit, vterque pro rata victoriæ cōdemnari poſſit, ad Bald. Salyc. poſt Jacob. de Aret. *in l. properandum, §. ſin autem alterutra*, vbi etiam Jaſon *num.* 16. *C. de iudic.* nos tamen, quia paruus admodum exceſſus victoriæ in cæteris videretur, maluimus ſequi gloſ. *in l generaliter. § ſin autem iudex. verbo præiudicij. C de reb. cred.* quæ vult compenſationem expenſarum hinc inde fieri debere. die 3. Septemb. 1624.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2647.

Super l. nec non §. quod eis cum gloſ. in verbo prohibeant. ff. ex quibus cauſ. maior.

§ Prohibitum quod non reperitur permiſſum cenſetur.

PRohibita, quæ non inueniuntur per legem permiſſà cenſentur, h. d. & ita Antonin. Macer. *deciſ. ſiue reſolut.* 41 *lib.* 1.

Sed num prohibito vno cenſeantur omnia prohibita per quæ ad illud peruenitur? & negatiuè deciditur *in l. oratio ff de ſponſal l. pupillus §. ſed ſi per interpoſitam ff. de Authorit. tutor. l. eos in fin. C. de vſur. l. legem in fine C. de natural. liber.* Rubin. *deciſ.* 74. vbi quod procedit hæc regula tantum in his, per quæ neceſſariò peruenitur ad rem prohibitam, non verò in illis, per quæ ad illam perueniri poteſt contingenter, aut poſſibiliter.

Et an prohibitum vna via cenſeatur alia permiſſum? affirmatiuè deciditur per textum *in l. quod dictum ff. de pactis l. cum hi §. ſi cum ijs ff. de tranſact.*

l.athletas §. *ait pretor ff. de infamibus l. ſi quis* §. *minor. ff. qui, & à quibus*, & an prohibitum directò non poſſit fieri per indirectum? affirmat Surd. *deciſ.* 21. qui *in deciſ.* 75. ait quod prohibitum ad tẽpus poſt tempus videtur eſſe permiſſum ad textum *in l. Imperator ff. de poſtulando l. ſi vnus* §. 1. *ff. de pact. l. epiſtolas* §. *fin. ff. eod. l. pater filium* § *fundum ff. de legat.* 3. vt permiſſum ad tempus poſt illud cenſetur prohibitum, Cacher. *deciſ.* 83. Surd. *deciſ.* 75. *deciſ.* 189. *& deciſ.* 244. & Rota apud Farinac. *deciſ.* 617. *tom.* 2. *part.* 1.

COLLECT. 2648.

Super Doctrina Bart. in l. 1. §. qui rationibus ff. de falſis.

¶ *Scribit hic Bart. quod pœna falſi non committitur in priuata ſcriptura, quia regulariter nullam fidem facit.*

AD cuius ornatum vide Caſtill. *deciſ. Rot. Siciliæ* 187. *tom.* 2. vbi etiam enarrat, quænam ſit pœna falſi in literis cambij.

An autem literas regias falſificans puniatur pœna capitali? affirmat Gramat. *deciſ.* 27. vbi quod non extenditur ad literas proregis, ſed in tali caſu eſt pœna arbitraria, quæ ſolet extendi ad decennium ſuper regiis triremibus.

Et inſtrumenta publica, & acta falſificans, an teneatur pœna ordinaria falſi? pro affirmatiua ſententia multoties practicauimus in Curia Archiepiſcopali, dum caſus in facto accidiſſet.

COLLECT. 2649.

Super c. 2. de rebus eccleſiæ non alien.

¶ *Vnio ex quibus probetur?*

HIc agitur de probanda vnione. Tu autem adde, quod certum eſt quod ille, qui allegat vnionem, tenetur illam probare, Rota *deciſ.* 58. *part.* 2. tum quia vnio eſt quid facti, quæ non præſumitur, niſi probetur ad legem in bello, §. *facta ff. de capt.* & in ſpecie conſiderauit Rota *deciſ.* 233. *part.* 1. tum quia vnio habet contra ſe iuris aſſiſtentiam cum de iure qualibet Eccleſia debeat habere ſuum Rectorem.

Quando igitur non extant literæ Apoſtolicæ vnionis, ex quibus indubitanter probatur vnio, dicas quod poteſt probari vnio per præſcriptionẽ, quæ requiritur, quod ſit vel quadragenaria cum titulo, vel immemorabilis, vt firmatur *in deciſ. Ludouiſ.* 196. Rota *deciſ.* 233. *& deciſ.* 283. *part.* 1. *in recent. & deciſ.* 672. *part.* 2. ſufficit tamen probare communem reputationem, & famam loco tituli, quia illa ſeruit pro titulo, Rota *deciſ.* 724. *n.* 2. *part.* 2.

Secundò probatur vnio ex enunciatiuis antiquiſſimis plurimum inſtrumentorum, in quibus Eccleſia enunciatur vnita, Put. *deciſ.* 204. *lib.* 2. Seraphin. *deciſ.* 1246. *num.* 1. Rota *deciſ.* 626. *ſub num.* 2. *part.* 1. *& deciſ.* 724. *numer.* 3. *part.* 2. dummodo tamen enunciatiuæ habeant originem à diuerſis perſonis, & non ſuſpectis, Rota *deciſ.* 153. *numer.* 7. *&* 8. *par.* 2. item etiam requiritur, quod iſta verba enunciatiua ſint clara, vt fuit dictum coram R. P. D. Vbaldo in Taruiſina Parochialis Sancti Theoniſti 31. Maij 1613. ſufficit tamen, quod vnio ſit virtualiter enunciata, Seraph. *deciſ.* 1272. *& deciſ.* 1304. *num.* 3. Rota *deciſ.* 626. *numer.* 2. *part.* 1. nempè ſi Eccleſia enuncietur eſſe membrum, Seraphin. *deciſ.* 1246. *num.* 1. *& deciſ.* 1271. Rota *dicta deciſ.* 626. *num.* 2. *par.* 1. item ſi enuncietur de pertinentiis, Seraphin. *d. deciſ.* 1272. Rota *deciſ.*

Digitized by Google

deciſ.626.num.2.& deciſ.724.num.2. part.2. licèt hanc enunciatiuam vti incertam, & dubiam, ex eo quia de pertinentiis, poſſit Eccleſia eſſe alio titulo, quam vnionis non approbauerit Rota in dicta Taruiſina coram R.P. D.Vbaldo, ſed dicta deciſ. eſt intelligenda, quando aliud non concurreret, quod argueret vnionem.

Arguitur etiam vnio, ſi per plures perſonas eadem beneficia ſimul fuerint poſſeſſa Rota *deciſ.724.ſub num.1. part.2.* item viſitatio Epiſcopi maximè probat vnionem, Rota *deciſ.724.num. 3.part.2.* item etiam per donationem factam vnius Eccleſiæ alteri arguitur ex exactione decimarum facta ab Eccleſia, cui prætenditur facta vnio aſſignata congrua Vicario, Rota *deciſ. 102.num.3 & dicta deciſ.626.num.3.par. 1.& deciſ.204.ſub num.1.verſ.cum ratione perceptionis decimarum part.2.* item ſi in dicta Eccleſia inſeruiuit Vicarius temporalis, Seraphin *deciſ.1304.ſub num.1.* Rota *deciſ.102.ſub num.5.part.1.* prout etiam ſi fuit Eccleſia prouiſa non de Rectore, ſed de Vicario, Rota *dicta deciſ.102.ſub numer.5.& deciſ.513.num. 7.part.2.* item teſtes de publica voce, & fama multum conferunt ad probationem vnionis in antiquis, Rota *deciſ.724.num.4.par.2.& deciſ.626.num. 4.part.1.* probatur etiam ex libris Epiſcopatus, in quibus Eccleſiæ enunciantur vnitæ, vt fuit dictum in Vlixbonen. Vicariæ 22. Iunij 1618. coram R.P.D. Decano, item etiam ex collationibus antiquis factis cum expreſſione quod Eccleſia erat vnita, Rota *dicta deciſ.626.num.5.* & multo magis ſi ad præſentationem Eccleſiæ principalis appareret deputatus Vicarius abſque præuio concurſu, ſed ſolum præuio examine, & approbatione ordinarij iuxta textum *in capit.1.de capell.monach. & capit. de monachis de prab.* prout in ſpecie Rota *deciſ.102.ſub numer.1. part.2.& deciſ.204.ſub num.1.eademque part.2.*

Sicut autem ex ſupradictis probatur vnio, ita etiam illa excluditur ex collationibus factis in titulum collatiuum vti de vacanti, item ſi fiat prouiſio vti de Rectore, quia iſta repugnãt vnioni cum beneficium vnitum non vacet, non conferatur, non prouideatur de Rectore, vt *apud Addit. ad Ludouiſ.deciſ.112.*

COLLECT. 2650.

Super Doctrina Jaſ.in l.2.§.3.ff. ſi quis caut.

¶ *Citatus in vna cauſa, an in alia in eodem termino reſpondere teneatur?*

QVærit hic Jaſ.ſi citatus ad vnam cauſam, ſuper aliam eodem termino reſpondere ſit obnoxius? De quo tu vide Guid.Pap.*deciſ.279.*& Veral.*deciſ.107.& deciſ.123.part.3.*

Et nota, quod exceptio, vt cauſæ continentia diuidi non debeat impedit litis ingreſſum, & proceſſum ad vlteriora, Affl ct.*deciſ.354.*& Myniing. *obſeruat.97.cent.2.* Ratio autem eſt illa, nam cauſæ continentia diuidi non debet, Boer.*deciſ.69.* Viuius *deciſ.136.*

COLLECT. 2651.

Super Gloſ. in l.2.§. item diui ff. de iur.fiſci.

¶ *Iudex tenetur edere acta illi, cuius intereſt.*

FIrmat hic Gloſa, *in verbo agatur verſic.vel iudex* quod tenetur iudex vnicuique, cuius intereſt, acta iudicialia edere, cum acta non iudicis, ſed partium eſſe cenſeantur.

Amplia quod vſurarij libros rationum ad probandam vſuram contra ſe edere tenentur, Gail. *obſeru.106. lib.1.*

T

Digitized by Google

netrantes, ex hac enim præſumptione, quæ eſt fortior, aliam tanquam debiliorem elidi. Rationem autem afferunt omnes cur ex feneſtris præſumptio communionis parietis excludatur, quia per eas facies muri mutatur, & paries debilitatur, quod certè neq; in communi pariete facere licet. Sed nec leuem coniecturam exiſtimaui reſultantem ex eo, quòd ſtillicidij rigor, & tignorum proiectus in parte poſteriori domus D. Angelæ ſe longè protendat vltra parietem prædictum, & caſitet ſuper vacuũ, quod eſt vltra puteum, nam & hoc ipſum indicare videtur, vacuum illud eſſe proprium D. Iſottæ, cum ſtillicidia ſupra domum indicent quanta ſit proprietas loci, in quem decidunt ad Bald. Florian. de Sancto Petro Angel. *in l. fin. §. fin ff. de ſeruitu. vrb. pred.* & ibidem Fulgoſ. Cœpoll. *d. cap.* 40. *num.* 9. qui omnes concludunt ſtillicidia loci ſuperioris denotare proprietatem inferioris, & ratio eſt, quia in alienum nihil immittere liceat, *l. quemadmodum §. ſi protectum ff. ad l. Aquil.* niſi iure ſeruitutis: in dubio vero ſeruitus impoſita non præſumitur, *l. altius l. quod ſi ædibus, cum ibi notatis C. de ſeruitut. iuncta l. quæcunque ff. de publiciana*, vt certè etiam in caſu propoſito vacuum illud, ſuper quod decidunt ſtillicidia ex tecto D. Angelæ eiuſdem proprium cenſeri debeat: ex quo poſtea inferri videtur, cum paries intra ſolum proprium Angelæ fuerit ædificatus propriis ipſius expenſis, ſiue eius authorum extructum cenſeri debere ac proprium ipſius eſſe.

Sed quoniam hoc fundamentum in dubium fortè euocari poſſet ex traditis per Cœpoll. *d. tractat. cap.* 28. *quaeſt.* 9. *numer.* 10. *verſic. ſed nunquid*, vbi inquit deciſionem ex eo pendere, quod is, qui habet ſtillicidium, ſit in poſſeſſione loci inferioris, ſuper quem ſtillicidium decidit, vel magis vicinus eum locum poſſideat: vt primo caſu inferior ſpectare videatur ad habẽtem ſtillicidium iure dominij, ſecundo caſu ſeruitutem ſtillicidij recipiendi debere intelligatur. In propoſito autem videri potius Falconos eſſe in poſſeſſione illius vacui, quàm D. Angelam: Idcirco ſuppoſito etiam quòd ſtillicidiũ D. Angelæ iure ſeruitutis decidat ſuper vacuum dictorum de Falconis: quia tamen ex legis diſpoſitione ſpatium vacuum relinquere tenebantur, vnius ſcilicet pedis vltra quam ſe protendat rigor ſtillicidij, dicebam præſumendum eſſe, Falconos, qui ſpatium illud occupare non poſſent lege prohibente, ſed ab eo diſtare cogerentur noluiſſe concurrere ad expenſas parietis, quem dimiſſo illo ſpatio legali ædificare non poſſent, ſi maximè vellent.

Quæ verò coniecturæ in oppoſitum ponderabantur viſæ ſunt mihi nimis fragiles, atque leues: nam quod attinet ad immiſſionem ligni in parietẽ, ſuppoſito quod loco veteris ligni vetuſtate corroſi aliud recentius ſuppoſitum fuerit, quod antiquum repræſentet, *l. ſeruitutes quæ in ſuperficie §. ſi ſublatum l. cum meus* vbi Caſtrenſ. *ff. de ſeruit. vrban. præd.* dicebatur ex hac ipſa immiſſione facta pro faciliori hauſtu aquæ, ad quem vſum paries non ſolet eſſe deſtinatus, non inferri ad communionem parietis, prout fortè inferri poſſet, ſi lignum ad aliquod onus ædificij ferendum immiſſum eſſet. Prout etiam coniectura deſumpta ex feneſtrella illa fallax viſa fuit, cum per DD. de Falconis clam fieri potuerit, & inſcia D. Angela cum etiam in hoc non conſiſtat vſus parietis, ſed in ſuſtentatione onerum ferendorum, & immiſſione tignorum, vt per Caſtr. *d. conſil.* 334. *ad fin. libr.* 2.

Diuiſio

Diuiſio Putei pariete mediante viſa fuit magis arguere communicatam eſſe facultatem hauriendæ aquæ, quam puteum ipſum, qui intra ſolum D. Angelæ, & ſub eius ſubgrundiis extractus eſſet: nam etſi puteus etiam diuidi poſſit *l.4.§.1.ff. comm. diuid.* id tamen non aliàs vendicat ſibi locum, quam ſi ſolum putei ſit commune, vt per Vlpian. *ibidem* ex ſententia Melæ: de communione autem ſoli non fuiſſe doctum per Falconos, ſed magis præſumendum eſſe, quod totus fuerit authorum D. Angelæ, quatenus capit latitudo putei, ſtillicidij rigor, cum præſertim nullum extare olim ædificium ex oppoſito dicti Putei à latere Dominorum de Falconis (quod enim hodie cernitur de recenti ab ipſis extructum apparet) vt certè veriſimile ſit totum illud ſpatium ab authoribus D. Angelæ fuiſſe poſſeſſum; eoſdem tamen voluiſſe ſeparare puteũ in duas partes pariete medio ad prohibendum ne vicini in eorum domum tranſire poſſent.

Quamuis autem reſoluerim totum parietem eſſe D. Angelæ, placuit tamen mihi declarare licere Falconis lignum immiſſum habere, ſeu verius continuare in quaſi poſſeſſione immiſſum habendi pro faciliori hauſtu ipſius aquæ, & ad hunc tantum finem, & effectum, non autem ad inducendam ex immiſſione prædicta aliquam parietis communionem, quaſi verò conceſſo Falconis hauſtu aquæ (ad hoc enim tendere diuiſionem putei in duas veluti partes) facilè etiam concedi debuerit id, quo facilior hauſtus aquæ redderetur, & paries ipſe nihilo efficeretur deterior, nam vno cõceſſo id etiam conceſſum intelligi debet, ſine quo fruſtatoria, aut certè nimis difficilis alia cõceſſio redderetur, ad notata *in l.2.ff. de iuriſd.omn.iud.* Decian. *reſp.18.num.117.libr.1.reſp.41.num.45.libr.3.* propè eſt autem, vt hauſtus aquæ fruſtra conceſſus eſſet, niſi etiam conceſſum intelligeretur, vt hauriri poſſit ligno in parietem immiſſo, & in eius ſuprema parte carucula ſuppoſita, in quã funis immitteretur, vltra quod exiſtimarunt Falconis acquiſitum eſſe ius continuandi in hac ipſa quaſi poſſeſſione lignum immittendi in parietem non quaſi communem, & ſic iure dominij, cum totus eſſet D. Angelæ, ſed iure ſeruitutis acquiſitæ longa temporis præſcriptione ad gloſ. notabilem, magiſtralem *in l. ſeruitutes la grande ff. de ſeruit.* gloſ. Bart. & cæteri *in l.2. C. de ſeruitut. & aqua.* cumque ſeruitus iſta tigna iniungendi, vel immittendi cauſam habeat quaſi continuam, vt per Cœpoll. *de ſeruitut. vrban. præd. c.19. num.2.* quod continuo ſit in vſu, ſi non actu, (nec enim homo ſemper immittit) potentia ſaltem ex aptitudine, quam indidit immittendo ſemel à principio conſequens eſt, vt ipſi præſcribatur ſpatio decem annorum inter præſentes *l.fin. C. de præſcript. longi temporis.* gloſ. & Doct. *in d. l. 2. C. de ſeruitut. & aqua.* Cœp. *d.c.19. num.4.* Rom. *d.conſ.55. ad finem*, tametſi contrarium velit in caſu ſuo, quia non eſſet probatum quanto tempore tigna infixa ſtetiſſent. In propoſito vero liquido conſtitit ex depoſitionibus teſtium à ſexdecim annis, citra lignum immiſſum in parietem, & in eius ſupremam partem caruculam ferream impoſitam fuiſſe, cuius etiam immiſſionis veſtigium ſatis inſigne, nec recẽs illud quidem apparuit ex viſione loci. Hæc quod attinet ad primum caput ſententiæ.

Tranſeo nunc ad ſecundum, cuius reſolutio longe facilior viſa fuit, cum ex depoſitionibus teſtium appareat Falconos, ſeu ipſorum authores tigna

Digitized by Google

immiſiſſe, & incluſiſſe in parietem diuidentem partem anteriorem domus D. Angelę à domo ipſorum, & progredientem ab angulo interno coquinæ dictæ Dominæ verſus viam publicam; & ex viſione loci compertum eſſet adhuc extare veſtigia foraminum multis in locis. Vnde meritò reſoluerunt Falconis licuiſſe in dicto pariete ratione communionis ædificare in ipſum immittendo, & iniungendo tigna vſque ad altitudinem eorum antiqui ædificij. Cũ enim ignoratur à quo paries fuerit ędificatus, & vtrum à principio fuerit communis, quaſi extructus communibus expenſis, nec conſtat eſſe proprium alterius ex vicinis, meritò tigna hinc inde immiſſa indicant cõmunionem pro diuiſo ſi perforẽt murum vſque ad medium, ſi verò totum penetrent pro indiuiſo. Et ratio eſt, quia cum in alienum nihil immittere liceat, *d.l.quemadmodum §. ſi proiectum ff.ad l. Aquil.* neceſſe eſt dicere id factũ eſſe vel iure communionis, ac dominij, quod vterque haberet in pariete, vel iure ſeruitutis, & quia ſeruitus in dubio non præſumitur, niſi probetur impoſita, *d.l.altius l.in ædibus C.de ſeruitut.* idcirco iure dominij immiſſa præſumi debent, & communio parietis inter immittentes inducta ex quadam veluti tacita ſocietate ad Bart. *d. l. damni infecti. §. cum parietem ff.de damn.infect.* Soc. *d.conſ.* 44. *num.* 2. *lib.* 4. Boer. *d.conſ.* 5. *num.* 14. quod etiam procedit, quamuis fortè plura ab vno latere, quam ab alio immiſſa conſpiciantur, vt Cœpoll. *d.c.* 40. *num.* 17. *verſic.* 2. *caſu principali.* & quamuis Ruin. *d. conſil.* 55. *numer.* 5. *verſic. nec obſtat.* dixerit ex immiſſione tignorum non probari communionem parietis, hoc tamen limitat, quãdo vterque vicinus eſt in poſſeſſione parietis, nec apparet quis eorum ædificarit, nec conſtat de iure vnius magis quam alterius, tunc enim concludit murum communiter poſſeſſum inter vicinos communem præſumi, non ita ſi totus ab altero tantum ipſorum poſſideatur. Nec minus communionem parietis arguunt tigna, vel trabes; quæ parieti iniunctæ conſpiciuntur, ſed etiamſi ſublata ſublata fuerint, vt tamẽ foramina adhuc appareant ad text. *in l.hæc autem iura,* vbi gloſ. Caſtr. & alij *ff.de ſeruitut.vrb.præd.* Cœpoll. *d. c.* 40. *num.* 16. *verſic. & prædicta omnia intellige.* Boer. *d. conſil.* 5. *num.* 15. & alij recentiores.

Stante hac communione dicebam non eſſe dubitandum, quin Falconis noua tigna immittere licuerit, cum paries ad eum finem communicatus fuerit, vt onera vtriuſque ſuſtineret, & vtriuſque ædificio deſeruiret, ex traditis per Angel. *d.l.quidam Hiberus num.* 7. *d.l.inter quos de damn. infect.* Cœpoll. *d.c.* 40. *num.* 23. *quæſt.* 3. confert text. *in l. ſi ædes.* vbi gloſ. & Doct. *ff.comm.diuid.* & gloſ.notab. *in l.Sabinus.ff.comm.diuid.* limitans regulam illam, quòd ſocius in re communi nihil facere poſſit altero ſocio prohibente, vt non procedat ſi res communicata fuerit, vt opus fieret, & opus fiat iure communionis ſecus ſi fieret iure ſeruitutis ad gloſ. notab. *in d.l. ædes communes.* Angel. *d.l. quidam Hibernus num.* 7. alioqui contradiceret text. *in l. parietem ff.de ſeruitut. vrb. præd.*

Quòd ſi ex inſpectione loci liquidò conſtitiſſet Falconos ſupra altitudinem eorum antiqui ædificij aliquid immiſiſſe, aut iniunxiſſe parieti altius eleuato per D. Angelam dum & ipſi à latere ſuo altius ædificium tollere vellent, profectò eoſdem ſimpliciter, & abſolutè condemnaſſent ad ſoluendum precium dimidiæ partis dicti parietis D. Angelæ, & in euentum recuſatæ ſolutionis ad remouendum tigna in parie-

in parietem immiſſa, tollendoſque pilaſtros in eum incluſos, & iniunctos. Nam & ſi mutata iam facie antiqui parietis non ſatis apparere poſſit, an ſimul eodemque tempore fuerit eleuatus ab authoribus D. Angelæ, an verò diuerſis temporibus, tamen vtroque caſu condemnari debuiſſent ad ſolutionē dimidiæ partis muri. Quod tamen pendet ex diſcuſſione illius articuli, an murus, qui tignis immiſſis ab vtraque parte vſque ad certum locum communis apparet, ſi poſtea aut longius producatur ab altero vicinorum, aut altius eleuetur, in totum cōmunis cenſeri debeat, aut in toto ſeruitus impoſita, qua in re ſolet adhiberi diſtinctio, de qua per Cœpoll. *d. c.* 40. *num.* 18. quòd aut diuerſis temporibus, aut vno & eodem tempore hæc ipſa productio muri per alterum ex vicinis facta fuit: Si diuerſis temporibus præſumi ſeruitutem impoſitam in ea tantum parte, in qua tigna immiſſa apparent, ſiue murus in longum, ſiue in altum productus fuerit. Quòd ſi quæratur de communione parietis diſtinguitur rurſus, an per longitudinem, an vero per altitudinem ſit extructus; & primo caſu concluditur communionem parietis non extendi vltra partē, in quam tigna immiſſa fuerunt, quaſi verò non vnus paries, ſed plures cenſeri debeant: ſecundo caſu in totum cenſeri communem ea ratione, quam tangunt Bart. Angel. *in d. l. quidam Hiberus.* Angel. *d. l. inter quos.* Cœp. *d. cap.* 40. *num.* 18. & rurſus *tertia quæſt. princip. numer.* 19. nempe quod ſuperædificatum in muro communi efficitur commune, cuius rationis ea ratio eſt, quòd ædificatum ſuper pariete cedit parieti inferiori, *l. ſuper tuam ff. de acqui. rer. dom. l. 1. in princ. l. ſi in area C. de rei vendic.* & quia paries inferior communis eſt vtriuſque vicinorum, idcircò fit, vt ſuperædificatum, quamuis ab altero tantum, vtrique commune efficiatur, alioqui nec cederet parieti inferiori, ſi ſuper ædificatum alterius tantum proprium efficeretur ad Cœp. *d. c.* 40. *tertia quæſt. princip.* latè Boer. *d. conſ.* 5. *num.* 24. *cum duob. ſequent.* vbi citat Bart. Angel. Flor. de Sancto Petro *in d. l. quidam Hiberus.* Si verò vno & eodem tempore, quo tigna in parietem ab vtraque parte immiſſa fuerunt, ex quo inducta eſt communio parietis inter eos, placuit alteri vicinorum ipſum vel longius producere, vel altius eleuare, tunc quia vnus tantum murus cenſeri debet, in totum communis iudicatur. Et quamuis ſtricto iure fortè dici poſſet, eum qui tigna immittere velit in parietem ab altero conuicino altius eleuatum, non teneri ad aliquas impenſas, quia ſocius in communi pariete tigna imponere poſſit ſuo veluti iure, *d. l. ſi ædes ff. comm. diuid. l. in communi l. ſi ædibus ff. de damn. inf.* Angel. *d. l. inter quos*, tum etiam quia conuicinus ſi rurſus ſuperædificare vellet in parietem ſecundo loco altius eleuatum ad expenſas ſuper ædificati per vicinum non teneretur, contrarium tamen de conſuetudine obſeruatur teſte Cœpoll. *d. c.* 40. *num.* 19. quæ conſuetudo in eo potiſſimū fundata videtur, quòd hic qui ædificare intendit immittendo tigna in parietē, quamuis communem effectum negare non poteſt, quin ſibi communis effectus fuerit opera, & impenſa vicini, ita vt æquitate ſuadente negotiorum geſtorum actione reſarcire debeat, quod pro eius parte vtiliter à vicino impenſum fuit argumento *l. ſi pupilli in princip. l. litis in princ. l. ex duobus fratribus ff. de negot. geſt.* & quamuis tempore expenſæ factæ per vicinum ſuperædificantem non eſſet forte actu vtiliter geſtum negotium conuicini, qui tunc ædificare nec cogitaret, ſufficit tamen

potentia vtiliter geſtum eſſe, eo quòd quandocunque ædificare vellet, in ipſum parietem tigna immittere poſſet: nam vt primum acta immittit negotium potentia vtiliter antea geſtum, acta vtiliter geſtum efficitur. Vnde conſequens eſſe videtur, vt ad refectionem expenſarum pro dimidia teneatur, cum nimis abhorreat ab æquitate, vt hic alienis impenſis locupletior fiat. In caſu autem propoſito ſiue ſupponamus vno & eodem tempore, quo orta eſt communio inter dominos vtriuſque domus ex immiſſione tignorum, authores D. Angelæ murum à latere ipſorum altius eleuaſſe, ſiue hoc ipſum diuerſis temporibus factum eſſe aſſeuerabam Falconos nullo modo ſolutionem precij dimidiæ partis muri euadere poſſe; non prætextu communionis totius parietis ab initio & vno eodemque tempore inductæ, cum non doceant communibus expenſis altius eleuatum fuiſſe, quod in dubio non præſumitur, tum quia imo is expendiſſe præſumitur, cuius ædificio paries deſeruit argumento notat. per Bart. *in l. cum Seruus ff. de verb. obligat.* Bald. *in l. fin. §. in computatione C. de iur. deliber. in l. id quod pauperibus ad fin. C. de episcop. & cleric.* tum quia non ſit veriſimile, authores ipſorum de Falconis, qui humilem, ac vilem in ea parte manſionem haberent, quam teſtes appellant la ſtantiaccia, voluiſſe concurrere ad expenſas parietis eleuati: ex coniecturis enim interdum probari ſolet quis expenderit, in re præſertim nondum communi, ſed quæ communis futura ſit. Multo minus euitare poſſunt ſolutionem prædictam prætextu communionis procedente tempore inductæ, eleuato ſcilicet pariete ex interuallo, nam & ſi totus paries eleuatus communis ſit effectus, expenſa tamen multo magis præſumitur facta per authores Dominæ Angelæ, quorum ædificio paries ita eleuatus deſeruire deberet.

Quia tamen, vt ante dicere cœperam, ex viſione loci mihi non ſatis liquido conſtare potuit, vtrum Falconi in parietem eleuatum per D. Angelam, ſiue eius authores tigna immiſiſſent, pilaſtróſve incluſiſſent, eaque res peritorum iudicio magis relinquenda viſa fuit, qui exactè omnia perpenderent, detracta externa illa facie, & ſuperficie, quæ ædificium occultaret. Idcirco tutiorem viam eligendo, ſententiam ſub conditione tulerunt, certificandam ex relatione peritorum. etſi enim iudex omni conatu curare debeat, vt ſententiam certam ferat, *§. curare Inſtit. de action.* & cauendum ei ſit à ſententiis ſub conditione ferendis, *l. 1. §. biduum ff. quando appell. ſit*, notant Scrib. *in l. cum iudex C. de ſentent. & interlocut. omn. iudic.* ſatis tamen hæc certa dicenda videtur, cum vel abſoluat, vel condemnet, prout per peritos vno, vel altero modo referri contigerit, nec conditionalis cenſeri debet, cum verè tempore, quo ſententia ferebatur, certum eſſet per rerum naturam, an verè tigna per Falconos immiſſa eſſent, ita vt merò peritorum induſtria ſit electa, qui veritatem hanc certam quidem, ſed tamen latentem in lucem proferrent: Nam & aliàs videmus valere ſententiam, per quam iudex pronunciat, condemnando ſi eſt probatum, aliàs abſoluendo, ſecundum magis communem, de qua per Aret. *in d. §. curare*, vbi etiam Iaſon *numer. 39.* prout & illa, per quam iudex condemnat actore iurante ſibi deberi ad Bartol. Bald. *d. l. cum iudex.* quemadmodum & illa ſi iudex reum in centum condemnet, niſi intra menſem probauerit ſe ſoluiſſe, vt

per

per Specul. & ibi Io. Andr. *in tit. de ſent. §. ſpecies verſic. quid ſi iudex.* quamuis tutius ſit expectare menſem, & nõ facta interim probatione poſtea condemnare Iaſon. *d. §. curare num.* 59. prout etiam valida eſt, quæ reum abſoluit ſub conditione tamen reſolutiua, vel ſuſpenſiua ipſius abſolutionis, hoc ſcilicet adiecto, vt ſi quidam error probaretur, actor iterum petere poſſet Soc. *conſil.* 91. *num.* ... *lib.* 4. Et quod dicitur ſententiam ſub conditione non eſſe ferendam, videtur intelligendum de conditione reſpiciente futurum, non autem ſi feratur ſub conditione de præſenti, vel præterito, vt per Gloſ. *in d. l.* 1. §. *biduum.* Talis autem profecto eſt conditio appoſita in hac ſententia, perinde ac ſi dictum eſſet; ſi tigna fuerunt immiſſa per Falconos condemno eoſdem ad ſoluendum medietatem precij, ſin minus abſoluo: vtrum immiſſa fuerint peritorũ iudicio relictum fuit. Afferuntur & aliæ limitationes ad prędictam regulam ex mente gloſ. *in d. §. biduum*, & Bald. *in d. l. cum iudex*, quæ ſatis accommodabilis eſſe videtur caſui propoſito qualis eſt illa, vt non procedat ſi conditio fuerit intrinſeca, ſecus ſi extrinſeca: Itẽ vt habeat locum ſi iudici tempore ferendæ ſententiæ liquido conſtet de eo, quod eſt fundamentum abſolutionis, vel condemnationis, ſecus verò ſi dubius animo pendeat, nec ſatis id exploratum habeat, quod tamen per rei naturam ſit omnino certum: Ita Scrib. *in d. §. curare*, & videtur ibidem innuere text. ibi, quantum ei poſſibile ſit. Ex quibus limitationibus tollitur, quod tradit Alex. *conſil.* 185 *num.* 28. *lib.* 2. dicens non valere ſententiam, per quam iudex pronunciat referendo ſe ad conſilium edendum à cõſultore, cum deberet pronunciare iuxta conſilium productum in actis, non producendum: hoc enim caſu vltra quòd ſententia erat omnino incerta neq; condemnans, neq; abſoluens, nihil de ſuo iudex in medium afferebat circa ius ipsũ: In propoſito vero, ſi propoſito facto ex quo ius oritur, vno & altero modo, de iure deciſa fuit abſoluendo, vel condemnando pro varia relatione peritorum. Sicuti non obſtat quod tradit idem Alexand. *conſil.* 73. *numer.* 9. *lib.* 3. ex Bart. *in d. l. cum iudex*, & Caſtr. *in l. continuus §. cum ita ff. de verbor. obligat.* ſcilicet non valere ſententiam, quamuis ſub conditione intrinſeca latam, niſi conditio lata ſententia in continenti verificetur, id eſt antequam diuertatur ad extraneos actus, qualis eſt ſententia condemnans reum ſub conditione, ſi actor probabit: nam ad hæc omnia patet reſponſio ex diſtinctione Bald. *in addit ad Specul. in titul. de ſentent. verſicul. ſuper hoc ſciendum eſt*, quem ſequitur Vant. *de nullitate ex defectu proceſſus num.* 187. *cum ſequent.* & ex eodem Bald. *in cap. quoad conſultationem extra de re iudic.* magni enim refert, vtrum feratur ſub conditione de futuro, an verò de præſenti, vel præterito, quia primo caſu diſtinguitur, an in continenti conditio verificari poſſit: ſecundo caſu valet omnino ſententia tanquam lata ſub conditione, quæ non ſuſpendat, qualis eſt illa cum iudex aſſignat immobilia, ſi non adſint mobilia, ad gloſſ. *in l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudic.* verbo capiuntur & ibidem Scrib. *gloſſ prima; in capit. biduum ſecunda. quaſt. ſexta*, Bartol. *in l. ait prætor §. primo, ad finem*, & ibidem Iaſo. *numer.* 17. *ff. de re iudicat.* quod etiam obtinet in omnibus alijs ſententiis latis ſub quamuis alia conditione intrinſeca tamen, & quæ faciat ad cauſam de præterito, vel præſenti, cum huiuſmodi conditiones actum non

ſuſpendant *l.cum ad præſens iuncta ſequ. ff.ſi cert.petat.* Conditio autem adiecta ſententia in caſu propoſito, & ad rem pertinet, & intrinſeca eſt, & de præterito, perinde ac ſi dictum eſſet, ſi tigna fuerunt immiſſa condemno, ſi nō fuerunt immiſſa abſoluo. Vltra quod in caſu propoſito ſententia certa dici poteſt per relationem ad iudicium peritorum iuxta notata *in d. l. à Diuo Pio §. primo*, vbi Iaſo. *primo notabili.* Et quamuis ex communi interpretatione ſententia id ipſum intelligatur, ſi id, ad quod relatio fieri debet, fuerit productum in actis Iaſon. *ibi numer. 19. cum ſequent.* In caſu tamen propoſito, cum & relatio facienda per peritos, & effectus ſententiæ retrotrahatur, & tempus futurum cenſeatur ineſſe præſenti virtute illius clauſulæ, *ex tunc prout ex nunc*: de qua per Soc.iun. *conſ.106. numer.28.lib.1.* Guid.Papæ, *quaſt.588.* Fel. *in cap.licèt cauſam 6.notabili.extra de probat.* Angel. *in l. prima, numer. 4. C. de codicill.* Scrib. *paſſim in l. huiuſmodi ff.de verb.obligat. in l.lecta ff.ſi cert.petat.* Satis ſententia referri videtur ad relationem peritorum quaſi productam, non quaſi producendam.

His conſequens eſt caput concernens clauſuram feneſtrarum, ſeu verius feneſtræ proſpectum habentis in domum, & ſupra tectum D. Angelæ, hāc enim omni caſu claudendam eſſe dixi, ſiue ex relatione peritorum conſtaret Falconos immiſiſſe tigna in parietem altius eleuatum à Domina Angela, ſiue non: primo enim caſu feneſtram idcirco claudi debere, quia in pariete communi non liceat habere feneſtras, Angel. *d. l. quidam Hiberus d. l.inter quos.* Cœpoll. *de feneſtra num.30.* Boer. *d.conſil. 5. num. 6.* maximè verò cum murus non abſolutè, & indiſtinctè communis eſſet, ſed vt deſeruiret tignis immittendis, oneribuſque ferendis. Sed etſi indiſtinctè communis fuiſſet, tum quia vix fieri poſſet, quin ex eo paries debilitaretur, & ſic damnum vicino inferretur; tum etiam quia quolibet damno vicini circumſcripto, in re communi melior eſt conditio prohibentis, *l. Sabinus ff. de ſeruitut. vrb. præd.* maximè verò ſi ex feneſtra aperta in muro communi proſpectus habeatur de præſenti, vel in futurum haberi poſſit in domum vicini, quaſi verò hoc ipſum loco damni ſit habendum: quòd ſi murum altius eleuaſſent, non immittendo tigna in parietem iam altius eleuatum per D. Angelam, rurſus in eo feneſtram habere prohiberentur, non quidem inſpecto iure communi, quo quidem licet in proprio muro feneſtram habere, tametſi ex ea in domum vicini proſpectus haberi poſſit, quia nō prohibetur quis ædificare in ſuo, dummodo non immittat in alienum, etiamſi vicino inde noceatur, aut incommodetur *l. fluminum §. fin. ff. de damn. inf.* Cœpol. *d.cap.62.* extendens hoc ipſum etiam ſi murus per centum annos ſtetiſſet ſine feneſtris, ſed quoniam hoc prohibetur conſuetudine municipali ciuitatis, quæ lex fundata videtur in ratione cuiuſdam honeſtatis, cum etiam per pactum ſibi quis proſpicere poſſit, ne vicino liceat in muro proprio feneſtram aperire, per quam in eius domum proſpectum habeat, de cuius pacti validitate ſicuti non eſt dubitandum ad Bald. *in l. altius C. de ſeruit. & aqua.* Caſtrenſ. *in l. quoties ff. de ſeruitut. titulo generali*, ita multo minus de validitate ſtatuti dubitari poteſt, valet enim argumentum de pacto ad ſtatutum, affirmatiuè, vt poſſit fieri per ſtatutū, quod poteſt fieri per pactū. Euerard. *loco à pacto ad ſtatutum.* Primo tamen caſu feneſtras omninò claudendas exiſtimaui. Secundo caſu ſuffi-

cere

cere ſi ferrea crate munirentur, ita vt ex ipſis caput exerere non poſſet, qui ſtudioſè vellet ex eis ſcrutari ſecreta domus D. Angelæ. Et quoniam altera ex feneſtris iam porrecta petitione ſuper earum clauſura lite pendente clauſa fuit, idcirco in ſingulari dixi de claudenda feneſtra, nam quod attinet ad clauſam Falconi magis abſoluendi fuerunt ab obſeruatione iudicij; regulare eſt enim vt reo ſatisfaciente pendente iudicio non debeat condemnari, non etiam abſolui ſimpliciter, ſed ab obſeruatione iudicij, quæ tamen ſententia vim habet diffinitiuæ Iaſon. *l. properandum* §. *& ſi quidem* C. *de iudic.* Bart. *l. Titia ff. de accuſat.* Mar. *quinta parte ſuæ praxis iudiciar. num.* 54. Gabriell. *conſ.* 19. *num.* 1. 2. *libr.* 1.

Et quoniam primus Iudex omiſerat iudicare ſuper petitione facta nomine ipſorum de Falconis, qui pariter inſtiterant D. Angelam condemnari ad claudendam eius feneſtram proſpectum habentem in eorum hortum, & ſupra vacuum, cuius ante mentionem feci, exiſtens ab eorum latere. Idcirco ſupplens quod ab eo omiſſum fuerat declaraui D. Angelam teneri ad muniendum ferrea crate prædictam feneſtram: nam etſi antea reſoluiſſent partem illam parietis, in quo dicta feneſtra extabat eſſe propriam D. Angelæ, vt propterea ibi feneſtram facere, & multo magis factam retinere poſſet, attenta diſpoſitione iuris communis ex antedictis, æquius tamen viſum fuit per huiuſmodi clauſuram periculis occurrere, quibus continuò eſſet expoſita domus ipſorum de Falconis, ad quam faciliimè ex dicta feneſtra noctu diuque deſcenſus haberi poſſet, & euitare ſcandala quæ facilè occaſione prædicta oriri poſſent, quandiu feneſtra manſiſſet aperta: nam ad euitanda ſcandala, præſertim inter vicinos ri-xoſos, & malè affectos multa interdũ permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, *c. quoniam de iu patro.* Oldr. *conſ.* 95 *ferè ad finem.* Felin. *cap.* 2. *de præſcript.* Benintend. *deciſ.* 79. *num.* 7. Decian. *reſp.* 14. *n.* 22. *lib* 3. Menoc. *conſi.* 51. *n.* 44. vbi plures cumulat, poteſtque Iudex etiam inuita parte, ac minimè citata in his, in quibus verſatur periculum ſcandali, officium ſuum impartiri, vt per Canon. *in cap.* 1. *de tregua, & pace.* Bero. *conſ.* 145. *num.* 4. *lib.* 3. & quidquid de iure communi in caſu propoſito dici poſſit ex traditis per Cœpoll. *cap.* 55. *num.* 3. tex minorem difficultatem habere viſa fuit ſtante diſpoſitione prꝗallegatę conſuetudinis, quam Bero. *conſ.* 133. *num.* 6. *lib.* 3. interpretatur habere locum non modo ſi quis de nouo feneſtram in ſuo pariete facere tentet, per quam detur proſpectus in domum vicini, ſi modò lumen aliunde habere poſſit, ſed etiam ſi iam factam retinere velit. Ex viſitatione verò loci euidenter apparuit D. Angelam aliunde lumen habere quantum ſibi opus eſſet, ex dicta vero feneſtra, aut nullum aut certè exiguum, cum obumbretur à domo dictorum de Falconis ſita ex oppoſito. Et quamuis extenſio, quam facit Bero. non videatur carere difficultate, eam tamen in caſu propoſito amplectendam eſſe dixi concurrente ratione euitandi ſcandali ſuperius explicata, non tam ad occurrendum incommodo conſiderato per ſtatutum, ne detur ex ea proſpectus, quàm ne detur facilis tranſitus in domum vicinorum cum graui periculo ſcandali, atque rixarum. Idcirco moderatio quædam hac in re adhibenda viſa fuit, nempè vt ſufficeret feneſtram ferrea crate muniri ad impediendum magis tranſitum, quam proſpectum in domum Dominorum de Falconis, ſeruata verò in eam formam fieri poteſt, vt

Digitized by Google

protendatur quantum ſe protendunt ſtillicidia domus præfatæ D. Angelæ ad tradita per Cœpoll. *d. c. 55. circa princ.*

Hæc habui quæ dicerem circa capita concernentia ſententiam D. Iudicis à quo, Reliquum eſt, vt alia quædam breuibus abſoluam, quæ à dicta ſententia ſunt penitus ſeparata. Et quod attinet ad purgationem attentatorum per DD. Falconos, demolitionem ſcilicet eius, quod ædificarunt lite pendente, ac repoſitionem innouatorum in priſtinum ſtatum, res nullam difficultatem habere viſa fuit ex regula generali, quod attentata lite pendente purganda ſint, & in priſtinum ſtatum reponenda *toto titul. ff. & C. in decretal. in 6. & in Clement. vt lite penden.* quæ regula ſi procedit, quamuis actus, qui fit lite pendente, aliàs eſſet facienti licitus non introducta lite, ad Lancellot. *de attent. lit. pend. ampli.* 1. vbi multis exemplis hoc exornat, multo magis, quando etiam circumſcripta pendentia litis eſſet illicitus, vt in caſu propoſito, ex quo paries in quo Falconi & oſtium, & feneſtram aperuerunt ex oppoſito putei communis erat D. Angelę, in pariete verò cõmuni nec feneſtram, nec oſtium facere licet reclamante vicino, *d. l. quidam Hiberus*, vbi Scrib. maximè verò cum ex dicta feneſtra proſpectus haberi poſſit in domum D. Angelæ; facta fuit enim ex oppoſito feneſtra D. Angelæ, quæ etſi ferrata munienda ſit, aperta tamen ſtare poteſt. Murum autem, quem Falconi in arcũ veluti duxerunt ab extrema parte propriæ domus, quæ horto proxima eſt, & iniunxerunt illi parti parietis exiſtenti propè puteum, quam antea reſolui eſſe propriam D. Angelæ demoliendum eſſe dixi tanquam attentatum lite pendente, tum quia in alieno nihil facere licèt, *l. quoſdam C. de metallar libr.* 11. aut immittendo, niſi ſit impoſita ſeruitus, *d. l. quemadmodum* §. *ſi protectum ff. ad l. Aquil. l. ſi vitem* §. *ſi ad ianuam*, vbi Bart. poſt Gloſ. *ff. quod vi aut clam l. ſed ſi inter in princ. ff. de ſeruitu. vrb. præd.* aut parumper etiam leuiter attingendo, vt per Cœpoll. *de ſeruitut. vrb. præd. c.* 30. *num.* 3. *& num.* 6. ita vt ille, in cuius domum aliquid immiſſum fuit id propria authoritate tollere, & abſcindere poſſit, *d.* §. *ſi protectum.* Bart. *d.* §. *qui ad ianuam.* Cœpoll. *d. cap.* 30. *n.* 3. quod ſanè licuiſſet etiam D. Angelæ ante litem conteſtatam, ſecus eadem conteſtata, vt per Lancell. *de attent. lit. pend. ampliat.* 1. Meritò igitur d. terminaui Falconos teneri ad claudendum oſtium, ac feneſtrã, murumque prædictum hærentem, & coniunctum parieti proprio D. Angelæ propè puteum demoliendum eſſe, tum quòd hæc omnia attentata eſſent lite pendente, etiam ſi attentari cæpiſſent durante primã inſtantia ad Bero. *conſ.* 51. *libr.* 3. Lancellott. *de attent. lit. pend. ampli.* 9. tum quia etiam litis pendentia circumſcripta prohibita eſſent, & illicita.

Sed & illud non minori ratione reſolutum fuit prouidendum eſſe ne manſio poſita in poſteriori parte domus D. Angelæ inficiatur humiditate tranſmiſſã ac penetrante ex horto dictorum de Falconis altius per eos eleuato, ſiue horum æquando ſolo in ea parte, quæ coniuncta eſt parieti dictæ manſionis, ita vt horto depreſſo humiditas ex eo in manſioné illam amplius permanare non poſſit, aut appoſitis in eam partem horti, quæ dictum parietem contingit fiſtulis, per quas Falconi humiditatem ab horto manantem in eorum ſolum excipiant, & à dicta mãſione penitus auertant, aut aliter conſulendo indemnitati prædictæ Dominæ arbitrio peritorum, quorum iudicio totum hoc committendum eſſe decla-

declaraui. Satis enim ex oculari inſpectione apparuit, prædictam manſionem inferiorem continuam humiditatem ſugere, & eadem infici ex horto ita eleuato, qui antea ſolo æqualis eſſet, qua de re ſatis apertè teſtes deponunt in eorum atteſtationibus: vnde merito D. Angela contra Falconos negatoria experiri potuit ad dictam humiditatem auertendam, vt decidit apertè textus, *in l. fiſtulam ff. de ſeruit. vrb. præd. in l. fiſtulas ff. ſi ſeruit. vendic.* & docet gloſſ. *in l. ſi fiſtula in fin. ff. de ſeruitut. vrb. præd.* tradit & Angel. *d. l. quidam Hiberus num.* 10. concludens iuxta parietem alterius etiam in ſolo proprio nihil facere licere ad duos pedes, per quod paries marceſcat, non balneum, non cloacam, non aliquid aliud, quod humorem aſſiduum afferat parieti tametſi communi. Et huc etiam pertinere videtur quod inquit Cœp. *d. cap.* 40. *num.* 7. videlicet eum, qui murum ædificat iuxta vicini domum, cuius ſtillicidium in medio cadit, ſolum incruſtare debere, & aquam auertere à domo vicini, ne humiditate illa inficiatur, atque marceſcat, quamuis enim in fundo proprio vnicuique vſque ad cœlum altius eleuando facere liceat, niſi ſeruitute prohibeatur, *d. l. altius C. de ſeruit. & aqua*, id tamen intelligendum, dummodo in vicinum non immittat, vt per Caſtrenſ. *de l. quoties ad finem princip. ff. de ſeruitut. titulo vniuerſali.*

Quo verò ad expenſarum condemnationem aut abſolutionem pendere voluit ab alia condemnatione, aut abſolutione concernente ſolutionem pretij dimidiæ partis parietis, de qua ſupra. ita vt quatenus in parietem immiſiſſent, quo caſu ad ſolutionem precij condemnati fuerunt, etiam in expenſis condemnati remanerent. Si verò nihil per eos immiſſum eſſet, quo caſu fuerunt abſoluti à ſolutione prædicta, etiam ab expenſis abſoluti intelligerentur ob mutuam victoriam, quæ in cæteris pat ferè ſuſſicit inter eos, nam etſi quando tam actor, quam reus vterque in parte ſuccabuit, in parte obtinuit, vterque pro rata victoriæ cōdemnari poſſit, ad Bald. Salyc. poſt Jacob. de Aret. *in l. properandum, §. ſin autem alterutra*, vbi etiam Jaſon *num.* 16. *C. de iudic.* nos tamen, quia paruus admodum exceſſus victoriæ in cæteris videretur, maluimus ſequi gloſ. *in l generaliter. § ſin autem iudex. verbo præiudicij. C de reb. cred.* quæ vult compenſationem expenſarum hinc inde fieri debere. die 3. Septemb. 1624.

Io. Maria Nouarius I. C. Lucanus.

COLLECT. 2647.

Super l. nec non §. quod eis cum gloſ. in verbo prohibeant. ff. ex quibus cauſ. maior.

§ Prohibitum quod non reperitur permiſſum, cenſetur.

PRohibita, quæ non inueniuntur per legem permiſſa cenſentur, h. d. & ita Antonin. Macer. *deciſ. ſiue reſolut.* 41 *lib.* 1.

Sed num prohibito vno cenſeantur omnia prohibita per quæ ad illud peruenitur? & negatiuè deciditur *in l. oratio ff de ſponſal. l. pupillus §. ſed ſi per interpoſitam ff. de Autho it. tutor. l. eos in fin. C. de vſur. l. legem in fine C. de natural. liber.* Rubin. *deciſ.* 74. vbi quod procedit hæc regula tantum in his, per quæ neceſſariò peruenitur ad rem prohibitam, non verò in illis, per quæ ad illam peruenitur poteſt contingenter, aut poſſibiliter.

Et an prohibitum vna via cenſeatur alia permiſſum? affirmatiuè deciditur per textum *in l. quod dictum ff. de pactis l. cum hi §. ſi cum iis ff. de tranſact.*

deciſ. 626. *num.* 2. *& deciſ.* 724. *num.* 2. *part.* 1. licèt hanc enunciatiuam vti incertam, & dubiam, ex eo quia de pertinentiis, poſſit Eccleſia eſſe alio titulo, quam vnionis non approbauerit Rota in dicta Taruiſina coram R.P. D.Vbaldo, ſed dicta deciſ. eſt intelligenda, quando aliud non concurreret, quod argueret vnionem.

Arguitur etiam vnio, ſi per plures perſonas eadem beneficia ſimul fuerint poſſeſſa Rota *deciſ.* 724. *ſub num.* 1. *part.* 2. item viſitatio Epiſcopi maximè probat vnionem, Rota *deciſ.* 724. *num.* 3. *part.* 2. item etiam per donationem factam vnius Eccleſiæ alteri arguitur ex exactione decimarum facta ab Eccleſia, cui prætenditur facta vnio aſſignata congrua Vicario, Rota *deciſ.* 102. *num.* 3 *& dicta deciſ.* 626. *num.* 3. *par.* 1. *& deciſ.* 204. *ſub num.* 1. *verſ. cum ratione perceptionis decimarum part.* 2. item ſi in dicta Eccleſia inſeruiuit Vicarius temporalis, Seraphin *deciſ.* 1304. *ſub num.* 1. Rota *deciſ.* 102. *ſub num.* 5. *part.* 1. prout etiam ſi fuit Eccleſia prouiſa non de Rectore, ſed de Vicario, Rota *dicta deciſ.* 101. *ſub numer.* 5. *& deciſ.* 513. *num.* 7. *part.* 2. item teſtes de publica voce, & fama multum conferunt ad probationem vnionis in antiquis, Rota *deciſ.* 724 *num.* 4. *par.* 2. *& deciſ.* 626. *num.* 4. *part.* 1. probatur etiam ex libris Epiſcopatus, in quibus Eccleſiæ enunciantur vnitæ, vt fuit dictum in Vlixbonen. Vicariæ 22. Iunij 1618. coram R.P.D. Decano, item etiam ex collationibus antiquis factis cum expreſſi ne quod Eccleſia erat vnita, Rota *dicta deciſ.* 626. *num.* 5. & multo magis ſi ad præſentationem Eccleſiæ principalis apparet deputatus Vicarius abſque prævio concurſu, ſed ſolum prævio examine, & approbatione ordinarij iuxta textum *in capit.* 1. *de capell. monach. & capit. de monachis de prab.* prout in ſpecie Rota *deciſ.* 101. *ſub numer.* 1. *part.* 2. *& deciſ.* 204. *ſub num.* 1. *eademque part.* 2.

Sicut autem ex ſupradictis probatur vnio, ita etiam illa excluditur ex collationibus factis in titulum collatiuum vti de vacanti, item ſi fiat prouiſio vti de Rectore, quia iſta repugnāt vnioni cum beneficium vnitum non vacet, non conferatur, non prouideatur de Rectore, vt *apud Addit. ad Ludouiſ. deciſ.* 112.

COLLECT. 2650.
Super Doctrina Iaſ. in l. 2. §. 3. ff. ſi quis caut.

¶ *Citatus in vna cauſa, an in alia in eodem termino reſpondere teneatur?*

QVærit hic Iaſ. ſi citatus ad vnam cauſam, ſuper aliam eodem termino reſpondere ſit obnoxius? De quo tu vide Guid. Pap. *deciſ.* 279. & Vetal. *deciſ.* 107. *& deciſ.* 123. *part.* 3.

Et nota, quod exceptio, vt cauſæ continentia diuidi non debeat impedit litis ingreſſum, & proceſſum ad vlteriora, Afflict. *deciſ.* 354. & Mynſing. *obſeruat.* 97. *cent.* 2. Ratio autem eſt illa, nam cauſæ continentia diuidi non debet, Boer. *deciſ.* 69. Viuius *deciſ.* 136.

COLLECT. 2651.
Super Gloſ. in l. 1. §. item diui ff. de iur. fiſci.

¶ *Iudex tenetur edere acta illi, cuius intereſt.*

FIrmat hic Gloſa, *in verbo agatur verſic. vel iudex* quod tenetur iudex vnicuique, cuius intereſt, acta iudicialia edere, cum acta non iudicis, ſed partium eſſe cenſeantur.

Amplia quod vſurarij libros rationum ad probandam vſuram contra ſe edere tenentur, Gail. *obſeru.* 106. *lib.* 1.

Limita tamen, vt iudex in Syndicatu conuentus actori iudicialia acta aduerſus ſe oſtendere non cogatur, vide Berlicchium *deciſ.56.per totam*, vbi etiã ait ſpeciale eſſe in fiſco, vt quis illi contra ſe ipſum inſtrumenta edere teneatur, quod dicit verum in cauſis ciuibus.

Sed poſſet dubitari, num idem procedat in cauſis ciuilibus arduis? Reperio hunc articulum fuiſſe tactum à Nouario cum caſus accidiſſet, cuius ſcripta cum ad manus meas perueniſſent volui illa hic per extenſum imprimi facere, & ſunt hæc videlicet.

IVris eſt concluſio ſatis clara reum conuentum non teneri edere actori Rationes, ac inſtrumenta, quibus Actor contra ipſum reum vtatur, *l. 1. & fin. C. de edend. cap. 1. de probat.* eſt enim valdè inhumanum, vt quis arma de domo rei ſumat, *l. nimis graue C. de teſtibus l. de minore §. tormenta ff. de quaſt.* & bis (vt eſt in veteri prouerbio) interimitur, qui ſuo gladio perit, ad textum *in cit. cap. 1. de probat.* & minimè conuenit, quod negligentia Actoris ad iudicium paratum venire debentis noceat ipſi Reo aduerſus iura *in l. magna ff. de verbor. obligat. l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer.*

Qua de cauſa Bal. *in l. 1. num. 9. C. de edendo.* in eam peruenit ſententiam, vt mercatores noſtri temporis ſuarum rationum libros ad fundandam actoris intentionem edere non teneantur, ſequuntur ibidem Iaſon. *num. 15.* Decia. *num.* 18. Alciat *num.* 14. & alij apud Menoch. *de arbit. Iudic. caſu* 499. *numer.* 37. *libr. 2. cent.* 5. & late dixit *in conſil.* 405. Fachin. *controuerſ. iur. lib. 11. cap.* 89. Maxin. & Alphan. *in cit. l. 1. de edendo*, qui multos concordantes pro tali opinione adducunt, & videndus eſt in materia Genua *in ſuo tract. de ſcriptura priuata lib. 4. quaſt. 3. fol. mihi* 151. vbi latè articulum examinat contrariam deducens pariter opinionem.

Speciali tamen fiſci fauore cautum eſt, vt edere teneatur quis arma contra ſe, *l. nec quiſquam* vbi DD. *C. de edendo l. 2. §. Diuus*, vbi Bartol. *ff. de iur. fiſc.* Gloſſ. & DD. *in l. 2. C. de edendo.* Lucan. *de fiſco quaſt.* 237. Decian. *in l. non iuſtum eod. titulo & in cap. 1. numer. 12. de paobat.* vbi etiam id aſſeuerat Felin. Menoch. *de arbitr. iudic. caſu* 499. *numer.* 88. Genuenſ. *in practic. eccleſ. quaſt.* 174. vbi idem procedere fauore eccleſiæ concludit, quod pariter nos aſſeuerauimus, *in tract. de priuileg. miſerabil. perſon. priuil.* 12.

Quæ quidem editio facienda eſt cum die, & Anno iuxta ſententiam Afflict. *in cap. 1. num.* 73. *in tit. de fratribus de nou. benef. inu.* quam ante eum ſequutus eſt Specul. *in tit. de inſtrum. edit. §. 6. verſ. facienda eſt.*

Et ſi Reus requiſitus vt edat negat illa habere, fiſcus verò etiam per teſtes communes probet reum illa habuiſſe, quamuis non ſint docti, & periti de tenore inſtrumentorum, ad not. *in cap. cum olim extra de priuilegiis.* talis probatio eſt ſufficiens ad conuincendum reum, vt præfata inſtrumenta ad fiſci cauſam ſpectãtia ſubtraxiſſe videatur, Bal. *in l. 1. col. 2. C. de hared. vend.* Bart. *in d. l. 2. §. Diuus*, vbi hoc ſpeciale dicit in fiſco, quod pariter ego practicari vidi in cauſa Ioannis Angeli Samboni Ciuitatis Sueſſe in Anno 1622. & tenent Caſtr. & Salic. *in l. fin. C. de priuil. fiſci.* Lucan. *in tract. de fiſco part. 1. numer.* 89. Afflict. *in cap ſi duo fratres nu.* 39. *de frat. de nouo inueſt.*

Quod quidem fiſci priuilegium, vt illi reus teneatur edere inſtrumenta competit etiam habentibus cauſam ab eo, vt puta conductoribus gabellarũ, Bal. *in l. 1. §. editiones col. fin. ff. de edendo*, quam ſequuntur Addent. ad Decia. *in*

cap.1.nu.13.de probat. Menoch. *de arbitr. iudic. caſu* 499.*n.*70.*& ſeq.*

Sed an edendum ſit fiſco ad intentionem fundandam in cauſis ciuilibus Arduis? difficultatis eſt, & in facto ego prætendi contra ipſum, non eſſe ſcilicet priuatum cogendum ad edendum pro intentione fiſci fundanda in cauſis maximi momenti.

Et quidem mouebar, nam certum eſt, quod in cauſis criminalibus ceſſat tale fiſci priuilegium, nam in his reus ad eius offenſam edere minimè tenetur, *l.2.* §. *item Diui ff. de iur. fiſc.* Gloſſ. & DD. *in l.2. C. de edend.* Abb. Felin. in Decian. *in d.cap.1. de probat.* Alex. *conſ.* 132. *col.fin.vol.1.* Boſſ. *in ſua pract. crimin. in tit. de fiſco, & iur. fiſci num.* 17. Battandier *in praxi rerum crimin. reg.*11. Lopez *in l.*17. *Hiſp. tit.2. part.3. gloſ.7.* quod eſt verum, ne dum ſi agatur de condemnatione corporali, verum etiam ſi de pecuniaria, Alex. *d.conſ.*132.*lib.1.* Boſſ. *in cit. tit. de fiſco num.*11. dummodo tamen illa fiſco applicetur, quia vt cauſa dicatur, & ſit verè criminalis ſufficit, quod pœna, quæ in cauſa prætenditur fiſco veniat applicanda, Gloſ. *in l.3.* vbi Bart. *ff. de ſepulchro violat.* Bart. & alij *in rubric. de iudic.* vbi communiter hoc tenent Firman. *in ſuo repertorio in verbo cauſa criminalis nu.5.* Mattheſil. *ſing.*70. Grat. *conſ.* 80.*num.5.lib.2.* Blanc. *in pract. crim.* §. *viſis indiciis num.*158. vbi quod hæc opinio eſt communiter recepta, Foll. *in pract. crim. in verbo audiantur excuſatores n.*174. Viuius *in ſua ſilua commun. opin. concluſ.* 172.*num.3.* vbi cæteros refert teſtantes de cõmuni opinione, Clar. *in ſua pract.* §. *fin. quæſt.*1. *verſic. quarta igitur fuit opinio.* vbi plures alios antiquiores, & recentiores Doctores cumulat teſtantes de communi opinione, & infra dicit ab hac communi opinione in conſulendo, & iudicando nullatenus eſſe recedendum, Menoch. *de arbitr. iudic. caſu* 265.*num.4.& ſeq. lib.2.* vbi de vera, & magis recepta opinione Maſcardi *de probat. concluſ.*463. vbi de commun poſt alios Scacc. *de iudic. cauſ. ciuil. & crimin. lib.1. cap.5. & 6.* vbi aliorum relatis opinionibus, hanc ſectatur tanquam veriorem, & communiorem, & hoc propter notam, quæ oritur ex crimine, etiam ſi pœna fuerit pecuniaria, iuxta textum *in l.1. & in l. Athletas* §. *fin. ff. de his qui not. infam. l. ceſſat. ff. de act. & obligat.*

Cuius principalis concluſionis ratio eſt, quia in criminalibus non ſunt ſumenda arma de domo rei, *l. nimis graue C. de teſtibus l. de minore* §. *tormenta ff. de quæſt. cap. ſi teſtes* §. *qui intendit.* 4. *quæſt.3.*

Si igitur in cauſis criminalibus Reus non tenetur edere fiſco, ſic etiam neq; tenetur in cauſis ciuilibus vrgentibus, & alicuius momenti, & ratio eſt in promptu, nam præfatæ cauſæ alicuius momenti, & vrgentes criminalibus cauſis æquiparantur, vt dixit Bal. *in l. parentes C. de teſtibus*, confirmauitque Anchar. *in conſ.*25. ſectaturque Sicul. *in conſ.*46.*num.*16.*vol.3.* & notatur *in l. qui teſtamento* §. *mulier ff. de teſtame.* ergo tanquam æquiparatorum eadem eſſe debet diſpoſitio ad text. *in l.1. ff. de leg.1. cum concordantibus*, de quibus apud Tuſc. *in concl.*108.*lit.E.*

Ex quibus patet articuli Reſolutio. datum Neapoli die 13. Maij 1625.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2652.
Super l. illud C. de Collat.

¶ *Status vltimus in qualibet re inſpicitur, maximè verò in beneficialibus.*

VLtimus rei ſtatus inſpiciendus eſt in omni materia, h.d. quod etiam probatur *in l. ſi mater C. ne de ſtat. defunct. cap. cum veniſſent de inſtit. cap. con-*

ſultationibus de iur. patron. & ita tradit Gramat. *deciſ.* 67. vnde in beneficialibus vltimum ſtatum beneficij inſpiciendum eſſe, & maximè conſiderari, ait Benintend. *deciſ.* 23. & poſt eum nouiter Monach. *deciſ. Bonon.* 36. etiam ſi ſint beneficia iuris patronatus, Anton. Maceratenſ. *deciſ. ſiue reſolut.* 80. *libr.* 1. & etiam ſi appareat de variatione adhuc vltimum rei ſtatum inſpiciendum eſſe, concludit Franc. *deciſ.* 85.

Eandem tamen concluſionem limita, vbicunque conſtat de contrario ſtatu legitimo præcedente, vt voluit Rota apud Farinac. *deciſ.* 188. *tom.* 1. *part.* 1.

COLLECT. 2653.
Super l. cum plures §. locator ff. locati.

¶ *Proteſtatio contraria facto an ſuffragetur?*

PRoteſtatio contraria facto non ſuffragatur h.d. concordat text. *in cap. gratum de offic. deleg.* & ita tradit Surdus 70. *&* 246.

Hinc inferas, quod contrahentes omninò abſtinere debent à traditione poſſeſſionis rei eccleſię alienatæ, etiam ſi dixerint ſaluo aſſenſu non aliter, nec alio modo, nam incurrerent in pœnas extrauagantis *ambitioſæ de rebus eccleſ. non alienand.* vt ſæpe deciſum fuit in noſtra Curia Archiepiſcopali, & teſtatur Sayr. *deciſ.* 1. *de rebus eccleſ. non alien.* Gramat. *deciſ.* 49. Theſaur. *forenſ quæſt.* 73. *libr.* 1. Mynad. *deciſ.* 24. Franc. *deciſ.* 267.

Sed num ſi impetrantes aſſenſum apoſtolicum ſuper alienatione rei eccleſiæ iam facta cum clauſula ſaluo, & reſeruato, &c. non fecerint mentionem de poſſeſſione tradita opus ſit celebrari contractum de nouo, nec aſſenſus ſuperueniens trahitur ad præterita, vide *in deciſ. Curia Archiep.* 230. *part.* 4. vbi latè in hac materia.

Quibus ſic ſuppoſitis in prima concluſione principali nota quod non eſt proteſtatio facto contraria, ſed dicitur compatibilis, & releuans, cum verſamur in facto dependente à voluntate, & facto proteſtantis, ita inquam pluries in caſibus contingentibus declarauimus in Curia Archiepiſcopali huius inclitæ ciuitatis Neapol.

COLLECT. 2654.
Super l. in omnibus la ſecunda ff. de præt. ſtipul.

¶ *In pœnis inſpicitur contumacia, & contemptus potius quam intereſſe pecuniæ.*

AD pœnam non inſpicitur intereſſe ſed contumacia potius & contemptus, h.d. ad quod vide Valaſc. *deciſ.* 174. Mart. *deciſ.* 198. Caualc. *deciſ.* 14. *part.* 5. Theſ. *deciſ.* 76. Et ex his poteſt dubitari ſi fideiuſſor poſt pœnã incurſam, poſſit moram purgare, ſi à Fiſco non cum effectu ſit imborſata pecunia & quidem Farinacc. *deciſ.* 48. *lib.* 1. refert non admitti purgationem pecuniæ iam exactæ per fiſcum. Contrarium Theſaur. *in dec.* 77. Barz. *deciſ.* 61. ſi verò pœna non eſt à fiſco exacta admittitur moræ purgatio, Oſaſc. *dec.* 48. Seraph. *dec.* 591. Rota *deciſ.* 410. *par.* 4. *in nouiſ.* Barz. *deciſ.* 111. Verall. *deciſ.* 230. *&* 231. *part.* 2. Joſeph. Lud. *deciſ.* 90. *Rota Peruſ.* Magon. *dec. Flor.* 88. Gipſius *Rota Bonon. deciſ.* 48. & vide Giurb. *conſ. deciſiuo* 33.

An autem retentus Domi pro carcere ſub fideiuſſione ſe inde non exiturum, ſi exit, & breui ſponte reuertatur ſit aliqua pœna plectendus, vel potius excuſandus, vide eundem Giurbam *in conſ. deciſiuo* 34. Barz. *dec.* 33. Maceraten. *deciſ.* 29. Gipſius *Rota Bononien. deciſ.*

deciſ. 148. & fuit reſolutum per Giurbam *in conſ. deciſiuo* 48.

An autem fideiuſſor, qui reum infra menſem ſub iuramento redeundi ſiſtere promiſit, liberetur ſi redeundi termino nondum elapſo ſuperioris mandato à Regno migrari reus iuſſus ſit, vt ad ciuitatem venire amplius non poſſit? vide eundem Giurb. *conſ. deciſiuo* 35. Et An fideiuſſor, qui promiſit repræſentare reum, anteneatur ceſſante cauſa fideiuſſionis? & An fideiuſſor ex vna cauſa teneatur repræſentare reum ex alia? vide Caſtil. *deciſ.* 150. qui allegat in fine noſtram deciſionem Curiæ Archiepiſcopalis 37. *part.* 1.

COLLECT. 2655.
Super Gloſ. in §. in ſumma, in verbo extraordinaria. inſt. de iniuriis.

¶ Pœna mortis an imponi poſſit ab eo, qui in pœnis imponendis à lege habet arbitrium?

DIcit hæc gloſa, quod imponi poteſt pœna mortis ab eo, qui in pœnis imponendis à lege habet arbitrium, & ita tradit de Franchis *deciſ.* 504. licèt contrarium habeatur per Afflict. *deciſ.* 276. Ludouic. *deciſ. Lucenſ. prima & deciſ.* 15. Antonin. *reſol.* 45. *lib.* 3. Boer. *deciſ.* 344. Peguer. *deciſ.* 7. *&* 24. Cacheran. *deciſ.* 104. Caball. *reſol.* 42. Theſaur. *deciſ.* 12. 148. 161. *&* 243. quia Iudicis arbitrium debet eſſe iuri, & æquitati ſatis conſonum, Cacher. *deciſ.* 79. Antonin. *reſol.* 7. *lib.* 3. Caball. *reſol.* 200. & in delictis legis pœnas excedere non debet, *l. ſi ita ſtipulatio ff. de verb. obligat. l. ſi quis dicat ff. de manumiſſ.* cum pœnas ſtatutarias exequi debeat ſuccedunt enim illæ loco pœnarum iuris communis, Caualc. *deciſ.* 15. *part.* 1. verum alij fuerunt in opinione quod in delicto atroci, ſi pœna eſt iudicis arbitraria, quæ à lege diffinita non ſit, tunc infra mortem erit, nec admiſit conſuetudo, vt pro eo delicto pœna mortis irrogetur, tunc mortis pœnam reo imponere debet Iudex, ſi ex perſonarum circumſtantiis, & qualitate delicti dignum prudentis arbitrio, tanta pœna ſit, *l. Pedius* §. 1. *ff. de incend. ruin. & naufrag.* Grama. *deciſ.* 36. Intrigliol. *deciſ.* 19. *&* 41. Lud. *deciſ. Lucenſ.* 15. Caball. *d. reſol.* 92. quo in caſu poteſt procedere gloſa noſtra.

Sed an in pœnalibus extenſio procedat negatiuè Affli. *deciſ.* 21. ex identitate etiam rationis, vel maioritate eiuſdem, Vrſill. *deciſ.* 334. *& deciſ.* 369. quamuis id limitent aliqui, vbi agitur de puniendis vel coercendis delictis, de Franc. *deciſ.* 315. ſi extenſione non facta, delicta remaneant impunita, *l. cætera § hoc Senatus conſult. ff. de leg.* 1.

COLLECT. 2656.
Super Doctrina Felini in cap. venerabilis de exception.

¶ Teſtes falſos producens an amittat cauſam?

EST in opinione hic Felinus *num.* 12. quod producens falſos teſtes cauſam de iure non amittat, & ita tradit Afflict. *deciſ.* 180. cui addo Boer. *deciſ.* 19. *&* 291. Anna *alleg.* 2. Capic. *deciſ.* 25. *& deciſ.* 67.

Sed ad hoc vt ſit punibilis falſitas, requirit vſum, *cap. accedens de crim. falſi,* committitur inquam falſum de iure fabricando, & vtendo, Rota *dec.* 259. *part* 2. ſcienter tamen, *l.* 2. *C. de fid. inſtr.* cum falſum non committat qui ignoranter vtitur, Caball. *reſol.* 144. & ideo in praxi ſeruatur, vt nemo de falſi teſtis vſu puniri poſſit, niſi præcedat interrogatio, ſi velit vti, & ideo inoleuit praxis vt interrogatus in comminato termino præciſè reſpondeat, ſi falſis teſtibus velit vti, ex *l. penult. ff. de falſ. l.* 3. *C. de fid. inſtr.* Affli. *deciſ.* 189. Antonin.

Digitized by Google

*reſol.6.lib.*3. Viuius *deciſ.*71. Laurent. *in deciſ. Auenionen.*50.quæ declaratio circa vſum peti poteſt, etiam poſt rem iudicatam, Vrtill.*deciſ.*266.

Sed num falſum feciſſe inſtrumentum cenſeatur, qui falſo vtitur inſtrumento? affirmat Franc.Marc.*deciſ.*735. *tom.*1. Nec in tali caſu tanquam in facto proprio ignorantia præſumitur Rota *dicta deciſ.*159. Gail. *obſeruat.*48. *lib.*2.

Et an ſcienter producens falſos teſtes ipſo iure cadat à cauſa, ſi actor ſit? affirmat Surd.*deciſ.*283. & hoc procedere etiam in eo, qui falſos teſtes induci facit per ſuum procuratorem, tradit Verall.*deciſ.*196.*part.*1.

COLLECT. 2657.
Ad cap.Regni Siciliæ Regis Alfonſi,28.& 29.

¶ *Officiales an alios ſubſtituere poſſint?*

PRohibentur in hoc capit. officiales alios ſubſtituere h. d. ratio eſt ſecundum de Ponte *in deciſ.*28. quia in officiis, quæ adminiſtrationem annexam habent electa cenſetur induſtria perſonæ, vt per aliumſ exerceri non poſſit, niſi de Regis licentia, ſequitur Capic.*deciſ.*151.Gamm.*deciſ.*222. Hinc ſcriptor deputatus ad ſcribendum acta iudiciaria non poteſt alium ſubſtituere, Mohed. *deciſ.*347. Hinc eſt etiam quod adeo prohibetur ſubſtitutio, vt ſubſtituens teneatur de geſtis per ſubſtitutum Ludouiſ. *dec.* 233.Rota *diuerſ. deciſ.* 279.*part.* 4. idem Ludouiſ. *deciſ.* 233.&ratio eſt, quia ſubſtituendo cenſetur exhibitionem contempſiſſe, Caualc. *deciſ.*11.*part.*2. Rota *deciſ.* 26. *de appell.in nouiſſ.* & nonnulla alia in materia ſubſtitutionis officialium vide per Giurb.*in conſ.deciſ.*37. & an ſubſtitutus debeat eſſe eiuſdem qualitatis,& conditionis illius officialis, cui eſt princ ipe ſubrogatus? quod ſic, cenſuit idem Giurba *in conſ.deciſ.*59.& vide latiſſimè per Caſtill. *in deciſ.* 125. & Procurator quando teneatur ex facto procuratoris ſubſtituti, vide Caſtill.*deciſ.*119.

COLLECT. 2658.
Appendix ad text.in c. nullus de for. compet.

¶ *Officiales, epiſcopi quando gaudent fori priuilegio?*

OFficiales epiſcopi tam laici quam eccleſiaſtici gaudent priuilegio fori, h.d. ita Capell.Tholoſ.*deciſ.*378. Ego ipſe *in deciſ.*149. Curiæ Archiepiſcopalis vbi amplio etiam in familia Vicarij, ad quod vide etiam Maceraten.*deciſ.*75.& ampliatur etiam in Notario Curiæ epiſcopalis refert deciſum Giurb. *in conſ. deciſiuo* 88. Gizzarell. *deciſ.*24. aliud per eundem Giurb. *in conſ.deciſiuo* 10. Amplia etiam in officialibus epiſcopi delinquentibus etiã extra officium,ad quod vide Rot.*deciſ.* 598. *& in deciſ.*754.*part.*1. & quis dicatur familiaris ad hunc effectum vltra Caſſad. alias citatum *in deciſ.* 1. *de verb. ſignif.* vide Rot. *in deciſ.*358.*part.*1. vbi latiſſimè & plenius diximus *deciſ. Curiæ Archiepiſcop.Neap.*292.*part.*4.vbi lubeat videre.

COLLECT. 2659.
Super Doctrina Baldi in l.Titius ff. de hæred.inſtituend.

¶ *Subſtitutio directa an, & quando coniecturis inducatur? conciliantur opiniones contrariæ.*

BAldus hic eſt in opinione, & probat ſubſtitutionem directam coniecturis induci, quæ quidem ſententia communiter à DD. amplexatur, & ex deciſionariis ita tenent Viuius *deciſ.* 397.*lib.*2. & Rota Roman. *collect. per*

Farinac.

*Farinac.deciſ.*172 *part.*1. quæ hanc tanquam communiorem opinionem ſequuta fuit, tollendo plures authoritates, & quæ pro contraria opinione adducebantur, & reuiſa cauſa Rota eadem in prælibata opinione perſiſtit, vt *in deciſ.*136. & aliàs apud eundem Farinac.*deciſ.*363.

Contrarium tamen firmarunt multi DD. & ex deciſionariis Magonius *deciſ.*82. qui alios huius ſententiæ ſectatores adducit.

Tu autem ipſorum conciliabis opiniones diſſentientes vt ſequitur, nempe aut coniecturæ ſumuntur, ex expreſſis in teſtamento, & tunc habet locum prima opinio. Aut coniecturæ ſumuntur extrinſecus,& tunc procc[illegible] ſecunda opinio, prout qu[illegible]doc[illegible] facto ego ſolitus fui dice[illegible] etiam,quod [illegible] extrinſecus deſumptæ, nec ſufficiant, & ſi aliàs non ſuſtineretur teſtamentum.

Sed num ſubſtitutio dir[illegible] interpretanda? affirmat Boer. *deciſ.*38. quamuis velim aduertas quod verba ſubſtitution[illegible] debeant cum ſuis qualitatibus verificari.

Et an ſubſtitutio directa nulla eueniente caſu ſubſtitutionis obliquetur? affirmatiuè fundant Valaſc. *deciſ.* 54. *tom.*1. vbi teſtatur de communi DD. ſententia, & de recepta praxi, & vide Seraphin. Rot. Roman. *deciſ.* 840. & Barz. *deciſ. Rot. Bonon.* 9. qui id declarat quando ſubſtitutio facta eſſet impuberi, & à principio non valuiſſet, vt quia facta eſſet pupillaris ei, qui non erat in poteſtate,nam tunc obliquatur, firmans pariter *num* 14. *& ſeq.* neque procedere quando ſubſtitutio pupillaris eſſet facta extraneo, quia tunc ait reſolui in fideicommiſſariam, prout caterua DD. etiam ſentit.

Prout etiam non procedit, quando ſubſtitutio eſſet facta in codicillis,quia cum directa ſubſtitutio in codicillis fieri nequeat,obliquatur *l. Seruius Saturninus, & l. Sceuola ff.ad Trebell.* & ita Magon. *Florent deciſ.* 4. vbi ait ſubſtitutionem directam nec fieri,nec adimi poſſe in codicillis, ſicque pariter procedere quoties in teſtamento adeſſet clauſula codicillaris, nam obliquari fatentur Theſaur. *deciſ.* 128. & Rota collect. à F[illegible]inac. *deciſ.* 320. *part.* 1. quamuis a[illegible] 86. *& deciſ.* 519.*cad.p*[illegible]

COL[illegible]. 1660.

Su[illegible] eat Abbati de conſ[illegible]ſtinct.4.

[illegible]bates, & Monachi non poſſunt ſuſcipere [illegible] Baptiſmo, & ſuſcipiendo p[illegible]

Ite[illegible] non liceat Abbati, vel monacho de baptiſmo ſuſcipere filios, nec commatres habere, & ita pari[illegible] rum eſt *in cap. ſequenti incip.Monach. de conſecr. diſtinct.*4. vbi legitur, quod Monachi ſibi compatres,commatréſve non faciant, nec oſculentur fœminas.

Amplia non ſolum in Baptiſmo,ſed etiam in confirmatione, quia neque in Chriſmate puerum ſuſcipere poſſunt, prout in hoc Anno 1626. die 27. Septembris fuit ſeruatum in noſtro Archiepiſcopatu.

Declara tamen, quod ſi de facto Monachi iſti ſuſcepiſſent aliquem de fonte, vel in confirmatione contraherent ſpiritualem cognationem, quamuis peccent mortaliter ſuſcipiendo contra prohibitionem ſibi impoſitam, & dicemus *in deciſ. Curiæ Archiep. part.* 5.

Digitized by Google

COLLECT. 2661.
Super Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat.

¶ *Archidiaconi an, & quando debeant eſſe Doctores?*

INter alia, quæ hic mandantur eſt, vt Archidiaconi debeant eſſe Doctores, vel licentiati in Theologia, vel Iure canonico.

Et ita nos diximus *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. 305. part. 4.* vbi hunc Concilij locum reportauimus, *num. 11.*

Declara tamen hoc eſſe verum in illis Archidiaconis, qui vel curam habent animarum, vel iuriſdictionem, vt deciſum per Sacram Congregationem Cardinalium Concilij interpretum interpretum recenter teſtatur Nouarius *in iure pontificio nouo, ſiue in concluſ. iur. canonici noui in titulo de Archidiaconis concluſ. vnic. verſic. declara tamen hanc concluſionem*, vbi alia adducit ad hanc materiam.

Sed num Archidiaconus præferatur Decano in celebratione miſſarum & aliis functionibus eccleſiaſticis ſtante conſuetudine triginta annorum, per quam Decani præceſſerunt Archidiaconos, declarauimus *deciſ. Curiæ Archiepiſcop. 348. part. 4.*

COLLECT. 2662.
Super Capit. Cuſtos il 2. de officio Cuſtodis.

¶ *Oblationes an, & quando clericis lucrari contingat.*

NOtatur in hoc capitulo, quod oblationes lucrari nequeunt, niſi clerici interſint diuinis, & ita tradit Valaſc. *deciſ 14. verſ. 4.*

Oblationes autem indiſtinctè cedunt Rectori, *cap. Sanctorum, & cap. hanc 10. quæſt. 1.* prout oblationes illas, quæ fiunt pro aſperſione domus pertinere Rectori, cui competit hoc miniſterium, non autem Sacriſtæ in facto mihi compromiſſo iudicaui.

Quamuis illæ oblationes, quæ fiunt tempore iubilei, vel anno Sancto in Eccleſia Cathedrali ſpectant ad Archipreſbyterum eiuſdem Eccleſiæ, non autem ad epiſcopum, nam cum Archipresbyter habeat curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, habet per conſequens de iure communi fundatam intentionem in omnibus oblationibus, idque priuatiuè ad epiſcopum, vt voluit Rota Romana in vna Beneuentana Spolij 2. Decembris 1585. coram R. P. D. Orano.

Sed num oblationes, vel eleemoſynæ, quæ fiunt monaſterio vel in loco clericorum Regularium ipſis Religioſis acquirantur, & non aliis? declaraui *in deciſ. noſtra Curia Archiepiſcop. 170. par. 4.* vbi tractatur articulus ſi ſuppoſita illa concluſione oblationes factas alicui imagini acquiri Rectori parrochialis, intra cuius confines depicta eſt, id procedat, vbi Imago illa eſt depicta in domo ædium redditiciarũ alicuius Abbatiæ, quæ quidem non manet intra territorium dictæ Abbatiæ.

COLLECT. 2663.
Super l. Neceſſario § fin. ff. de pericul. & commod. rei vendit.

¶ *Vſuſfructus eſt quid diuerſum à fructuum commoditate, & in feudis.*

PErcipitur ex iſto text. quod aliud eſt vſuſfructus, & aliud commoditas. Vnde meritò videmus quod vſuſfructus durat quandiu viuit pater, nec morte filij extinguitur, *l. fin. C. ad Senat. Conſult. Tertull. l. fin. C. de vſufruct.* cuius contrarium obtinet in commoditate, vt conſtat ex Bellicchio *dec. 138.* vbi particulariter quærit ſi patri in bonis li-

nis liberorum vſufructu adempto, is nihilominus commoditatem fructuũ in illis bonis habeat? de quo etiam Boer. *deciſ.* 199. Franc. *deciſ.* 10. *& deciſ.* 161. vbi affirmatiuam opinionem habuiſſe pro vera Sacrum Conſilium affirmat.

Quemadmodum etiam in feudis videmus, nam in illis patri non acquiritur vſufructus, Franc. *d. deciſ.* 10. & tamen iure patriæ poteſtatis ipſi in feudis acquiritur fructuum commoditas, vt communiter DD. ita ſunt de quibus apud Berlicch. *d. deciſ.* 158. qui firmat, quod patri in bonis caſtrenſibus commoditas fructuum non acquiritur. *l. ex noxa ff. de Caſtrenſ. peculio.*

Sed an in legitimis liberorum etiam patri vſufructus adimi poſſit, declarat Idem Berlicchius *deciſ.* 157. vbi diſſentientes DD. opiniones recenſet.

Et ex quibus coniecturis tacitè vſusfructus patri præſumatur ademptus, diſcutit *deciſ.* 156. vbi quod vſufructus patri in bonis liberorum non acquiritur, ſed tacitè ademptus præſumitur in omnibus illis caſibus, in quibus olim fideicommiſſum relictum à patre filio habebat in ſe tacitam conditionem, cum erit ſui iuris, Boer. *deciſ.* 193. Item in omnibus caſibus, in quibus Falcidiæ, vel Trebellianicæ detractio tacitè, & præſumptiuè vetita cenſetur. Item in ſpecie dicit tacitè ademptus præſumi ſi teſtator ita legauerit, vt ipſa pecunia, vel fundus ipſi filio ſoluatur, vel tradatur, aut ſi teſtator verbo reſtituere vtatur, & præcipiat, vt pater filio, vel nepoti bona reſtituat, cum verbum reſtituere plenariam reſtitutionem cum fructibus importet, *l. videmus §. in Fauiana ff. de vſur.* vel ſi filius eſt in hæreditate inſtitutus, & pater grauatus reſtituere, quo caſu reſtitutio etiam de vſufructu intelligi debet, cum aliàs de iure proprietas ſit penes filium; vel ſi verba teſtatoris aliàs nihil operarentur, niſi vſusfructus patri auferatur, & filio applicetur. Item quando inſtitutio eſt facta ſola contemplatione ipſius filij inſtituti, & ſimiliter fideicommiſſum ſit factum contemplatione filij, quia tunc ex eiuſmodi duobus actis geminatis colligitur enixa voluntas teſtatoris, per quem videtur prohibuiſſe patrem habere vſumfructum in hæreditate aduentitia, ſimiliter eſt, quando bona integrè abſque diminutione filio reſtitui iubentur, vel ſi auus parentis mentionem facit in teſtamento, eique liberationem debiti cuiuſdam legat; Aut ſi Teſtator, vel auus curatoris bonis ad Nepotem deuolutis ſpeciales dari voluit, quibus adminiſtratio eorum crederetur: Idemque eſſet, ſi teſtator ſuum fratrem & fratris filios ſubſtituiſſet, quo caſu frater, vel pater in bonis relictis ſuis filiis, neque habebit vſumfructum, vel ſi quis etiam extraneus patrem, & filium inſtituerit, pater in filij medietate neque habebit vſumfructum; prout pater ſi ad ſecunda vota tranſierit vſusfructus etiã ademptus cenſetur, ne nouerca de bonis, & vſufructu liberorum primi matrimonij participet, quamuis in hoc contrarium teneat Boer. *deciſ.* 94.

Si Teſtator An, & quatenus in bonis liberorum patri vſumfructum adimere poſſit, & an etiam tacita coniecturata, & præſumptiua ademptio, vel prohibitio ſufficiat? declarat Idem Berlicchius *deciſ.* 155. *per totam*, quem in facto poteris videre ſi caſus accidat.

COLLECT. 2664.

Super Concil. Triden. in. ſeſſion. 24. capit. 1. de Reformat. matrim.

❡ *Matrimonium debet contrahi coram proprio viri, aut mulieris parocho, aliàs non valet.*

INter alia, quæ hic probantur eſt, quod matrimonium, vt validum ſit coram proprio parocho eſt contrahendum.

Ad cuius ornatum ſcias, quod parochus proprius ad matrimonium dicitur parochus vxoris, ſi in ea contrahatur, & parochus viri ſi in ea contrahatur, vt deciſum refert Armendariz *in addit. ad recopil. leg. Nauar. lib. 4. tit.* 15. *l.* 1. *de matrim.* Sayr. *deciſ.* 3. *de clandeſt. deſponſation.* Triuſian. *deciſ.* 23. *lib.* 1. vnde parochum vnius ſufficere, quando contrahentes ſunt diuerſæ parocchiæ dicit Caualc. *deciſ.* 12. *part.* 2.

Licèt parochus ruralis non appelletur proprius parochus, quando ibi recreationis cauſa habitatur, vide Rot. Rom. *in deciſ.* 656. *part.* 1. *in nouiſſim.* Seraphin. *deciſ.* 615. Sayr. *deciſ.* 2. *de clandeſt. deſponſat.*

Sed num Regula illa, quod in contrahendis matrimoniis ſufficit adeſſe præſentiam parochi loci habitationis, procedat ſi habitatio eſſet per momentum temporis, & in fraudem? declarauimus *deciſ. Curiæ Archiepiſcop.* 72. *part.* 3. & de domicilio requiſito ad contrahendum matrimonium in aliquo loco ad effectum, vt dicatur contrahere coram proprio parocho iuxta mentem Sacri Concilij Tridentini, vide *in deciſ. eiuſdem Curiæ apud nos deciſ.* 108. *part.* 2.

Alia autem concernentia circa hanc materiam habes in ſequenti allegatione edita à Nouario in fauorem cuiuſdam Mariti, cuius tenor eſt, vt ſequitur.

EX iis, quæ ſunt in actis euidenter conſtat in cauſa inter Vincētium, & Beatricem non agi de matrimonio legitimè contracto per verba de præſenti, ſed tantum de ſimplicibus ſponſalibus per verba de futuro. Probatur primum ex atteſtatione: tum per ſcriptum, tum per examen facta à Parocho Sanctæ Mariæ Maioris. In hæc verba, *Io riſpoſi, che ſi prometeſſero per verba de futuro, & faceſſero ſponsali fra loro & coſi ſe promiſero fra di loro in mia præſentia di fare tra loro matrimonio la mattina ſequente dal lor proprio curato.* ſic ille cui, cum ſit teſtis omni exceptione maior credendum eſt. Laurentius de Pin. *vol.* 1. *conſiliorum matrim. conſil.* 71. *num.* 19. *&* *conſ.* 72. *num.* 6. Joannes Maria Buccellus *eod. vol. conſil.* 70. *num.* 4. Deinde ex verbis Beatricis in ſupplicatione exhibita Regenti magnæ Curiæ Vicariæ, quæ ſunt *Giuro per verba de futuro in præſenza d'vn' Parocchiano.* Cui teſtimonio contra aduerſariam ſtandum eſſe rectiſſimè concluſit Antonius de Franciſcis *vol.* 1. *conſ. matri. conſ.* 68. *ex numer.* 19. Qui doctrinam de re hac illis verbis tradidit: Licèt confeſſio facta ſit coram Iudice ſeculari, & ad alium finem: Nam confeſſio coram incompetenti licèt non ſit ſufficiens: tamen eſt ſufficiens quantum ad indicium, & ad præſumptionem Iuris & de Iure *Authentica Sed iam neceſſe Cod. de donat. ante nupt.* Hæc ille. In hac autem facti ſpecie confeſſio à Beatrice facta eſt, vt apparet ad eundem finem cogendi Vincentium ad matrimonium. Multa pro hac ſententia Bartholomeus Camerarius in abſolutiſſimo conſil. matrimoniali poſt conſilia Zabarellæ *numer.* 23. ex Panormitano, & aliis. Tertiò ex verbis Vincentiæ famulæ ipſius Beatricis. Quæ etiam ſi non ſit teſtis idonea iuxta ſententiam Camerarij eodem conſ. vnico matrimoniali ex *numer.* 6. vbi de hac re late. Nominatim de teſtimonio famulæ de matrimonio contracto à Do-

mina.

Digitized by Google

mina. Et quamquam concludit non eſſe omni exceptione maius, nec integrum; negandum tamen non eſt plenè illud probare cõtra producentem, *l. ſi quis Cod. de teſtib.* Hippolitus Riminaldus *volum. 1. conſ. matr. conſ. 29. num. 4. & conſ. 77. num. 26.* Illa verò in hunc modum Vincentium locutum aſſeruit. *Domani verrò, & te ingaudiarò, ſenz' altro. Ingaudiariò* autem vocabulo populari ſermone Neapolitano ſignificari actum ſolemniter contrahendi matrimonium in facie eccleſiæ coram proprio Parocho notiſſimum eſt apud noſtrates. Immo Veteres Hetruſcos eodem verbo ſignificatum eſſe actuale matrimonij contractum teſtatus eſt Lapus *allegat. 56.* vbi matrimonium præſens per illa verba coram Notario, & teſtibus dicta celebratum eſſe cenſuit. Sis rogatus quod ego ingaudio Ludouicam hic præſentem tamquam legitimam meam vxorem. Et vos ſitis teſtes. Ita Lapus. Quartò aſſertione Martiæ Berardæ cuius illa ſunt verba: *Il Parrochiano di Santa Maria Maggiore conſegnò Beatrice à Vincenzo per li futuri ſponſali.* Quæ inepte ſponſalia pro matrimonio vſurpauit.

Nec obſtant verba illa, quæ Vincentino à duabus teſtibus imponuntur, *queſta è mia moglie.* Quia ſi verba ſignificarent contractum matrimonij de præſenti; Teſtes diſcordarent à Parocho, & à Principali, quibus præ cęteris habenda eſt fides. Nam Teſtes fœminæ famulæ, & domeſticæ, & pauperes integræ non ſunt, & valde ſuſpectæ. Antonius Rubeus *volum. 1. conſ. matrim. conſ. 73. num. præſertim 15.* Sigiſmundus Brunellus *ibidem conſ. 74.* Camerarius *loco ſupra citato.* Immo diſcordarent à ſe ipſis, quia concludunt contractum hunc initum per verba de futuro, vt allatis teſtium verbis demõſtratum eſt. Cum autem Teſtis variat, & incontinenti depoſitionem corrigit, ſtatur poſteriori eius dicto. Jacobus Leoniſſa *vol. 1. conſ. matrim. conſ. 47.* Præterea cum à contrahente adhibetur in contractu multiplex oratio, cuius prior pars eſt dubia, poſterior certa; omiſſa priore parte dubia, ſpectatur poſterior, cuius ſenſus planus, & apertus eſt. Joannes Baptiſta Ferrettus *vol. 1. conſ. 86. initio.* Menoch. *vol. 4. conſ. 366. num. 36. & lib. 3. de præſumptionibus præſumpt. 2. num. 5.* Franc. Marc. *vol. 2. deciſ. 758. num. 1.* Molinus *Tract. de rit. nuptiarum lib. 1. comparatione 20. num. 52.* at verò quam incertus ſit huius locutionus ſenſus, *Hæc eſt mea vxor*, palam fit à Jacobo Leoniſſa *vol. 1. conſ. matrim. conſ. 48. ex num. 1.* Hæc enim verba non ſignificant actualem, & ſolemnem ſtipulationem quę neceſſaria eſt ad contrahendum matrimonium de præſenti, ſed potius ſunt hiſtorica, enunciatiua, & narratiua matrimonij iam contracti de præterito. cum igitur verba hæc ambigua ſint; verba verò de cõtrahendo matrimonio de futuro, quibus Vincentius vſus dicitur, & ei eadem loquendi formula in futurum Beatrix aſſenſa perhibetur. Verba vero de futuro ſine vlla dubitatione ſpõſalia, non autem matrimonium ſignificent: concludendum eſt inter perſonas, de quibus agitur contracta eſſe ſponſalia, non autem matrimonium.

Confirmatur hæc veritas alijs argumentis. Primum eſt, quia non eſt veriſimile Parochum aſſiſtere voluiſſe matrimonio per verba de præſenti in Parochia aliena. Nam Parochus ſanctæ Mariæ maioris, vt proteſtatus eſt, non ignorauit proprium parochum coram quo contrahendum erat matrimonium inter Vincentium, & Beatricem eſſe debuiſſe Parochum Sanctę Mariæ Rotundæ. Quia matrimonium contrahendum erat in domicilio Bea-

tricis, quod pertinebat ad Parochiam ſanctæ Mariæ Rotundæ. At verò ſacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum declarauit proprium Parochum, coram quo celebrandum eſt matrimonium iuxta Concilij Decretum *ſeſſ.24. cap. 1. de reform. matr.* eſſe debere Parochum mulieris, cum contrahitur in domo mulieris; Parochum viri cum contrahitur in domo viri, ſi cõtrahentes ſint diuerſæ Parochiæ. Teſtantur Nauarrus *in ſum. cap. 25. numer. 144. & tom. 2. conſil. 4. de clandeſtina deſponſatione.* Caualcanus *part. 2. deciſ. 13. num. 12.* Rota Romana *apud Farinacium part 2. tom. 1. deciſ. 396. num. 6.* Tuſchanus *lib. 1. deciſ. 25. initio.* Lopez Rodericus Henriquez, Vega, Ceuallus, & alij, quos cõgerunt, & ſequuntur. Cenedus *Quæſtion. Canonic. quæſt. 30. numer. 47.* Piaſecius *in praxi parte 2. cap. 4. art. 4. num. 12. ſacra Congregationis auctoritate recognita.* Molinus *tract. de ritu nuptiarum lib. 2. differentia 11. ex numer. 88.* Barboſa *tract. de Epiſcopo tom. 2. allegatione 32. numer. 65.* Et quamuis multi teſtentur eandem congregationem reſpondiſſe non idcirco inualidum eſſe matrimonium ſi contrahatur in domo mulieris coram Parocho viri, & è contra. Ignatius Lopez *in additionibus ad Diaz,* Vgolinus, Spinus, Segura, Armendariz, Zerola Joannes Baptiſta Poſſeuinus, & alij quos colligunt, Sanchez *lib. 3. de matrimon. diſput. 19.* Gutierrez, Coninchius. D. Riccius *tomo 2. deciſ. 308. numer. vltimo,* & alij complures apud Bonacinam *tract. de matrim. quæſt. 2. puncto 8. numer. 7.* Animaduertit tamẽ prudens Parochus rem hanc, quod ſpectat ad validitatem matrimonij ſaltem relinqui probabiliter dubiam in vtramque partem. Vt admonent, & probant Nauarrus *d. conſ. 4. de clandeſtina deſponſatione,* & Caualcanus *d. deciſ. 13. num. 12.* Cum autem agitur de validitate Sacramenti non ſufficit ſequi opinionem iudicatam practicẽ probabilem, ſed eligenda eſt opinio omnino ſecura, nec ſubeſt extrema neceſſitas, cui aliter prouideri non poſſit. Quam ſententiam contra Leſſium, Sanchez, Cenedum, & alios nonnullos Validiſſimis rationibus tuentur Gabriel Vaſquez *tom. 1. in Primam ſecũda diſp. 63.* Joannes Salas *tom. 1. in 1. ſecunda tract. 8. diſp. vnica ſect. 10 ex nu. 99. & ſect. 27.* Didacus Nugnus *in 3. Partem quæſt. 8. art. 5. dubio 1.* Gregorius Saytus, Bonacina, & alij plurimi. Quorum doctrina locum ſibi vindicat in vtroque foro. Præterea non ignorauit, vtcumque ſe res hæc habeat, quod attinet ad validitatem ſacramenti matrimonij, ſi tamen interfuiſſet ſolemnitati matrimonij ſine expreſſa licentia ordinarij, aut ſaltem proprij Parochi mulieris, in cuius domo contrahebatur matrimonium, vitaturum ſe non fuiſſe cenſuram ſuſpenſionis eodem Concilij Tridentini Decreto ſupra citato conſtitutam contra ſacerdotes, qui audent ſolemnizare matrimonia alienorũ Parochianorum. Salzedus, & alij, quos commemorant, & ſequuntur Vgolinus *tract. de poteſt. Epiſcop. part. 1. cap. 15. §. 10. n. 3.* & Zerola *praxis Epiſcopalis par. 2. verb. Parochus.* Quare probabilis hinc coniectura ſumitur Parochum ſanctæ Mariæ maioris non fuiſſe adeò vel imperitum, vel negligentem, qui adeſſe auctoritate ſua voluiſſet matrimonio in aliena Parochia, quamuis à Parochiano ſuo contrahendo; cum periculo nullitatis reſpectu ſacramenti, & cũ certitudine cenſuræ, ac pœnæ ratione ſui ipſius. Secundum argumẽtũ. Quia ſi contractum eſſet matrimonium per verba de præſenti inter has perſonas; Quare Parochus ſanctæ Mariæ maioris eos à quibus matrimonium con-

tractum

tractum fuiſſet, & nomina duorum ſaltem teſtium, qui interfuerant, non deſcripſiſſet in libro, in quem referre conſueuit, prout tenetur ex præſcripto Concilij Tridentini eos, qui matrimonium cõtrahunt,& teſtes ſaltem duos, qui ſecum adſunt contractui? Quam obligationem in re tanti momenti nõ vacare peccato mortali, niſi illi à Parocho diligenter ſati fiat, neque graui pœna arbitraria n erito iudicatur. Veracrucius *in appendicibus ad ſpeculum coniugiorum dubia* 12. Vgolinus *tract. de Epiſcopo par.* .*cap*.15.§.12.*num*.9.Sanchez *libr*.1. *de matrim.diſp*.15.*num.vltim*.Marius Giurba *in commentariis Meſſanenſib. cap*.1.Gloſſa 7.*part*.1.*num*.20. Præterea plenus ſuſpicionis fuit modus illeCládeſtinus vocandi Parochi alieni,& intereſſet matrimonio contrahendo in aliena Parochia, & ne ille recuſaret officium, fingendi prætextum confeſſionis fœminæ moribundæ. Poſtremo quorſum filius,qui progenitus dicitur,& legitimus, & naturalis filius Vincentij, & Beatricis appellatur, baptizatus eſt in aliena,& procul diſiuncta Parochia? Quare omiſſa ſunt banna, ſeu publicationes non modò ex Concilij Tridentini decreto ſed etiam de iure Communi Pontificio ad matrimonium adeo neceſſariæ, vt nõ deſint, qui opinentur publicationes, ſi non tres omnes, earum ſaltem aliquã niſi extrema neceſſitas articuli mortis vigeat eſſe non modò de neceſſitate præcepti, ſed etiam ſacramenti. In his Menochius, & alij; quorum opinio quamuis falſa probat tamen maiorem in modum ex Clandeſtino contractu inter Vincentium,& Beatricem præſumi ſponſalia dumtaxat, nõ autem matrimonium per verba de præſenti inter eos contracta eſſe. Coniecturæ huius auctores recenſentur cum approbatione à Baldo *in l.cum in te not.*1.C.*de donationibus ante nuptias: Specialim gloſſ. in c.illud in verb.anulos de præſcriptionibus in c.tua de ſponſalibus in c.tenor.de re iudicata*. Et à Domino de Franſciſcis *vol*. 1. *conſ.matr.conſ*.60.*ex n*.2.

Hęc igitur cum ita ſint; concluditur duas potiſſimum ob cauſas Beatricem repellendam eſſe ab impetitione Vincentij: vna eſt, quia ſponſalia per verba de futuro quemadmodum ſolo mutuo contrahentium conſenſu fiunt; ita ſolo eorundem diſſenſu dirimuntur capit. ſecundo de ſponſalibus communiſſima omnium ſententia. Ita Butrius Panormitanus, Imola, & alij in *d.c*.2. Nauarr. *vol*. 2. *conſ*. 3. *de deſponſatione impuberum*. Couarruias *de ſponſalibus part* 2.*cap*.5.*num*.1. Triuiſanus *libr*.1.*deciſ*.9.*num*.5.*Mille*, quos afferunt & ſequuntur Sanchez *lib*. 1. *de matrim. diſputat*.72.*initio*. Molinus *libr*.1. *de ritu nuptiarum. Comparatione* 15. *ex num*. 24. Licet Paludanus *in* 4. *diſtinct*. 17. *quæſt*.1.*art*.5.*concluſ*.5. Vt ſponſalia per mutuum diſſenſum diſſoluantur requiri putet iudicium, & auctoritatem Eccleſiæ propter reuerentiam debitã ſacramento matrimonij per ſacramentale ſponſalium inchoato. Alij verò iudicis officium neceſſarium non exiſtimant,& ſaltem poſito mutuo ſponſorum diſſenſu, neuter in foro iudiciali cogi poteſt ad matrimonium ex vi ſponſalium, quibus ſemel contractis ab vtroque ſponſo renunciatum ſit. Ita Henriquez, Leſſius, Coninchus, & alij, quos affert, & ſequitur Bonacina *tract.de matrim.quæſt*.1.*Puncto* 10.*num*.1. At verò Beatricem à ſponſalibus ſemel cum Vincentio contractis deſtitiſſe, ab ea per ſcripturam, ſeu Albaranum ſatis apertè declaratum eſt. Ibi *Qual ſi voglia promeſſa s'intenda nulla, & inualida, & di neſſuna conſideratione*. Et quamuis Beatrix neget ſibi cognitum fuiſſe quidnã Albaranũ contineret: publicus

Digitized by Google

tamẽ Notarius (de cuius fide, & Legalitate dubitare non licet) Affirmat Albaranum ſibi coram duobus teſtibus ab ea traditum, & Beatricem aſſeueraſſe ſibi optime quid in eo Albarano ſcriptum eſſet, perſpectum, & notum fuiſſe, nec opus fuiſſe, vt à Notario denouo legeretur, ſed rogatum eſſe Notarium, vt ſcripturam, quam de manu Beatricis acceperat, ſcribere neſcientis, ſuo nomine ſubſcriberet. Quod eiſdem teſtibus inſpectantibus à Notario peractum eſt. Quapropter, circumſcripta quacumque alia ratione, priuatæ huic ſcripturæ non minus, quam ſi publica eſſet, fides habenda eſt. Si modò Creditur Dionyſio de Franciſcis *volum. 1. conſ. matrim. conſil. 61. in fine.* Nec turbare nos debet, quod Beatrix in Albarano generatim neget inter ſe ac Vincentium interceſſiſſe vmquam promiſſionem vllam: id enim ne ſibi contradicat, recto ſenſu accipiendum eſt, id eſt de promiſſione ſponte facta à Vincentio, & quæ vltro citroque obligationem validam de iure pepererit.

Altera cauſa eſt, quia licet nonnulli abſolutè ſentiant ſponſos ad matrimonium Eccleſiaſtici iudicis auctoritate etiam per cenſuras cogendos, de quibus Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 29. num. 4.* & Emanuel Sa *verb. ſponſalia n. 1.* Plurimi tamen cum limitatione ſententiam hanc admittendam, & in vſu ponendam exiſtimant. Quidam opinionem hanc limitant, ſi modò ſponſalia non ſimpliciter, ſed cum iuramento, contracta ſint. Horum doctrinam non improbant Decianus *vol. 5. conſil. 66. num. 15.* Hieronymus Gabrielius *vol. 2. conſ. 159. initio.* Joannes Gutierez *tract. de iuramento par. 1. c. 51. ex num. 4.* Jacobus Cancerius *tom. 3. variarum cap. 11. num. 125.* & alij, qui hoc ſenſu interpretantur decretalem *ex literis Siluani, de ſponſalibus.* Et iuxta hanc limitationem Vincentius ad matrimonium cogendus non eſt, quia non probatur eum iuraſſe. Quamquam autem teſtes affirmant eum dediſſe fidẽ Beatrici, quod verum non eſt; dare autem fidem non eſt iurare, ſed ſimpliciter promittere, Piſanus *verb. ſponſalia verſic. quid ſi quis, accepta manu mulieris.* Antonius Galatius *vol. 1. conſil. matrim. conſ. 83. num. 8.* illud quoque non omittam Leonem *part. 2. Theſauri fori eccleſiaſtici cap. 9. ex nu. 21.* limitationem hanc Sacræ Congregationis iudicio approbatam narrare, cuius tamen declarationis veſtigium nullum extat, alij limitant ita demum ſponſos ad matrimonium, ſiue iurauerint, ſiue non, cogendos eſſe; ſi nullam habeant iuſtam cauſam matrimonij non contrahendi. Et hæc limitatio maximè communi calculo recipitur. Sanctus Thomas quidem *in 4. ſent. diſtin. 27. quæſt. 2. art. 1. ad 2. & in additionibus ad tert. par. quæſt. 43. art. 1. ad 2.* ſic ſcriptum reliquit ex tali promiſſione obligatur vnus alteri, vt contrahat matrimonium, & peccat mortaliter non ſoluens promiſſum, niſi legitimum impedimentum interueniat, & ſecundum hoc Eccleſia iniungendo pœnitentiam pro peccato tamen in foro contentioſo non compellitur, quia matrimonia debent eſſe libera, & coacta conſueuerunt malos exitus habere, niſi fortè iuramentum interuenerit, quia tunc cogendus eſt, vt quidam dicunt, quamuis alijs non videatur propter cauſam prædictam præcipuè ſi de vxoricidio timeretur. Hactenus S. Thomas, cuius ad verbum doctrinam repetunt, & comprobant Sanctus Raimundus *tit. 1. de ſponſalibus* §. 6. & in eum locum Joann. Friburgus & *in ſum lib. 4. titul. 1. quæſt. 16.* Angelus *verb. ſponſalia nu. vlt.* Rotella *verb. ſponſalia nu. 3.* Siloeſt. *eod.*

verb.

verb.quæſt.4.in fine Tabienſis *eodem verb. num.8.in fine.* Armilla *eodem num.7.* Panormitanus *in cap.2.de ſponſalibus nu.4. & in cap.ex literis* Siluan *eodem tit.num.5.* Felinus *in cap.1.num.12.de pactis.* Rota Romana *penes Conſtan. in tract. de facti ſcientia Centuria 2 diſt.4.ex num.19. & penes Genuenſem in praxi Neapolitana in additionibus ad cap.14.num.7.ſecundæ impreſſionis*, quæ iudicauit quamcumque leuem cauſam ſufficere ad liberandum ſponſum à coactione; eadem Rota Romana apud Coccinum *deciſ.*437. id ipſum aſſerunt Franc. Marc. *vol.2. deciſ.*744.*num.*8. & Ruinus *vol.1.conſ.*202.*num.*5. rectè igitur Sotus *in 4.diſt.27.quæſt.2.art.3.verſ.quod ſi roget.* monet quam rariſſime ſponſos ad matrimonium cogendos quia nimirum pleruque iuſtam habent cauſam prudentis viri arbitrio illud non contrahendi, cuius ratione facile excuſantur, in re verò propoſita Vincentius paratus eſt grauiſſimas cauſas exponere, ob quas non immeritò recuſat contrahere matrimonium cum Beatrice. Eas autem commodius, & honeſtius ad aures exponet, quam ſcripto publico declaret. Nec obſtat Rotæ doctrina *vol.1.nouiſſimarum deciſ.*497. Quia capitale odiũ Vincentij aduerſus Beatricem nõ proficiſcitur ex eo tantum, quod nolit cũ ea matrimonium contrahere; ſed quia per Beatricem non ſtetit quo minus Vincentius occideretur. Et quia Mater Vincentij ita ab his indecoris nuptiis Vincentij, & Beatricis abhorret, vt reſtata eſt Maria teſtis producta à Beatrice, vt multo malit filium ſuum vnicum mortuum cernere, quam cum ea coniuge ſuperſtitem, priuatura illum eſſet ſucceſſione in bonis ſuis. Practica alia incommoda ex eo matrimonio Vincentio pro certo imminerent; quæ ferenda non eſſent. Poſtrema limitatio eorum eſt, qui cenſent ſponſum obfirmato plane animo repugnãtem, & matrimonium pertinaciter penitus recuſantem; vi præciſa ad illud pertrahendum non eſſe, ideoque ſi Iudex ex circumſtantiis pro certo habeat ſponſum prorſus obduratum nulla vmquã cenſurarum formidine matrimonio conſenſurum; ſatius eſſe ab eius coactione abſtinere; nec perperam incudem tundere, & fruſtra operam perdere. Doctrinam hanc approbant Emanuel Rodericus *tom.1.ſum.cap.*243. *numer.*1. Veracrucius *in ſpeculo coniugiorum part.3.art.2.in Appendice n.t.1.* Gregorius de Valentia *tom.4.diſp.10.quæſt.2.Puncto* 5. Alphonſus Vega *tom.2.ſum. cap.34.caſu* 25. Ioannes Baptiſta Ferrettus *vol.1.conſ.*171. Menoch. *vol.8.conſ.*786.*ex nu.*25. omnium optimè Segura Daualos *in Directorio Iudicum Eccleſiaſticorum part.2.cap.*15 initio accuratè perlegendus. Succinet enim contrarium nonnullos ritum ſeruantibus. Coſta *tract.de facti ſcientia cent.2.diſt.*40. *Inſigni reſponſo de re hac num. præſertim* 27. Monaldus *vol.2.conſ.*39 *ex nu.*24. Marius Antonius *lib.1.variar. reſol.2. & reſolut.*28.*ex num.*12. Rota Romana *apud Seraphinum vol.2.deciſ.*1112. & apud Farinacium *poſt vol 1 conſil.deciſ.*107. Delphinalis apud Franciſcum Marcum *volum.2.deciſ.*746. Veneta *apud Triuiſanũ lib.1.deciſ.*9. Franciſcus Galeottus *in Margarita verb.ſponſalia in fin.* qui hoc ſenſu interpretatur doctrinam Couarruuiæ. Pro eadem ſententia probabiliſſime D. Riccius *vol.2.deciſ.*181. vbi ex *n.*5. Neapolitanæ Curiæ Eccleſiaſticæ in hac re conſuetudinem expoſuit, Quæ nimirum eſt, minimè cogendi ſponſum vi præciſa ad matrimonium. Quin potius iuxta receptum vſum ſemel etiam excommunicatum ob hanc cauſam, etiam inuitum abſoluendi.

Veruntamen etiam ſi Vincentium, & Beatricem non ſolum contractus

ſponſalium, ſed etiam matrimonij per verba de præſenti factus eſſet, quod negatur, non propterea concederetur illum eſſe validum. Promptum enim eſt probari quidquid in hoc negotio attentatum eſt; id omne per metum cadentem in conſtantem virum geſtū eſſe. Proinde irritum, & nullum habendum, *cap. cum locum c. Veniens, & c. conſultationi, & paſſim alibi de ſponſalibus.* Et ibi omnes. Egregiè Paludanus *in. 4. diſt. 29. quæſt. 1. de metu matrimonium impediente.* Durandus, Maior, Almainus, & alij Theologi, quos colligunt Azorius *tom. 1. lib. 1. c. 11. quæſt. 6.* & Sanchez *lib. 4. de matrim. diſp. 14.* qui opinantur contractum matrimonij, aut ſponſalium factum per metum cadentem in conſtantem virum validum quidem eſſe de iure naturali, irritum autē fieri ſolo iure Eccleſiaſtico. Probatiſſima tamen eſt aliorum ſententia, qui contendunt adeò contrarium eſſe metum grauem matrimonij libertati, vt illud vitiet de omni iure etiam naturali. Ita S. Thomas, Scotus, & alij *in 4. diſt. 29.* aſſentiuntur plurimi, quos memorāt, & ſequuntur Salas *tom. 1. in primam ſecundæ tract. 3. diſp. 3. ſect. 1. num. 8.* Comitolus *lib. 1. reſponſorum quæſt. 122.* Baſilius Legionenſis *tract. de impedimentis matrimonij. c. 29. §. 13.* Valerius *tract. de differentiis vtriuſq; fori verb. metus differ. 9. & 10.* Vincentio autem incuſſum eſſe metū cadentem in conſtantē virum probatur per depoſitionem Vincentiæ, *Perche Vincenſo hebb paura.* Datur cauſa per depoſitionem Mattiæ. *Perche Anello voleua far rumore.* Confirmatur argumentum verbis Vincentij, de quibus teſtes Vincentiæ & Mattiæ *Signore Anello non vi mouete à mente.* Quibus verbis indicatur Anellum propter deprehenſum Vincentium cum Sorore ſua Beatrice in cubiculo clauſo, & ſine teſte ſolum cum ſola vehementer commotum fuiſſe. Et quidem cūm ſubeſt probabilis metus cauſa, etiam ſi non probetur metus incuſſio in actu, vt cum aliquis cum honeſta muliere in loco ſuſpecto à conſanguineis reperitur; per metum cadentem in conſtantem virum matrimonium ab eo contractum præſumi, & quod conſequēs eſt, de iure nulliter. Quamuis alioqui vir cauſam dederit, vt ubi metus incuteretur. Probant Archidiaconus, Præpoſitus, & alij, ad quorum ſententiam accedunt Alex. *vol. 3. conſ. 99.* Pariſius *vol. 4. conſ. 58. num. 65.* Hippolitus Riminaldus *vol. 1. conſ. matri. conſ. 77. præcipuè num. 17.* innumeri, quos cumulant Maſcardus *concluſ. 1054. num. 88.* Gramaticus *deciſ. 5. n. 6.* Monterus, qui ita iudicatum narrat ſententia Senatus Aragonenſis *deciſ. 45.* Sanchez *lib. 4. de matrimonio diſp. 1. à num. 15. ad 19.* Cardinalis Tuſchus *pract. concluſ. verb. metus concluſ. 215. num. 29. & concluſ. 224. nu. 8.* Farinacius *in fragmentis par. 1. verb. metus nu. 72.* Ferrettus *vol. 1. conſ. 296. num. 15.* Franciſcus Monaldus *vol. 2. conſ. 5. ex num. 33.* Andreas Molfeſius *conſ. 3. ex n. 9. poſt Tomum ſecundum Comment. ad conſuetud. Neapolitanas, poſt gloſſam ſingularē in cap. bone primo in verb. metuebant. circa medium, verſ. timebant, de electione.* Multas præterea coniecturas matrimonij per metum cadentem in conſtantem virum explicauit, & probauit Rota apud Farinacium *vol. 3. priorum deciſionū deciſ. 241.* potiſſimum argumentū poſuit ex plurimorum doctrina, vbi contrahens non ſit in ſua libertate, vt quia detinetur in domo aliqua ianuis præſertim clauſis, vt factum eſſe Vincentio ex rei ipſius narratione ſatis innoteſcit *num. 27.* vnum ex certis metus indiciis eſſe docuit feſtinationem, & nimiam celeritatem in contrahendo matrimonio. Attulit teſtimonia Pauli de Caſtro Crauettæ, & aliorum *nu. 33.*

ex Croto,

ex Croto, Surdo, & aliis, metum probari concluſit per teſtes etiam ſingulares. Legenda quæ in eandem ſententiam ſcripta ſunt *eodem volumine deciſ. 249. ex n. 3.*

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 1665.

Super l. ſicut dotem §. fin. ff. ſolut. matrimonio.

¶ Dominus in pari cauſa præfertur omnibus aliis.

CONſtat ex iſto textu illa iuris Regula, quòd in pari cauſa Dominus præfertur omnibus aliis, idem facere volens, concordat text. *in l. ex facto ff. de pecul.* & ita voluit Rota Romana apud Verall *deciſ. 99.* quem refert & ſequitur nouiſſimè Coccinus *in dec. eod. Rota 2.* vbi refert iudicatum in vna Romana iuris congrui Lunæ 15. Junij de anno 1600. per quam fuit dictum Dominum ſoli, vel domum ædificare volentem non poſſe cogi ad vendendum vigore Bullæ iuris congrui.

COLLECT. 1666.

Super Rit. M.C.V. 1281.

¶ Executio parata an competat pro obligationibus ſtipulatis penes acta Curiæ.

OBligationes penes acta Curiæ ſtipulatæ habent executionem paratam, ita quod exequi poſſunt realiter & perſonaliter ad electionem creditoris, h. d. & ita tradunt Capic. *deciſ. 46.* & Franc. *deciſ. 200.*

Amplia, vt paratam habeant executionem, quamuis aduerſus illas opponatur exceptio nullitatis; vt conſtat ex dictis per Afflict. *deciſ. 387.* qui *in deciſ. 30.* fatetur hoc eſſe verum, & habere locum, etiam lite pendente ſuper abſolutione à iuramento.

Amplia ſecundò, vt adeò huiuſmodi obligationes penes acta habeant executionem paratam, vt adueniente tempore ſolutionis, non poſſit per iudicem interponi decretum in ſcriptis, vel ore tenus, quod præſtita cautione per debitorem de ſoluendo ſuperſedeatur in accuſando ſub pœna vnciarum auri centum iudici, & Actuario, vt docet Nouarius *forenſ. quæſt. 159. lib. 1.* vbi ad hoc allegat Regni pragmaticam 47. *ſub Rubrica de offic. Magiſtri iuſtitiarij.*

Limita tamen tandem firmatam concluſionem, vbi allegaretur exceptio hoſtica tam contra incuſationem obligationis, quam inſtrumenti liquidationem, quia in tali caſu benè impeditur incuſatio, & liquidatio Maſul. *deciſ. 33. ad Capic.*

Sed num iſtæ obligationes penes acta poſſint capi die feriata? affirmat Viuius *deciſ. 55.* vbi iuxta hanc opinionem deciſum teſtatur.

Et an poſſint capi in domibus priuatis, vel per Terram in viis publicis, & vbique reperiuntur Magiſtri actorum, vel actuarij? affirmat Afflict. *deciſ. 335.* & ita in Regno hoc Neapolitano vigat quotidiana praxis.

Et num obligationibus iſtis incuſatis, ſi reperiantur expeditæ literæ executoriales cum firma Capitanei, an ſi deinde ante executionem factam ſuperueniat nouus ſucceſſor, ſit neceſſarium, quod ipſe demum, & iterum literas illas executoriales firmet? negatiuè Francus *deciſ. 405.* licet nouus Vicarius teneatur iterum citare partem abſentem, & contumacem, etiam facta prima citatione ad omnes actus, vt deciſum in noſtra Curia Archiepiſcopali retulimus *deciſ. 194. part. 1.*

COLLECT. 2667.

Super Doctrina Ancharani in Regula beneficium de reg. iur. in 6.

¶ *Cappellæ poſſeſſionis adeptione acquiritur etiam poſſeſſio bonorum eiuſdem cappellæ.*

Dicit hic Ancharan. *col. finali ante num. 12. verſi. & ideò ego dico*, quod per adeptionem poſſeſſionis Cappellę acquiritur etiam poſſeſſio bonorum; & ita iuxta ipſius opinionem tenuit Rota in cauſa complen. beneficij 18. Decembris coram R.P.D. Coccino, & aliàs in Brixien. Cappellæ Veneris 11. Maij 1601. coram eodem, vt *in eius deciſ.* 30. vbi principaliter ait Dominos de Rota concluſiſſe dandum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione capellæ Sanctæ Mariæ Benedicto Sandrino, cum de eius poſſeſſione conſter, quæ licèt eſſet inſtrumentalis, tamen quia alter non erat in poſſeſſione erat manutenibilis, allegat Caſſador. *deciſ. 20. de præbendis.* Puteum *deciſ. 360. lib. 1.* Veral. *deciſ. 334. part. 2.* & teſtatur iuxta hanc opinionem à Rota pluries fuiſſe iudicatum.

COLLECT. 2668.

Super pragmatica Regni, IX. ſub Rubrica de ſuſpicionibus officialium.

¶ *Suſpicionis allegatio qua forma fieri debeat in Regno?*

Hic mandatur, quod quando allegantur ſuſpecti officiales, debeat fieri à parte ſuſpicionem allegante depoſitum centum annorum, ad hoc, vt non probatis oppoſitis ſuſpicionibus liberentur pro pœna modo diſpoſito per dictam Regiam pragmaticam, ad quam lectores relego.

Declara tamen illam non procedere, quando allegantur ſuſpecti Conſiliarij tanquam Conſultores Cappellani maioris, quia in tali caſu non debet fieri depoſitum, vt latè probat, & deciſum in ſacro Conſilio refert, Gizzarel. *deciſ. 69.*

Declara ſecundò, neque illam habere locum, ita quod depoſitum pro pœna non debeat fieri, quoties allegatur ſuſpectus conſultor primarum, ſecundarum & tertiarum cauſarum Reuerendæ Fabricæ ſancti Petri de Vrbe, quamuis ſint conſiliarij, vt deciſum fuiſſe in eodem ſacro Conſilio in cauſa eiuſdem Reuerendæ Fabricæ, & Regij conſiliarij Cęſaris Freccię ex vna, & Decium Frecciam ex altera, referente tunc Conſiliario Sedenni in anno 1602. penes Secretarium recenter teſtatur Nouarius *forenſ. quæſt. 160. lib. 1.* vbi aſſignat rationem, nam illi eliguntur œconomi ſancti Petri nomine, & ſic ſumus in Tribunali Eccleſiaſtico, in quo pragmatica nullum ſuum poteſt operari effectum, vltra quod pragmaticæ Regni ſunt pœnales, dum imponunt pœnam allegantibus ſuſpicionem, quod non eſt de iure communi, vt *in l. apertiſſimi C. de iud.* & ideò non debent extendi de perſona ad perſonam, & de caſu, ad caſum, tantò magis, quia ſecundum Gizzarel. *titul. deciſ. 69. num. 5.* quilibet Regius conſiliarius refert duas dignitates, vnam dignitatis, de qua loquitur pragmatica; aliam verò propriam ſeparatam à dignitate, in qua nihil ſibi vſurpat, vel communicat dignitas, & hoc caſu dicetur ſecundum quid Conſiliarius, quia non vti talis ſe gerit in illo actu, & propterea pragmatica loquens de recuſationibus Regiorum Conſiliariorum, non habere locum debet in caſibus illis, in quibus tales Regij Conſiliarij ſe intromittunt, non vti conſiliarij, ſed quidquid agunt alio nomine agunt,

agunt, ita quod poſſent (ſi fortè eis facultas eſſet data,) quamuis non eſſent Conſiliarij, illa pertractare, & diſcutere.

COLLECT. 2669.
Super l. Miles §. defuncto ff. ad l. Iul. de adulter.

Filia ex coniuge nata quando præſumatur filia coniugis, vel adulteri?

NAta ex coniuge præſumitur filia mariti, & non Adulteri, h. d. Amplia vt præſumptio, quæ oritur ex eo quod filia ſit habita vt filia Adulteri, & ab eo educata, & dotata, & nuptui tradita, non facit ceſſare præſumptionem, quod filia præſumatur filia mariti, & non Adulteri, Achil. de Graſſ. *deciſ.* 1. qui filij ſint legitimi, niſi ſimul concurrant præſumptiones, quæ ſatis efficaces ſint ad tollendam præſumptionem iuris prout ſunt impotentia, vel abſentia mariti, Mohedan. *deciſ.* 1. *eod. tit.* qui filij ſint legitimi, & voluit Rota in cauſa Romana Alimentorum 1. Decembris 1595. coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, & aliàs in Firmana iuris patronatus Lunæ 3. Iulij 1600. coram Coccino, vt apud eum *deciſ.* 7. vbi etiam dicit non obſtare aliam Rotæ deciſionem, per quam fuit dictum ceſſare præſumptionem d. §. defuncto quando ſunt plures præſumptiones, quod ſit filius adulteri, quia dicit in illo caſu cum aliis coniecturis concurrebat etiam ſimilitudo lineamentorum Adulteri, & quod fuerat vti eius filius baptizatus, & legitimatus.

COLLECT. 2670.
Super Doctrina Decij in l. ſi actionem C. de pact.

Renuncians hæreditati ad fauorem vnius hæredis quando proſit omnibus?

DIcit hic iſte Author *num.* 24. *in* 3. *notabili*, quod ſi quis vni ex cohæredibus ante aditam à ſe hæreditatem renunciat alteri, tunc huiuſmodi renunciatio prodeſt omnibus hæredibus, & ita Boer. *deciſ.* 184. ſed non ſſime videas Berlicchium *deciſ.* 17. vb *nu.* 6. ait, quod licèt regulariter renunciatio hæreditatis vni ex cohæredibus facta proſit aliis; hoc tamen fallit, ſi ex coniecturis aliter appareat, quòd ſolius illius contemplatione fuerit facta.

Sed num renunciatio alicui, & eius hæredibus facta aliis cohæredib. proſit? negat idem Berlicchius *deciſ.* 18. qui iuxta hanc ſententiam pronunciatum fuiſſe de anno 1614. teſtatur.

Et an ſententia lata pro ſocio proſit aliis conſociis *l. qui ſeparatim* §. *fin. ff. de appellat.* Anna *ſingul.* 468. Nouarius *forenſ. quæſt.* 155. *lib.* 1. vbi doctè pertractat articulum ſi ſententia lata contra minorem indefenſum, ſicuti contra eum tanquam nulla exequi nô poteſt, ita pariter aduerſus correos exequi prohibeatur? & affirmatiuam tuetur partem multis iuris fundamentis, de quibus per eum, quem videre poteris quando caſus accidit in facto.

COLLECT. 2671.
Super l. ſed Iulianus in principio, & in §. Non ſolum verſi. item ſi duos, & ibi Gloſſ. ff. ad Macedonian.

Principalis appellatur ille, ad quem peruenit vtilitas contractus, alter fideiuſſor.

PErcipitur ex iſto textu iuncta Gloſa, quod ille, ad quem peruenit vtilitas contractus appellatur principalis, alter verò fideiuſſor, quidquid contrarium verbis actum ſit.

Amplia hanc concluſionem, quod ex receptione pecuniæ quis diiudicatur principalis, alter verò fideiuſſor,

Digitized by Google

quando vt duo rei debendi obligantur, Boer. *deciſ.* 155. & nos plena manu diximus *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop.* 32. *part.* 4. quamuis ibidem teſtemur contrarium fuiſſe deciſum in dicta Curia, per quam fuit dictum ambos eſſe correos, nec ex receptione pecuniæ in perſonam vnius alterum effici fideiuſſorem, quoniam non facto creditoris pecunia peruenit ad vnum, & propterea debitorum pactionem creditori minimè nocere debet, ad text. *in l. debitorum C. de pactis.*

Et ad materiam vide *deciſ. Rotæ Romanæ* 111. *part.* 1. *& deciſ.* 153. *par.* 2. *diuerſ.*

COLLECT. 2672.
Super cap. vt Filij de Filiis presbyterorum.

§ *Illegitimus per religionis ingreſſum. quando fiat habilis ad omnes ordines, & digniores?*

NOtatur in hoc textu, quod illegitimus per ingreſſum in religionem, & in ea profeſſionem emiſſam, eo ipſo aptus fit ad omnes ordines etiam ſacros ſuſcipiendos, ſine nulla noua ſuperiorum licentia, & ita diximus *in deciſ. Curiæ Archiep.* 82. *part.* 1.

Neque obſtat motus proprius Sixti V. contra illegitimè natos, vbi cum illegitimos reddiderit inhabiles ad religionis ingreſſum reddidit conſequenter hoc ius irritum quoad hunc effectum, quia iam Gregorius XIV. illum abrogauit ſua conſtitutione, cuius initium eſt circumſpecta Romani Pontific. edita de anno 1591. vbi diſpenſationes quaſcunque, aut legitimationes ex defectu natalium authoritate Apoſtolica ad terminos iuris reducit, omneſque diſpenſationes, & habilitates vigore priuilegiorum, &c. in priſtinum ſtatum reducit, & ſtatuit, ita vt ſicut antea valeant.

Declarat tamen, quod illegitimi licet per ſolemnem profeſſionem in religione factam apti fiant ad ſuſcipiendos omnes etiam ſacros ordines, non redduntur tamen habiles ad prælaturas in ea, Sayr. *deciſ.* 3. *de filiis presbyterorum.* & Graſſius *in deciſ. aureis deciſ.* 5. *lib.* 3. *part.* 1. vnde ſecluſis religionum priuilegiis ſolus papa diſpenſare poteſt, & diſpenſat cum illegitimis, etiam religioſis, vt ad dignitates, & prælaturas in ea promoueantur.

COLLECT. 2673.
Super Gloſſ. in cap. 2. de offic. deleg. in 6.

§ *Suſpenſus à Pontificalibus in illis celebrando an fiat irregularis?*

GLoſa hæc *in verb. Sacerdotale verſic. ſcias* eſt in opinione quod ſuſpenſus à pontificalibus in illis celebrando nō fiat irregularis, & ita Graſſ. *deciſ. aur.* 25. *lib.* 4. & aſſignant rationem nam pontificalia non ſunt de ſubſtantia ordinis celebrationis, aut officij, cum abſque illis quodlibet officium fieri poſſit.

Sed contrarium tenent alij, vt conſtat *ex deciſ. noſtra* 30. *part.* 4. vbi etiam aſſeueramus pontificalia inſignia, quibus epiſcopus vti poteſt, eſſe mitram, chyrotecas, baculum, Dalmatias & Santalia, de quorum materia cum perſpexerim locutum fuiſſe Nouarium *in quadam ſua iuris allegatione*, placuit hic illam inſerere per extenſum de verbo ad verbum, & eſt vt ſequitur.

PRætenditur quod Reuerendiſſimus Abbas, ſiue Prior Eccleſiæ N. ſe abſtinere debeat à celebratione Pōtificaliter cum circulo canonicorum Mitra, Baculo, Sandaliis, Dalmaticis, Chirotecis, & aliis ornamentis pontificalibus, à benedictione ſolemni, quam faciunt epiſcopi deambulando pedeſter,

Digitized by Google

pedeſter, vel equitando, à delatione Cappæ pontificalis, Rocchetti, Mozzectæ, Caudæ, pilei, & denique ab omnibus inſigniis denotantibus authoritatem, & iuriſdictionem in perſona inſignita.

Fundatur Illuſtriſſ. Archiepiſcopus loci ordinarius hanc prætenſionem in Sacro Concilio Tridentino *cap. 5. ſeſſ. 6. de reformat.* per quod fuit diſpoſitum, & ſtatutum nulli epiſcopo licere cuiuſuis priuilegij prętextu pontificalia in alterius diœceſi exercere, niſi de ordinarij loci expreſſa licentia.

Ego autem qui partes Reuerendiſſimi Abbatis, eiuſque iura (vt vires ſuppetunt) ex animo defendere cogor aſſeuero, tale fundamentum inane, & nullius roboris eſſe, ſiquidem, non negatur epiſcopum non poſſe exercere pontificalia in alterius diœceſi abſque ordinarij licentia, vt latè tutatur ex modernis Gratian. *diſcept. forenſ. capit. 467. num. 37. cum ſeq.* cuius concluſionis ratio videtur eſſe, nam quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ non poſſunt exerceri in aliena diœceſi, vt notatur *in cap. vt animarum de conſtit. in 6. & in cap. ſtatutum §. in nullo quoque de reſcript. eod. lib. 6.* cum adductis per Gratian. *dec. Rota Marchiæ 143.* vbi propterea firmat, epiſcopum non poſſe erigere Tribunal in loco extra ſuam diœceſim, & extra ſuum territorium.

Sed non per hoc refragatur caſui noſtro, quinimò opitulatur illi, prout ex infra dicendis apertè apparebit.

Habetur enim vbi epiſcopum non poſſe exercere pontificalia in aliena diœceſi, nunc videndum eſt ſi eccleſia Collegiata Abbatialis ſit de diœceſi, & ſubiaceat ordinario, & conſequenter ſi Abbas in dicta eccleſia tantum poſſit exercere Pontificalia ad effectū, vt dicatur diœceſis aliena, & quod non ſit diœceſis aliena, ſed propria ipſius Abbatis affirmo, cum ipſe dicatur Abbas exemptus habens iuriſdictionem epiſcopalem in Canonicos, ita vt licitè poſſit concedere literas dimiſſoriales ſuis ſubditis, quia dictus Abbas dicitur ordinarius, & habet omnimodam iuriſdictionem epiſcopalem in dicta eccleſia pleno iure ſibi ſubiecta, & ſic nulla cadere debet differentia inter eundem, & ordinarium, videatur (quæſo) Gloſ. *in clement. 1. verb. proprij poſt med. de reb. eccleſiæ non alien.* quam equitur Decia. *conſ. 12. col. 1. in princ. verſic. & quod dictum eſt, & in capit. eam te in 1. notab. col. 2. de reſcript.* latè Mandoſ. *reg. 24. quæſt. 2. num. 4. col. 1. in fine.* Nec obſtat dicere quod epiſcopus ſolus ſit ordinarius in diœceſi per gloſ. *in cap. perlectis §. ſollicitudo verb. iurgia in fin. 25. diſt.* & text. *in cap. apibus 7. quæſt. 1.* & appellatione diœceſani veniat tantum epiſcopus, & non inferior prælatus, Franc. *in cap. 3. in 4. notab. num. 3. de offic. ordin. in 6.* & ideo ipſe ſolus concedit dimiſſorias, & exercere Pontificalia *c. clericum 72. diſt.*

Quoniam ipſe Abbas poterit dici, & appellari diœceſanus cum habeat hunc locum ſubiectum, & vocare, & ſynodum facere non prohibetur; diœceſis enim, nil aliud eſt, quam diuiſio, & gubernium Cardinal. *clem. dudum quæſt. 1. de ſepult.* Vnde diſtrictus Abbatis eſt diuiſus à diſtrictu ordinarij, & in conſequentiam eius diſtrictus dicitur gubernium, & diœceſis, quare etiam appellabitur diœceſanus. Necetiam poterit opponi quod exiſtit in aliena diœceſi, prout epiſcopus vnius epiſcopatus non poteſt exiſtere intra diœceſim alterius, quamuis ſuus epiſcopatus eſſet intra prouinciam illius, loca enim quæ ſunt in diœceſi habentia dominium ſeparatum non dicuntur eſſe de illa diœceſi, licet ex natura, & originaliter eſſent de diœceſi.

Tamen quoad priuilegium ſubtracta ſunt quoad quid, non ſimpliciter Cardin. *in clem.* 2. §. *ſimili quaſt.* 4. *num.* 4. *de priuil.* latè Roland. *conſ.* 33. *numer.* 28. *lib.* 3.

Imò quod plus eſt habens iuriſdictioné quaſi epiſcopalem excluſo fiſco dicitur diœceſanus, Fel. *in c. cum olim n.* 18. *de praſc.* nam diœceſani vario modo accipiuntur, aliquando pro epiſcopis, aliquando pro aliis ſuperioribus, neq; DD. cõtrariũ ſequẽtes excludũt, quod non veniant ſuperiores Mandoſ. *reg.* 16. *quaſt.* 42. *num.* 3. Cum etiam in materia concernenti iuriſdictionem diœceſanus intelligi poſſit de inferiore habente iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, Abb. *in c. Ioannes col.* 2. & ibi fusè Couar. *num.* 1. vbi de veriori opinione teſtatur de teſtam.

Sed pro corroboratione eorũ, quæ ſupra diximus, & ad delendum fundamentum ordinarij, adducitur doctrina Flores Diez. *var. qq. libr.* 3. *quaſt.* 24. dicentis Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 2. *de reform.* mandans Abbatibus, & aliis quibuſcumque quantumuis exemptis intra fines alicuius diœceſis exiſtentibus etiam ſi nullius diœceſis vel exempti dicantur, non poſſe conferre tonſurã, aut minores ordines cuiquam, qui ſibi regularis ſubditus non eſt, ita, vt neque ipſe Abbas, aut alij exempti, aut collegia, vel capitula quæcunque etiam eccleſiarum Cathedralium poſſint concedere literas dimiſſoriales aliquibus Clericis ſecularibus, vt ab aliis ordinentur, Non habere locum, nec procedere in Abbate exempto, habente Epiſcopalem iuriſdictionem in parochos priuatiuè ad epiſcopum, in cuius diœceſi ſua loca ſita ſunt, & quòd facit Synodum poteſt dare dimiſſorias ſubditis ſuis vt alius epiſcopus eos ordinet, nam Abbas, qui habet iuriſdictionem Epiſcopalem quantum ad vtramque legem diœceſanam, & iuriſdictionalem æquiparatur Epiſcopo, & poteſt imponere authoritatem in alienationibus vt Epiſcopus, Berous *in c.* 1. *de reb. Eccl. non alien. cap. Abbatibus,* 18. *q.* 1. Gloſſ. *in clem.* 1. *verb. proprij de reb. Eccleſ. non alien.* Rodoa. *in eod. tract. de reb. Eccl. non alien. rubr.* 30. *cap.* 1. *à num.* 64. Franc. Marc. *deciſ.* 181. *part.* 1. & diſpenſare in caſibus, in quibus Epiſcopus, Abb. Dec. & DD. *in capit. at ſi Clerici* §. *ſequentibus de iudic.* idem Diez. *num.* 18. & beneficia ſimplicia, & curata conferre *c.* 2. & *fin.* 16. *quaſt.* 4. Rebuff. *conſ.* 134.

Quare ſtantibus præfatis omnibus veris, prout veriſſima eſſe puto, quis vlterius præter Ordinarium audebit dicere Abbatem æquiparari ipſi ordinario in infraſcriptis.

Primò poterit viſitare illam Eccleſiam vt ordinarius, & non viſitari ab ordinario, iuxta tradita pro D. Ricc. *in prax. reſolut.* 301. *part.* 2. & per Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 73. *num.* 23. *part.* 3.

Secundò poteſtas, quam habet ipſe ordinarius exequendi pias defunctorum voluntates, competit etiam ipſi Abbati habenti iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, idem Diaz. *d. q.* 24. *num.* 22 Pariſ. *conſ.* 34. *lib.* 4. Barboſ. *in annot. ad ordin. regn. Luſit. lib.* 1. *tit.* 62. §. 39. *n.* 4. relatus per filium *de offic.* & *poteſt. Epiſc. alleg.* 82. *num.* 30. ſic etiam ipſe Abbas poterit deputare Sacerdotes ad audiendam confeſſionem ad intellectũ textus in Conc. Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 7. ad effectum, vt non indigeat confirmatione ordinarij, Suar. *tom.* 4. *diſput.* 28. *ſect.* 5. *num.* 3. idem Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 25. *part.* 2. *n.* 5. *in fine.*

Tertiò Prior, ſiue Abbas ipſe non prohibetur excommunicare ſuos ſubditos, & exiſtentes ſub ſua poteſtate, & ab excommunicatione ab eo lata, abſoluit etiam ab excommunicatione canon. ſi quis ſuadente diabolo, Abb. *in cap.*

in cap fin. de reg. c. quoniam de vita, & honeſt. cler. c. Monachi de ſent. excom. Felin. *in cap. 2. de ſent. excomm.* Innoc. *in c. ſuper eod. tit.* Franc. *in c. religioſa d. titul. in 6.* & alij, quos refert, ſequitur Moſconius *de libert. Eccl. lib. 1. ca. 9. fol. 260. verſ. quandoq.*

Quartò poterit vtique remittere ex cauſa denunciationis, quemadmodũ ordinarius Nauarr. *conſ. 1. de ſponſal. lib. 4.* Diez *d. quæſt. 24. nu. 26.* quos ſequutus fuit D. Ricc. *in praxi reſolut. 317. nu. 2. part. 2.* Sayr. *d. ciſ. 9. de ſponſal.* Gratian. *diſcept. Forenſ. cap. 83. num. 15.* Molin. *de ritu nupt. lib. 2. diſſere. 11. num. 60.* Barb. *de poteſt. Epiſc. all. g. 32. n. 32. part. 2.*

Quintò licitum eſt ei benedicere Campanas, quæ debent inſeruire Eccleſiæ Abbatiali ſumma Silueſt. *verb. benedictio num. 5.* Azor. *inſtit. moral. lib. 5. cap. 19. verſ. conſuetudo*, & poſt alios Antonin. *reſol. 112. caſu 3. lib. 1.*

Sextò & vltimò non prohibetur celebrare pontificaliter cum circulo Canonicorum tanquam ſubditorum, vti poterit Mitra, baculo, Sandaliis, Dalmaticis, Chirotecis, & aliis ornamentis Pontificalibus; benedictione ſolemni, delatione Cappæ pontificalis, Rocchecti; Mozzectæ, Caudæ, Pilei, & denique omnibus inſigniis denotantibus iuriſdictionem, & authoritatem, per Conſ. Paril. omninò videndum 35. *num. 9. & 22. & num. 14.* vbi eleganter notatur, quod Abbas habens iuriſdictionem exemptam poteſt vti anulo, mitra, baculo, & omnibus aliis Pontificalibus benedictione ſolemni, deputare Vicarium, Tribunal erigere, & Ordinarius in eius diſtrictu non poterit abſque eius licentia Pontificalia exercere, facit text. in cap. peruenit, vbi Gloſ. *verb. iura 16. quæſt. 1.* quę omnia videri poſſunt apud D. Ricc. *prax. part. 1. reſolut. 304. num. 3.* & ratio eſt manifeſta, nam ipſa Eccleſia dicitur, & appellatur Diœceſis Abbatis, Moſcon. *d. cap. 9. fol. 261.* vbi *in verſ. Pontificalia*, ſubdit Abbates in parochiis Epiſcopi non poſſe exercere Pontificalia, nec publicas pœnitentias dare, nec benedictiones impartiri, & ſimilia facere, tamen in ſuis Eccleſiis poſſunt bene exercere, in quibus dicuntur habere Epiſcopalem iuriſdictionẽ, vnde æquiparantur Epiſcopis in poteſtate, & authoritate, *cap. Adrianus il 2. diſtinct. 63. cap. conuenientibus 1. quæſt. 7. cap. fin. de offic. deleg. in 6.* & hæc eſt veritas, quod dictus Abbas ratione dictæ exemptionis, & immediatè ſubiectionis ſuæ ſanctitati cenſetur poſſidere pleno iure ipſam Eccleſiam, & conſequenter habere iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in eius ſubditos, Aretin. *conſil. 63. n. 4.* Tuſc. *de viſit. lib. 2. cap. 15. num. 94.* Pariſ. *de reſignat. benefic. quæſt. 15. lib. 7. num. 1. & 5.* Special. *tit. de diſpenſat. Abb. verſ. Abbas*, quoque refert, & ſequitur Regens Valenzuela *conſ. 74. n. 12.* & Barboſ. *de poteſt. epiſc. alleg. 32. nu. 31.* & Bald. *in ſum. verb. Abbas num. 9.* ita vt ſi delinquant, ſint conueniendi coram Papa *cap. ſi abbatem de electiõn. in 6.* Gloſſ. magna *in cap. quod tranſlationem de offic. leg.* idem Valenz. *conſ. 43. nu. 62. & 76.*

Eoque fortius nequeunt ab ordinario prohiberi celebratio noſtratum, & aliud exercitium Pontificalium cũ ſimilibus ſupra enarratis, ſtante præſcriptione immemorabili, vt prædeceſſores Abbates vſi ſint mitra, baculo, & aliis ornamentis Pontificalibus cum inſigniis denotantibus iuriſdictionem, & authoritatẽ, & dato quod Abbates in d. Eccleſia non appellentur ordinarij, quod non conceditur, cum ex rationibus contrarium demõſtretur, per tempus immemorabile, dicuntur facti exempti, quoniam in exemptione habet locum præſcriptio,

prout voluerunt Balb. *in tract. de præſcript. 1. par. principalis quæſt. 12. per tot.* Abb. *in cap. cum non liceat de præſcript. & conſ. 94. volum. 1.* Bald. *in addit. ad Specul. de teſt. §. nunc videndum colum. 2. verſ. item opponunt* Pariſ. *conſil. 96. volum. 4.* Chochier. *de iuriſd. part. 1. quæſt. 6. num. 8.* firmat in materia exemptionis non requiri tempus immemorabile, ſed ſufficiunt quadraginta anni per Gloſ. *in c. cum perſonæ §. ſi autem verſ. Canonicam de priuil. in 6. cap. 1.* vbi Franc. *de præſcrip. in 6.* DD. *in cap. de quarta de præſcript.* Balb. *in d. quæſt. 12. num. 4.* & Nauar. *conſ. 8. numer. 3. de reſcript.* quibus addo Valenz. *d. conſil. 74. num. 13.* Ergo tantò magis cenſetur inducta exemptio per tempus immemorabile, quod importat priuilegium, eiuſque vim habet, *l. iam hoc iure §. ductus aquæ de aqua quotid. & æſtiu. cap. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſignific.* Crauett. *de antiq. temp. §. abſolutus num. 9.* Guttier. *lib. 3. practic. qq. q. 62. num. 4.* Puteus *deciſ. 464. num. 4. lib. 2.* ita quod inducit titulum, Aretin. *conſil. 15. num. 11.* Alciat. *reſp. 208. num. 1.* Roland. à Vall. *conſ. 89. num. 9. libr. 2.* Gabr. *concluſ. 1. de præſcript.* tempus enim immemorabile habet vires apoſtolicæ conceſſionis factæ cum cauſa, & ex certa ſcientia, Bald. *in l. licet notab. 6. de nautic. fœn.* Iſern. *in cap. 1. verb. flumina num. 7. quæ ſint regal.* Cephal. *conſ. 39. num. 12. lib. 1.* Iaſon. *in l. quo minus num. 43. ff. de flumin.* Gabr. alios allegans *d. concluſ. 1. num. 36. de præſcript.* relatus per Valenz. *conſil. 33. num. 27.* & plus valet, & operatur huiuſmodi præſcriptio, quam Principis, aut Papæ gratia, Villalob. *inter comm. opin. titul. C. commun. de vſucap. concluſ. 181.* & ex Innoc. *in cap. ad Apoſtolicam num. 2. & 3. de Simon.* tradit Rebuff. *de conſuet. vſu & ſtilo numer. 96.* ideò meritò ſeruandũ eſſe illud quod ab antiquo tempore fieri conſueuit, ſanciuit text. *in l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. & l. manifeſtè C. de ſeruit.* cum dicta immemorabilis præſcriptio inducat præſumptionem iuris, & de iure, Butr. *in cap. cum peruenit verſ. ad tertiam de cenſ.* Gabr. *d. concluſ. 1. num. 50.* Paz. *conſ. 19. numer. 18.* hanc autem præſumptionem non admittere præſumptionem in cõtrarium notiſſimum eſt, *cap. is qui fidem* iuncta Gloſſ. *verb. præſumptionem de ſponſal. l. antiquæ C. ad Sen. conſ. Vell. l. fin. C. arbitrium tutelæ.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. tit. 2. numer. 3.* & Menoch. *præſumpt. 89. n. 16. lib. 4.*

Nec continget dubitare ſi cadat præſcriptio in præfatis, de quibus quęrimus, nam ſi videmus, & clarum ſit ſecundum mentem Archid. *in cap. epiſcopus de offic. ordin.* quod prælatus inferior epiſcopo, poteſt præſcribere ea, quæ ſunt meri imperij, & ſimilem poteſtatem cum territorio, & ſequitur Balb. *d. præſcript. part. 5. quæſt. 11. col. 1. in fine num. 9. verſ. quod procedit,* qui *numer. 7.* ſubdit, vt inferior prælatus poſſit præſcribere certam partem diœceſis cum territorio excludendo prorſus epiſcopum ab exercitio iuris epiſcopalis priuatiuè, & non cumulatiuè Abb. *in cap. auditis de præſcript.* facit quod inquit Roland *conſ. 33. nu. 28. lib. 3.* quanto magis præſcribere potuerunt prædeceſſores Abbates, qui in dicta Eccleſia ſemper fuerunt ordinarij, vulgata auth. *multo magis C. de Sacroſ. Eccleſ.* Hæc tamen dubitatio eſſet ſuperficies, cum in re ſua non cadat præſcriptio vulgatis iuribus.

Quomodocumque igitur ſe ordinarius vergit prorſus & omninò ratione caret, cum non ſolum per ipſum prohiberi nequeat, Priorem, ſiue Abbatem exercere Pontificalia, & alia pertinentia tanquam ad ordinarium, ſed verſa vice ordinarius ipſe quotieſcumque vellet celebrare pontificaliter, & alios actus iuriſdictionis contentioſæ

tentioſæ

tentioſæ exercere in dicta Abbatis Eccleſia requirendus erit conſenſus ipſiuſmet Abbatis veluti ordinarij, & ſicut petit ipſe ordinarius, vt Abbas abſtineat ab exercitio Pontificalium, ita Prior, & Abbas petit è contra, vt deſiſtat ab hac lite incepta, cenſendo de iure ſic procedere. Datum Neapoli die 15. Junij 1625.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 1674.
Super Concil. Trident. Seſſ. 24. cap. 10.

¶ *Alimenta, & litis expenſæ quando ſint præſtanda in cauſis matrimonialibus?*

DIſponit hic Concilium, quod in cauſis matrimonialibus coram loci ordinario in prima inſtantia agitandis non poſſit quiſquam in ſecunda, vel tertia inſtantia trahi extra prouinciam, niſi præſtitis alimentis, & litis expenſis conſtito prius eidem ordinario de vera paupertate illius, qui extra prouinciam trahitur, & ita Creſcent. *deciſ. Rot. Rom.* 235. & ad materiam vide *deciſ. noſtram* 56. *part.* 1. vbi plura cumulantur, vide ſimiliter Milanenſ. *deciſ. Sicil.* 16.

Et in quibus caſibus debeantur alimenta latiſſimè declarat Nouarius *in pragmatica Regni* 3. *ſub rubrica de offic. magiſtri iuſtitiarij?* vbi plures cumulat caſus deciſos, quos ne tranſcribere videar ad illum lectorem relego.

An autem pendente lite ſuper ſeparatione thori debeantur vxori alimenta, quotieſcunque ſua culpa ſeparatio contingit, negat idem *forenſ. quaſt.* 136. iuxta cuius opinionem fuit deciſum in Curia Archiepiſcopali, vt refero ego ipſe *deciſ.* 35. *part.* 4. vbi nonnulla alia cumulantur, quæ per te videre poteris, ne bis idem reperiamus.

COLLECT. 1675.
Super cap. Dilecta de maioritate, & Obedientia.

¶ *Abbatiſſima an & quando iuriſdictionem exercere valeat?*

ELicitur Concluſio ex iſto text. quod Abbatiſſa ratione publici muneris, & officij eſt capax iuriſdictionis ſpiritualis.

Vnde tu inferas, quod proinde poteſt beneficia conferre, clericos præſentatos inſtituere, & prouiſores nominare ad ſuſpendendum, & excommunicandum, & exercendam dictam iuriſdictionem, Sayr. *deciſ.* 1. *de ſententia excommunicat.* poteſt namque fœmina ratione dignitatis habere beneficiorum collationem, Antonin. *deciſ. Maceratenſ. ſiue variarum reſolutionum lib.* 1. *reſolut.* 63. Boer. *deciſ.* 32. Rota *deciſ.* 32. *de conceſſ. prabend. in antiquis*, & in eis inſtituere illa inſtitutione, quæ dat poſſeſſionem, & titulum, non autem inſtitutione authorizabili, per quam datur poteſtas exercendi curam animarum, ligandi, atque ſoluendi, vt conſtat ex traditis per Rubinum *deciſ.* 81. vbi etiam notat quod fœminæ poſſunt eſſe Canonicæ, quamuis referat alios tenentes attento iure communi Abbatiſſas, & prioriſſas, aliaſque monialium præfectas ſuperiores non eſſe capaces ſpiritualis iuridictionis, niſi accedente Summi Pontificis conſenſu, aut ex conſuetudine legitimè præſcripta.

COLLECT. 1676.
Super l. in rem, & l. Officium ff. de rei vendicat.

¶ *Dominium in rei vendicatione qualiter probandum?*

IN rei vendicatione dominium debet concludenter probari, h. d. &

ita Veral. *deciſ. Rot. Roman. 280. part. 1.*

Amplia, quod neque admittatur iuramentum in ſupplementum, vt voluit Rota in cauſa Romana domus 19 Junij 1589. coram R.P.D. Orano, in tantum quod imperfectæ probationes non ſuffragantur, & ideo ex enunciatiuis non probatur, *l. nudis. & l. non epiſtolis C. de probat.* Rota *deciſ. 31. de probat. in antiq.* niſi tamen in antiquis inſtrumentis ſit prolata, Caſſ. *dec. 3. de proc.* niſi tamen eſſet enunciatiua ſolũ vnius inſtrumenti, quia in tali caſu etiam in antiquis non probat, niſi ad minus ſit duorum inſtrumentorum, quæ originem habeant à diuerſis perſonis, vt voluit Rota in vna Sabinen. confinium 20. Aprilis 1577. coram Illuſtriſſimo Blanchetto, quæ omnia etiam habes apud Coccinum *deciſ. 99.* qui iuxta hæc deciſum ait in eadem Rota in vna Peruſina, ſeu Tudertina bonorum 8. Junij 1602. coram ſe.

COLLECT. 2677.
Super l. 4. ff. de Seruit. Ruſtic. prædior.

¶ *Ius paſcendi, & pecoris ad aquam appellendi an ſint diuerſa?*

HIc ſeruitus pecoris paſcendi, & ſeruitus pecoris ad aquam appellendi ponuntur tanquam diuerſæ ſeruitutes. Quare meritò ſacrum Conſilium Neapolitanum iunctis conſiliariis duarum aularum iudicauit in cauſa Monaſterij Sancti Laurentij propè Padulam cum vniuerſitate Terræ Montiani 9. Julij de anno 1601. quod ſi alicui competat ius paſcendi in aliquo prædio non poterit propterea aquare in eodem, de cuius articuli vera reſolutione videas omninò Nouar. *forenſ. quæſt. 23. lib. 1.* vbi ad ſaturitatem illum diſputat, & ſuam reponit opinionem.

Sed num fida paſculandi in Territorio conceſſa intelligatur pariter conceſſum paſculum glandium, & ſpicarum? negatiuè decidit idem Sacrum Conſilium in cauſa vertente inter vniuerſitatem Ripæ Limotani, & Franciſcum Scacciatum Baronem Terræ Combaſtæ.

COLLECT. 2678.
Super Bulla Nicolai V.

¶ *Cenſus ſuper quibus conſtituendus, & quæ pacta reddant illum validum, vel inualidum?*

HIc cautum eſt, quemlibet annuũ cenſum non poſſe conſtitui, niſi ſuper certo corpore in ſpecie, ſicque habemus in Regno pragmaticam *in Rubrica de cenſibus*, & ideò dubium eſt ſi Bulla Pij V. in hac pariter materia edita ſit recepta in Regno cum certiſſimum ſit Bullam Nicolai eſſe receptiſſimam, & pro lege in Regno habitam, vt teſtati ſumus *in deciſ. Curiæ Archiepiſc. 33. part. 4.* vbi propterea iudicatum affirmauimus, quod cenſus conſtitutus ſuper annua penſione debita ex aliquo beneficio eccleſiaſtico non ſit validus.

Sed num cenſus abſque requiſitis huius Bullæ valeat, ſi reperiatur conſtitutus ante Bullæ promulgationem? affirmatiuè decidit Rota Romana in nouiſſimis 328. part. 4. coram R.P.D. Juſto.

Et cenſus, quando eſt inualidus propter pactum num confirmetur cõſuetudine, ita quod emptor benè faciat fructus ſuos? negatiuè decidit Rot. vt conſtat *ex deciſ. 325. part. 4.* etiã in nouiſſimo R.P.D. Gypſio, quæ *in deciſ. 304. ead. part.* coram R.P.D. Penia voluit cenſum ſuper Rebus fideicommiſſi reſcindi & precium reſtitui.

Et

Et cenſus Bullares, & ſubiugationum an poſſint imponi etiam abſque pecunia numerata, ſed pro habito, vel recepto, tam ex venditione tranſactione legato, donatione, tranſactione, permutatione, &c. vide Mut. *deciſ. Sicil.* 73. vbi affirmatiuè, & ad materiam vide eundem *deciſ.* 99.

Et an pactum quod ceſſante ſolutione per biennium, ſeu triennium reſoluatur contractus etiam quoad capitale, ſit legitimum ſecundum terminos huius Bullæ Nicolai, vide ſequentes iuris in hoc articulo allegationes factas, quam hic pro commodo lectoris apponere non piguit.

PActum de quo quæritur nullatenus poſſe ſubſiſtere apparet ex eo, quoniam videtur eſſe contra naturalia contractus emptionis, & venditionis, nam ſi emptor poteſt repetere ſortem principalem, ſequitur, quod dominium precij capitalis non omnino fuit tranſlatum in venditorem, & propterea contractus ſub nomine venditionis eſt verè mutuum, quoniam apertè patet emptorem ita debere tradere precium, vt illius dominium plenè ſit venditoris, *l.* 1. *in princip. ff. de rer. permut. l. ex empto ff. de act. empt.* Boccac. *in ſuo tract. de cenſibus part.* 2. *n.* 3. *& part.* 3. *n.* 37.

Idque (licet alias aliter de iure aliquo) in iſto tamen caſu cenſualis contractus quoad ipſum emptorem irreuocabiliter, non ad tempus, ſed perpetuò, ita vt ex nouo iure Bullarum Nicolai V. & Gregorij XIII. & Regiæ pragmaticæ Regni nullo pacto poſſit precium illud repeti per ipſum emptorem cenſus ab inuito venditore, vt ex lectura ipſarum apertè intuentibus patet, ita quod in hoc nullum poteſt cadere ſcrupulum.

Præterea, quia huiuſmodi pactum hodie poſt dictas Bullas, & Regni pragmaticam pariter, & ſimiliter eſt etiã ex alio contra naturam contractus ipſius cenſualis, poſtquam etiam videmus quod eſt tantum dicere pactũ quod poſſit reſcindi contractus quo ad ſortem principalem, quantum eſt dicere quod poſſit repeti ſors principalis, & ſimiliter poſt quam verum eſt quod ex diſpoſitione Bullæ Nicolai & illius pragmaticæ regalis & Gregorij XIII. ſuper Bulla Nicolai & Pij V. (qui Gregorius in hoc confirmat Bullam Pij V.) & ex diſpoſitione omniũ aliarum conſtitutionum, & doctrina omnium Doctorum agentiũ de cenſibus, quorum multi apud Intrigliol. *de cenſibus ad Bullam noſtram queſt.* 43. *lib.* 1. intelligimus quod hodie eſt de natura huius contractus, quod non poſſit repeti capitale, & quod adſit pactum expreſſum libertatis perpetuæ pro venditore ad redimendum, non poteſt habere locum quod contra hoc pactum naturale ſit legitimum aliud pactum, quo reſtringitur directe vel indirecte iſta libertas, ad not. per Cou. *var. reſol. c.* 9. *col. antepen. verſ. ex vltima lib.* 1. & per Foller. *de cenſib. verb. inſtrumento gratia num.* 16 *in fin. & c. vlt. num.* 7. *verſ. item vlterius notatur.* Boccac. vbi infra & præſertim ad Bullam Nicolai notauit Marc. Anton. vulgo ſumma Corona *num.* 8. *in declaratione cenſuum ad formam Bullæ Nicolai* §. *quanto alla ſeconda conditione num.* 17. *col.* 2. *verſ. indirettamente ibi (Terzo quando) fol.* 206. *in ſumma idiomate vulgari impreſſa* Intrigliol. *ad hanc Bullam d. q.* 43. *per totam* & expreſſe *num.* 13. Auctor. (qui eſt Neapolitanus.) Theſo ò della doctrina di Chriſto impreſſi 1615. *tit. delli cenſi* §. *vna da mille ducati fol. mihi* 153. ad eandem conſtitutionem Nicolai V. qui omnes notarunt hoc pactum eſſe illegitimum & probatur authoritate Jacobi *in l. mutuum ff ſi cert. pet.* vb. in

Digitized by Google

venditionibus ad rationem decem, nunquam tempus pacti redimendi expirat, & ita iudicauit Sacrum Conſiliũ teſte Ann. *allegat.* 1. *in fin.* & repetit *in allegat.* 83. *numer.* 4. *&* 5. & ita Gregor. XIII. *in fine conſtitutionis ſuæ ad ſupradictam Bullam Nicolai V.* nouiſſimè ſanciuit, & declarauit abuſum ſi aliquo modo reſtringatur huiuſmodi perpetuitas libertatis.

Similiter adſtipulatur huc conſtitutio pragmatica *de cenſibus Regis Alphonſi. colum. penult. verſic. præterea diſpoſitionibus Apoſtolicis.* vbi declaratur quod propter cenſum non ſolutum aut deteriorationem & alienationem rei cenſualis non incidant bona in commiſſum ſed tantummodo agendum ad penſionem decurſi temporis, non obſtante qualicunque pactione in cõtrarium facta; id quod in dicta conſtitutione Nicolai animaduertit Foll. *loco alleg.* & conſtitutio San. mem. Pij V. & Gregorij XIII. *de cenſib.* hoc idem notat tanquam pactum illegitimum contra naturam iſtius contractus, & ſignauit Bocc. & ſumma Coron. *Theſoro della doctrina di Chriſto*, vbi ſupra, neque enim refert quod vno vel altero modo directè ſcilicet bona debitoris incidant in commiſſum pro creditore, vel indirectè ſcilicet quod vendantur aliis etiam auctore prætore; quia ſemper verum eſt quod emptor cenſus virtute pacti à principio appoſiti reperit ſortem principalem & venditor priuatur bonis, quod iniuſtiſſimum appellat doctor noſter Regnicola Summ. Cor. *vbi ſupra*; à principio, enim contractus miſer ille pecuniis egens quodcunq; pactum vtcunq; etiã vſurarium cõtractui appoñeret, vt pecunias haberet & quemadmodum à principio appoſitum, quod ſit directè contrarium voluntati Bullę non valet; ſic neque pactum quod indirectè eſt contrarium, hæc enim ſunt paria *cap. quanto de priuil.* Bald. *in auct. caſſa n.* 7. *C. de ſacroſ. eccl. & in aut. ſtatuimus n.* 5. *de epiſcopis & cler.* poſt Bart. *in l.* 1. § *onerandum n.* 3. *C. quar. rer. actio non detur.*

Non obſtat quod proponitur Sacrum Conſilium non admittere ſeu non exequi huiuſmodi pactum debitore purgante moram ſolutione cenſuum decurſorum; quia vltra quod nõ omnes Iudices habent illam ſacri Cõſilij rectitudinem, & illud arbitrium, reſpondetur fortius ex hoc inferri debere pactum eſſe inualidum, vnde benè facit dictum ſacrum Conſilium illud non exequendo, quia nullum eſt pactum & vitiatur, & non vitiat; vitiatur quia remanet inutile tamquam non legitimum, & temporalitas adiecta ſubmouetur; non vitiat quia cõtractus remanet validus & facultas gratiæ hoc eſt redimendi perpetuatur ad Foller. *d. gloſ. inſtrumento gratæ nu.* 16. *per tit. de cenſib.* Jacob. & alios ſupra allegatos, & quando nollet debitor de bono & ęquo ſoluere alia via, quam ex reſciſſione cõtractus cogere illum debitorem poſſunt Iudices & debent ad ſoluendum cenſus decurſos, & moram purgare ſoluendo: at ſi ſupponamus pactum validum, vtique eſſet iniuſtitia non reſcindere contractum etiam volente debitore moram purgare, quia cogeretur venditor admittere purgationem moræ & non poſſet vti iure ſuo naſcente ex pacto valido, differt namque mora ſimplex & nuda; verbi gratia quod debitor obligatus ſit ſoluere in menſe Auguſti, & nõ ſoluat à mora conuentionali pacto per ſtipulationem veſtita, non ſolum die, ſed aliqua pœna verbi gratia quod ſi ſoluat in menſe Auguſti, & niſi ſoluerit incidat in talẽ pœnã prout in iſto caſu: primo namque caſu locum habet purgatio moræ. Secundo autem nequaquam

Digitized by Google

quam, quippe quod purgatio moræ nō admittitur vbi dies, & pœna in ſtipulationem ab homine fuit appoſita, *l. traiectitia pecunia* §. *de illo de verb. oblig.* Bart. *in l. ſi inſulam, n. 4. ff. de verb. oblig.* Gugli. Mayn. *in l. nulla n. 63. de reg. iur.* Fachin. *l. 1. controuerſ. iuris c. 98. col. 2. verſ. probatur & verſ. ſecundum argumentum*, & quando contrahentes conuenerunt diſſolui contractum poſt certum tempus non purgari moram dictum fuit apud Put. *deciſ. 66. part. 3.* Bellon. *lib. 1. de poteſt. eorum, quæ ſiunt in continenti cap. 73. num. 21.* & tanto magis ſtante iuramento, cum die & pœna, Alex. *conſil. 148. lib. 7. & in l. quod te ſi cert. pet.* vbi Iaſ. & Dec. & Curt. communem dicūt & ſequitur Theſaur. *deciſ. 212. nu. 6.* eſt enim operatio iuramenti ne ſit locus purgationi moræ, licèt aliàs admitti ſoleat ex latè congeſtis per Borrel. *in ſua ſumma deciſionum, tit. 60. n. 56. 57. & 58.*

Neque debet mouere id quod dicitur debitorem negligere ſolutionem ceſſante hoc pacto, verum ſi adeſt pactum hoc debitor curat ſolutionem cenſus, quia reſpondetur quod ſi debitor negligit ſolutionem, creditor nō debet ipſe negligere exactionem, & ſi negligit exigere & deinde incidat in difficiliorem & duriorem exactionem id euenit ſua culpa propter ſuam negligentiam ideo ſibi adſcribat.

Et nihilominus hoc etiam euentu adeſt remedium, primum quia poteſt creditor accuſare pœnam communis obligationis inſtrumentalis prout fit propter creditum ex alia cauſa inſtrumentalis obligationis, & tanto magis in caſu cenſus in quo habet etiam priuilegium à pragmatica, quæ dat priuilegiatiſſimam exactionem paratam etiam in perſonam vſque ad carcerationem.

Secundum eſt remedium quo liquidantur fructus decurſi, & creditor cenſuum decurſorum immittitur in poſſeſſionem bonorum ſubiectorum cenſui, & aliorum etiam in generali obligatione appoſitorum, quam tamdiu detinet quo vſque ex fructibus integre ſatisfactum ſibi fuerit pro cenſibus decurſis; quæ res nunquam aut aut raro continget, quippe quod debitor ne ſic bonorum ſuorum poſſeſſio à creditore occupetur curat diligentiſſime ſolutionem cenſus & ita ſeruatur in partibus Romandiolæ, & Lombardiæ, quinimmo propria authoritate tales fructus poterit creditor capere, Caſſaneus *ſuper conſuet. Burgund. tit. de cenſ. num. 4. verſ. quarum fol. 354.* relatus à Foller. *de cenſ. gloſ. tamquam res iudicatas num. 54. mihi 514.* Quæ omnia intelligas pro cenſu decurſo adhuc permanente proprietate ſuper qua conſtitutus eſt cenſus, quia ſi res perempta fuiſſet, & pro cenſu decurſo pro tempore quo res ſuper qua fundatus erat ſus non erat in rerum natura quia perierat vel quia à principio non aderat, peteretur cenſus, tunc non poſſent ſupradicta fieri, quippe quod re perempta, cenſus etiam perit pro rata, cum proprietate perempta, cenſus etiam perempta, Foller. *de cenſ. gloſ. huiuſmodi cenſus col. antepen. num. 120. verſ eſt etiam aduertendum fol. mihi 385.* percuntibus autem fructibus perſiſtente proprietate, an fieri debeat remiſſio: Poſuit Foller. *diſtinguendo ibidem vbi ſupra.*

Non obſtat quod ex quo debitor non ſoluit eſt in mora, quæ dicitur delictum, & ſic conſentire tacite videtur & ſe redemptioni ſubiicere voluntarie, quia reſpondetur, quod in terminis contractus iuris communis, nempe cenſus reſeruatiui emphyteuſis, & eiuſmodi generis contractuum cenſus non perpetuo redimibilis, hoc procedere poteſt, vt bene deducit Vallaſc. *de iure emphyt. quæſt. 31. lib. 1.* veruntamē

Digitized by Google

in terminis iuris cenſus de iure nouo à Bulla Nicolai non poteſt procedere, quoniam pactum redimendi ex bulla debet eſſe liberum, & perpetuum & bona nunquam poſſunt incidere in commiſſum, vt ex multis dicebamus ſupra quibus adiicimus Valaſc. *vbi ſup. num.12. verſ. quod ſi pactum adijciatur*; & libertas redimendi quæ debet eſſe perpetua non poteſt vllo modo vel tolli vel reſtringi: huic autem legi fit fraus contradicendo directè, ſi fiat pactum quod infra tale tempus reſoluatur cõtractus, indirectè autem ſi pactum ſit quod ſi non ſoluat per biennium, aut triennium reſoluatur contractus, vnde fit vt pactum ſiue directè ſit contrarium Bullæ, ſiue indirectè non ſuſtineatur & (vt vtar verbo ſummæ Coronæ *vbi ſuprà*) eſt iniuſtiſſimum vt ſupra dictum eſt, neque à cenſu reſeruatiuo emphyteuſis ad iſtum cenſum conſignatiuum vllo modo licet argumentari, vt notiſſima ſunt iura & Doctorum traditiones, & hinc apparet non bene dicere Gabri. & eius ſequaces *conſ.* 152. *num.* 5. *lib.*1. vnde meritò reprobat illam Boer. *de cenſ. part.2. numer.*3.

Non negauerim pœnam contractui poſſe apponi, veruntamen non inde fit quod ſequitur, ergo omnis pœna adiici poteſt, & conſequenter pactum iſtud in pœnam adiectum eſt validum: enimvero conſiderandum eſt quod vt quis teneatur ad pœnam cui ſe ſubdidit non ſufficit quod ipſe ſe pœnæ ſubdiderit, præſertim in hac materia (vt infra dicetur) tam periculoſa, in qua miſer pecuniis egens cuique pacto pœnali ſeſe ſubiiceret, alioquin ſequeretur, vt quæ ſine pacto & conuentione diceretur prout vſura fieret legitima ex pacto & conuentione, & conſequenter neceſſario videretur etiam confitendo quod mutans pecuniam per duos vel tres annos, pacto & conuentione quod debitor non reſtituens tempore præſcripto obligaretur pro illo tempore vna cum ſorte ad aliquam quamcumque vſuram, iniuria diceretur prauus vſurarius & nihilominus nemo admiſerit iſtud cum neque vſurarius dicatur qui ſine pacto, ſiue cum pacto accipit vſuras pro ſeruitio pecuniario mutui facti vt omnes vno ore fatemur, quare meminiſſe oportet, quod propoſitio illa valere pœnã adiectam contractui obſeruationis cauſa, & delinquentem in pœnam conſentire, *l. Imper. ff. de iur. fiſci.* Bald. *in d.l.* 1. § *beſtias ff. de poſtul.* intelligetur, dummodo pœna ſit commenſurata & moderata delicto atque legalis & legitima, hoc eſt à lege indicta vel approbata. Hanc autem coactiuam ad redimendum & ſeu reſoluendum cenſum, nemo dixerit talem: moderata dici nõ poteſt quia nimis grauatæ manus eſt à parte ſoluentis cenſum pro exigente quippe quod omnino reſoluit totum contractum magno cum incommodo, & damno debitoris, quod multo maius eſt, quam quod patitur exigens, qui pro ſua ſatisfactione tot alia habet remedia ſibi proficua vt ſupra dicitur. Neque etiam legitima poteſt dici iſta pœna reſciſſionis contractus vtpote quod non modò non eſt impoſita à lege, vel approbata, ſed (vt ſuprà dicebamus) contra conſtitutiones Nicolai V. & Gregorij XIII. & Regiæ pragmaticæ hac via reſtringitur, immo prorſus extinguitur perpetuitas libertatis redimendi cenſum, & tamen libertas hæc redimendi debet eſſe perpetua nullo temporis circulo circunciuſa ſecundum ſenſum, & verba dictarum conſtitutionum indefinitè loquentium; in tantum vt ſi talis facultas aliquo modo reſtringitur, abuſus eſt dicendus & eliminandus ex conſtitutio-

ſtitutione Gregorij in finalibus verbis in hac parte confirmantis etiam Bullã Pij V. ibi (præterea ſi abuſus in contractibus prædictis faciendis irrepſerint, qui conſtitutioni Nicolai V. prædictæ aliqua in parte aduerſentur. VEL FACVLTATEM REDIMENDI CENSVM, QVAM PERPETVAM IVXTA DICTI NICOLAI AC PII QVINTI LITERAS ESSE DECERNIMVS ALIQVO MODO RESTRINGANT eos omnes abſolemus) ex quibus clareſcit ſole clarius quod ſi libertas redimendi debet eſſe perpetua, non poteſt eſſe verum (vt ſupra dicebamus) quod pactum reſciſſorium ſit legitimum, cum illud non modò reſtringat libertatem, & perpetuitatem redimendi, ſed omnino extinguat eamdem. Vnde meritò Summus ille Pontifex ac vir æque Sanctiſſimus Pius V, quem non vt legiſlatorem adducimus, ſed vt Summũ Doctorem Theologum hic allegamus, hoc pactum vel ob pœnam, vel ob aliam cauſam adiectum notauit tamquam non legitimum, & fecerunt alij Doctores, quos tibi ſuperius aſſignauimus, & ſequitur Vallaſc. *de iur. emphyt. lib. 1. quæſt. 32. num. 12. verſ. quod ſi pactum adijciatur*, noſque ſequimur & tutè ſequendum proponimus.

Et quemadmodum ex mente Doctorum omnium (teſteque Intrigliol. *d. quæſt. 43. per totam*) pactum hoc ſimplex de petenda ſorte eſt illegitimum, vnde licet non extinguat contractum tamen extinguitur, & tollitur à contractu, quia pragmatica reſiſtit circa finem ibi (quibuſcumque pactionibus in contrarium initis non obſtantibus) vt obſeruat Intrigliol. referens totam clauſulam pragmaticæ *in d. quæſt.* 43. identidem dicimus quamuis pactum ſit pœnale reſiſtente eadem pragmatica quæ ſubijcit (etiam pœna aut iuramento firmatis) quibus verbis non poteſt dubitari, quin pactum hoc pœnale peradæquatum ſit pacto ſimplici & ideo etiam fiat, vt meritò iure dicamus hoc quoque pactum à contractu omninò abijci debere tamquam illegitimum obſiſtente pragmatica, enimverò quod iuris diſpoſitum firmamus eſſe in eo, cui quid adæquatur, id ipsũ dicimus in eo quod adæquatur, *l. 1.* & ibi omnes *ff. de leg. 1. & in c. fin. ne cler. vel monachi.* Intrigliol. *vbi ſupra num.* 8. & vt dicebamus ſupra, facultas redimendi de neceſſitate formali debet eſſe perpetua, & libera abſque aliquo onere in Bullis Nicolai V. & Gregorij XIII. & obſeruant Intrigliol. 9. *quæſt. ſub num* 7. *& ſeq.* & alij ſupra alleg.

S[illegible] & illud adiicere quod eſt à C[illegible] relatũ, nempe quod [illegible] huiuſmodi pacti [illegible] & diſſimulatio exigendi cenſus per annos quippe quod illa ſacrilega ſitis hominum pectora adeo ſtringit, vt ipſimet emptores per annos diſſimulent exactiones, data opera vt vel hoc modo miſeri debitores adacti ad difficilem ſolutionem decurſorum cenſuum hac difficultate coniuncta cum dicto pacto bona & poſſeſſionem, ſuper qua impoſitus eſt cenſus, quam creditor ſitit, cogantur ad vendendum, candela accenſa, & ipſimet creditores per ſuppoſitam perſonam precio admodum viliori conſequantur. Vnde quoque naſcitur quod tanto magis cognoſcamus iniuſtitiam huiuſmodi pacti reſciſſorij, à qua omninò pro ſalute animæ abſtinendum eſt, aliàs ſibi carbones vſurarum congerunt in proprium caput.

Hinc omninò oritur vt iure dicamus etiam non ob obſtare id, quod vltimo loco allegatum fuit, nempe, quod iſtud pactum in omni regione noſtri Regni frequentur, & inter bo-

nos graues paſſim vbique ſeruatur, & ideò fœneratitium condemnari non poſſit, Bart. *in l. ſi quis ſit fugitiuus* § *apud Labeonem ff. de ædil. edict.* Crauet. *conſ. 6. num.* 103. *& conſ.* 327. *num.* 7. non hoc (inquam) obeſt, primum quia in noſtra diœceſi à multis etiã doctis omiſſum eſt huiuſmodi pactum: præterea quia abſolutiſſimi iuris eſt quod conſuetudo licèt excuſet in foro exteriori, non excuſat tamen apud Deum in foro interiori (quem nos hodie tractamus) Crauet. *in conſil.* 366. *n.* 23. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 25. *tit.* 3. *ſub num.* 3. apud Bertach. *in ſuo repert. verbo conſuetudo num.* 120. §. *conſuetudo quando valeat vel non ſub num.* 20. *verſ. conſuetudo conficiendi contractus illegitimos* & huiuſmodi dicta conſuetudo animæ perniciosa corruptela eſt abiicienda c. mala autem conſuetudo 8. diſt. nec illa temporis diuturnitate minuit ſed auget iniquitatem *cap. vlt. de conſuet. cap. cum heret ad fin. de eo qui dux. in vxor. quam polluit per adult. & cap. non ſatis cum ſeq. de ſim.* nec à Rege, nec à Regno poſſit approbari (verba ſunt Baldi) per illum text. *in cap. ad noſtram num.* 2. *verſ. ibi purgari de prob.* dignos quippe morte dicit Apoſt. *ad Roman. cap.* 1. *in fine.* eos eſſe, qui peccantibus conſentiunt, id quod habetur etiam *in cap. qui conſentit* 11. *q.* 1. *& cap.* 1. *de off. deleg.* Deo igitur magis obedire oportet quam hominibus, vt à Sancto Petro & à cæteris Apoſtolis dictum eſt, ait Apoſt. *cap.* 5. *poſt medium ibi, reſpondens autem Petrus.* & eſt *in cap. Iulianus, & in cap. qui reſiſtit* 11. *queſt.* 3. & vbi legem habemus gloſa conſuetudinis ad declarandum non egemus, ex quibus tollitur dictum eorum ex allegatis, quos videre potui, quippe quod fundantur ſuper dicta conſuetudine praua quæ non eſt allegãda, ſed eliminanda prorſus vti à conſtitutionibus Apoſtolicis & Regiis damnata Nauar. etiam *conſ.* 25. *de empt. & vend. ſub num.* 6. & Azor. *lib.* 4. *cap.* 13. *verſ. nono quæritur de cenſ. tom.* 3. nihil obſtant quippe quòd loquuntur in terminis iuris antiqui, & de regionibus quæ nullam adhuc habebant conſtitutionem Apoſtolicam particularem, ſecus autem dicendum eſt ſecundum ius nouum Regni noſtri ex bulla Nicolai V. eiuſque Regiæ pragmaticæ & Bullæ Gregorij XIII. quæ conſtitutiones omnes in hoc concordant, quod nullo modo pactum illud adiici poſſit contractui cenſuali, quo facultas redimendi, quæ debet eſſe perpetua, tollatur aut reſtringatur. Alios doctores quos non habens videre non potui, cenſeo tamen tolli aliquo ex his, aut enim loquuntur de tempore ante dictas Conſtitutiones, & non bene applicantur caſui noſtro, in quo loqui debemus ſecundum naturam noſtri iuris noui dictarum conſtitutionũ, vt ſupra dictum eſt de Nauarro, & Azorio, aut loquuntur ſecundum Ius hoc nouum, & eorum dictum ex ſupradictis in nullo foro tutum eſt, obſiſtentibus dictis conſtitutionibus, & pragmatica Regia: aut ſe fundant ſuper conſuetudine, & hæc non iuuat quia à conſtitutione Gregoriana ſupra relata tamquam abuſus reſtringens facultatem redimendi, quæ libera, & perpetua debet eſſe damnata eſt ibi (EOS OMNES ABOLEMVS) aut loquuntur de cenſu perpetuo non redimibili, & ab eo appoſito, & ſibi reſeruato, qui rem conceſſit alicui, nos autẽ de cenſu redimibili cõſignatiuo impoſito ſuper re, quæ remanet apud ipſum imponentem cenſum vnde non bene applicatur ex Vall. *dec.* 9. 32. *n.* 31. & falluntur ſi qui ſunt qui in conſtitutione cenſus, de quo nos vendi rẽ ipſam ſuper qua conſtituitur cenſus exiſtimant Vallaſc. *vbi ſupra n.* 11. *verſ. ſed ego.*

Ex qui-

Ex quibus clare patet quod non poſſumus ſuſtinere, quod ſit validum pactum poſtquam videmus illud repugnare naturæ contractui huiuſmodi emptionis, & venditionis naturæ contractus noſtri cenſualis, & diſpoſitioni Bullæ Nicolai, & Gregorij XIII. & Regiæ pragmaticæ, & tam magnum accuidens venditori afferre detrimentum, & emptori inhiandi bonis alienis prauæ intentionis incentiuum.

Ad id, quod dicitur de dolo debitoris, qui dolo non colit agrum, ſuper quo cenſus eſt impoſitus, vnde fit, vt ad ſterilitatem ager deueniat, reſpondetur, quod dolus nemini doloſo aut æque negligenti, negligentia patrocinatur, ac propterea in tali caſu contractus totus reſcindi poteſt, prout, & quando in aliis vtitur dolo, nempè aſſerens agrum liberum, & tamen eſt fideicommiſſo obligatus, prout ſi reperitur redditus non eſſe ſufficiens ad ſoluendum impoſitum cenſum, quem ſufficientem aſſeruit.

Nomenclaturam doctiſſimorum virorum, qui contrarium ſentiunt omnem, non autem allegata loca vidi, quorum authoritas, & ſi apud me ſummi ſit momenti, non tamen à ſententia dimoueor, quod ſciam mentem eorum, non alienam velle à mente Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, cuius declarationem ſi vidiſſent apud conſtitutionem Gregorianam ſupra allegatam ſententiam mutaſſent pro vt & nos, & non ſecundum anteriora iura locuti fuiſſent.

Non tamen etiam negauerim huiuſmodi pactum reſciſſoriū adiici poſſe, ſi fiat cum moderatione deſumpta à Bulla Pij V. ita, vt inæqualitate nimia non grauetur altera partium, prout vtuntur Romanæ, & Lombardiæ prouinciæ, puta ſi formetur in hac, vel non diſſimili forma videlicet.

Declarantes vlterius, & conuenientes prædicti contrahentes quod liceat dicto venditori ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus ac etiam fideiuſſoribus, & eorum cuilibet inſolidum, ſemper, & quandocunque voluerint in perpetuum etiam non obſtante longiſſimi temporis centum, & plurium annorum præſcriptione dictum cenſum ducatorum nouem pro eodē precio ducatorum centum in numerata pecunia hic in ciuitate N. & in limili ſpecie vnà cum cenſibus in illam vſque diem decurſis, & non ſolutis reſtituto redimere, & extinguere: & dicti dominus emptor, ſuique hæredes, & ſucceſſores retrouendere teneantur præcedente tamen intimatione, ſeu denuntiatione per ſexaginta dies ante redemptionem ex parte venditoris faciendam, ita vt poſt factam dictam denunciationem infra annum, à die denuntiationis factæ ab inuito domino venditore, dictus dominus emptor dictum precium repetere, & præſens inſtrumentum reſcindere, & reſcindi facere in quocunque tribunali poſſit, & valeat, & vbi precium prædictū dictus dominus nec volens intra dictos ſexaginta dies ſoluat, nec ab eo inuito intra annum exigatur, & præſens inſtrumētum non reſcindatur per dictum dominum emptorem tunc, & eo caſu firmus remaneat præſens contractus dicti cenſus, & ad illum ſoluēdum æque ac ſi nulla denuntiatio fuiſſet facta, remaneat, & ſit obligatus dictus dominus vēditor, vt ſupra & pro, vt ſupra in omnibus, & per omnia; & nihilominus cū eodē ſupradicto pacto quod quādocunque, vt ſupra extingui, & redimi poſſit præuia tamen ſemper denunciatione de qua ſupra nec non, & facultate dicto emptori intra annum exinde exigendi capitale, & fructus decurſos etiā ab inuito domino vēditore,

vt ſupra idque obſeruari velle debere dicti contrahentes conuenerunt, etiã quod pluries denunciatum fuiſſet, nec vnquam effectus redemptionis ſequutus fuiſſet intra dicta tempora, & denique contrahentes ipſi conuenerunt, & voluerunt ſeruari debere hinc inde omnes conditiones, & requiſita conſtitutionis Fel. recor. Nicolai Papæ V. ſub datum Romæ 1452. prid. Kalend. Octobris, & eius Regiæ pragmaticæ, & conſtitutionis Gregorij Papæ XIII. ſub datum Romæ die 7. Januar. 1574. de cenſibus, & omnia quæ conſtitutio huiuſmodi PP. Nicolai requirit pro appoſitis haberi voluerunt, ſed quatenus ex præmiſſis, vel infra dicendis ab ipſa conſtitutione omittendo Fel. faciendo quo vis modo receſſum fore dici aut dubitari poſſit, declararunt, & conuenerunt etiam ad tollendum penitus omne dubium, & pro validitate contractus haberi pro appoſitis omnia, quæ apponenda ſunt & pro non appoſitis non apponenda redigentes totum contractum, & cõtenta in eo ad verum ſenſum, & diſpoſitionem dictæ conſtitutionis, quia contrahentium intentio fuit, & eſt in omni clauſula, & parte huius contractus cum eadem conſtitutione ſe conformandi, & ſic, & non alio modo contraxerunt.

Denique nec omittere volo hoc reminiſci debere omnes eius quod etiam in ea ipſi Synodo poſt finalem conditionem cenſus legendum, propoſitum fuit, nempe quod Doctores maximæ authoritatis admonent in hoc contractu cenſuali non ſolum abſtinendum à pactionibus clare illegitimis, verum etiam ab his, quæ aliquam habent dubietatem; maximum enim verſatur periculum animæ cum huiuſmodi cõtractus cenſualis fraterni ſent. cum vſuraria prauitate.

Et certe miſerrimum eſt fletu magno dignum, quod homines quando dicunt velle aliquem actum celebrare legitimum quærunt num aliquis Doctor ſcriptum reliquerit modum, & ſeu formam, quem ſi reperiunt magnum faciunt feſtum, & videntur ſibi ipſis tuto proſpexiſſe, operantes ſecundum ſententiam dicti Doctoris, nec audent diſcedere ab illo, in hoc caſu multo magis acquieſcere debent pro animæ ſecuritate, in quo non ſolum reperiunt Doctores alienigenas, & noſtrates, ſed & rationem vnum Regem Alphonſum, & Summos Sacerdotes Nicolaum V. & Gregorium XIII. & Pium V. qui ſcriptum hoc reliquerunt, & quando dictus Pius V. tale quid reſcripſit illud exſcripſit conſultis primis doctoribus, quibus in ſacra Theologia, in ſacris canonibus, & in legali ſcientia tunc temporis Romana Curia floreret, quod illud etiam feciſſe illos optimos Gregorium XIII. & Regem Alphonſum putamus.

Quare huiuſmodi pactum eſſe illegitimum, ſi non improbitate fœneratitia at ſaltem quia iniquum propter iniuſtitiam nimis grauatæ manus in miſerum venditorem contra mentem ſummorum Pontificum, & Religioſiſſimæ Catholicæ Maieſtatis inuictiſſimi Monarchæ Regis noſtri, quare propterea cenſeo omninò abſtinendum eſſe ab huiuſmodi pacto, & intendentes eo vti, forma, quam ſupra retuli vtantur.

Et iuxta hanc ſententiam requiſitus de voto concurro Ego Ioannes Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2679.

Super l. ſi quis fundum ff. de contrahend. empt.

¶ *Actus conditionalis non valet, niſi exiſtente conditione.*

Vulgata

Digitized by Google

VVlgata iuris regula, vt conditio nihil ponat in eſſe, & ideo actũ conditionalem non valere, niſi exiſtente conditione hic probatur, quod etiam ſuadetur *in l. cedere diem ff. de verb. ſignificat. & in l. ex facto ff. de hered. inſtituend.* & ita tradunt Afflict. *deciſ.* 355. Surd. *deciſ.* 209. & Antonin. Macerat. *deciſ. ſiue variarum iuris reſol. lib.* 1. *reſolut.* 56. *& reſolut.* 88. & in conditione poſitum non eſt in diſpoſitione, *l. ſi quis ſub conditione ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam.*

Amplia hanc concluſionem, in obligatione conditionali, quæ ante purificatam conditionem nihil ponit in eſſe, vt voluit Rota in cauſa Salamantina penſionis 26. Martij 1593. coram R.P.D. Gypſio, in cauſa Toletana penſionis 9. Decembris 1573. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Lancellotto, in Aretina penſionis 28. Iunij 1600. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Mellino, & aliàs ſæpius vt teſtatur Coccin. *deciſ. Rot.* 73. vbi has deciſiones in Rota factas adducit, & ſequitur.

Ratio autem eſt, nam conditione pendente actus non dicitur perfectus, quia conditio ſuſpendit actum in effectu, vel in euentum conditionis, Nouar. *forenſ. quaeſt.* 27. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 1. qui *in quaeſt.* 40. *num.* 2. *eod. lib.* 1. firmat, quod conditione deficiente corruit actus allegat textum *in l. qui heredi* §. *finali, ff. de condit. & demonſtrat.* & textum *in l. item quia* §. 1. *ff. de pactis* aſſerens pariter, quod conditione deficiente perinde eſt ac ſi actus à principio geſtus non fuiſſet, quia iudicantur à pari nihil fieri, vel fieri ſub conditione, quæ minimè purificetur.

COLLECT. 2680.

Super communi DD. ſententia de qua in l. 1. §. cum Vrbem ff. de offic. præfect. Vrb.

¶ *Ciuitatis nomen quando comprehendat diſtrictum territorium, & comitatum?*

OMnes DD. ſunt in opinione in hoc textu, quod eodemmodo quo iudicatur de ciuitate, iudicetur pariter de illius termino, territorio, vel comitatu.

Ampliā ex hac concluſione illatiuè, quod conſuetudo introducta in ciuitate debet ſeruari æqualiter in eius diſtrictu, & in omnibus eius vicis, & ſuburbiis, Achil. de Graſſis *deciſ. Rot. Rom.* 3. *de Decim.* vbi ait eſſe attendendam conſuetudinem loci dominantis, hinc videmus, conſuetudines huius inclitæ Ciuitatis Neapolis ligare etiam caſalia ipſius ciuitatis.

Amplia pariter, quod exulatus à propria patria, cenſetur quoque exulatus ab eius territorio, & diſtrictu, vt latiſſimè comprobat Gizzarel. *deciſ.* 23. *per totam*, vbi iuxta hanc opinionem deciſum refert per Sacrum Conſilium die 13. Octobris 1603. apud Secretarium Sacri Conſilij Actuario cauſæ tunc Fabritio Romano.

Quamuis pluries contrarium deciſum, ſcilicet in Magna Curia Vicariæ, in Regia audientia Salerni fateatur Nouarius *forenſ. quaeſt.* 130. *libr.* 1. vbi magno cum apparatu defendit guidaticum conceſſum alicui ſub prohibitione, quod non accedat ad ciuitatem, ei ſuffragari, vbi fuit captus extra mœnia ciuitatis expendendo textum *in capit. ciuitatis de ſententia excommunic. in* 6. *& in l.* 2. §. *cum vrbem* vbi DD. *ff. de offic. præfect. vrb.*

Nec dicit obſtare, quod ſub nomine ciuitatis veniant ſuburbia, & loca adiacentia contineantur, Nam reſpõdet id eſſe verum, & procedere in fauorabilibus, quia in pœnalibus dicit ipſe eſſe communiter à DD. receptum,

ciuitatis nomen in proprio ſignificatu accipiẽdũ eſſe id tantũ, quod ita quod eſt intra mœnia cõprehendat, quod pariter aſſerit, & cõfirmat Rub. *dec.* 8 4. vbi quod in odioſis ciuitatis nomine non veniunt adiacentia; ſed ciuitas ipſa ſtrictè, quia in tali caſu à propria verborum ſignificatione non eſt recedendum, prout ſecus eſt quando ſumus in materia fauorabili, cum fauorabilia (vt vulgò circumfertur) ſemper, & vbique ſint amplianda, & extendenda.

COLLECT. 2681.

Super Doctrina ſpeculat. in tit. de inſtrument. edit. §. videndum reſtat.

¶ *Mandatum de perquirendo in arca priuata an, & quando concedatur?*

SPeculator hic *num.* 18. eſt in opinione non eſſe concedendum Mandatum de perquirendo in arca priuata, niſi præcedant aliquæ coniecturæ, & ita reperio Rotam ſeruaſſe in cauſa Lugdunen. computorum coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Mantica, & coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Mellino, Ratio autem eſt, nam regulariter nemo tenetur pandere ſua ſecreta, *l.* 2. C. *de alim. pupil. præſtand. l.* 2. *C. quando, & quib. quart. pars lib.* 10. & ita dicit Coccin. *deciſ.* 9. vbi refert non obſtare deciſionem in cauſa Anglicana Aluminum ſub die 28. Januarij 1558. coram R. P. D. Orano, quia loquitur in alijs terminis, petebantur enim in illa cauſa nonnulli libri, & ita ait procedere *deciſ. Rotæ* 5. *de probat. in nouis*, vt apud Verall. *deciſion.* 179. *libro primo*, *in manuſcript.* qui ſcribit, quod Rota ſeruat dictis deciſiones dum modo adſint iura propria, vel facientia ad cauſam.

COLLECT. 2682.

Super cap. Nuper de ſentent. excommunic.

¶ *Clericum detinens inuitum in aliqua domo, an & quando ſit excommunicatus.*

DEtinens clericum inuitum in aliqua domo ſibi oſtium claudendo, vel ponendo ibi armatos ad capiendum eum, ſi exierit de domo, vel ſi fecerit clericum per vim introire in locum, à quo ad ſuum libitum introire non potuerit, regulariter incidit in excommunicationem, h. d.

Amplia ſecundum Graff. *in deciſ. aur.* 5. *lib.* 3. *part.* 2. procedere ſiue clericus clauſus ſit in carcere, quam ſi ſit ligatus funibus, ſiue cuſtodibus vallatus ne ire poſſit, quò velit.

Limita tamen hanc concluſionem non procedere in illo qui clericum detinet animo exhibendi ſuperiori, vel per ſpacium viginti horarum tantum, vt latè comprobauimus *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop.* 390. *part.* 4. vbi iuxta hanc ſententiam in cauſa cuiuſdam prioris iudicatum retulimus, intentio enim, & propoſitum diſtinguunt maleficia.

COLLECT. 2683.

Super l. ſi pacto pœnam C. de pact.

¶ *Mutuatur quando poſſit paciſci cum mutuatario, vt aliquid vltra ſortem ſoluatur?*

COlligitur concluſio ab iſto text. quod mutuator poteſt paciſci cum mutuatario, vt aliquid ſupra ſortem ratione moræ ſoluatur.

Ratio autem eſt, quia mutuatarius exiſtens in mora peccat contra iuſtitiam, & propter peccatum dignus eſt aliqua pœna, ergo poteſt apponi pœna ex conuentione partium, modò pœna

pœna ſit iuſta, prout ita quandoque licet incidenter fuerit dictum in Curia Archiepiſcopali.

Sed num mutuatarius non ſoluens in tempore præfixo ob inopiam pecuniæ peruentam ex mutatione illius, teneatur ad pœnam interpoſitam ratione moræ? negatiuè deciſum refert Nouar. *forenſ. quæſt.* 25. *lib.* 1. vbi quærit etiam dato, & non conceſſo, quod iſte mutuatarius teneretur ad pœnam conuentam, num ſi ſoluerit partem pecuniæ teneatur ad totam pœnam? & pro negatiua ſententia pariter concludit, ex illa vulgata iuris regula, quod pœna debet correſpondere culpæ, & commenſurari debet delicto, *cap. felicis verſic. cæterum de pœnis in ſexto cap. quæſiuit de his. quæ fiunt à maiori parte Capituli*, conferunt ſcripta per Theſaurum *forenſ. quæſt.* 59. *lib.* 3. vbi deciſum refert ab illo Senatu, quod alienans partem rei prohibitę alienari non priuatur tota, ſed tantum illa parte, quam cum effectu alienauit; comprobando ſuam opinionem, quod ſic in ſimili obſeruatur in materia feudali, in qua qui partem ſolum alienat, non priuatur toto, ſed illa tantum alienata, ad textum *in cap.* 1. *de Vaſall. qui contra conſtitut. Lothar. feud. alien.* prout ſic pariter videmus in alienatione partis rei emphyteoticæ, quia illam tantum amittit, non autem totam, Gramat. *deciſ.* 49. quorum quidem opinio non ſolum magnam ſapit iuſtitiam, ſed etiam maximam, & euidentem æquitatem, pro qua ſemper, & vbique eſt iudicandum, cum illa præferatur rigori *l.* 1. §. *ſi ego ff. ſi pars hæredit. l. fin. in fine ff. de officio præſid. l. maiorem ff. de pact.* nouiſſimè Antonius Monach. *deciſ. Lucenſ.* 68. & vbicumque æquitas ſuadet eſt ſubueniendum, *l. diuus ff. de in integrum reſtitut.*

COLLECT. 2684.

Super cap. propter ſterilitatem de locato.

¶ *Remiſſio Mercedis in locatione an, & quando facienda?*

IN remiſſione mercedis habenda eſt ratio anni ſterilis cum anno fertili. h. d. concordat in iure ciuili text *in l. ſi vno in princip. & in l. ſi merces* §. *iis maior, ff. eod. tit. & in l. licet*, C. *eod.* iuxta quorum iurium ſeriem voluit Rota Romana ſæpius, & præciſè in cauſa Romana Remiſſionis mercedis 13. Martij 1594. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Blanchetto, in cauſa Romana afflictus Caſalis 8. Februarij de Anno 1593. coram R.P.D. Gypſio, & in cauſa Romana remiſſionis Afflictus 16. Junij coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Meblino, refert, & ſequitur Dominus Coccinus hodie Rotæ Decanus in *deciſ.* 117. vbi quod remiſſioni mercedis non eſt locus, niſi quis probet ſe toto locationis tempore pactũ fuiſſe damnum, licet dicat eſſe locum compenſationi, & ita ait deciſum in Bononien. Remiſſionis mercedis Lunæ 11. Decembris de anno 1600. coram ipſo.

COLLECT. 2685.

Super Doctrina Bald. in Rubric. C. ſi à non compet. iudic.

¶ *Iudex competens eſt fundamentum iudicij.*

DIcit hic Bal. quod iudex competens dicitur baſis, & lapis angularis iudicij fundamentum, & meritò quidem, nam in alio, quam à ſuo iudice quis condemnari, & abſolui nequit, *l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iudic. l. fin. ff. de except.* Rubin. *deciſ.* 80. vbi quod iudicatum dici non poteſt ab eo, qui ius dicendi non habuit facultatem, in

tantum, quod ſententia lata à non ſuo iudice non valet, ita quod neque de conſenſu partium conualidari poteſt, Triuiſan. *deciſ.68.lib.1.* niſi eiſdem actis probetur, aut ſuppleatur huiuſmodi nullitas, Viuius *deciſ.*331. Gama *deciſ. Rot.Luſitan.*219. Gabed. *deciſ.*36.*part.*1. & geſta à non iudice competenti ſunt ipſo iure nulla, *l.nullum C. de cohortalibus lib.12.l.actuarios C.de nu.eod.lib.* vnde meritò miſerabilium perſonarum priuilegium circa fori electionem eſt intelligendum, quatenus competentem eligant iudicem, aliàs eis non ſuffragatur, ita quod eligendus eſt Iudex habens iuriſdictionem in cõuentum, Affli. *deciſ.*257. vbi Vrſil. *in addit. Franc. deciſ.*601. & captura facta à iudice incompetenti, eſt nulla, vt diximus *deciſ. Curiæ Archiepiſc.*69.*part.*4.

Amplia, vt confeſſio facta coram iudice incompetenti non ſufficiat ad condemnandum, vt late ſcripſimus *deciſ. Curiæ Archiepiſcop.* 81. *d.part.*4. vbi lubeat videre.

Nonnulla autem concernentia ad hanc materiam vide in ſequenti allegatione Nouarij, quam hic inſerere curaui, & eſt tenoris ſequentis videlicet.

VEra exiſtente nota facti, quę ſupponitur vtique dubitari non poteſt de euidenti iuſtitia Patris Prioris Monaſterij Sancti Dominici huius Ciuitatis Neapol. aduerſus pręſentiam Patris Prioris Monaſterij Sancti Petri Martyris eiuſdem Ciuitatis, qui præſupponit poſt obitum Reuerendi Patris Prouincialis Regni validè ſuſcepiſſe onus Vicarij prouinciæ, ſub prætextu, quod præſens futurum Capitulum debeat in ſuo conuentu celebrari, dum alia vice fuerat celebratũ in Monaſterio Sancti Dominici, & conſuetum ſit celebrari alternatim modò in vno conuentu, & modò in alio.

Et vt talem iuſtitiam, quæ occultari prætenditur patefacere valeamus, præmittendum eſt pro fundamento, quod conſuetudo vt inducatur validè, & ſuos pariat effectus, debet eſſe vniformis, non autem diuerſimodè obſeruata, vel diuerſis actibus facta, *l.quæſitum §.ſi quis eodem ff. de fundo inſtructo, & inſtrumento legat. l. ſi certis annis* vbi Dec. *nu.*16.*C.de pact.* Alex. *conſil.*5.*nu.*7.*vol.*1. Cacheran. *in deciſ. Senatus Pedemontan. n.*95. *nu.*7. Borgninus Caualcan. *deciſ. Fiuizan.*11.*num.*51.*part.*1. Hieronym. de Laurent. *deciſ. Auenion.*20.*n.*9. Mynſin. *obſeruat.* 42. *centur.* 6. & alij Doctores communiter, vt apud Borrell. *in ſua ſumma deciſ. in titul. de conſuetudine ſtilo, & ſolito num.*28.

Quæ quidem ſolemnitas deficit in caſu noſtro, dum aliàs ſupponitur Capitulum fuiſſe aſſignatum in alijs conuentibus, quam in iſtis duobus, prout fuit aſſignatum aliquando Monaſterio Ciuitatis Auerſæ, & licèt non fuerit ibi celebratum, id euenit, quia illo anno non occurrit celebrari Capitulum.

Igitur dum conſuetudo non fuerit vniformis, nec iuris ſolemnitate non ſit vallata, conſuetudo appellari nequit, nam in tantum conſuetudo appellatur, in quantum termini conſuetudinis applicari poſſunt.

Vltra quod conſuetudo non inducitur in facultatiuis ad textum *in l.*2.*§. deinde Marcellus & l.ſi eo fundo ff. de Aqua plur. arcend.* Balbus *de præſcript. in* 4. *par.*5. *part. princip. qu.*1. Menoch. *de Arbitrar. iudic. caſu* 160, *nu.*6.*& ſeq.* latè Gabriel. *concluſ.*10. *& 11. de præſcript.* & ita ſeruat Rota Romana, vt in vna Mediolanen. proceſſionis Veneris 18. Aprilis 1614. coram R. P. D. Buratto, vt teſtor ego Nouarius *in tractat. de priuileg. miſerabil. perſonarum priuileg.*24.

In tantum quod reſultat vt non poſſit ſuffragari præfata, & prætenſa

conſue-

ſuetudo celebrandi capitulum prouinciale alternatim in conuentu Sancti Petri Martyris, & Sancti Dominici.

Eò magis, quia non reperitur facta aſſignatio per diffinitorium Capitulũ de celebrando aliud Capitulum in dicto Conuentu Sancti Petri, cui quidem voluntati liberè ſtabat poſſe alibi aſſignari, & conſequenter tutò firmare poſſumus, & conſtituenda eſt concluſio fuiſſe acquiſitum priori Sancti Dominici, vbi certo præcedens, & vltimũ capitulum fuit celebratum iuxta mentem Conſtit. Sacr. ordin. prædicat. *dict. 2. de elect. prioris prouincialis cap. 5.* cuius quidem tenor ad vnguem ſeruandus eſt ex latè traditis per Cancer. *variarum reſolut. libr. 1. cap. 35. numer. 82. & ſeq.*

Et quod aſſignatio hæc ſit neceſſaria apparet ex eo, quia Conſtitutio memorata vtitur verbo *celebrandum*, dum *in §. 2. dicta conſtit.* confundantur termini *celebrandum*, & *aſſignatum* in tantum, quod futura celebratio ex aſſignatione ortum habet, & conſequenter aſſignatio celebrationis Capituli eſt de ſubſtantia, ita vt illa non interueniente, Conuentus Sancti Petri Martyris vocatus non dicitur.

Quare concludendum eſt dictum Priorem Sancti Petri Martyris non eſſe, neque fuiſſe legitimum Vicarium, & omnia per eum geſta inualida eſſe *ex l. 1. & fin.* vbi Gloſ. *in verbo conſtringat*, & ibi Bald. *num. 2.* cum aliis DD. *C. ſi à non competent. iudic. l. fin. ff. de iuriſd. omn. iudic. l. 1. C. eod. tit. l. fin de except.* cum deficiat iuriſdictio, quòd eſt baſis pars potiſſima, & Lapis angularis, & præcipui iudicij fundamentum, vt ait Bal. *in rubric. C. ſi à non competent. iudic.* & iudicatum & geſtum dici nequit ab eo, qui ius dicendi non habuit poteſtatem *l. 2. in fin. ff. de pœn. l. 1. §. hac autem verba ff. quod quiſque iur. l. 1. §. fin. ff. ad Tertull.* dix. *in mea praxi elect. & variat, fori quæſt. 1. num. 10. ſeſſ. 3.* vbi quod geſta à non iudice ſunt ipſo iure nulla *ex l. nullum C. de conbortal. lib. 12. l. Actuarios C. de Numerariis eod. lib. l. in his* vbi Jo. de Platea *C. de diuerſ. iudic. l. factum à iudice* vbi DD. *ff. de regular. iur.* Monta. alleg. *in praxi exercit. Act. tit. 18. cap. 3.* vbi quod iudex incompetens dicitur perſona priuata, & ideò eius geſta nullius ſunt momenti, *l. 2. C. ſi aduerſ. fiſc. l. 1. C. de pedan. iudic.* cum aliis, de quibus apud Vantium *in ſuo tract. de nullit. in rubric. de nullit. ſentent. ex defect. iuriſdict. num. 45.* & qualitercumque procedit non habens iuriſdictionem ſemper cenſetur grauare, & offendere *l. magiſteria num. 2. C. de iuriſdict. omn. iudic.* Rebuff. *in conſtit. Franc. in tit. de ſentent. executoriali art. 3. gloſ. 2. num 20.* quia omnis actus dicitur fieri ſine iuriſdictione in tali caſu, *l. 1. ff. de pœnis cap. vt debitus de appellat.* Ita quod agens in tali caſu æquiparatur Syluano, Bart. *in l. Barbarius ff. de offic. prætor. n. 4.* Amat. deci. Marchiæ 21. n. 63. & ideo geſta per ſimiles perſonas non poſſunt validari etiam de conſenſu partium, Triuiſan. *deciſ. Venet. 68. lib. 6.* diximus in pragmatica Regni *1. de iuriſdict. inuicem non turband.* & conferunt pleniſſimè tradita *in praxi elect. & variat. fori quæſt. 2. ſect. in ſecunda impreſſione.* vbi lectorem relego.

Imo in foro poli peccauit pater prior Sancti Petri dum aliena vſus eſt iuriſdictione ex traditis per Nauar. *in manual. conſ. c. 23. n. 14. verſ. 6. & c. 45. n. 8. verſ. 22. & c. 27. n. 8.* & tenetur de pœna vſurpatæ iuriſdictionis, vt latè per Capi. *in dec. ſacri Conſilij 150. dub. 3.* & per Campagn. *in cap. Regni. quia de Vicarijs num. 6* & per Maſullum *in deciſ. 150. n. 2.* vbi quod vſurpantes iuriſdictionem debent puniri, allegat text. *in l. probatorias, & in l. penult. C. de diuerſ. offic.*

Digitized by Google

libr. 12. *& in l. de modo ff. finium regundorum.*

Ex quibus omnibus, & aliis quæ breuitatis cauſa omittuntur patet Juſtitia meorum clientulorum, dat. Neapol. die 19. Januarij 1626.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2686.

Super cap. de cætero de cleric. non reſident.

¶ Reſidere an dicatur Canonicus inſeruiens epiſcopo?

CAnonici inſeruientes epiſcopo dicuntur præſentes, & ſic fructus præbendæ conſequuntur h. d. & ita Sayr. *deciſ.* 11. *de cleric. non reſident. lib.* 3.

Amplia hanc concluſionem procedere, & eſſe veram non ſolum in Canonicis eccleſiæ Cathedralis, ſed etiam eccleſiarum collegiatarum non ſolum ciuitatis, ſed etiam diœceſis, vt diximus *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop.* 70. *par.* 4. vbi quod appellatione canonicorum non ſolum ciuitatis, ſed etiam diœceſis veniunt, & comprehenduntur firmando pariter hoc priuilegium ad canonicos ſolum extendi, non autem ad reliquos clericos, etiam ſi in noſtro Archiepiſcopatu eſſent Hebdomadarij, nam ipſi non fruuntur hac prærogatiua, cum appellatione clericorum veniant, & non ſint poſiti in dignitate, Nouarius *quæſt. forenſ.* 24. *in fine lib.* 1.

Sed num Canonicus, qui eſt in ſeruitio ſui epiſcopi ſalarium ab eo petere poſſit? declarauimus *d. deciſ.* 70.

COLLECT. 2687.

Super cap. Inter corporalia de tranſlat. epiſcoporum.

¶ Caſus omiſſus quando habeatur pro omiſſo?

CAutum eſt in iure vigore iſtius canonis, quod caſus omiſſus habetur pro omiſſo, quod axioma etiam probatur *in cap. dilectus de offic. ordin. in cap. ii, qui de ſentent. excommunicat. & in l. commodiſſimè ff. de liber. & poſth.*

Amplia hanc concluſionem procedere etiam in ſtatuto, lege municipali, vel conſuetudine Rubin. *deciſ.* 8. vbi etiam quod caſus omiſſus à noua diſpoſitione intelligitur ſecundum ius antiquum vigore text. *in l. ſi verò §. de viro ff ſolut. matrim. l. commodiſſimè ff. de lib. & poſthum.*

Amplia ſecundò id habere locum etiam in contractibus, in quibus ſimiliter caſus omiſſus habetur pro omiſſo, & illi nulla debet haberi conſideratio, *l.* 1. *& l. quidquid aſtringendæ ff. de verb. obligat.* Surd. *deciſ.* 195.

Declara tamen hãc ampliationem, quòd tacitum circa naturalia, vel accidentalia contractus pro expreſſo habetur, quotieſcunque tacitè agitur ab vtraque parte, vt *in l. cum quid ff. ſi certum petatur*, ſi vero ab vna tantum parte pro expreſſo non habebitur, vt notatur *in l. ſi repetendi C. de condict. ob cauſ. & l. ſi maiores C. de tranſact.*

Limita tamen principalem concluſionem in vltimis voluntatibus, in quibus caſus omiſſus habetur pro expreſſo, *l. fin. C. de poſthum. hæred. inſtituend.* Valaſc. *deciſ.* 45. in tantum, quod in hoc caſu taciti, & expreſſi eadem eſt virtus iuxta regulam, de qua *in l. cum quid*, vbi DD. *ff. ſi cert. petatur, l. fin. in princip. ff. leg.* 2. *l. fin. C. qui bonis ceder. poſſ.*

Sed caſus omiſſus à partibus qualiter intelligatur? Dicas intelligi debere ſecundum diſpoſitionem iuris communis ad text. *in l. commodiſſimè ff. de liberis, & poſthumis. l. cum prætor ff. de iudic. l. ſi extraneus ff. de cond. ob cauſ. l. voluntatis, C. de fideiuſſ.* Antonin. Materat *deciſ. ſiue variarum iur. reſolut lib.* 2. *reſolut.* 11.

Rota

Rota Romana *apud Farinac. deciſ.* 171. *tom.1.part.1.*

COLLECT. 2688.
Super Bulla Sixti V. circa ſocietates ad caput ſaluum.

¶ *Societas ad caput ſaluum an valeat?*

FElicis memoriæ Sixtus V. inter alias, quas promulgauit conſtitutiones tempore ſui pontificatus hanc pariter emanauit ſuper ſocietatibus ad caput ſaluum, diſponens multa, & præcipuè contractus palliatos prohibens, prout ibidem latius videri poterit, & iuxta illius tenorem voluit Rota in cauſa Ferratien. 17. Martij anno 1600. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Mellino, de qua memor eſt nouiſſimè Coccinus Rotæ Decanus *deciſ.* 70. vbi pariter firmat inæqualitatem lucri eſſe permiſſam inter ſocios, ſi alter maiorē partis ſortis, vel induſtriæ conferat, aſſerens quoque lucrum incertum ſocietatis vendi poſſe pro precio determinato proportionato tamen ad dubium euentum lucri, ſicque ait deciſum per Rotam in dicta cauſa Ferrarienſi ſocietatis, & iuxta hanc ſententiam ſcribit ſimiliter Sayrus *deciſ.* 24. *de vſuris.*

COLLECT. 2689.
Super Doctrina Gloſ. in l. ſiue poſſidetis, C. de probat.

¶ *Poſſidens olim, præſumitur & hodie poſſidere.*

POſſeſſor olim, & hodie poſſeſſor præſumitur, h.d. & ita Rota Rom. apud Farinac, *deciſ.* 419. *tom. 1. part.1. & deciſ.* 634. *tom.2. part.1.*

Amplia quod propter poſſeſſionē anteceſſoris datur mandatum de manutenendo ſucceſſori, Rota *deciſ.1. de reſtitut. ſpoliat. in nouis.* Guid. Pap. *deciſ.* 629. & voluit Rota in Neritonen. Bonorum lunæ 2. Decembris 1602. coram R.P.D. Coccino, *vt in eius deciſion.* 86.

Et aduerte quod poſſeſſor non ſolum poteſt allegare poſſeſſionem de præſenti, ſed pariter ſucceſſor vniuerſalis, aut ſingularis poteſt allegare poſſeſſionem defuncti, aut authoris ſui, quem conſtat ſemel poſſediſſe, prout quandoque licet incidenter fuit dictū in Curia Archiepiſcopali, & in ſpecie in cauſa Marci Antonij Sfrondati, cū Joanne Marco della Miglia viuente tunc tempore, & in congregatione aſſiſtente Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Cardinali Carrafa, cuius anima requieſcat in pace, prout cum effectu ob eius vitæ integritatem, ſimulq; erga pauperes pietatem celeſti domo frui ſpero.

COLLECT. 2690.
Super Doctrina Gloſæ in l.2. ff. de priuileg. credit.

¶ *Hypotheca non inducitur niſi in caſibus expreſſis.*

GLoſa finalis in fine hic probat illam opinionem, quod regulariter hypotheca non inducatur, niſi in caſibus à iure expreſſis, prout ita etiam fatetur Surdus *deciſ.* 171. nouiter Rota in vna cauſa Bononien. pecuniaria lunæ 11. Decembris 1600. vt apud Cocc. *deciſ.* 12. vbi infert ex hac concluſione, quod cum in iure cautum non reperiatur, quod pro bonis extradotalibus competat vxori tacita hypotheca, prout erant illa, de quibus ibi agebatur, ex quo obuenerant poſt contractum matrimonium per ſucceſſionē, Guid. Papæ *deciſ.* 468. Afflict. *deciſ.* 44. meritò dicit in illis hypothecam fuiſſe inductam non poſſe præſumi.

Digitized by Google

COLLECT. 2691.
Super cap. Requiſiuiſti ff. de Teſtament.

¶ *Teſtator non poteſt ſua diſpoſitione canonis, vel legis conſtitutionem mutare.*

HIc probatur priuatam teſtatoris diſpoſitionem non poſſe canonis, vel legis generalem conſtitutionem mutare, quare pro ornatu duo mihi occurrunt dicere, quorum primum eſt, quod ideò meritò videmus, quod fundator iuris patronatus prohibetur, nec poteſt in limine fundationis apponere conditionem; vt nullo modo in dicto iure patronatus ſe intromittere valeat Sedes Apoſtolica, iuxta ea, quæ plena manu deduximus *in deciſ. Curiæ Archiepiſc. 75. part. 4.*

Secundò, quod ideo Reuerenda Fabrica Sancti Petri de vrbe poteſt ſe intromittere in legato facto ad pias cauſas, quamuis teſtator diſpoſuiſſet, quod ſi fabrica manus impoſuiſſet, tale legatum haberetur, ac ſi non eſſet relictum, nemo enim poteſt operari, quod leges non habeant locum in ſuis diſpoſitionibus, ad textum *in l. nemo poteſt, ff. de legatis* 1. de quo latius in *d. deciſ. 75. à n. 14. cum ſeq.*

COLLECT. 2692.
Super l. fideiuſſores magiſtratuum §. 1. ff. de fideiuſſ.

¶ *Contractus an præſumatur cenſualis, vel emphyteuticus?*

TAlis præſumitur contractus, qualis ex verborum facie apparet, h. d. tu autem dicas, quod in dubio contractus præſumitur cenſualis, Creſcen. *deciſ. vnic. de cenſibus.*

Fallit tamen fauore eccleſiæ, quia in tali caſu præſumitur emphyteuticus, vt deciſum ait Theſaur. *forenſ. quæſt. 43. lib. 4.* quomodo autem probetur cenſus declaraui *deciſ. Curiæ Archiepiſc. 304. part. 4.*

Quando cenſus iudicetur emphyteuticus, vel alterius ſpeciei declaratum habes in ſequenti allegatione edita per Nouarium, quam hic apponere libuit, & eſt vt ſequitur.

IN hac cauſa D. Julij Comite cum D. Fabio Niglio de duobus poſſet dubitari.

Primum eſt an cenſus annuorum ducator. octo probetur conſtitutus ſuper domibus in actis deductis: ſecundum an ſit emphyteuticus, ita vt ob alienationem factam irrequiſito Domino, & ob non ſolutionem canonum ceciderint domus in commiſſum vnà cum meliorationibus fortè exiſtentibus, vel ſaltim condemnandus ſit emptor ad ſoluendum laudemium cum cenſibus decurſis, & non ſolutis.

Reſpectu primi nulla cadere poteſt difficultas: ſiquidem clariſſimè elicitur tum ex tribus inſtrumentis de anno 1578. 1606. & 1612. *fol. 2. 3. 5. & 6.* tum etiam ex ſolutionibus factis, & tum denique ex confeſſione aduerſarij in eius comparitione *fol. 11.* in qua fatetur cenſum deberi, negat tamen eſſe emphyteuticum, timore caducitatis, & aliorum onerum, quæ ſuſtinet.

Difficultas itaque conſiſtit in eo. An cenſus iſte iudicandus ſit emphyteuticus, vel alterius ſpeciei; qua in re indubitanter teneo, eſſe emphyteuticum, & ſic per Reuerendas curias fore declarandum.

In inſtrumento etenim anni 1578. id clariſſime dicitur, ibi cum onere cenſus emphyteotici ann. ducatorum octo ſoluendorum excellenti Mattheo Comite in medietate menſis Auguſti, ideoque cum claris verbis cõtrahen-

trahentes dicant eſſe contractum emphyteuticum, ab hac denominatione recedendum non eſt, iuxta text. *in l. ſi aliȷ ff. de vſu & vſufr. leg.* vbi DD. omnes, ita eleganter fundat Menoch. *de præſumpt. libr. 3. præſumpt. 105. numer. 1.* vbi in ſpecie contractum emphyteuſis ex verbis iudicandum docet ex Neuizano, Natta, & aliis, quos allegat; talis enim præſumitur contractus, qualis ex verborum facie apparet, *l. fideiuſſores magiſtratuum* §. 1. *ff. de fideiuſſ.* præſertim verò cum declaratio hæc fiat in publico inſtrumento, quod facit rem claram & manifeſtam ex Cencio *de cenſ. deciſ.* 125. *numer.* 11. & *deciſ.* 133. *numer.* 6. & 135. & 136. *numero* 6.

Nec vim facit quod non producitur inſtrumentum conſtitutionis, & creationis cenſus emphyteotici iam dicti, qui neceſſariò non requirit ſcripturam, *l. prima*, vbi gloſ. *C. de iur. emphyt.* nam cenſus, & emphyteuſis poſſunt probari etiam ſine ſcripturis, *d. l. 1.* vbi Bart. *numer. 6. C. de iur. emphyt.* Cabal. *milleloq.* 177. Germon. *de ſacror. immun. lib. 3. capit.* 10. *num.* 120. Forcatul. *in comment. feud. capit.* 4. *numer.* 14. Scap. *de iur. non ſcript lib. 4. cap. 22. num.* 3. Cenc. *de cenſ. deciſ.* 113. *num.* 1. & poſito quod cenſus emphyteuticus probetur ſeu præſumatur conſtitutus, inſtrumentum, & ſcriptura præſumitur Rodriq. *de ann. redd. libr. 1. quaſt.* 15. *nu.* 57. ex text. *in l. ſciendum de verb. oblig.* vt alios reiiciam.

Et in indiuiduo caſus noſtri quod ſcilicet contractus emphyteuticus probetur ex ſola aſſertione, & enunciatione facta in aliquo inſtrumento puta venditionis, donationis, vel deſcriptionis in æſtimo ſeu appretio, tradiderunt Crauet. *conſil.* 217. *num.* 8. & *ſeq.* Alexand. *conſil.* 10. *num.* 5. *lib.* 4. Follei. *de cenſ. in verſiculo huiuſmodi cenſ. ſuper rebus num.* 98. Rodoan. *de reb. eccl. non alien. quaſt.* 17. *numer* 73. Caſſaneus *in conſ. Burgund. in titulo des cenſes* §. 3. *numer.* 5. Genua *de verb. enunc. lib. 2. quaſt.* 4. *numer.* 8. & *ſeq.* vbi diſputat punctualem quæſtionem noſtram, & Surd. in propriis terminis noſtris *deciſione decima, per totam* ex text. *in l. deſiderium Cod. depoſ.* & ex *l. cenſualis Cod. de donat.* & per doctrinam Bartol. *in l. rura Cod. de omni agro deſert. libro vndecimo.*

Concurrentibus præſertim aliis adminiculis, nempe aliis confeſſionibus factis in aliis inſtrumentis, ac ſolutionibus factis vſque adhæc tempora, quæ omnia conſiderat Surd. *d. deciſ.* 10. *numer.* 10. Foller. *d. num.* 98. Crauett. *dicto conſil.* 217. quicquid dixerit Guid. Pap. *deciſ.* 24. nam ibi aderat ſola confeſſio, & enunciatio in inſtrumento venditionis, & non aderant alia adminicula, prout aduertit Surd. *d. deciſ.* 10. *num.* 24.

Cui ſane concluſioni non refragabitur quod verba hæc, *cum onere cenſus emphyteotici*, ſint incidenter prolata in dicto inſtrumento venditionis, & ſic tanquam verba enunciatiua emiſſa propter aliud, non probent ad text. *in l. epiſtola ff. de pact.*

Etenim negatur verba hæc eſſe incidenter, & propter aliud prolata, ſed ſunt propter ſe, & ſubſtantiam negotij emiſſa, ſine quorum expreſſione contractus conſiſtere non poterat; certum eſt enim quod venditor exprimere tenetur onera, ſeruitutes, & alia, propter quæ emptor veriſimiliter non fuiſſet empturus *l. 1. & toto titulo ff. de ædil. edict.* vbi notant DD. omnes. Alex *conſ.* 63 *lib. 6. & conſ.* 14 *li.* 5. & *conſil.* 107. *volum.* 4. Lana. *conſ.* 15. *numer.* 34. & in contractu emphyteutico tradit Bertaz. *in tract. clauſ.* 14. *gloſ.* 1. *num.* 6.

Dum ergo in anno 1578. Fabritius Sarrianus venderet domos in actis deductas Petro Antonio Ruſſo ex iuris diſpoſitione coactus fuit exprimere in contractu venditionis omnia onera, quæ ſubſtinebant dictæ domus, & ſic declarauit domos prædictas ſubiacere oneri cenſus emphyteotici ann. ducator, octo debitorum Mattheo Comite, & cum hoc onere vendidit. Erit ſanè conſeſſio hæc pars contractus, & propter rem & ſubſtantiam negotij emiſſa, non autem incidenter & ſine neceſſitate facta, alias enim reſolueretur contractus, *l. ex empto §. ſi quis virginem ff. de act. empt.* vel teneretur ipſe emptori ad intereſſe, *d. l. 1. §. primo, ff. de act. empt. & l. quoties ff de ædil. edict.* & notant DD. ſupra relati.

Quinimò non tantum neceſſe fuit declarare domos eſſe cenſui ſuppoſitas; ſed apertius dicere naturam, & qualitatem cenſus ſcilicet emphyteotici liuellarij, vel alterius ſimilis *d. l. 1. §. 1. ff. de act. empt.* & optimè probat Crauet. *d. conſ.* 217. *ſub num.* 10. & Bertaz. *in tract. clauſ.* 14. *gloſ.* 1. *num.* 2. tradit quod emphyteuta alienans rem non declarata qualitate, & conditione rei, dicitur interuertere poſſeſſionem, & ius domini, & ſic poteſt emphyteuſi priuari, nam longe differt contractus emphyteoticus à cenſuali, eſt magis oneroſus; Menoch. *de præſumpt.* 106. *n.* 10. *& ſeq.* & Gomeſ. *ad l.* 68. *taur.* Quòd ſi debuit Sarrianus venditor hæc dicere in inſtrumento, & actu venditionis, nullo modo poterit prætendi eſſe verba hæc incidenter & propter aliud enunciata, ſed propter ſe, & ſubſtantiam negotij emiſſa.

Quo ſanè caſu (quando ſcilicet verba & ſi enunciatiua erant neceſſaria ad ſubſtantiam actus) clariſſimum eſt quod ea plenam inducunt probationem circa ea, quæ neceſſaria erant ad ſubſtantiam actus, prout notant DD. *in l. optimam C. de contr. & com. ſtip.* conſuluit Dec. *conſ.* 118. *num.* 5. *& conſ.* 359. *num.* 6. Crauet. *de antiq. temp. part.* 1. *verſ. Propoſitum noſtrum nu.* 52. *& in conſ.* 134. *num.* 8. *& in d. conſ.* 217. *num.* 6. ex Bart. & alijs, quos allegat. & hos ſequitur Genua *de verb. enunc. lib.* 2. *quæſt.* 1. *nu.* 9. *&* 10. *& quæſt.* 17. *art.* 12.

Quod eo magis ſibi locum vindicat, cum aſſertio hæc fiat ab ipſo domino domorum, in quo non præſumitur ignorantia, ad tradita per Abb. *in conſ.* 62. *lib.* 2. *num.* 12. & per Crauet. *dicta part.* 1. *num* 33. in tantum quod præiudicat etiam ſingularibus ſucceſſoribus, & habentibus cauſam ab ipſo enunciante, Crauet. *in conſ. Pro genero n.* 428. *& dicto conſil.* 217. *numer.* 10. quem refert Menoc *de præſumpt. lib.* 3. *præſump.* 101. *num.* 16. loquens in proprijs terminis noſtris, & Surd. *d. deciſ.* 10. *n.* 9.

Prætetea aduertant rogo, quod quoties incidit quæſtio de verbis enũciatiuis adhibenda eſt diſtinctio, quod aut ſumus inter eaſdem perſonas contrahentes, & indiſtinctè probant contra enunciantem, Crauet. *de antiq. temp. part.* 1. *nu.* 19. Genua *de verb. enun. lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 7. *& quæſt.* 45. *n.* 6. *& quæſt.* 4. *lib.* 1. *num.* 73. Aut ſumus in tertio, qui non interuenit, ſed notarius ſtipulatus eſt pro eo, prout communiter fit, & adhuc probant, Foller. *de cenſ. loco iam relato*, & Rodoan. *dicta quæſt.* 17. *num.* 75. & Surd. *deciſ.* 10. loquitur in contractu iurato. Aut contractus non eſt ſtipulatus. & non interuenit, & certum eſt quod faciunt præſumptionem ad fauorem tertij, qui non interuenit, donec contrarium probetur per aduerſarium, Crauet. *d. part.* 1. *nu.* 30. *verſ. quid tenendum*, & late diſcurrit Nicol. Gen. *d. quæſt.* 1. *lib.* 2. *num.* 17. *& ſeq.* Quocumque ergo rem vertamus fateamur oportet verba hæc licet enunciatiua

plene

plenè & ſufficienter probare cenſum, de quo loquimur, eumque eſſe emphyteoticum.

Et tandem non omittam quod verba enunciatiua probant in antiquis Crauet. lațiſsime *in dicto tract. de antiq. verſ. ampliatur nunc per totum à num. 9.* & Genua *de verb. enun. lib. 1. quæſt. 4. num. 44. cum ſeq.* quamplurimos huius opinionis ſectatores allegat & D. Ric. *d. collect. deciſ.* 189.

Patet ergo ex prędictis cenſum eſſe ſufficienter, pleneque probatum, illumque eſſe emphyteoticum, ac proinde condemnandum eſſe D. Fabium ad cenſus decurſos, & ad laudemium propter venditionem factam.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2693.

Super cap. Treguas, vbi Gloſ. in verbo frangere de Tregua, & pace.

¶ *Lex vel diſpoſitio principis non acceptata an liget ſubditos?*

NOtat hic Gloſ. *in verbo frangere, ibi, moribus vtentium, &c.* quod lex, vel diſpoſitio principis non acceptata, nec moribus vtentium comprobata non ligat ſubditos, ſaltem quando non fuit obſeruata ſciente, & tolerante principe, & ita Benintend. *deciſ. Bonon.* 13. Ludouic. *deciſ. Peruſi.* 98. Sayrus *deciſ. 1. de conſtit.* & ſic per non vſum tollitur lex, prout per non vſum tolli priuilegium apparet, ex *l. 1. ff. de Nundinis* Nouar. *forenſ. quæſt.* 8. *num. 6. lib.* 1. vbi tamen id limitat non procedere quando non venit occaſio vtendi illo, ad textum *in cap. vt priuilegia §. illud extra de priuil.* vbi priuilegium celebrandi in vna ex eccleſiis alicuius ciuitatis interdictæ non amittitur, etiam ſi per centum annos eo priuilegio vſi non fuerint, quia non venit caſus eo vtendi, & ad ciuitatem illam priuilegiati non acceſſerunt, quod pariter tutantur Gizzarel. *deciſ.* 73. & Maſtril. latè *deciſ.* 96.

COLLECT. 2694.

Super cap. fin. de præſumpt.

¶ *Deſcendentia probari debet ab eam allegante.*

NOn deſcendentia præſumitur, h. d. vndè alleganti illam onus probandi talem deſcendentiam incumbit.

Et quidem concludenter, quia venit obiectiuè, Rota *deciſ. penult. & final. de except. in nou.* & Biſignett. *deciſ. 2. eod. tit.* & ita in terminis voluit Rota in cauſa Legionen. denegatæ poſſeſſionis 8. Martij 1593. coram Illuſtriſſimo Cardin. Blanchetto, & in alia cauſa Toletana parochialis 27. Ianuarij 1595. coram Illuſtriſſimo Cardinali Mantica, & vide lato apud Coccin. *in deciſ. Rota* 68. vbi ſtante ſtatuto, quod deſcendentes ex Mauris non admittantur ad canonicatus, & præbendas, ſi quis dixerit, quem ex Mauris deſcendere, debet hoc concludenter probare, ſicque ait deciſum in Legionen. canonicatus lunæ 3. Iunij 1602. coram ipſo.

COLLECT. 2695.

Super Doctrina Bald. in l. 2. C. de reſcind. vendit.

¶ *Emptor tempore retrouenditionis tranſacto an retrouendere cogatur?*

BAldus hic *num.* 11. affirmat, quod emptor non tenetur amplius retrouendere elapſo tempore retrouendendi, quod quidem probatur *in l. ſi creditor §. illud ff. de diſtract. pignor.* & ita voluit Rota in Romana domorum 19. Ianuarij 1610. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Sacrato,

Digitized by Google

& alias in vna pariter Romana domorum Veneris 18. Maij de Anno 1612. coram Ludouiſio, deinde Gregorio XV.

Declara tamen hanc concluſionem, vt venditor elapſo tempore ad retrouendendum valeat purgare moram, ſi res vendita non ſit iuſto precio, prout deciſum ait Nouarius *forenſ. quæſt.* 142.*lib.*1. vbi etiam videtur fundare opinionem, vt quando per modicum tempus eſſet tranſactum pro redimendo iuxta pactum factum, poterit etiam audiri venditor, quamuis deinde totum contrarium verius eſſe aſſerat, quam quidem opinionem pluribus mediis format, quæ per te poteris apud eum videre, quoties caſus acciderit in facto.

COLLECT. 2696.
Super c. ſi clericos de ſententia excommunicationis in 6.

¶ *Beneficium cap. Odoardus quando, & quibus competat.*

BEneficium cap. *Odoardus*, regulariter competit clericis, ſiue in maioribus, ſiue in minoribus conſtitutis non habentibus vnde ſuis ſatisfaciant creditoribus, ne excommunicationis gladio feriantur, nec aliter vexentur, quinimo vt abſque ceſſione bonorum à creditoribus dimittantur aſſignatis redditibus bonorum etiam beneficialium creditoribus, ita tamen vt deducatur ne tales clerici egeant, vel ſaltem hi cautionem iuratoriam in ſubſidium præſtare tenentur de ſoluendo, quando ad pinguiorem fortunam peruenerint.

Pro cuius ornatu videndum eſt, quando clericus dicatur non eſſe ſoluendo, & firma opinionem id eſſe verum quotieſcunque non habet tantũ quod ſufficiat ad eius alimenta, Viuius *deciſ.*529. Puteus *deciſ.*56.*lib.*1. Antonius Maceratenſ. *deciſ. ſiue reſolutionum lib.*1. *reſolut.*41.

Sed num clericus excluſus ab hoc beneficio poſſit admitti ad beneficiũ ceſſionis bonorum? vide noſtram *deciſ. Curiæ Archiepiſcop.*308.*part.*4.

Et an clericus coniugatus, qui regulariter excluditur ab hoc cap. Odoardus beneficio, vt communiter ſentiũt Doctores noſtri, illo frui poſſit, ſi ei mortua fuerit coniux? affirmatiuè decidendum eſt ex Nouario *forenſ. quæſt.* 88.*libr.*1. vbi in ſpecie iſta concludit ex eo, quia omnia priuilegia, quæ habent clerici non coniugati competunt clericis coniugatis, quotieſcunque eis moriuntur mulieres, quas in vxores duxerant, & ideò meritò firmat, quod licet vigore pragmaticæ Regni 1. *ſub Rubrica de Diaconis, & Clericis Saluaticis*, clerici coniugati in Regno teneantur, & ſint obligati ſoluere functiones fiſcales, tamen id non procedit, quotieſcunque moriuntur vxores, quia in tali caſu ſunt excuſati, prout quoque excuſantur à ſubeundis muneribus vniuerſitatis, ad quæ per prius tenebãtur, iuxta *deciſ. Curiæ Archiepiſcop. apud nos in deciſ.*169.*part.*3.

COLLECT. 2697.
Super cap. 1. de ſupplenda negligentia prælatorum.

¶ *Epiſcopus benedicit Abbates, Abbatiſſas, & Moniales.*

PRobatur hic quod epiſcopus benedicit Abbates, Abbatiſſas, & Moniales, illiſque dat velum conſecrationis.

Declara quod hanc benedictionem iterare nequit, vt probat Sayrus *deciſ.*2. *de Sacrament. non iterandis.*

Sed num Epiſcopus poſſit intrare clauſtra monialium pro tali conſecratione

tione facienda, vel pro benedictione ſororum ? negatiuè deciſum retulimus *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop.* 309. *part.* 4. vbi allegauimus Sacrum Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regularibus cap.* 5. *verſic. ingredi autem.*

Et in quanam ætate debeant conſecrari huiuſmodi Virgines. Dicas, quod de iure communi non poſſunt conſecrati virgines Moniales, niſi attigerint vigeſimum quintum annum, vt conſtat ex *cap. placuit, & ex capit. virgines* 20. *quæſt.* 1. verum hodie ex conſuetudine vniuerſali conſecrantur ante hoc tempus viginti quinque annorum, vt teſtatur Antonin. *deciſ. Maceratenſ. ſiue variarum iuris reſolut. lib.* 1. *reſolutione finali caſu* 14.

Sed Sacra Illuſtriſſimorum Cardinalium Concilij Interpretum Congregatio cenſuit ante vigeſimum quintum annum completum nullatenus virgines eſſe conſecrandas, prout hæc omnia & alia nonnulla ad materiam habes *in cit. deciſ. Curiæ Archiep.* 309. *par.* 4. vbi lubeat videre.

COLLECT. 1698.
Super l. 1. §. præterea ff. de quæſtionibus.

¶ *Inimicitia an, & quando faciat iudicium ad torturam.*

COncluditur hic, quod inimicitia faciat aduerſus inimicum præſumptionem non modicam, quia inimicus de inimico ſemper malum cogitat, & idcirco lex de eodem inimico omne malum præſumit, & propterea inimicitia facit indicium ad torturam, prout communiter DD. ita affirmant.

Declara hanc concluſionem procedere, vt tunc demum inimicitia faciat indicium ad torturam, ſi grauis, & capitalis ſit, at ſecus ſi leuis, & non capitalis Gramat. *deciſ.* 28. Franc. Marc. *deciſ.* 423. vbi etiam dicit practicari communiter vt tale indicium ex inimicitia non oriatur, niſi concurrente aliqua alia adminiculata coniectura, prout etiam tradunt Theſaur. *deciſ.* 24. Ludouic. Peguer. *deciſ.* 17. firmans, quod licèt ſola inimicitia non ſufficiat ad torquendum, benè tamen ſufficit ad inquirendum, etiam nullo alio adminiculo concurrente.

Declara ſimiliter, præfatam concluſionem non procedere quando poſt inimicitiam ſucceſſit pax, reconciliatio vel remiſſio iniuriæ, quia tunc inimicitia minimè facit indicium ad torturam, ſi delictum non de recenti poſt reconciliationem commiſſum fuerit, prout ſæpius iudicauimus in noſtra Curia Archiepiſcopali in caſibus contingentibus.

Declara etiam, vt non procedat, quando offenſus habet plures inimicos, quia tunc cum præſumptio contra vnum inimicum dubia, & incerta reddatur propter inimicorum pluralitatem, ea propter effectum aliquem operari non debet, Franc. Marc. *deciſ.* 423. vbi ait eſſe attendendam inimicitiam recentiorem, & vide Theſaur. *deciſ.* 24. circa quod ego dico eſſe verſandum multum, atque multum iudicis arbitrium, qui bene perſpicere debet, antequam vnum potius, quam alterum inimicum torturæ ſubiiciat, habens ante oculos inimicitiæ ac perſonarum qualitatem.

Verum quia nonnulla congruentia ad hanc materiam vidi reposita in cauſa cuiuſdam inquiſiti per Nouarium, placuit illa hac occaſione ductus imprimi facere per extenſum prout ipſe Author exarauit. Allegationes igitur pro defenſione ſui clientuli inquiſiti editæ ſunt hæ, quæ ſequuntur vt infra.

Digitized by Google

Conſideraui apud eruditiſſimos iudicantes facilè probari poſſe nullo modo contra clericum ex deductis in informatione oriri inditium validum, vel vrgens, ita vt ſufficere poſſit ad eum torquendum; ſed excluſa prorſus quæſtione eundem liberandum eſſe in forma.

Et vt hoc conuinci poſſit indicando tantum communes concluſiones contra hæc inditia quæ aliquam vim facere videntur, eſt inſiſtendum aduerſus inimicitiam probatam ante delictum, inculpationem occiſi in ipſo articulo mortis, & contumaciam ſequutam poſt delictum commiſſum. Quod autem inimicitia pręcedens delictum indicium ad hoc validum minimè oriri faciat, deducitur. Primò ex defectu cauſæ, ad hoc enim vt inimicitia conſequentiam torturæ inferre poſſit, requiritur quod ſit grauis, & capitalis, ſecus ſi non ſit capitalis, vt teſtatur Angel. *de malefic. in ver. quod fama publica præcedente num.* 50. Bianch. *in l. fin. de quæſt. num.* 175. vbi omnes hoc tenere dixit Marſil. *in pract.* §. *diligenter n.* 69. & Onded. *conſ.* 107. *n.* 32. *& n.* 38. *cum ſeq.* vbi probat ex multis, illud tantum odium, & inimicitium hunc effectum tribuere poſſe, quod ex vrgentiſſimis cauſis peruenerit, & hanc communem concluſionem cæteris allegatis firmat Farinac. *titul. de indic. & tort. quæſt.* 49. *n.* 108. *verſic. limita primo*, quod in indiuiduo, & de communi probauit Menoch. *lib.* 1 *præſumpt. quæſt.* 89. *n.* 51. *&* 52. allegans Marſil. Plot. & Iacob. Nouell. nempè inimicitiam etiam cum aliis adminiculis nihil efficere ad torturam, quando non eſt capitalis, & ex cauſa non ita graui, & eſt neceſſe non ſolum probare inimicitiam ſed in ſpecie talem cauſam, quæ inducat capitalem inimicitiam per Bart. *in l.* 1. *de appell. recip.* Gram. *conſ.* 12. *&* 44. & poſt Carrer. & alios tradit Decian. *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 30. *&* 31. vbi ex Bal. & Bart. tradit etiam probari oportere manifeſtam, & euidentem inimicitiæ cauſam, modo quis dubitare poterit omnem prorſus excludi capitalem cauſam inimicitiæ. Si aliud non præſupponitur quam occiſi non ſalutatio, & hoc ex leui occaſione, nempè prohibitionis factæ publicis mulieribus ne cum ipſo alloquerentur, quod factum non tangens famam, non honorẽ, nõ bona N. excludunt capitalem cauſam ex diſcurſ. Decian. *lib.* 3. *tit.* 25. inimicitiæ cauſæ à *num.* 39. *& ſeq.* Farinac. *tit. de indit. & tort. quæſt.* 49. *à num.* 2. & in ſpecie ex non ſalutatione licet quis pręſumatur inimicus, non tamen eum præſumi ex cauſa capitali poſt Hipolit. de Marſil. & Maſcard. probauit Farinac. *d. tit. de indic. & tort. quæſt.* 49. *n.* 56.

Secundò præcipuè dictum indiciũ inimicitiæ aliquam vim non facit, quia cum ea non occurrit aliud indicium vrgens, ſed tantum leuis præſumptio, nempè inculpationis occiſi, & contumacię, vt infra demonſtrabimus, quod enim non ſolum requiratur cum inimicitia capitalis cauſa, ſed concurſus aliorum indiciorum, & præſumptionũ vehementium præ cæteris declarat Menoch. *d. lib.* 1. *præſumpt. quæſt.* 89. *n.* 51. vbi conſiderat ſi tempore delicti fuit viſus quis tranſire armatus in loco, & ſimilia, quæ cum inimicitia capitali probat effectum tribuere indicij ad torturam, ſecus ſi hęc non concurrant, quæ maxima vt ſola inimicitia etiam capitalis non ſufficiat, ſed requiritur dicta potens adminiculatio vti recepta de communi, & ſeruata traditur à Menoch. *d. loco à Peruſin. conſ.* 27. *n.* 19. *lib.* 1. Peguer. *deciſ. crim.* 17. *n.* 8. Onded. *conſil.* 107. *n.* 43. Ant. Facchi. *contr. iur. lib.* 9. *ca.* 82. Hieronym. Cœuall. *com. contr. com. quæſt.* 158.

Tertio

Tertiò aliquem effectum producere non debet inimicitia, quando offenſus plures inimicos habebat, quia tunc incertum, & dubium redditur indicium ob inimicorum pluralitatem, vt poſt Maluaſ. Follier. Theſaur. & cæteros in his terminis probauit Farin. *de indic. & tortur. dicta quæſt.* 49. *nu.* 114. vbi de grauiori nimicitia etiam caſum facit in re præſenti non dubitatur in facto ex pluribus, & grauioribus cauſis mortuum plures inimicos habuiſſe, vnde ex prædictis probatum erit hanc inimicitiã ex leui cauſa non vehementer adminiculatam, & in concurſu aliorum inimicorum aliquem effectum non tribuere; contra verò adminicula concurrentia conſidero, inculpationẽ ipſius offenſi etiam in articulo mortis conſtituti, indicium non facere ex doctrina Bart. *in l. ſi quis in graui.* §. *ſi quis moriens, ff. ad Sillan.* quæ ſententia communi calculo fuit approbata per Ang. *de malef.* Gaudin. Marſil. & cæteros, vt eſt videre apud Farinac. *de indic. & tort. quæſt.* 46. *à numer.* 10. imò non oritur ex ea, niſi læuis præſumptio quædam, & vilis, vt dicit gloſ. *in l.* 2. *in gloſ. pen. C. de calumn.* quam ibi probant Bald. Angel. Salic. & cæteri omnes, alios ad hoc refert Farinac. *dicta quæſt.* 46. *num.* 14. & tam leuis eſt, vt nec ad inquirendum ſit potens ex magis recepta poſt Ang. Clar. & alios diſtinguit Farinac. *eod. loco numero* 23. & 26. Et quomodo præterita inculpatio aliquid operatur ſecundum affirmatiuam opin. tradit Franciſc. Caſon. relatus de communi per Farinac. *ead. quæſt.* 46. *num.* 1. *verſic.* 1. infraſcriptis circunſtantiis indigere quod fiat in articulo mortis, & cum iuramento, quod inculpans ſit in plenitudine intellectus, & bonæ famæ, quod delictum alias non probari poſſit, & quod ſit commiſſum de die, non de nocte, ita quod offenſus potuerit videre, quod dicit, hæ circunſtantiæ in caſu omninò deficiunt, præcipuè contradicunt illis, mala fama inculpantis, defectus iuramenti, & eius depoſitio non tractat quod vidit, quia certum eſt alium eſſe percuſſorem, ſolum de mandato Michaëlis hoc dixit cogitare.

Contra contumaciam verò contractam, vt nihil efficiat plura conſiderantur, primò contumacia cum Banno, & condemnatione indicium facere, ſecus ſolam contumaciam, ex quo oritur, quod contumax comparendo, ſiue ante lapſum termini dati ad comparendum, ſiue poſt, dummodò ante condemnationem per ſpontaneam comparitionem penitus reſolutus dicetur effectus contumaciæ, probat Baiard. *in aditione ad Clar. quæſt.* 64. *num.* 40. *cum ſeq.* Farinac. *titulo de inquiſit. quæſt.* 11. *ante numer.* 83. *verſ. limita* 9. ſecundò effectus contumaciæ tollitur ſub diuerſo iudice, & eò fortius tollitur, ſi iudex ſubſit ſub diuerſo Principe, tunc enim cõtumacia contracta in alia curia nullo modo conſideratur ex Afflict. *in conſtitutione humanitate* 3. *notab.* proſequitur Folle. & cæteri per Farina. *d. tit. de inquiſit. qu.* 11. *num.* 75. tertiò non militat contumacia contra virum bonæ famæ, aliàs non inquiſitum, vt de approbata, & ſeruata opinione tradunt relati per Farinac. *ead. quæſt.* 11. *numer.* 76. in hac re ſimplex contumacia in curia ſeculari poſt comparitionem ſpontaneã in curia eccleſiaſtica contra virum magnæ nobilitatis, & optimæ famæ, & conditionis quis iudicabit aliquid operari poſſe? Modò reaſſumẽdo hæc indicia, ſi leuem & vilẽ probauimus præſumptionem ex inculpatione offenſi ſi nullam, & reſolutam ex ipſa contumacia, quæ erunt valida ad adminiculan-

Digitized by Google

dam immicitiam pro effectu prædicto,& tamen certum eſt requiri adminiculum pro effectu torturæ, quod ſit vrgens,& conſiderationis, vt probauit Farinac. *de ind.& tort.q.46.ante numer.37.* & Maſcard. *eod. tit. q. 43. num.* 161. inſuper ſi inimicitia non adminiculata vt dixi hoc non operatur,& adminiculata, ſi non ſit capitalis, & ex grauiſſimis cauſis, hoc non agit, vt in indiuiduo ex Menoc. fuit deductum, defectu capitalis cauſæ, quæ in facto indubium eſt deficere, omninò ad effectum torturæ eſt ſublata. Et licet in materia hac torturæ inferendæ plurimum arbitrio iudicantis tribuatur, tamen illud arbitrium debet ſe conformare, vel diſpoſitioni iuris, vel approbatis interpretum doctrinis Maſcard. Bertazzol. & complures hanc declarationem teſtantur relati per Farinac. *tit. de indic.& tort. quaſt.37.nu.193.* & ideò iudicans ad effectum torturæ non poteſt mente ſua indicia ſequi, ſed approbata communi doctrina, vt loquitur in ſpecie Marſil. *in precam.§.diligenter num.30.* Carrer. & alios citat Menoch. *ead.q.num.199.* & certum eſt iudicem in arbitrandis inditiis ad torturam ſequi debere ęquitatem,& mitiorem partem per Olaſch. *deciſ. Ped.* 70. Eug. *conſ. 22. num. 68.* Remanet propterea vt ſub æquitate, & iudicio Dominorum rectè iudicantium excluſis indiciis antedictis Dominus liberandus veniat.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2699.
Super Doctrina Gloſæ in cap. ſuper literis de reſcriptis.

Subreptio probanda eſt ab allegante.

GLoſa hæc in verbo priori modo eſt in opinione, quod qui ſubreptionem allegat, illam probare teneatur,& ita voluit Rota, in Agrigentina Sancti Angeli Mercurij 11. Decembris 1602. coram R.P.D. Coccino, quæ voluit probationem debere eſſe concludentem ex c. in præſentia vbi not. de probat. vt apud eundem Coccin. *deciſ.89.* vbi etiam firmat, quod narratiua concepta per verbum (vt aſſeritur) nullatenus debet iuſtificari ex Caſſador. *deciſ.4.de probat.* Rot. *deciſ.60. & 77. de reſcript. in antiq.* eadem Rota in cauſa Legionenſ. præſtimonij 14. Junij 1595. coram R. P. D. tunc decano.

COLLECT. 2700.
Super l.3.§.de illo ff. pro ſocio.

Pactum de hæreditate Viuentis, an valeat?

QVamuis pactum de hæreditate viuentis non valeat ad text. vulgatum *in l.fin.C.de pactis l. quidam, §.fin. cum l.ſeq.ff. de donat.* & hoc, vt euitetur periculum deſiderandi mortem proximi, ex quo verum eſt dicere, quod huiuſmodi prohibitio, nec eſt legis naturalis, nec diuinæ, ſed tota pendet à iure humano, vt per Afflictum *deciſ.* 292. Tamen vigore text. *in cit. l.3.§. de illo ff. pro ſocio.* deducunt ex illo Doctores, quod huiuſmodi dicta prohibitio ceſſat quando perſona, cuius morte ſit pactum eſt incerta, & ita tradit Phœbus *deciſ. Rotæ Luſitan. 2. in fin.* in qua quidem deciſ. particulariter tractat articulum, ſi Catholica maieſtas Inuictiſſimi Regis noſtri poſſit promittere officia, quę nondum vacant? & pro affirmatiua ſententia deciſum eſſe teſtatur, quod eo magis verius iudicat,& ſine dubio procedere poſſe ait, quotieſcunq; concedat prouiſiones generales ſuper officiis incerti hominis, vulgo dicitur in lingua hiſpanica, *para qual quer officio qua vagar è Couber ſua peſſoa de iuſtica, vt fanzenda.*

COL-

COLLECT. 2701.

Super Bulla Pij V. edita contra clericos non incedentes in habitu.

¶ *Clerici an, & quando in habitu, & tonſura incedere debeant.*

INter alias conſtitutiones, quas Pius V. felicis memoriæ tempore ſui Pŏtificatus edidit illa fuit vna, quæ fuit publicata Romæ die 18. Januarij de Anno 1579. & incip. cum Sacroſancta, quæ quidem loquitur de habitu, & tonſura per clericos, ſeu milites beneficia, ſeu penſiones obtinentes deferendis, & pœnis contra inobedientes inflictis.

Pro cuius ornatu vnum tantum hic quæram, & eſt, num hæc Bulla locum habeat cōtra clericum penſionarium, qui non exigit penſionem? In cuius articuli reſolutione Rotæ placuit negatiuam tenere opinionem in vna Bergomen. penſionis 19. Martij 1601. coram Ludouiſio deinde Gregorio XV. vt *in eius deciſ.*

Et iuxta hanc eandem ſententiam quoque dum in facto caſus accidiſſet, determinauit noſtra Curia Archiepiſcopalis, vt conſtat *in deciſ. mea* 290. *part.* 4.

COLLECT. 2702.

Super conſtitutione Regni Hoſtic.

¶ *Exceptio hoſtica quando opponi poſſit?*

PRo ornatu huius conſtitutionis Regni nonnulla notabilia hic congeram, & primò quod hæc hoſtica exceptio poteſt opponi etiam poſt concluſum in cauſa, prout fuiſſe deciſum in collaterali Regio Conſilio coram Excellentiſſimo Domino prorege referente tunc Regente Reuertterio, vt refert Nouar. *forenſ. quæſt.* 58. *lib.* 1. vbi aſſignat rationem, quia huiuſmodi conſtitutio eſt fauorabilis, & loquitur ſimpliciter. ergo debet habere locum in quacunque parte iudicij apponatur, & ideo iuxta hanc opinionem teſtatur ſeruari tam in Sacro Conſilio, quam in Regia Camera Summariæ, imò dicit etiam poſt ſententiam in Sacro Conſilio fuiſſe admiſſam dictam hoſticam exceptionem in cauſa Commendatoris Rotæ.

Item quod hæc exceptio Hoſtica non eſt introducta ob publicam vtilitatem primariò, ſed ſecundariò, vt tatur Idem *forenſ. quæſt.* 76. *num.* 3. vbi principaliter agit ſi dictæ exceptioni poteſt renunciari, ita quod facta renunciatione illa amplius vti non poſſit? & affirmatiuam defendit opinionem, de quo ante eum Giurb. *deciſ. Rotæ Sicilia* 118.

COLLECT. 2703.

Super Doctrina Gloſæ in l. Lucius ff. mandati.

¶ *Fideiuſſor quando poſſit petere liberationem?*

FIrmat hic Gloſa in verbo *condemnetur*, quod fideiuſſor; qui diu ſtetit in obligatione debet liberari, & quòd tempus arbitrio iudicis remittitur, atque reponitur, & ita tradunt Afflict. *deciſ.* 241. quod eo magis procedit, & locum habere debet concurrentibus moleſtiis, vt voluit Rota in cauſa Romana, ſeu Bononien. cenſus 7. Maij 1601. coram R.P.D. Pacen. & aliàs in Bononien. cenſus Mercurij 5. Martij 1603. coram R. P. D. Coccino, vt *in eius deciſ* 100. vbi etiam reſoluit, quod fideiuſſor de euictione ante ſequutam euictionem non poteſt cogere principalem, vt eum liberet, quod pariter affirmant Villl. *deciſ.* 241. & Gail. *obſeruat.* 29. *lib.* 2.

Sed num fideiuſſor proexiliato circe fines ſeruandos poſſit inſtare apud

BB 2

fiſcum vt ipſum eximat à fideiuſſione ex eo quia principalem exiliatum Curiæ præſentare intendit? latè id declarat Nouarius *forenſ. quæſt.* 20. *lib.* 1. & pro negatiua parte deciſum in noſtra Curia Archiepiſcopali huius Ciuitatis Neapolis teſtatur.

COLLECT. 2704.

Super l.1.C.qui petant tutor.

¶ *Curator dandus eſt adulto ciuiliter agenti.*

ADultus, ſi velit ciuiliter agere, ſeu in iudicio pro cauſa ciuili conuenitur non poteſt abſque curatore, concordat text. *in l.*2. *C. qui legitim. perſon. ſtand. in iudic. hab.* & ita Mutanenſ. *deciſ.* 3. *lib.* 2. & Gratiba *deciſ.* 109.

Ampliatur concluſio iſta, etiam ſi minor Adultus velit litigare per procuratorem, quia parte contradicente, & reclamante non poſſet, prout ita deciſum refert Maſtrill. *deciſ.* 54.

Declara tamen quotieſcunque minor adultus velit agere abſque curatore in cauſis poſſeſſoriis, Franc. Marc. *deciſ.* 69. *tom.* 1. quod tamen ſecus eſt, vbi in cauſis poſſeſſoriis conueniretur, quia in tali caſu non poſſet, vt determinauit Rota in vna Reatina coram Guidebono teſte Mandoſ. *de minorib. quæſt.* 9.

Declara etiam, quod minores in cauſis ſpiritualibus, & ſpiritualitati annexis veluti in beneficialibus, & matrimonialibus, aliiſque ſimilibus cauſis vigore text. *in cap. fin. de iudic. in* 6, ſi fuerint adulti, poſſunt in iudicio comparere, & ſtare ſine curatore, vbi verò fuerint impuberes, & maiores infante poſſunt, vel cum curatore litigare, vel etiam iudicis authoritate interueniente procuratorem ad litigandum conſtituere.

COLLECT. 2705.

Super Doctrina Angel. in §. fin. auth. de reſtit.

¶ *Relegatio ſoli Principi competit, & qui poſſint relegari, & eijci à Ciuitate?*

FIrmat hic Angelus *in* §. *fin.* quod ſoli principi confinandi, & à Regno eiiciendi facultas competit, & meritò quidem, nam id de regalibus principi reſeruatis eſt *l.*1. §. *deportatos ff. de leg.* 3. ſicuti redeundi facultatem relegato concedere ſolus princeps poteſt, Afflict. *deciſ.* 4.

Sed quando licitum ſit Proregi ad confinia ponere homines? Dicas, quod ſubditos malæ vitæ, aliaſque perſonas iuſta ex cauſa ponere poteſt Prorex, & à Regno expellere ſub pœna etiam corporali, *l. certa forma C. de iur. fiſci lib.* 10. Caſtill. *deciſ.* 185. ſic etiam in caſu, quo ſunt perſonæ Rixoſæ, ſcandaloſæ, ſeditioſæ, ſic pariter mulieres inhoneſtas expellere poteſt, cum iuuenes perdere ſoleant, propterea extra ciuitatem ſunt expellendæ prout lenones, qui mulieres ad luxuriam allicere conantur, ſuntque caſtitatis corruptores, Auth. *de Lenonibus* §. *Sancimus collat.* 2. honeſtatem enim magis expedit Reipublicæ ſeruari, quam populi multiplicationem ex corruptis moribus procedentem, Cacheran. *deciſ. Pedemont.* 77. vnde ex eadem, & pari cauſa poſſet expellere illos, qui vſurariam prauitatem exercent, ad textum *in cap.* 1. *de vſur.*

Et nota quod ſubditi, licet bonæ vitæ ſint, ſi tamen bannitorum conſanguinei ſint pro præſumpto auxilio expelluntur ab eorum terris, quod in Regno vulgo vocatur *dare lo sfratto*, vt in dies practicatur, quod etiam ſeruatur in fœminis, nam illis quoque dant mandatum exfractandi, quamuis tale

uis tale mandatum fiat ſub pœna pecuniaria,non autem ſub pœna corporali,prout communiter ſentiunt DD. & practicatur in noſtro Regno,in quo vt plurimum ex cauſa extractationis factæConſanguineorum Bannitorum Bannit vel quieuerunt, vel ipſi conſanguinei illos in manus Curiæ tradiderunt, & ſic extirpantur huiuſmodi malæ herbæ, quæ ſunt cauſa omnium malorum.

COLLECT. 2706.

Super Doctrina Gloſ.in §.6. inſtitut.de ſucceſſ.ſublat.

¶ Amoris furore nihil eſt vehementius, multa enim facta amoris furore excuſantur?

AIt Gloſſ. hic in verbo Baccata, amoris furore nihil eſſe vehemẽtius, quod pariter probatur in Auth. *quibus mod. natur. effic. liber.* §. *illud collat.6.*

Amplia quod Amor dicitur quædam furoris ſpecies *cap.cum in iuuentute de præſumpt.* Boer. *deciſ. Burdegalen.* 23. Carocc.*deciſ.*124. quinimò, vt vinum Amor inebriat, vt apparet *in eccleſiaſt.* 19. Vinum, & Mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, vnde amantem in alieno viuere corpore firmauit Monaldus *deciſiuo conſil.* 92. & quiſquis vehementer amat ſe ipſe ſibi aufert, & dat amato,& Plato dixit amorem eſſe animi ardorem in proprio corpore mortui in alieno viuentis.

Amplia ſecundò, quod contractus libidinis cauſa factus, & initus amoris furore nullus eſt, prout ſemel fuit dictum in Curia Archiepiſcopali huius fideliſſimæ ciuitatis Neapolis.

Amplia tertiò, quod excuſatur amans, qui amoris ductus ardore magicam exercet artem, Cabal. *reſolut. criminal.caſu* 223. cum amor priuet hominem deliberatione, & ideo furioſus, & demens vocatur, qui amoris cauſa aliquid prohibitum facit Peguer. *deciſ.*7.

Amplia quartò,quòd nec in violatę pacis pœnam incidit, qui adulterium admittit cum vxore eius cum quo pacem inierat, quia libidinis potius faciendi gratia id egiſſe videtur, quã, vt iniuriam parti inferret, *l. verum ff. de furt.* Rubin.*deciſ.*86. vbi etiam firmat, Amorem excuſare à pœna raptus, & à pœna famoſi libelli, & à ſtipulatæ fideiuſſionis pœna ait excuſari iuuenẽ, qui libidinis explendæ cauſa domum pro tuto carcere aſſignatam exiit, eaq; expleta reuerſus fuit.

Amplia quintò, vt excuſet amor mulierem quin non vocetur Meretrix, ſi amoris zelo ducta aliquibus ſui copiã facit, vt conſtat ex dictis per Carocc. *deciſ.*124.vbi plura.

Amplia ſexto, quod ſit aliquatenus parcẽdum illi, qui in publica via puellæ propter amorem oſculum dedit, Piſiſtrati Athenienſium Tyranni exemplo, cuius virginem filiam cum quidã iuuenis amore caleſcẽs oſculatus eſſet publicè in via, hortante vxore, vt illũ mori faceret. Reſpondit; ſi eos, qui nos diligunt occidamus, quid iis agetur, quibus odio ſumus,in tantum,quod exilio,& pœna pecuniaria puniendum eſſe ſic oſculantem ſcripſerũt, Afflict.*dec.* 276.vbi quoq; Vrſill.*in addit.* de Frãc. *deciſ.*333.Peguer.*deciſ.crim.*7. Cabal.*reſolut.crim.caſu* 96.

Ad ornatum cuius ampliationis placuit inſerere quandam Nouarij allegationem,ſeu reſponſum, quo firmauit quod oſculans mulierem nimio amore ductus non incidat in pœnam pragmaticæ primæ *ſub.rub.de oſcul.mulieres*, eius tenor autem eſt, vt infra.

QVando amore captus oſculatur mulierem, quam ſummè diligit,

Digitized by Google

& amat, non eſt puniendus pœna ordinaria dictæ pragmaticæ primæ, vt tradunt. Gram. *verſ.* 98. Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 2. *caſ.* 287. *num.* 7. *in fin.* & ibi per eum *in ſuis additionibus num.* 6. *& ſeq.* Peguer. *deciſ.* 7. *num.* 8. *& ſeq.* de quibus eos ſectando meminit Farinac. *in pract. crim. de delictis carnis quæſt.* 142. *nu.* 170. Cabal. *reſolut. crim.* 96. Peguer. *deciſ.* 7. Giurb. *conſ. crim.* 47. *num.* 16. & cum amor ſit quædam furoris ſpecies teſte Platone, qui in Phædro ſcribit quatuor eſſe illius ſpecies inter quas amorem reponit, qui eſt à Venere, idcirco poëtæ paſſim amorem furorem vocant, & amantes furibundos, furentes, furioſos, Catullus in nuptiis Solis, & Thetidis.

Heu miſere exagitans immiti corde furores. Virg. lib. 4.

Ardet amans Dido, traxitque per oſſa furorem, & alibi eod. lib.

Quid vota furentem quid delubra iuuant? & paulò poſt

Vritur infelix Dido totaque vagatur vrbe furorem Ouid. in Epiſt. Helenæ ad Paridem

Qua licèt & poſſum luctor celare furorē.

Et idem Metamorphoſ. de Mirrha loquens. *Exiliit gremio furibunda*, & ſummus Pontifex *in c. cum in iuuentute de præſumpt.* hunc affectum furorem vocat, qui igneus amoris furor adeo neſcit habere modum, quod regulariter dici ſolet furore amoris nihil eſt vehementius: vnde meritò dubitari poteſt an excuſet à delicti commiſſi pœna, in qua quæſt. Oldrad. *conſ.* 250. *col.* 2. *verſ. tertia conſideratio* reſpondet leuius eſſe puniendum qui præ nimio ardentiorique amore quidquam deliquerit, cuius etiam ſententiæ fuit Iul. Clar. *lib.* 5. §. *fin. num.* 9. qui refert Caſſan. *in conſuetud. Burg. fol.* 39. *num.* 13. dicentem quod in facti contingentia vidit, quodammodo excuſari propter amorem quádam mulierem, quæ receptauerat res furatas ab amante ſuo, & ipſe Iulius Clar. refert fuiſſe in facti contingentia abſolutum quendam, qui fecerat ſortilegiam & alios caſus *d. num.* 9. refert, in quibus in facti contingentia fuiſſe abſolutos inquit amoris furore delinquentes.

Pro qua ſententia nempe, vt excuſari debeant à pœna, ſequentia pondero primò quòd adducit Palatios Rub. *in reperit. rub. de dona.* §. 28. *num.* 16. dicens, quod cum amor priuet à deliberatione, quia ſicut vinum ita amor ebriat, vt *in princip. inſt. de ſucceſſ. ſublatis*, & dixit Sapiens *Eccleſiaſt.* 19. vinum & mulieres apoſtatare faciunt Sapientes, & furore amoris nihil vehementius inueniatur, vt *in auth. quib. mod. nat. efficiant. legitimi*, §. *illud col.* 6. & iſte amor inter coniuges præſumatur in eſſe, vt *in d. auth.* ſequitur quod donationes factæ inter eos præſumantur factæ conſulto calore amoris, & ideo non debet à iure approbari, ergo nec delicta puniri, quæ calore furoris & amoris impetu ſunt commiſſa,

Secundò nam amore captus furioſus dicitur, vt *in d. auth.* & ſupra late probauimus, ſed qui per furtum agit non dicitur delinquere, nec pro delicto punitur, *clem. ſi furioſus de hom. l. infans ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* etiam in crimine læſæ maieſtatis, *l. famoſi ff. ad legem Iuliam maieſta.* igitur nec amore captus puniri debet.

Tertiò nam par in parem non habet Imperium, *l. nam magiſtratus ff. de recept. arbitr. l. ille à quo* §. *tempeſtiuum ff. ad Treb.* ſed amor ita terrę mariq. pręeſt, vt quiuis alter Imperatorum, vt Alciat. elegantiſſimè libello emblematum cecinit dum illius formam deſignat. Altera ſed manu flores, altera piſcem, ſcilicet vt terræ iura det, atque mari, igitur huiuſmodi delinquentem amoris furore

altera

altera lege puniri nō poterit cum lege amoris permittente, & cogente hoc fecerit argum. *l. Gracchus C. ad l. Iul. de adulteriis.*

Quartò moueor ex eo, nam ille, qui ſui ſuperioris mandato obediuit culpa carere dicitur, *l. is damnum dat. §. 1. ff. de regul. iuris*, & ibi Cecius *l. liberorum §. vlt. ff. de his qui notat. infam. l. iuſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſ.* ſed amore captus eſt ipſius amoris ſeruus, vt cecinit Proper. *lib.* 2. ad Cinthiam.

Libertas quoniam iam nulli reſtat amati.
Nullus liber erit ſi quis amare volet.

Ergo ſequitur euidenter hunc culpa carere, & ita non eſſe puniendum ob delictum amoris furore cōmiſſum.

Quintò illud ſuffragatur, nam impoſſibilium nulla eſt obligatio, *l. impoſſibilium ff. de regul. iuris reg. nemo poteſt in 6.*

Sed impoſſibile eſt amoris ardore, ſeu furore captum ſe poſſe continere, quandoquidem nec ipſi philoſophi poſſunt, vt *in d. auth. quib. mod. nat. effic. leg. § illud col. 6.* igitur iure optimo excuſari debet à pœna.

Ex quibus hæc ſententia probari poterit, nempe amore ductum excuſari à delicti pœna, & quia, vt rectè inquit Boer. *deciſ. 23. num. 76.* Amor puer pingitur, quia eſt irrationalis, & ſtultus, vnde ſtultus erit ille, qui amore capto dicit, vt quid illud feciſti? ſi quidē amoris furore captum illud feciſſe cōſtat, veluti quando quis furore ductus in præcipitium vadit, quo caſu inſanū eſt ab eo exigere, vt quid præcipitium iuit cum nec ipſe ſciat, nec ſi ſciuiſſet feciſſet ob vitandum illud periculum vel damnum ſequutum.

Nec autem detur occaſio delinquendi abſoluendo in totum eos, qui amore obcæcati delicta committunt cum expediat Reipub. ne delicta maneant impunita, *l. ita vulneratus ff. ad leg. aquil. cap. vt fama de ſent. excom.* Menoch. *de arbitr. iudic. caſ.* 328. in principio in eam ſententiam venio nempe, vt aut non puniatur ex fundamentis proxime adductis vel ſaltem puniatur mitiori pœna iudicis arbitrio, qui ſecundum qualitatem delinquentis delicti, & loci, & temporis, in quo deliquit, & merita cauſæ attentis temporibus præterito, & præſenti poterit iudicare an amoris fauore fecerit an non? & ſic an debeat in totum à pœna excuſari, vel ſaltim mitiori puniri.

Vnde meritò ex prædictis rationibus Curia Archiepiſcopalis Neapolis iudicauit, quod promiſſio facta de ducendo in vxorem aliquam propter copulam Carnalem non inducat ſponſalia, & hoc euenit in cauſa clericis Vincentij Pecorelli, qui promiſerat ducere in vxorem quamdam virginem tempore, quo volebat rem habere cum illa, nam fuit ab hoc abſolutus, licet fuerit condemnatus ad exulandum per triennium cum ſolutione cuiuſdam quantitatis pecuniæ pro dote iuxta terminos, text. *in cap.* 1. *&* 2. *de adulteriis.*

Licet matrimonium contractum inter excæcatos amore non poſſe ſeparari nō obſtantibus ſupradictis, tradit nouiſſimè D. Ricc. *in praxi reſolut.* 135. *part.* 2. ex eo, quod contractum inter tales amore excæcatos validum eſt, nec ex defectu conſenſus annullari poteſt, Jaſon. *in l. Titia num.* 8. *ff. de verb. obligat.* Felin. *conſ.* 26. *num.* 2. quos refert, & ſequitur Cenedo. *in collect. Canon. part.* 2. *collect.* 20. tum quia in delictis non ſemper amor excuſat, prout non profuit illis nobilibus Neapolitanis, qui profuerunt Schalas ad Domos Amaſiarum. qui iuſſu Proregis fuerunt decapitati, vt per Gram *deciſ.* 36. quem refert Clar. *pract. crim. lib.* 5. *§. fin. quæſt.* 60. *num.* 1. *in fin.*

Ex quibus omnibus patet reſolutio articuli, pro quo decidendum eſſe ſpero, datum Neapol. die 20. Septembris 1623.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2707.
Super cap. Nobis de iure patronatus.

¶ *Iuſpatronatus eccleſiæ ex quibus cauſis acquiratur?*

QVando quis præbet fundum pro conſtructione eccleſiæ acquirit Iuſpatronatus h.d. & ita probatur *in cap. Abbate* 2.18.*quaſt*.2. & voluit Rota in cauſa Valentina de conſentiana 26. Ianuarij 1558. coram R.P.D. patriarcha Alexandrino.

Sed num ius patronatus acquiratur ex eleemoſyna facta in conſtructione eccleſiæ? negatiuè decidit eadem Rota in cauſa Peruſina de corſinio 3. Decembris 1576. coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Cardinali Blanchetto, & in cauſa Valentina parochialis de Carlect. 4. Maij 1601. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Lancellotto, & in Sutrina iuris patronatus Lunæ 21. Aprilis 1602. coram R.P.D. Coccino, vt *in eius deciſ*. 106. vbi etiam ait neque acquiri ius patronatus ex modica dote.

Et quia de hac materia multa locuti fuimus *in noſtra praxi fori eccleſiaſtici to*. 1. ideò vlterius hic me non extendo, ſed ad ibi dicta lectorem relego.

COLLECT. 2708.
Super pragmatica Regni 13. ſub rubrica de adminiſtr. vniuerſ.

¶ *Venditiones annuorum introituum fiunt cum Regio aſſenſu.*

HIc cautum eſt, quod venditiones annuorum introituum per adminiſtratores vniuerſitatum fieri prohibentur abſque Regio aſſenſu.

Amplia hanc pragmaticam habere locum, etiam ſi eſſet vendenda modica pars magnorũ annuorum introituũ vniuerſitatis, quia in tali caſu quoque erit neceſſarius iſte regius aſſenſus, aliàs contractus eſſet inualidus, vt latiſſimè ſcribit Nouar. *forenſ. quaſt*. 22. *lib*. 1.

Quamuis vbicunque vendendi eſſent modici annui redditus, ſiue introitus, tunc non eſſet neceſſarius iſte aſſenſus Regius, quia in minimis ſolemnitates benè poſſint prętermitti, & actus non vitiatur, *l*. 1. *&* 2. *de ſentent. & interlocut*. cum latè adductis per Leon. *in deciſ. Valentia* 113. vbi plura congruentia cumulat.

COLLECT. 2709.
Super l. Gallus §. Idem credendum, vbi DD. ff. de libert. & poſthum.

¶ *Notarius quando extendat clauſulas cateratas?*

DD. in hoc text. communi voce firmant, quod Notarius poteſt extendere clauſulas cæteratas, & ſub compendio poſitas.

Amplia hanc cõcluſionem, vt poſſit Notarius extendere huiuſmodi clauſulas etiam poſt datam copiam partibus, Franc. Marc. *deciſ*. 289. *tom*. 1. Rota in Romana bonorum de Soderinis Lunæ 18. Aprilis 1603. coram R.P.D. Coccino, vt *in eius deciſ*. 107. vbi etiam quod poteſt Notarius id agere poſt litem motam, non autem aliquid addere, vel minuere circa ſubſtantialia, vel corrigere errorem ſuum poſt datam copiam partibus, vel poſt motam litem.

Sed num extenſio imbreuiaturæ, vel correctio præſumatur facta à Notario tempore debito? affirmatiuè

Rota

Rota in Romana Caſalis Juliani 4 Junij 1584. & in alia Caietana iuriſdictionis 16. Nouembr. 1563. coram R. P.D. Robuſterio.

COLLECT. 2710.

Super Doctrina Bart. in l. Titio cenſum, §. Titio genero ff. de cond. & demonſtr.

¶ *Dos cum ſit quid conditionale, an ſtatim peti poſſit?*

DIcit hic Bart. quod dos ſtatim peti non poteſt cum relictum dotis ſit quid conditionale, & ita voluit Rota Romana in vna Bononien. legati Lunæ 28. Januarij 1613. coram Pamphilo, & ita pariter ſcribit Acia *deciſ. Barenſ.* 23.

Amplia, vt dos, quæ debetur à ſtuprante virgini ſtupratæ eſt aſſignanda tempore nuptiarum, & non ante, vt deciſum in foro Fiuizanenſi refert Caualc. *in repertorio ſuarum deciſ. in verbo matrimonium*, & late tutatur Nouarius *forenſ. quæſt.* 27. *libr.* 1. quæ ſic deciſum refert, vbi etiam ait *num.* 6. quod dos iſta non poteſt peti, niſi ſecutis nuptiis, & non ante, ita quod ſi moriatur innupta non tranſmittit ad eius hæredes ex Capic. *deciſ.* 204. firmans pariter, quod ſi eſſet ſoluta dos ante nuptias, & nuptiæ deinde non ſequerentur, poſſet repeti, & iuxta hanc opinionem teſtatur ſe practicaſſe in facti contingentia vertente in Curia Seculari Ciuitatis Puteolorum.

COLLECT. 2711.

Super l. Non idcirco, vbi Bald. C. de fide inſtrument.

¶ *Poſſeſſio inſtrumentalis an ſit manutenibilis.*

BAldus hic ait, quod poſſeſſio inſtrumentalis debet manuteneri, & ita Puteus *deciſ.* 360. *lib.* 1. declara tamen hoc procedere quando alius non exiſtit in poſſeſſione, at ſecus ſi alius poſſideret; nam poſſeſſio inſtrumētalis alio non exiſtente in poſſeſſione tūc eſt manutenibilis Rota *deciſ.* 12. *de reſtit. ſpoliat. in antiq.* Put. *d. deciſ.* 360. *lib.* 1. & pluries fuiſſe reſolutum in Rota, & in ſpecie in Lucana parochialis Veneris 17. Maij 1613. coram ſe, refert Coccin. *deciſ.* 110.

COLLECT. 2712.

Super Doctrina Hoſtienſis in ſumma in tit. de parochis.

¶ *Parochus qui prætendit decimas debet probare prædia eſſe intra fines parochiæ.*

HOſtienſis *in hoc titulo de parochis num.* 1. ait quod parochus prætendens decimas ex prædiis probare tenetur prædia eſſe intra fines parochiæ, iuxta cuius doctrinā voluit Rota in cauſa Racanaten. parochialis 20. Maij 1577. coram R. P.D. Cantuccio, & in ciuitaten. decimarum Februarij 1589. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Mantica, & in eadem coram R.P.D. Gyptio, & in pacen. decimarum del Hebenero Lunæ 9. Junij 1603. coram R. P. D. Coccino Rotæ decano.

Sed num ex limitibus Ciuitatis poſſit inferri ad limites parochiæ? negatiuè idem Coccinus *deciſ. eiuſdem Rota* 118. *verſic. Nec releuat.* vbi etiam firmat, quod decimæ loci, qui non eſt intra limites alicuius parochiæ ſpectant ad epiſcopum, ad text. *in cap. quoniam de decimis, & cap. decimas* 16. *quæſt.* 7. iuxta quorum iurium tenorem fuit deciſum in cauſa Oſcen. decimarum 21. Martij 1564. coram R. P.D. de Rubeis.

COLLECT. 2713.
Super Bulla Pij V. incip. & ſi Dominici Gregis.

¶ *Indulgentia quando cenſentur reuocatæ?*

HIc reuocantur quæcunq; indulgentiæ à Romanis pontificibus quibuſcunque piis locis conceſſæ quauis de cauſa, pro quibus conſequendis porrigendæ ſunt manus adiutrices, & quæ facultatem quæſturandi continent.

Pro cuius ornatu quæro, num cenſeatur reuocata indulgentia eccleſiam aliquam viſitantibus, & aliqua ſua bona ſecundum ſuam deuotionem diſtribuentibus conceſſa? Reſpondetur ita ſanè, quia indulgentiam concedere diſtribuentibus bona pro indulgentia conſequenda eſt indulgentiam concedere porrigenti manus adiutrices, prout ſic iſtam bullam declarauit Saytus *deciſ.2.de penitent.& remiſſ.*

Quæro ſecundò, ſi eleemoſynam, quis tribuat hoſpitali putans proptcrea conſequi indulgentiam, quam tamen falsò publicauerat quidam quæſtor, Num indulgentiam conſequetur? Reſpondetur negatiuè quia bona intentio ad id non ſufficit, ſed habebit meritum eleemoſynæ, quoniam talis dolus reſpectu ipſius decepti videtur bonus, quia eum prouocat ad melius argumento text. *in cap. dilecti, cum ibi notat.de dolo,* & iuxta hanc ſententiam voluit decidere Graſſius *in deciſ.caſuum conſcientiæ lib.2.deciſ.ſeu cap. 5.num.70.in fine.*

COLLECT. 2714.
Super Doctrina Felin.in cap. inter cæteras de re iudic.

¶ *Sententia nulla quando vulneret obligationem Cameralem?*

FElin. *hic numer.* 10. ait notarium iniuſtitiam nullitati æquiparari, & ita voluit Rota Romana apud Cæſar. de Graſſis *deciſ.2.de ſolut.*& in Anconitana aſſecurationis Lunæ 1. Julij 1602. coram R.P.D. Coccino Rotæ Decano.

Sed num ſententia nulla vulneret obligationem Cameralem? certè videretur dicendum quod ſic, nam nullum quod eſt, nullum poteſt producere effectum, *l.4.§.condemnatum ff. de re iudic. l. non putauit §. non quauis ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* in tantum quod paria ſunt nullum eſſe, vel eſſe ſine effectu Surd. *deciſ.* 51. Monach. *deciſ.Bonon.*40. *puncto* 7. Antonin. *variarum reſolut.iur.lib.1.reſolut.61.* nec ius aliquod tribuere poteſt quod eſt nullum, Rota *apud Farinac.deciſ.572.tom.2. part.1.* & ideò quod nullum eſt confirmari non poteſt, Surd. *deciſ.53. & deciſ.* 289. quia nullum quod eſt nihil eſt. Antonin.*reſolut.78.lib.1.* Tamen Rota in cauſa Elborenſi penſionis 9. Junij de anno 1595. coram R.P.D. Corduba decidendo voluit Decretum, ſeu ſententiam, etiam nullam vulnerare obligationem Cameralem, quod pariter approbat, & ita deciſum ait Coccinus *deciſ.78.*

COLLECT. 2715.
Super Concil. Trident. ſeſſ.3. cap.1. & ſeſſ.2.cap.10.de reformat.

¶ *Appellatio à ſententia viſitationis quando admittatur?*

DIſponit hic Sacrum Concilium, vt à ſententia viſitationis non liceat appellare.

Tu autem limita hunc locum non procedere, quoties viſitator excedat modum in viſitatione, quia in tali caſu bene admittitur appellatio, vt latè diximus *in deciſ. Curiæ Archiep.44.par.4.*

Et

Et ratio eſt, nam in caſu exceſſus appellatio eſt legitima, & non friuola, Saytus *deciſ.2.de appellat.* ita quod etiam in ſummarijs, & executiuis, vbi datur exceſſus, ibi etiam licet appellare Rota *deciſ.100.part.1.* & ſic quando exequutor excedit modum executionis licita eſt appellatio, Rota *deciſ.345. aliàs 346. in titul. de appellat. in nou.* vide pariter Capic. *deciſ.34.*

Cætera autem in hac materia multum vtilia quidem congerit Nouarius *in ſuo opere iuris pontificij noui, ſiue in practic. concluſ. recentioris iuris canonici concluſ.4. in tit. de appellat.* quem lector omninò in facti contingentia adeat; nã plura ſcitu digna, & in praxi occurrentia reperiet.

COLLECT. 1716.

Super Doctrina Collectarij in cap. quæſitum de rerum permutat.

¶ *Patronus an ſit vocandus in permutatione beneficij in Romana Curia expedita?*

EST in opinione hic antiquus doctor, vt patronus non debeat vocari in permutatione beneficij in Romana Curia expedita.

Tu tamen nota hodie id verum nõ eſſe, & conſequenter falſam eſſe iſtius ſententiam, prout contra eam decidit Curia Archiepiſcopalis, vt conſtat ex *deciſ. mea 46. part.4.* per quam fuit dictum, patronum laicum eſſe vocandũ in permutatione beneficij in Romana Curia expedita, cum licèt Papa in beneficiis habeat pleniſſimam poteſtatem ad text. *in clem.1. in fin. vt lit. pendent.* Tamen non per hoc ſolet, vel intendit, & vult, neque præſumitur ius alteri quæſitum, aut datum auferre, niſi euidenter de ipſius voluntate cõſtet, Rota *deciſ.331. in nouis* Cæſar de Graſſis *deciſ.326.* & ita hodie ſeruatur in Romana Curia, cum aliàs à fundatione homines ſe abſtinerent, quod non eſt permittendum, nam eſſet abſurdum, & multum inconueniens, debent enim laici potius hortari ad erigenda huiuſmodi beneficia, eccleſias, hoſpitalia, ſeminaria, & ſimilia, quam eis dari occaſio id euitandi.

COLLECT. 1717.

Super l. non à iudice §.1. vbi Gloſ. & DD. ff. de iudiciis.

¶ *Fideiuſſor an teneatur ſi mutetur iudex, res, vel actio?*

GLoſa hic, & DD. firmant opinionem, quod fideiuſſor minimè tenetur, quotieſcunque mutatur Iudex, Res vel actio.

Et in ſpecie quod quotieſcunque fideiuſſio datur pro decreto faciendo à primo Iudice, fideiuſſores non teneantur pro decreto faciendo à Iudice appellationis, vide text. pariter *in l. cum apud ff. iudic. ſolut.* & vide Theſaur. *deciſ.202.*

Sed nouiſſimè non recedas à deciſione Rotæ in Romana fideiuſſionis Mercurij 20. Nouembris 1602. coram R.P.D. Coccino hodie decano, vt cõſtat apud eum *deciſ.84.* vbi concludit fideiuſſores iudicij teneri, & eſſe obligatos, vbicunque mutantur Iudex vel actio, niſi ſit fideiuſſor in euentum ſuccumbentiæ, & ita ait per Rotam iudicatum fuiſſe in illo caſu, quod latius videri poteſt apud ipſum, quando caſus ſibi eueniet in facto.

Sed num fideiuſſor obligatus ſoluere, quidquid principalem factis cõputis debere conſtiterit an poſſit cogere ad talem ſolutionem faciendam mortuo principali nullis factis computis? vide ſequentes allegationes editas per Nouarium.

INitus fuerat calculus, & confecta ſcriptura ſaldi inter Dominum Julium Cæſarem Sallinum, & Magnificum Marcum Antonium Tomalectum, per quam ipſe Marcus Antonius ſe debitorem conſtituerat, Julio Cæſari in ducatos mille ex cauſis ibidem enunciatis, poſt aliquos menſes Marco Antonio non ſoluente, imo ſolutionem in longius protrahente Julius Cæſar executionem perſonalem aduerſus eum obtinuit, qui cupiens ſe à carceribus eximere per procuratorem obtinuit decretum à Regia audientia Cathanzarij, per quod fuit mandatum ipſum è carceribus relaxari præſtita per eum idonea cautione de ſoluendo intra octo menſes omne id quod factis prius, & reuiſis computis, in quibus errorem adfuiſſe prætendebat, debitorem remanere appareret ipſi Julio Cæſari, antequam è carceribus relaxaretur ipſe Marcus Antonius in fideiuſſorem induxit Sebaſtianum Simolectam, qui ſe obligauit inſolidum cum ipſo Marco Antonio in omnibus iuxta formam decreti eidem lecti, atque ita Marcus Antonius fuit à carceribus liberatus, quo deinde vita functo, nullis tamen rationibus, & computis factis, neque reuiſis: Julius Cæſar, hinc ad duos annos executionem ſaldi prædicti cōtra Sebaſtianum fideiuſſorem vti principaliter, & inſolidum obligatum prætendit, quare articuli diſcuſſione deducta in iudicium pro parte ipſius Sebaſtiani ego aſſeuerabam eius obligationem omninò extinctam fuiſſe, & conſequenter nullam actionem contra ipſum poſſe dari.

Dicebam inquam Sebaſtianum ſub conditione obligatum non antea conueniri potuiſſe, quam conditio extitiſſet, *l. cedere diem ff. de verbor. ſignific.* eò quod conditio ipſa nihil ponit in eſſe, antequam impleatur, *l. ſi quis ſub conditione ff. ſiquis omiſſa cauſ. teſtam. l. is damnum §. quod pendet ff. de regul. iur. l. ſiquis fundum ff. de contrahend. emptio. l. ex facto ff. de heredis inſtitut.* Decian. *in l. 2. numer. 2. C. de edendo* Paris. *conſil. 48. numer. lib. 1.* Afflict. *deciſ. 355. nume. 4.* Menchac. *quæſt. illuſtr. cap. 55. numer. 6.* Tuſc. *concl. 593. litera C.* & pendente conditione interim omnis obligatio ceſſat, *cap fin. de ſponſal. in 6.* Gozad. *conſ. 1. num. 40.* imò conditione deficiente, quod promiſſum fuerat, perinde habetur ac ſi non promiſſum eſſet. *l. pecuniam quam ff. ſi cert. petatur l. neceſſario §. quod ſi pendente ff. de peric. & commod. rei vendit.* Soccin. iun. *conſ. 4. num. 16. & conſ. 180. num. 4. lib. 2.* Crauett. *conſ. 170. n. 8.* paria enim ſunt aliquid non fieri, vel ſub conditione fieri. Cephal *conſ 17. n. 8.*

Quod autem Sebaſtianus ſub conditione teneretur ex pluribus hoc inferebam, primò quia pro certa ſumma non promiſerat, ſed pro illa in qua Marcum Antonium debere apparuiſſet, nam quando relatiuum iungitur verbo futuri temporis, quia futurum eſt incertum, & poteſt ſe habere ad eſſe, & non eſſe, facit conditionem *l. 1. ff. de condit. & dem. inſtrat. l. ſi debitor §. verſimile ff. de contrahend. empt.* vbi Bart. Corſetus *in l. Stichum qui meus erit ff. de leg. 1.* quam regulam extendunt ibi Caſtrenſ *num. 4.* & Alex. *num. 9.* & Jaſon. *num. 5.* procedere non ſolum in relatiuo ſubſtantiæ, quale eſt relatiuum, *quis*, ſed etiam in relatiuo quantitatis, & ibi exemplum afferunt in terminis præciſè noſtris. ſi quis promittat per ſtipulationem quidquid talem debere, vel id omne, quod debere apparebit, Nam dictio, quidquid, aut ſimilis, iuncta verbo futuri temporis importat conditionem, ad quod probandum adducitur textus *in l. qui Romæ §. Au-*

§. *Augerius ff.de verbor. obligation.* huiuſmodi autem conditionem importatam per ſimiles dictiones Bartol. expreſſam appellat verbis generalibus, & indiuiduis, quia non eſt expreſſa in propria figura conditionis, & in illa forma verborum, quæ propriè conditionem ſignificat, qualis eſt conditio importata per dictionem *ſi*, ſed dicitur expreſſa verbis æquipollentibus, quæ important reſolutionem actus ex defectu dictæ conditionis, Jaſon. *ibidem numer.* 27. & quoniam huius conditionis euentus reſpicit id, de quo principaliter facta eſt diſpoſitio, hinc fit, vt eatenus diſpoſitio diuidatur, quatenus conditio euanuerit, latè Bartol. *in d.l.Stichum, qui meus erit,* ita, vt talis ſtipulatio hunc ſenſum implicitum habeat, eatenus promitto me ſoluturum; quatenus apparuerit illum debere.

Secundò ponderabam illa verba factis prius, & reuiſis computis inter eos, ex quibus apparet non ante Sebaſtianum voluiſſe ſe obligare ad ſoluendum, quam factis computis calculoque reuiſo inter principalem debitorem, & Julium Cæſarem ipſum, nec aliam ſummam, quam quæ ex reuiſione calculi liquidaretur, ablatiui enim abſoluti important cōditionem, *l. à teſtatore*, vbi Bart. Cuman. & alij *ff.de condit. & demonſtr.* DD. omnes *in rubric.ff.ſolut.matrim.* Neuiz.*conſ.*70. Cacher.*deciſ.*165.*n.*11.Rim.*conſ.*52.*n.*6. vbi ponderat in terminis noſtris text. *in l.Sticho in principio ff. de ſtat. liber.* aut certè negari non poteſt, quin hæc verba ſint addita ad explicandum modū, per quem liquidatio debiti fieri deberet, nimirum per nouam computationem, & calculi reuiſionem.

Tertiò tandem conſiderabam dictionem illam, prius, quæ ſignificare videtur pro forma obligationis Sebaſtiani inductum eſſe, vt prius calculus reuideretur, ex cuius reuiſione de debito conſtaret, vbi enim prius & poſterius, ibi ordo, & vbi ordo, ibi forma, Bal. *in l.1.C.ne liceat tertio prouocar. ſub num.*8. Felin.*in cap.cum dilecti ſub nu.* 6.*ex.de reſcript.* Alex.*conſ.*98.*lib.*4. Berous *conſ.*83.*num.*3.*lib.*2. & conferunt tradita per Caſtrenſ. *in conſ.* 270.*lib.* 2. cum igitur Sebaſtianus ſub conditione ſe obligaſſet, *ſi*, & quatenus appareret Marcum Antonium eſſe debitorem ex calculi reuiſione, ſequitur quod non poterit in iudicio conueniri, non liquidato prius implemento dictæ conditionis, argum. text. *in l.hoc iure, & in l.ita ſtipulatus* §.*quod ſi ab initio ff.de verb.oblig.* Roland.*conſ.*57.*n.*20.*lib.* 3.Rim.Iun.*conſ.*51.*n.*7.

Præterea mouebar, quia cum obligatio Sebaſtiani fuerit conditionalis (promiſit enim ſoluere quidquid Marcum Antonium debere conſtitiſſet facto prius calculo cum eo) mortuo Marco Antonio nullo facto calculo, aut debiti liquidatione cum ipſo, conditio defeciſſet, vt iam certum eſſet eam amplius adimpleri non poſſe, per conſequens omnem obligationem fideiuſſoris euanuiſſe, & penitus extinctam eſſe per text. notabilem *in l. qui Romæ* §.*Augerius ff.de verb.obli.* quem Bart.ibi Bal. Angel. Aretin. Imol. Cuman. Caſtrenſ. Alex. Soccin. Jaſon, Zaſius poſt gloſ. ita interpretatur, vt ſi quis promiſit ſoluere quidquid Titium debere conſtiterit, non aliter teneatur, quam ſi de hoc conſtiterit in vita debitoris, quia dato quod cum hærede debitoris liquidatio debiti fieri poſſit, non tamen conditio dicetur impleta in forma ſpecifica, non etiam per æquipollens inſpecto ſcilicet effectu, non in forma, quia per talem liquidationem fortè quidem conſtare poſſet defunctum debuiſſe, nō autem

Digitized by Google

debere, vt notat ibi Gloſ. fin. & facit text. *in l. cum ſtipulamur ff. de verb. obligat.* non etiam per æquipollens, cum nemo ſit, qui non facile intelligat, quam magni referat liquidare creditum cum ipſomet debitore, qui contraxit, vel cum eius hærede, eò quod principalis debitor omnes ſuas defenſiones, & notas, & in promptu habere poſſit, quas hæres ignorare præſumitur, *l. qui in alterius ff. de regul. iur.* §. *rectè inſtit. de vſucap.* imò nec videtur fraude carere, vt ponderat ibi Zaſius, qui cum poſſet debitum liquidare debitore viuente tacuit quouſque vita functus eſſet; vbi etiam infert, quod ſi creditor pro liquidatione inſtitiſſet debitor viuente, & hic deceſſiſſet lite pendente (quo caſu creditori nihil imputari poſſet) debito poſt mortem liquidato teneretur expromiſſor, de communi autem intellectu *d.* §. *Augerius* teſtatur ibidem Soccin. Iaſon. & Pauſ. *conſil.* 121. *libr.* 4. Gomez *variar. reſolut. cap.* 11. *de qualitat. contractus*, & talem intellectum valde reconditum refert Gerard. *ſingul.* 27. Marſil. *ſing.* 304. Ruin. de communi teſtans *conſil.* 218. *ſub numer.* 2. *lib.* 1. quo text. ita communiter intellecto inferût ibi Angel. Caſtrenſ. Socc. & reliqui in indiuiduo ad caſum noſtrum monendo creditorem, vt ſi debitor fuerit è carceribus relaxatus præſtita fideiuſſione per aliquem de ſoluendo quidquid apparebit ipſum debere facto calculo, liquidationem debiti viuo debitore procuret alioquin liquidationem factam poſt mortem debitoris nihil creditori profuturam aduerſus expromiſſorem, itaut cum habeamus caſum legis in terminis nihil videatur vlterius inueſtigandum Bald. & Alex. *in l. Gallus* §. *ſi eius in* 2. *notab. de liber. & poſthum.* nam vbi caſum legis habemus omnis dubitatio ceſſare debet, *l. ancilla C. de furt.* Crauett. *conſ.* 4. *num.* 11. & vbi eſt ſtatuti ſiue edicti, vel pragmaticæ deciſio inanis eſt diſputatio Corn. *conſ.* 105. *lib.* 1. *dec. conſ.* 563. *num.* 7. Cæphal. *conſ.* 138. *lib.* 1.

Nec obſtare firmabam quod text. *in d.* §. *Augerius* non vno modo à DD. intelligatur, ſed varios intellectus recipiat, ita vt ferè dici poſſet, quot interpretes, tot ferè fuiſſe ſententias.

Si quidem cum communis intellectus eſſet, vt ſupra diximus, ille debebat attendi quoniam à communi opinione minime eſt recedendum, nam illa opinio præferri debet, quæ plurium Doctorum authoritate corroboratur, vt tradunt Diaz. *in regul.* 107. vbi Salzed. *in addit. Gratian. regul.* 251. latè Hoied. *de incompatib. benefic. part.* 2. *cap.* 1. *ex num.* 16. Monter. *in præfat. ſuarum deciſ. num.* 31. Coraſ. *in commun. opin. in præfat. ex num.* 27. Alex. *conſ.* 7. *vol.* 4. vbi optimè decidit, quod quando variæ ſunt opiniones illa eligenda, & tenenda eſt quæ plurimorum DD. Authoritate comprobata eſt, præſumitur namque verior Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 71. *num.* 2. Ceruantes *in l. Tauri* 1. *num.* 1. Hutrad. *in ſcoliis ad Lopez. in prolog. partit. gloſ.* 18. *num.* 1. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1118. *num.* 4. *&* 8. & ab ipſa communi opinione recedere non debemus neque in iudicando, neque in conſulendo *in prohem. leg. Taur. ex num.* 251. Cæuall. *in prohem. pract. quæſt. ex num.* 30. Roland. *conſ.* 60. *volum.* 1. *& conſ.* 16. *vol.* 3. ſubdens fatuum eſſe recedere ab ipſa communi, ne incidat Iudex in dictum Alex. *in conſ.* 95. *nu.* 6. *vol.* 2. & poſt Bal. *in l. præterea* per illum text. *ff. de Senator.* vbi dicit, quod inhærens ſingularibus opinionibus præſumitur per imperitiam iudicare, ſi cômunes reliquit ſentẽtias, deferre enim debemus communi opinioni, quia difficillimum reputamus ſententias maiorum reuoluere inquit textum *in cap.*

cap. veniam 35. quaſt. 9. & in l. fin. C. de lib. prater.

Nec pariter refragari dicebã, quod lex, quæ alios intellectus patitur non meretur allegari ad deciſionem cauſarum. Nam hoc intelligi debet quoties intellectus omnes quotquot afferuntur ſunt æquè ſingulares, vt incertum ſit vter vtri præualeat inſpecto ſiue numero, ſiue pondere doctorum, ſecus vero cum præ cæteris aliquis eminet, & eſt communiter approbatus, Bartol. *in l. fin. C. ſi cert. pet. ſub nu.* 5. verus enim ſenſus legis approbari debet, qui frequentiori calculo recipitur, cum præſertim alij intellectus vix vnum, aut alterum habeant ſectatorem, vt contingit in caſu propoſito, nam yt communis opinio pro lege habetur, Galial. *in l. Centurio num.* 19. *ff. de vulg. & pupil.* & venit appellatione legis etiam in materia de lege loquente Gratia. *conſ.* 77. *num.* 4. *lib.* 2. Berous *conſ.* 92. *num.* 16. & 17. *lib.* 2. Decian. *reſponſ.* 70. *numer.* 14. *lib.* 2. & ita verus ſenſus legis exiſtimandus, in quem maxima pars interpretũ præſertim inſigniorum conſentiat, & tanto magis ſi pro eadem opinione ſtet authoritas Gloſ. ad tradita per Imol. *in cap. cum contingat colu.* 10. *de iur. iur.* Alex. *conſ.* 92. *lib.* 2. quos refert, & ſequitur Bero. *conſil.* 92. *num.* 17. dicens non eſſe recedendum in iudicando ab ea opinione, in qua Gloſ. figit pedes, nam in conflictu opinionum illa eſt ſectanda, quæ habet Gloſam pro ſe, Buttig. *in l.* 1. *C qui pro ſua iuriſdict.* Bal. *in l. cum hereditas in fin. C. depoſiti* Alex. *conſ.* 147. *col.* 2. *lib.* 5. Soccin. *conſ.* 80. *nu.* 4. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 23 *n.* 6. & latè Maſcar. *de probat. concluſ.* ....

Neque obſtabat oppoſitio partis aduerſæ, quod & ſi Sebaſtianus ſub conditione obligatus eſſet ſoluere quidquid Marcum Antonium debere appăruiſſet factis prius, & reuiſis computis inter eos, nec antè potuerit conueniri quam impleta conditione prædicta, *l. cedere de verb. ſignif.* ſatis tamen purificata dici poſſet, cum per Marcũ Antonium, aut etiam Sebaſtianũ promiſſores inſolidum obligatos ſtetiſſet quominus ſtipulator conditione careret, & calculum rurſus iniret, argum. text. *in l. iure ciuili.* vbi Soccin. *ff. de condit. & demonſtrat.* cuius legis diſpoſitionem extendit iuriſconſultus ibidem etiam ad contractus, & tradit Bartol. *in l. quæ ſub conditione* § *quoties ff. de condi. inſtitution.* I. D. *in l. in executione* § *fin. ff. de verb. oblig.* facit text. *in cap. cum non ſtat de reg. iur.* ſtetiſſe autem per promiſſores hoc ipſo videri, quod non dubitaret culpa Julij Cæſaris factum eſſe, quo minus calculus reuideretur, & hanc rationem Marcus Antonius procuratores ipſe, dictumque ſuper hoc eburnari a Regia audientia, eò quod ipſius potiſſimum intereſſet rationes rurſus iniri, ex quarum reuiſione ſperaret ſummam in ſaldo comprehenſam, aut totum extenuari, aut certe imminui poſſe.

Reſpondendum enim imò vero ſpectaſſe ad ipſum Julium Cæſarem curam, & ſollicitudinem procurandi liquidationem debiti, & ſic implementum conditionis, vt poſſet obligatum habere fideiuſſorem, qui pro ſumma incerta promiſerat, certificanda tamen per calculi reuiſionem ex traditis per Angel. Caſtrenſ. & alios inferentes in puncto ad deciſionem caſus noſtri, dum admonent creditores, vt relaxato è carceribus fideiuſſore præſtita fideiuſſione de ſoluendo quidquid factis calculis apparebit ipſum debere procurent liquidationẽ debiti viuente debitore, alioquin extinctam iri obligationem fideiuſſoris defecta conditione, quamuis poſtea contingeret liquidari debitum cum

hæræde principalis debitoris.

Et ad illud quod obiiciebatur intra octo menſes debuiſſe fieri ſolutionem, & per conſequens etiam liquidationem debiti, ita vt idem terminus intelligeretur præſcriptus calculationi, qui etiam erat præfixus ſolutioni, idcirco fuiſſe in mora debitorem, quoniam dies interpellaret, ſicuti ad ſoluendum, ita etiam ad calculandum eiuſq; moram nocuiſſe fideiuſſori præſertim principaliter obligato, & tanquam correo debendi, cum & ipſe intra octo menſes ſoluere promiſiſſet.

Ego reſpondebam falſum eſſe ſuppoſitum, quia terminus octo menſium nunquam cœpiſſet currere non liquidato prius debito per reuiſionem calculi, & ita purificata conditione, in cuius euentum fideiuſſor, imò verò etiam principalis teneri voluit, argumento text. *in l. tale ff. de iur. dot.* vbi is qui promiſit dotem ſoluere intra annum, non tamen conſtituitur in mora ſoluendi, niſi demum elapſo anno poſt ſequutas nuptias, hoc eſt impletam conditionem, quæ tacitè ineſt promiſſioni dotis, ne ſi aliter intelligatur dos ex alia obligatione deberi videatur, quam ex contractu matrimonij, vnde ſicuti ibi annus incipit currere, non à die ſtipulationis, ſed ex die impletæ conditionis tacitè ſubintellectæ ita in caſu noſtro terminus octo menſium non debet computari ex die facti decreti, ſed ex die purificatæ conditionis expreſſę appoſitæ debiti, ſcilicet liquidati per reuiſionem calculi, præſertim verò cum hoc caſu nulla certa ſumma promiſſa fuiſſet, pro vt in terminis text. *in d. l. tale*, ſed tantum illud, quod factis cõputis apparebit Marcum Antonium Julio Cæſari debere, ita vt videatur militare propriè ſimilis ratio qualem affert Iuriſconſultus *in l. in diem ff. de condit. & demonſtrat.* vbi pro abſurdo ponitur quod antę diem ſolutionis præterire poſſit, quam is exiſtat quem accipere oportet, idcirco libertate ſeruo relicta, ſi intra centum dies dederit hæredi mille, tempus centum dierum non incipit currere, niſi ab adita hæreditate, ſic & in propoſito multò abſurdius eſſet quod dies ſolutionis præſcriptus antea præteriret, quam certum eſſet, quid ſolui deberet.

Et licet replicaretur certam ſummã fuiſſe comprehenſam in calculo, ego pariter replicabam imò penitus incertam redditam eſſe ex vi decreti, niſi quatenus per reuiſionem calculi confirmaretur, nec enim voluit obligari principalis ad ſoluendam ſummam, de qua in calculo ſed quidquid ipſum debere conſtitiſſet per reuiſionem eiuſdem, ita vt ſumma, de qua in calculo facta fuerit illiquida, & obligatio ex eo tranſcendens transfuſa in obligationem conditionalem, præſertim verò cum terminus octo menſium, non ita certa demonſtratione fuerit expreſſus, vt per ſubauditionem variari non poſſet, veluti quia dictum eſſet intra octo menſes hodie inchoandos, & tali die finiendos, vel intra ſex menſes proximos, quemadmodum *in d. l. ſi in diem*, in quo tamen caſu fit ſubauditio, nam etiam ſi tempus in ſpecie præfigatur ad aliquid faciendum, ita vt dupliciter capi poſſit, cum ſuppletione, vel ſine, debet fieri ſuppletio ſi alias ſine ſuppletione tempus curreret impedito explicare id, ad quod teneretur intra tempus, vt per Soccin. *in d. l. ſi in diem ſub num. 4. & 7.* vbi colligit notabiliter ſecundum Bal. tempus ad aliquid præfixum non prius habere finẽ, quam principium, vltra quod in caſu noſtro adiecta erant huiuſmodi verba, quod apertè demonſtrant non antea tempus ſolutionis incipere, quam liqui-

liquidatio facta eſſet, id enim ſignificat illa clauſula *facto computo* concepta per ablatiuos abſolutos, qui ſolent importare conditionem, *l. à teſtatore cum ſimil. ff. de condit. & demonſtrat.* ponderando præſertim vim dictionis prius quæ denotat ordinem adimplendorum argumento eorum, quæ notat Caſtrenſ. *in d. conſ.* 270. *lib.* 2.

Et hoc ſuadet etiam ratio ſubiectæ materiæ, nam quoties præfigitur terminus ad ſoluendum ſolutionem debet præcedere liquidatio, non enim ante debitor in mora conſtituitur aut currit terminus ad ſoluendum, quam facta fuerit liquidatio, id enim euenit ex natura debiti illiquidi, Aret. *conſ.* 393. *prope finem* Crauetta, *conſ.* 212. *nu.* 5. Natta *d. conſ.* 51. *& conſ.* 60.

Et pro corroboratione confert alia ratio, nam ignoranti ſe debere non incipit currere tempus, niſi ex quo primum ſe debere cognouerit, argumen. text. *in l. annus ff. de calumniatoribus*, & Decian. *conſ.* 530. *num.* 8. quod quia ignorans dicitur impeditus impedimento iuris, & facti Bald. *conſ.* 13. *lib.* 1. ſic in terminis ferè noſtris allegabam Riminaldum iuniorem *conſ.* 52. præſertim *ſub num.* 23. vbi præfixus fuerat terminus annorũ vndecim calculatis prius hincinde rationibus ad ſoluendum, & quamuis expreſsè adiectum eſſet, quod terminus annorum vndecim currere inciperet ex tali die, reſpondit tamen, non ante terminum incepiſſe quam rationes calculatę fuiſſent, ſtante incertitudine debiti curſum temporis impediente ad Gloſ. notabilem *in cap. imputari de reg. iur. in* 6. multa congeſſit quæ ſatis ſunt apta pro coadiuuolatione noſtræ opinionis, vt videri poteſt in facti contingentia, & iuxta hanc ſententiam de iure procedere aſſero Ego Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 1718.

Super l. ſi Imperialis maieſtas C. de legibus.

¶ *Legis interpretatio ad quem ſpectet, & vnde ſumenda.*

HIc cautum eſt, quod interpretatio eius eſt, cuius eſt condere, quod pariter cautum eſt *in l. leges Sacratiſſimæ C. eod. l. non ambigitur, ff. eod. titulo cap. inter alia de ſentent. excommun. cap. cum veniſſent de iudic.* & ita tradit Antonin. *variarum reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 103. Cardin. Seraphin. *deciſ.* 892. quæ ſanè regula procedit in ſubſidium, & quando non poteſt ex conſuetudine, & practica iudiciorum aliter haberi interpretatio legis.

Sed num interpretatio ſumenda ſit, cui verba reſpondent? affirmat text. *in l. non aliter ff. de leg.* 3. *& in l.* 3. §. *toties ff. de damn. infect.* & nouiter Monachus *deciſ. Florent.* 16. qui *in deciſ. Florent.* 1. quoque aſſerit, quod interpretatio facienda eſt, ne diſpoſitio fiat illuſoria.

Et quænam interpretatio in dubio ſumenda ſit, dicas illam interpretationem eſſe ſumendam, quæ actus validitatem inducat, ad text. *in l. quoties, ff. de verb oblig.* & *in l. ſi quando in principio, ff. de leg.* 1.

COLLECT. 1719.

Super l. 1. §. ait Sextus ff. ad Syllanian.

¶ *Iudicatis in Senatu an, & quando ſtandum ſit?*

COlligitur ex iſto text. in illis verbis *ſic eſſe ſæpius iudicatum*, concluſio illa, quod iudicatis in Senatu ſtandum eſt, prout etiam probatur *in l.* 1. *ibi extarentque exempla ff. de offic. præfect. prætor. l. filius ibi, ſic enim inueni Senatum cenſuiſſe, ff. ad l. Cornel. de falſ.* & ita tradunt Valaſc. *deciſ.* 148. Gama *deciſ. Luſitan.* 328. Cabedus *deciſ. eiuſdem Rot.*

Luſitaniæ 212. vbi quod ſententia Senatus facit ius quoad omnes ſimiles caſus, vt conſtat ex eodem Gama *deciſ.* 33. *in fin. & deciſ.* 174. de Franch. *deciſ.* 238. Afflict. *deciſ.* 169. Ludouic. *deciſ. Peruſin.* 90.

Sed num condemnatio facta per iudicē vltra petita valeat, dicas, quod iudex nequit condemnare vltra petita, vt apud Valaſ. *deciſ.* 145. aliàs fatuus reputatur iudex, qui vltra petita iudicat vt eſt cautum *in l. fin. C. de fideicomm. libert. l. vt fundus vbi notatur ff. commun. diuid.*

Et an pro iudice iura præſumant? affirmatiuè deciſum eſt per text. *in l.* 1. *in fine ff. de offic. præſidis, & in l.* 2. §. *ſi publicanus, ff. de vi bonor. raptor. l. nimis C. de acquir. poſſeſ. cap. in præſentia de renunciat.* Rubin. *deciſ.* 88. vbi ampliat id eſſe verum, & procedere etiam ſi à ſententia ſit appellatum, prout quoque nonnullis in cauſis, licet incidenter, fuit dictum in Curia Archiepiſcopali tempore, quo ob obitum Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini Decij Cardinalis Carafæ officio Vicarij generalis tanquam à Reuerendiſſimo Capitulo Cathedralis Eccleſię electo, fungebar.

COLLECT. 1720.
Super Bulla Pij V. incip. accepimus.

¶ *Miſerabiles perſonæ quæ dicantur, ad effectum conſequendi beneficium Bullæ Pij V. incip. accepimus?*

DEcernit iſte ſummus Pontifex, quod in cauſis diſcuſſionū Tribunalis Auditoris Cameræ, creditores vſque ad ſummam ſcutorum quinquaginta incluſiuè pro quolibet, qui verè ſint, pauperes & miſerabiles perſonæ cæteris creditoribus præferri, eiſque ſatisfieri.

Pro cuius ornatu videndum eſt, quænam ſint miſerabiles perſonæ, & dicas, quod Orphani, pupilli, & viduæ, ad text. *in l. vnic. C. quando Imper. inter pupill.* & vide Afflict. *deciſ.* 257. Franch. *deciſ.* 100. Theſaur. *deciſ.* 177. Raudenſ. *deciſ. Piſan.* 46 Milanenſ. *deciſ. Sicil.* 5. *lib.* 2. Viuius *deciſ.* 521. qui affirmat id eſſe verum, ſiue ſint pauperes, ſiue diuites.

Item morbo diuturno fatigati appellantur miſerabiles perſonæ, Viuius *deciſ.* 65. vbi etiam virginem pariter connumerari inter iſtas aſſerit, de quo etiam Maſtril. *deciſ. Sicil.* 127. Giurba *deciſ.* 82. Caſtil. *deciſ.* 48. *item ſcholaris*, idem Viuius *deciſ.* 65. qui *in deciſ.* 122. idem dicit de paupere, ſequitur Creſcent. *deciſ.* 16. *de priuilegijs*: item ſenes inter miſerabiles perſonas connumerantur, Francus *deciſ.* 608. & nos diximus *deciſ. Curiæ Archiepiſcop.* 233. *part.* 3. item vniuerſitas Vrſill. *deciſ.* 257. item Peregrini, de Franchis *deciſ.* 234. item Furioſus, cum mente careat, Ludouic. *deciſ. Peruſin.* 1. prodigi quoque ſub iſto nomine veniunt, Franc. *deciſ.* 595. & alij innumeri, qui arbitrio iudicis reponuntur, de quibus latiſſime eſt videre apud Nouarium *in ſua praxi elect. & variar. fori*, multos, atque multos, & benè loquitur in materia, quam ibi tractat.

COLLECT. 1721.
Super Doctrina Batt. in l. ſi quis libellos, C. de appell.

FIrmat hic Bartol. quod appellans non poteſt inuito appellato expreſſè vel tacitè renunciare. Amplia ſiue ſit appellatum à diffinitiua, ſiue ab interlocutoria Surd. *deciſ.* 243. Cacheran. *deciſ.* 131. maximè ſi poſt citationem à partis iudice factam, vel quando appellatus adhæſit appellationi, vt deciſum refert Gratian. *deciſ. Rot. Marchiæ* 23. vbi etiam tradit, quod ſi appellans renunciauerit appellationi, debet in expenſis condemnari,

prout

Digitized by Google

prout etiam ante eum voluit Guid. Pap. *deciſ.* 436.

COLLECT. 2722.

Super l. ſi ita relictum, & l. ſi pluribus ff. de leg. 2.

¶ *Indefinita an & quando æquipolleat vniuerſali?*

HIs iuribus probatur illa Regula, quod indefinita æquipollet vniuerſali, de qua etiam videndi ſunt text. *in l. ſi ſeruitus ff. de ſerui. Vrban. præd. l. ſi plures ff. de leg.* 3. *l.* 2. *ff. de liber. & poſthum. cap. ſolitæ de maiorit. & obedient cap. quia circa de priuileg.* iuxta quotum iurium diſpoſitionem tradunt Antonius Maceratenſ. *deciſ. ſiue variarum iuris reſolut. lib.* 3. *reſolution.* 29. Surdus *deciſ.* 188.

Declara autem hanc regulam, quod intelligatur, vt indefinita æquipolleat vniuerſali diſtributiuè, non autem collectiuè, vt voluit Rota Romana apud Seraph. *deciſ.* 409.

Declara etiam, vt indefinita vniuerſalis ſignificationis vim obtineat non ex propria vocabuli ſignificatione, ſed ex ęquitate, & benignitate quadam Rubin. *deciſ.* 90. vbi etiam ait, quod indefinita poſita circa perſonas in fauorabilibus æquipolleat vniuerſali, ſicque firmat procedere in alimentis in ſtatutis, in oratione indefinita à lege, vel canone prolata, prout in contractibus ſimiliter procedere teſtatur Seraph. *deciſ.* 1008.

Limita tamen illam non habere locum in odioſis, prout nec in probationibus tradunt Surd. *deciſ.* 263. Seraph. *deciſ.* 490. & Rota apud Farinac. *deciſ.* 509. *tom.* 2. *part.* 1.

Sed an indefinita æquipolleat vniuerſali in confeſſione declarat idem Seraph. *deciſ.* 544.

COLLECT. 2723.

Super l. fin. C. vbi Senator. vel clariſſimi.

¶ *Princeps an, & quando ſibi reſeruet facultatem inquirendi contra magiſtratum ſuperiorem.*

IMperator Zenon vigore huius legis mandauit, atque ſtatuit, quod aduerſus eos, qui ſupremum gerunt, aut geſſerunt magiſtratum alius cauſam dicere non poſſit, ſed ſibi cognitionem reſeruat, imò in caſu quo princeps alteri facultatem cognoſcendi tribuerit, prohibuit ne quid inconſulto principe pronunciaret.

Ad cuius l. ornatum, & declarationem videre poteris D. Regentem Tapiam Belmontis Marchionem *in deciſ. ſupremi Senatus Italiæ* 3. *per totam*, vbi latiſſimè declarat, ſi Prorex Regni Neapolis poſſit via ordinaria, vel viſitationis inquirere contra ſupremos magiſtratus perpetuam iuriſdictionis adminiſtrationem habentes? & an id expediat Regiæ maieſtatis ſeruitio, bono publico, & rectæ iuſtitiæ adminiſtrationi & an Rex poſſit validare proceſſum nulliter inſtructum ex defectu iuriſdictionis inſtruentis, pro quo declarat exactè textum in cap. ad petitionem de accuſat. & non nulla de poteſtate abſoluta, & ordinaria principis explanat, quæ apud ipſum plenè videri poſſunt.

COLLECT. 2724.

Super Doctrina Gloſ. in l. penult. ff. de quæſtionibus.

¶ *Tortura nullis indiciis præcedentibus quando ſit nulla?*

GLoſa hæc incip. *quæſtionis habenda*, firmat quod tortura, quæ præceſſit non præcedentibus legiti-

Digitized by Google

mis indiciis nulla prorſus, & inualida dicitur etiam quod millies ſponte ſit ratificata.

Amplia hanc concluſionem procedere, quamuis talis confeſſio fuerit iurata vt apud Bert. *conſ.deciſ.*39.*lib.*1. qui pariter firmat non validari per indicia inde ſequentia, nam actus à principio non fuit perfectus ſtante quod non aderant indicia ſufficientia, & actus à principio nullus tractu temporis conualeſcere non poteſt *l.quod à principio ff. de regul.iur.* latè hæc omnia proſequitur in propriis terminis Caſtill. *deciſ.*179. *part.*1. vbi ampliat quoque procedere etiam ſi quis authoritate regis torqueretur, ac etiam quod agatur in atrociſſimis, & exceptis criminibus, & in crimine læſæ maieſtatis, & etiam aſſerit id procedere, & habere locum, ſi fuerit data leuis tortura, quoniam ſemper debent præcedere indicia, alias ſubſecuta confeſſio diceretur extorta metu tormentorum.

Et licèt Gramat. *deciſ.*34. ſit in opinione dici confeſſum illum, qui ſtatim quod fuit eleuatus ſuper terram in tortura faſſus fuit furta, quo caſu non eſt curandum, ſi legitima indicia præceſſerint, tamen vera eſt magis communis opinio, quia in caſu leuis torturæ adhuc debent præcedere indicia legitima & ſufficientia, prout ita ſeruatur in noſtra Curia Archiepiſcopali.

COLLECT. 2725.
Super cap. 1. in fin. de feud.fœm.

¶ *Clericus an & quando ſuccedat in feudo?*

CLericos non ſuccedere in feudis deducitur ex iſto text. ibi nullo modo debere clericum ſuccedere, quod pariter probatur *in cap.*1. *de milit. vaſal.qui arm bellic.depoſuit.* & hanc opinionem ex deciſionatiis amplexati ſunt Afflict. *deciſ.*320. vbi dicit, quod ita aliàs de facto iudicauit Sacrum Cōſilium, Mynſingerius *obſerua.*48.*cent.*5. vbi teſtatur hanc opinionem obſeruare Cameram Imperialem Capic. *deciſ.*32.

Amplia hanc concluſionem adeò eſſe veram, vt procedat & habeat locum, quamuis poſtquam fuerit factus clericus, vel monachus habitum clericalem, vel monachalem dimittat, & deſerat, quia hoc non obſtante feudum non recuperat Capic. *deciſ.*115. cuius tamen opinio vera non videtur, quoniam non dicitur quis habitum monachalem recepiſſe, niſi in habitu perſeuerauerit, argum. text. *in l. pro parte* §. *verſum* vbi Gloſ. *ff. de in rem verſo.*

Amplia ſecundò vt dicta concluſio ſit vera, quod procedat, quamuis tempore, quo quis efficitur clericus proteſtatur, quod nō intendit feudo renunciare, nam talis proteſtatio eſſet contraria facto, & ideo non operatur, Affl. *deciſ.*78. Viuius *deciſ.*251.

Amplia pariter hanc concluſionem non ſolum procedere in clericis, ſed etiam in illis, qui tantum ſolam profeſſionem vouerint Cacher. *deciſ.*77.

Amplia ſimiliter in Monialibus, quæ pariter ad feuda non admittuntur, Afflict. *deciſ.*320. vbi etiam firmat, quod nec monaſterium in tali caſu ex perſona monialis ſuccedere poterit, quamuis contrarium teneat Cachera. *deciſ.*27.

Declara tamen hanc concluſionem procedere in clericis conſtitutis, in ſacris ordinibus habere locum, at ſecus in inſignitis minoribus, prout quandoque determinauimus in Curia Archiepiſcopali, quia iſti clerici in minoribus poſſunt ad eorum libitum ad ſeculum redire, de quo tamen vide Capic. *deciſ.*115. vbi Maſul. *in addit.*

Sed quia de hac materia credo quod alias

alias locutus ſum,amplius in ea me nõ extendo,ſed ſolum,quia vidi nonnulla concernentia ad ipſam materiam cumulata in quadam allegatione, volui illam pro commodo lectoris hic imprimi facere; eius autem tenor eſt, vt ſequitur videlicet.

PRætendit Regius Fiſcus, officium Regij Porterij Aulæ S. E. collati per nominationem factam per quondam Camillum Diez vigore Regiæ facultatis in perſonam Dominici Anelli Diez eius filij,per eiuſdem Anelli monachatum, & profeſſionem inde ſequutam in Venerabili Monaſterio montis Oliueti, non obſtante ſubſtitutione facta, & Regali Aſſenſu confirmata, in perſonam Joſephi Renau vſquequo dictus Dominicus Anellus nominatus 21. annum compleuerit, in beneficium Regiæ Curiæ eſſe vacatũ, & ſucceſſiuè ad ipſius venditionem procedi poſſe.

Et duabus rationibus affirmatiuè reſpondendum videtur. Primò quia ſicuti feudum ſtatim ac feudatarius efficitur clericus, vel Monachus facta profeſſione,vel ſuſceptis ſacris ordinibus deuoluitur agnato, & ſi hæredes non habet Regi, *cap.1.§. qui clericus fi de feud.fuer. contr.cap.1. de benef. fœm.* quia Miles Chriſti deſiit eſſe Miles ſeculi, nec beneficium pertinere debet ad eum, qui non poteſt gerere officium, *cap.1.de Vaſal.mil.qui arm. bel. dep.* etiam ſi poſtea quam habitum Religionis aſſumpſerit, poſt poſuerit *d.cap. 1. de feud. fœm.* vide latè Graff. *de effect. clericat. effect.*

Quæ iura, & ſi loquantur de feudo poſſunt extendi ad officium, cum officia conueniant cum feudis, Imò officia ſtrictiorem habent naturam poſt Capic.*deciſ.*77.*&* 121.de Amicis *de his, qui feud. dar. poſ. verb. dicebam fol.* 60. *&* 63.

Secundò quia officium eſt perſonaliſſimum, & dicitur magis commendatum, quam traditum poſt Frec. *de ſubfeud quaſt.*57. idem de Amic. *fol.* 61. & ſic dum monachus per profeſſionẽ non habet neque velle, neq; nolle dicitur mortuus mundo, & ſic Ciuiliter, ita quod ſi fuerit vocatus ad perſonaliter ſeruiendum, ſeruire minimè poteſt, ob quod Princeps non modò amittit ſeruitium; verum iuramentum fidelitatis, quod exercendo præſtare tenetur.

Verum contrariam ſententiam de iure veriorem eſſe arbitror ſubſcriptis rationibus.

Primò ex verbis priuilegij,conceſſit etenim Catholica Maieſtas præfato Camillo poteſtatem nominandi vnũ hæredem quoad vixerit,& ad vitæ decurſum, quæ verba naturalem vitam important, vſquequo ſpiritus in corpore ſteterit, cum vita ſit rei viuentis ſubſtantia ex Philoſopho Alex. Raud. *de Analogis verb.vita.* Alber. ex Ambroſ. *in dictionaric verb.vita,* & eſt text. *in l. aut damnum in princ.ff.de pœn.* vbi dicit Iureconſult.quod vita adimitur, ſi vt gladio perimatur, quis fuerit condemnatus,& dicitur vltimum terribilium, *l. fin.ff.eod.* quæ verba in priuilegiis, vel contractibus cum Principe naturaliter ſemper intelliguntur,ita in terminis in conceſſione officij ad vitam declarauit Anna *alleg.*135.*num.*3.& appellatione mortis naturalis,non autem Ciuilis intelligitur *l.gallus §.quid ſi tantum*, vbi DD. *ff. de lib. & poſth.l. Statius Florus §. Cornelio Felici ff.de iur.fiſ.*ita quod nunquam mors Ciuilis operatur effectum, ſicut mors naturalis, niſi in caſibus in iure expreſſis poſt DD.*in d.§.quid ſi tantum.& §.Cornelio Felici.* Boer.*deciſ.*323. Maſtr.*de Magiſt.lib.*1.*quaſt.*28.*n.*45.Reg. de Pont.*conſ.*159.*vol.*2. & ante omnes Napod. *in conſuet. viro mortuo num.* 47.

Digitized by Google

Surd. *deciſ.* 207. Peregr. *de iur. ſiſc. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 19. & hac ratione ſi feudatarius clericus, vel monachus fuerit effectus, ſcilicet in caſibus amiſſionis feudum amittat, & deuoluatur agnato, non per hoc iure, & conſuetudine agnatus releuium Regiæ Curiæ ſoluere cogitur, niſi ſequuta morte naturali, ita in terminis Frec. *de ſubfeud. lib.* 2. 3. *auth. num.* 24.

Quod autem monachus non poſſit æquiparari Ciuiliter mortuo, & ſucceſſiuè caſus, quibus Ciuiliter mortuus priuatur, poſſit eiſdem priuari monachus, probatur, nam mors triplex eſt, naturalis, ciuilis, & ſpiritualis, de naturali, & ciuili, quæ eſt deportatio, loquitur gl. *auth. de conſanguin. & vterin. fratr. verb. mortis*, de ſpirituali DD. *in auth. ingreſsi de ſacroſ. eccleſ.* nam monachus Deo viuere dicitur *l. Deo nobis C. de Epiſc. & cler.* & vulgò dicitur mortuus mundo ob priuationem voluntatis, quia non habet neque velle, neque nolle, ita quod ſi ſuperiorum neceſſitate monaſterium egreditur, iure reuerſionis diſpoſita, & alienata recuperat, cum ea conditione donata, & alienata intelligantur, ſi in monaſterio perdurauerit, vt de Lazaro reſuſcitato notauit gl. *in l. ex his ff. de legib.* vbi Alber. Alex. *in l. ſi marito num.* 5. *ff. ſolut. matr.* & de comm. teſtatur Clar. *in* § *teſtam. q.* 86. & latè Molfeſ. *conſ.* 1. *num.* 22. & ad materiam Anna *conſ.* 45. *à n.* 82. *cum ſeq.*

Hinc vſusfructus morte finitur, & duabus capitis diminutionibus, maxima, & media etiam ſi vſusfructuarius naturaliter viuat, *l. ſi vſusfructus ff. de iur. dot. l. corruptionem C. de vſufruct.* § *finitur inſt. de vſufr.* & tamen ſi monachus vſufructuarius monaſterio capaci, vel in particulari, vel in communi, profeſſionem fecerit, non modò monaſterium vſumfructum non amittit, verum eius vita durante idem monaſterium vſufructu gaudet, poſt Barto. cæteri omnes *in auth. ingreſsi num.* 38. *C. de Sacroſan. Eccleſ.* vbi gloſ. & ibidem Cyn. *num.* 19. Odofr. *num.* 16. Bal. *nu.* 31. Alb. *num.* 22. tam ſi vſufructus fuerit conuentionalis, quam legalis gl. *in c. ſi qua mulier. verb. extantibus verſ. extantibus verſ. ſed quod ingrediens* 19. *quæſt.* 1. & poſt Couar. Gomes, & alios, Guttier. *canon. qq. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 98. Reg. de Pont. *loc. cit.* & poſt Dominum Regentem Tap. Marchionem Belmontis *in d. auth. ingreſsi cap.* 14. *num.* 22. & 48. innumeros citauit Mar. Giurb. *ſup. conſuet. Meſ. verb. dum ipſe pater vixerit cap.* 7. *glo.* 9. *part.* 1. Maſtril. *deciſ.* 155. *n.* 26. & *deciſ.* 65. *nu.* 3. Seſſ. *deciſ. Aragon.* 45. *n.* 46.

Et non modò vſusfructus ad monaſterium transfertur, monacho tamẽ viuente; verum fideicommiſſum Pereg. *de fideicomm. art.* 38. *num.* 63. & per monachatum non eſt locus ſubſtitutioni factæ per prædeceſſores monachi, ſi vocatus monachus efficiatur Menoch *conſ.* 180. *nu.* 10. & pluries deciſum. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gl.* 2. *nu.* 37. ex quo monachus, facta profeſſione adhuc retinet ius prioritatis in gradu, & omnia agnationis iura Bal. *in auth. ſi qua mulier num.* 10. *de Sacroſan. Eccleſ.* & latè Molina *de Hiſpanorum primogen. lib.* 1. *cap.* 103. *num.* 71. & *ſeq.* ita quod gaudet monaſterium fructu bonorum maioratus, dummodo monaſterium ſit capax in communi, vel in particulari, & maioratus non ſit dignitatis, vel iuriſdictionis; ſed ſolum ex bonis patrimonialibus conſtet idem *num.* 95.

Quod procedit etiam in feudo cenſuali, ſeu cum annua præſtatione poſſeſſo per laicum, nam tranſit cum onere ſuo ad monaſterium, ſicuti emphyteuſis poſt Reg. Tap. *loc. cit.* Reg. de Pont. Giurb. & Molin. locis allegatis,

& ſic

Digitized by Google

& ſic quando feudum præſtat ſeruitiũ reale, non autem perſonale monaſterium durante vita monachi in eo ſuccedit Bal. *in c. quæ in Eccleſiarum nu.23. de conſtitution.*

Et ſic patet, monachum non eſſe taliter mortuum, quod perceptione emolumentorum, & fructuum non ſit capax, & monachatum morti Ciuili non æquiparari, nec effectus mortis Ciuilis produci poſſe, & appellatione mortis de naturali non autem de ciuili verba Principis eſſe intelligenda, & verba illa *quoad vixerit* vſque ad extremum vitæ interitum extendi debere, & non eo quod monachus profeſſionem fecit in monaſterio venit priuandus, ex quo mundo mortuus dicatur.

Et tantum erit videndum de 2. Articulo, Si per monachatum, dum non habet velle, neque nolle, & emolumenta officij debentur ratione ſeruitij perſonalis, ſunt deuoluta Regiæ Curiæ vnà cum officio.

Et quoad 2. hanc quæſtionem animaduertatur quæſò, nam DD. qui locuti fuerunt in feudo cum iuriſdictione, & dignitate (licet maxima fuerit inter eos cõtrouerſia) dixerunt, ea ratione per monachatum, & profeſſionem inde ſecutam, feudum eſſe deuolutum Agnato vel Regi, quia iuramentum fidelitatis præſtare non poteſt, cuius ratione Dominum contra inimicos pugnando adiuuare tenetur Affl. ct. *deciſ.* 320. Capic. *deciſ.* 10. & latè poſt alios Bamma *c. ſi de feud. def. q.* 7. Illud limitarunt quando feudum eſſet francum, & liberum poſt Curſ. *in tract. de feud. p.* 3. *quemadm. in feudo maſ. deſcend. ſucced. nu.* 27. Fel. Bal. Barbat. Roſent. Paridem, Menoch. Alex. & alios, Intrigl. *cent. de feud. n.* 195. Secundò quando feudum eſſet ita exiguum, quod ſeruitium militare integrè præſtari non poſſit, nam tunc fit ſolutio in pecunia, & ſic ceſſat ſeruitium perſonale, *cap. 1. in principio de controuerſ. feud. apud pares terminan.* vbi And. *concluſ. 5. ex c. Regis Roberti*, & poſt eundem And. in aliis locis, Capi. *deciſ.* 32. *n.* 3. Tertiò quando mulier eſt habilitata ad feudum, nam ſi monialis efficiatur, ex quo ſemel eſt habilitata per legem ad ſeruiendum, per alium admittitur, & eius vita durante monaſterium per ſubſtitutum ſeruire poteſt, & feudi commoditates recipit, ita Capic. poſt alios *deciſ.* 10. *&* 31. *n.* 3. vbi dicit, quod ad feudum habilitatus, & ſi alias ex natura feudi eſſet inhabilis, habilis per ſubſtitutum efficitur poſt Andr. *in cap. 1. de mil. vaſ. qui ar. bel. depoſ. & in cap. 1. §. qui clericus ſi de feud. fuer. contr. & in c. ſiquis deceſſit 1. col. eod. tit.* & in aliis locis cit. per Capic. *alleg. deciſ.* 31. *num.* 3. ſic & in caſu noſtro, dum fuit habilitatus nominatus per Camillum, & dum erat in minori ætate conſtitutus, & annorum 13. nulli dubium eſt quod perſonaliter deſeruire non poterat, ob quod dum fuit admiſſus ſubſtitutus, qui hodie deſeruit dicitur habilitatus, & pro habilitato habetur etiam poſt monachatum, ſicuti in fœmina reſpectu feudi dixit Andr. poſt Capic. *loco citato*, quod procedit etiam in feudo officij, vel miniſterij Bal. *loc. cit.* & in fœmina habilitata quod poſſit deſeruire per ſubſtitutum etiamſi monaſterium fuerit ingreſſa, & ſucceſſiue monaſterium ipſum licet ex ſe incapax eſſet arg. text. *l. vnica §. fin. autem ad deficientis*, C. *de caduc. tol.* Specul. *de feud. §. quando verſ.* 21. poſt alios Intrigl. *loc. cit. num.* 183. *& ſeq.* & ſic extra dubium verſamur, ſi Andr. & cæteri verum dixerunt, pro vt non vereor.

Et quando impubes, vel pupillus nominatus ad ſeruiendum eſt habilitatus, quod poſſit per ſubſtitutum ſeruire non dubitatur. Nam eo ipſo quod eius nominatio fuit recepta, cũ

Digitized by Google

ſubſtitutione admiſſus cenſetur, ex pluribus, Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. quæ. 48. per totam.* Quam opinionem vltra alios ſequitur Felin. *in c. in præſentia n. 47.* vbi dicit quod eo ipſo quod feudum eſt ſictum tranſitorium ad fœminam, videtur habilitata ad ſeruitiú per ſubſtitutum, & ſucceſſiuè tranſmittit ad monaſterium, *de proba. extra.* & in officio, quod eo ipſo, quod fœmina eſt nominata per habentem poteſtatem nominandi, vel pro ſe, aut hæredibus, vel cóceditur officium, ſeruitium perſonale continens, alicui, qui de perſona deſeruire non poteſt, puta inhabili, cæco, manco, ſurdo, vel fœminæ, eo ipſo intelligitur quod per ſubſtitutum deſeruire poſſit Andr. & Capic. *loc. cit.* per text. *in l. quiſquis, & l. ad ſimilitudinem, C. de Epiſ. & clericis*, etiam ſi expreſsè poteſtatem ſubſtituendi in priuilegio non haberet Reg. de Pont. *de pot. Pror. de diuerſ. prouiſion. de poteſt. ſubſtituen. in offic.* quod dic eſſe notabile, quia in dies occurrit.

Accedat prædictis, nam ſi conceſſum eſt aliquid pro ſeruitio perſonali à Rege ſi conceſſionarius monaſterium ingreditur durante vita monachi deſeruiendo per ſubſtitutum beneficio monaſterium gaudebit, poſt Cyn. *in auth. ingreſſi de Sacr. ſan. Eccleſ.* Specul. *de ſtat. monach. §. 1. verſ. 45.* & communiter ſecundum Saly. *in d. auth. ingreſſi verſ. quæro* 8. Innoc. & Joan. Andr. *in c. in præſentia de probat.* Dec. *eod. c. num. 84. verſ. prædicta concluſio fallit*, & in conceſſione cum ſeruitio perſonali facta quondam Regenti de Pont. & non obſtante ingreſſu Religionis Clericorum regularium ea gaudere potuiſſe, idem late *conſ. 159. vol. 2. per tot.*

Quod autem deſeruire poſſit per ſubſtitutum non eſt nouum, nam vltra quod in caſu fuit deciſum dum fuit admiſſus, & hodie deſeruit, & in dies videmus, omnes actuarios tam M. C. quam S. C. eiuſdem R. C. S. & Capitaneos Iuſtitiæ, & Cancellarios Regiæ Cancellariȩ, eiuſque Scribas à mandatis per ſubſtitutum deſeruire, & ſimiliter Porterios S. C. & R. C. & eiuſdem Aulæ S. E. & ſi hoc permittitur hominibus, qui in mundo viuunt, quanam ratione denegari poterit Religionem ingredienti, & Dei ſeruitio dicato, vbi pietas Chriſtiana, niſi in hoc? & ſi fuerunt habilitati ad deſeruiendum per ſubſtitutum, tam Actuarius de Felice in Sacr. Conſ. & in M. C. Actuarius Campanilis prætextu quod doctoratus gradum ſuſceperint, & perſonaliter deſeruire pudet, maiori ratione ob maius ſeruitium, quod Deo præſtat permitti debet, & Monaſterio, ne cogatur iſte monachus, qui ſibi ex emolumentis annuos duc. 80. reſeruauit, & de aliis in beneficium fratrum diſpoſuit in monaſterio, vbi commodè alij in particulari viuunt, per amiſſionem officij pauperem, & infelicem vitam degere, vel monaſterium ipſum relinquere ad laicalem vitam redeundo ex tali actu damnum recipiendo, contra text. *in l. fin. §. ac etiam C. de Epiſc. & Cler.* dum ex tali actione meritum, non autem pœnam aliquam etiam reſpectu bonorum pati non debet, Aluarot. *ſi de feud. fuer. contr. d. c. qui cleric. n. 2. in fin.* & ſic dum Princeps per ſubſtitutum ſeruitium eſt ſolitus recipere iniuriam facit monacho illud denegando, vt de aſſenſu dicimus Camer. *in cap. Imperialem de prohibita feudi alien. per Feder. fol... in paruis*, quib. adde quod facto legato, alicui duc. mille ſi nupſerit, & duc 500. ſi monaſterium fuerit ingreſſus fauore monaſterij ad euitandum malum, & bonum ſequendum, ſi monaſterium ingrediatur, mille monaſterium conſequitur poſt Bart. & Socc. *in l. 2. ff. de his quæ pœn. nomin.* Cacher. *deciſ.* 126.

Digitized by Google

126. Card.Pariſ. *conſ.65. num.14.vol.4.* idem Giurb.*ſuper conſuet.Meſſ.c.3.gloſ.4. part.1.n.18.*

Etſi, ſubſtitutione per Principem admiſſa, puer iſte facta legali diſpoſitione confiſus monaſterium fuit ingreſſus, quomodo hodie poteſt tractari, ſubſtitutionem per monachatũ ceſſare, nonne eſſet minorem fallere? certe quidem, & in terminis adducitur deciſio alias facta in Collaterali Conſilio per eundem R.C.

Poſſidebat etenim Fabritius Turbulus officium Guardianatus Portus huius Fideliſſimæ Ciuitatis 3. Junij 1606. fuit profeſſus in Monaſterio Crucillæ, nominauit poſtea eius Generalis cum eius mandato 20. Julij eiuſdem anni Joannem Baptiſtam Magnaceruo in officium prædictum, & dum prætenderet Regius Fiſcus officium prędictum vacaſſe, nihilominus, præcedente conſultatione fuit admiſſum monaſterium ad venditionem officij, & ex eo percepit duc.8.m.& ſic in fortiori caſu Regia Camera ſolita pietate ducta excuſauit Generalem ob nominationem in tempore non factã, & cõſuluit Excellentiſſimo tunc Proregi, quod ad venditionem Monaſterium admitteret, & ſi hoc in tali caſu, & in tanta maiori ſumma; tanto magis attento patris per tot annos fideli ſeruitio, & tot fratribus pauperibus, hoc in caſu concedi debet.

Secundò quia tunc priuatur monachus tali officio, quatenus prædicta tamen non militarent, prout militant, quando legitimè profeſſionem fecerit, & ante profeſſionem nequaquam, vt latè DD.*in d. auth.ingreſſi, & ſi de feud. fuer. contr. c. 1. §. qui clericus. & in c.1.de mil.vaſ.qui arm.bel.depoſ.*

Sed ſic eſt, quod dum iſte monachus poſt 4. dies vix elapſo 16. anno fuerit profeſſus, & ex diſpoſitione Sacri Concilij Trid.*ſeſſ. 25.cap.* 19. datur ei quinquennium, infra quod poſſit de profeſſione conqueri, quod per vim, & metum fuerit ingreſſus, & aliqua legitima cauſa voluerit habitum dimittere, quod poſſit coram ſuo ordinario infra dictũ tempus illud procurare, & hoc iam petiit, nulli dubium eſt, expectato exitu huius articuli, officium vti vacatum, vendi non poſſe, dum non ſumus in Clerico, vel monacho in ſacris ordinibus initiato: ſed in eo tantum, cui ad vitam laicalem redire non eſt prohibitum, quo caſu dũ hoc incidens eſt mere Eccleſiaſticum, cognitio ſpectat ad Eccleſiaſticos non autem ad Regiam Cameram, & interim ad vlteriora in cauſa procedi non poteſt, vt millies fuit deciſum, vt inualiditate matrimonij, D. de Franch. *deciſ.52.& 312.* & in vſura Gramm. *deciſ. Luſit.194.& 207.* & validitate profeſſionis in dies hoc iure vtimur, vt in caſu noſtro idem Dominus de Franch. *deciſ.312.num.3.* ita quod nec poſſit iudex laicus partibus terminum, infra quem partes dicti articuli deciſionem procurare valeant, vt latè D. de Franc. *deciſ.551.*

Quod autem in minoribus ordinibus conſtitutus, feudum non amittat, & locum ſibi non vendicet text. *in d. cap.1.§. qui clericus cum ſimilibus*, & per hoc redeundo ad ſeculum feudum recuperet, reprobata opinione gloſ. quæ contrarium tenere videtur *in cap. naturales ſi de feud.fuer.controuerſ.* tenet Bald. *in d.cap.qui clericus*, dummodo clericus non fuerit beneficiatus per notata *in cap.gratia de reſcript.* in clem. per text. *in cap.ſi voluerit de capit.qui cur.vend.* eſtque ratio, ne ſit in poteſtate agnatorum adultum habentem feudum circumuenire, ob quod poteſt clericatũ dimittendo, feudum recuperare, & ad illud ope reſtitutionis reintegrari per

EE

Digitized by Google

notata *in d.cap.naturales in cap.1. de beneſ. fœm.* quam opinionem vti æquam poſt Iacob. de Beluiſ. qui dicit de facto vidiſſe, ſequitur Aluarot. *d.c.qui clericus n.* 4. Clar. *in §.feudum quæſt.* 78. *n.* 5. Intrigliol. *de feud. artic.* 1. *nu* 172. *cent.* 2. latè Graſſ. *de effectibus cleric. d. effect.* 4. *n.* 8. vbi DD. allegat atteſtantes de communi.

Et licèt Aed. 2. *in ſumma, quibus mod. feud. amitt ſub rub. ſi vaſſall. effic. tat. cler.* diſtinguat quod aut re integra nondum habita quæſtione de amiſſione feudi clericatum dumtaxat, quod feudum recuperet, alioquin habita quæſtione ſecus, & Bald. ponderet tex. *d.cap. ſi clericus in illis verbis, hoc ipſo perdit feudum* quod idem eſt ac ſi dixiſſet ipſo iure, intelliguntur perfecta profeſſione Aluarot. *cap.1.n.5. in fin. de milit. Vaſſal. qui arm. bellic. depoſuit.* & melius Afflict. *in d.cap. ſi clericus, n.* 11. *in fine, ibi ſed ego credo* quod per *cap. conſulti de regulari.* ſit repoſitus in priſtino ſtatu, & per *c.* 2. *eod. tit. lib.* 6. in quibus iuribus decreuit ſummus Pontifex, tunc ad vitæ mutationem, ingreſſus rediſſe poſſe quando profeſſio legitime non proceſſit, ſecus ſi legitimè, ob quod ſi profeſſio nō eſt legitime, & valide facta, neque officium Fiſco vacare dicitur.

Vnde ex his clare patet, non modo officium non eſſe vacatum verum monaſterium ad ſeruiendum per ſubſtitutum eſſe admittendum, eo magis dum Fiſco nullum paratur præiudiciū, & morte monachi, officium finitur, & culpis, & defectibus ſubſtituti inſolidum tenentur.

Nam contraria pro affirmatiua adducta, ex relatis non ſubſiſtunt, & non obſtat primum, nam longe diuerſum eſt feudum ab officio, nam in feudis vtile dominium in feudatarium transfertur, in officiis verò omne dominiū penes Regem remanet, & ſola conceditur adminiſtratio etiam ſi fuerit conceſſum pro ſe, & hæredibus poſt Andr. & alios *de amic. loc. cit. verb. natura fol.* 62. & tantum ad conceſſionarios titulus datur ad finem vtendi, & exercendi poſt Capic. *dec.* 121. *n.* 5. *circa finem* Reg. de Pont. *deciſ.* 28. *n.* 7. item feudum regulariter tranſit ad hæredem, Officium vero ſecus, & ſic non ſemper quod diſponitur in vno diſpoſitum cenſetur in alio, & validum eſt argumentum de vno ad alium, idem Frec. *quæſt.* 51. item in feudo ſuccedit in fœmina, & in Regno ſemper habilitata cenſetur, & nihilominus conceſſa poteſtate nominandi in officio fœminam nominare non valet, ex quo fœmina tam de iure, quam ex qualitate rei eſt penitus excluſa, & ſic licentia ſecundum actus naturam intelligitur, & ſecundum iuris formam *l. ſi vno ff locat.* Ang. *l. ſi quãdo C. de inoff. teſtam.* Rom. *in conſ.* 208. 9. *col. n.* 18. *vol.* 1. & ſic ſpeciali priuilegio eget, idem Frecc. *quæſt.* 50. *&* 54. & ſemper cum ſua propria natura conceſſum intelligitur, quæ alterata non præſumitur, niſi expreſſe fuerit dictum ex regula text. *in cap.1. de feud. non hab. propr. nat. feud.* idem de Pont. *allegat. deciſ.* 28. *n.* 9. item ſunt penitus diuerſa, nam regulariter in feudo admittitur ſeruitiū per ſubſtitutum *cap.1. § ſi quis deceſſerit, ſi de feud. fuer. controu. inter Dom. & agnat. & in c. imperial. § firmiter de prohib. feud. alien. per Feder.* quòd ſecus eſt in officio, niſi in caſibus, vt ſupra oſtendimus, ſunt etiam diuerſa, quia per iuramentum fidelitatis ad multa vaſallos tenetur, de quibus *in c.1. quib. mod. feud. amitt.* & latè Afflict. *deciſ.* 265. ita quod ſi in eo deliquerit, rebellis efficitur, & pœnam *l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſt.* incurrit quod ſecus eſt in officio, nam eo tantum in quo deliquit punitur, Capic. *deciſ.* 121. *n.* 17. *& ſeq.* & diuerſum eſt iuramentum fidelitatis, quod præſtat vaſſallus, ab illo quod præſtat por-

terius

terius de bene, & fideliter exercendo.

Non obſtat ſecundum quia, & ſi regulariter omnia officia perſonaliter exerceri, & adminiſtrari debeant vt latiſſime tum iuris diſpoſitione tum iure Regni mirum in modum declarauit D. Reg. Tapia Marchio Belmontis de iure Regni *tit. de official. in reg. conſtituend. eorumq. exerc.* nos autem in limitatione verſamur tum quia nominatus per ſubſtitutum ad deſeruiendum, aliàs fuit admiſſus, tum etiam ex generali conſuetudine minoribus ex cauſis cum laicis recepta eos admiſſos, qua & monaſterium ne ſit peioris conditionis gaudere debet; ne à religionis propoſito monachus auertatur, quod iure vti impium eſt euitandum ad tradita per DD. citat. per Giurb. *ſuper conſuet. Meſſan. cap. 3. gl. 4. p. prima num. 20. & ſeq.*

Et ſic à peritiſſimis pariterq. Religioſiſſimis Dominis monaſterium, monachus, & hæredes obtinere non verentur, prout ita iura clamant, & apertè ex ſupradictis demonſtratum eſt, & iuxta hanc ſententiam meum interpono votũ requiſitus de illo Ego Io. Maria Nouarius I. C. Lucanus.

COLLECT. 2716.
Super Bulla Siſti V. de non receptandis Bannitis.

¶ *Banniti receptari non poſſunt ſub pœna excommunicationis, quod limitatur pluribus modis.*

INter alias conſtitutiones, quas edidit Sixtus V. felicis memoriæ illa eſt circa non receptationem Bannitorum mandans, quod Banniti nequeant rereceptari, & quod receptantes incurrant pœnam excommunicationis latæ ſententiæ, de quo etiam videnda eſt Bulla Gregorij XIII. quę incipit Tanta.

Limita autem illam non procedere in iis, qui quoad victum adiuuant in extrema neceſſitate, Sayr. *deciſ. 57. 58. & 59. de ſent. excomm.*

Limita ſecundò non comprehendere illos, qui per ignorantiam receptauerint aliquos neſcientes eos eſſe bannitos, vt quandoque in terminis huius Bullæ deciſum fuit in Curia Archiepiſcopali, & vide Thomingium *deciſ. 29. lib. 1.*

Limita tertiò, quando quis receptat bannitos, ſed illos non iuuant directè, quoad delicta, quæ exercent vt conſtat apud Sayr. *deciſ. 53. de ſentent. excommunic.*

Alia autem in hac materia, & congruentia huic Bullæ apud Nouarium videre poteris *in pragmatica regni 1. & ſeq. de recept. malefact.*

Cuius dictis adde ſolum ſcripta per Caſtill. poſt Nouarij opus impreſſum *in deciſ. 160. part. 2.* vbi tractat qualiter puniatur officialis cum bannitis conuerſans, & vide *ead. deciſ. 161.* vbi concludit quod conuerſatio cum conſanguineo bannito, ſeu foriudicato non punitur pœna ordinaria, ſed mitiori.

COLLECT. 2717.
Super Doctrina Bart. in l. de damno infecto §. ſi quis vicinus ff. de damn. infecto.

¶ *Priuilegia an, & quando extendantur ad futura.*

BArt. hic firmat concluſionẽ quod priuilegia extenduntur ad futura, iuxta cuius theoricam deciſum reperies apud Franc. Marc. *deciſ. 425. tom. 2.* & apud Rotam *in antiq. deciſ. 33. de præbendis*, vbi concluditur clauſulam non obſtante tollere etiam futurum impedimentum,

Amplia concluſionem firmatam adeo eſſe veram, vt immunitas con-

ceſſa Vniuerſitati comprehendat Incolas,& focularia,quæ de nouo acceſſerunt, vt deciſum in Regia Camera Summariæ ſub die 16. Septembris de Anno 1562. cum vniuerſitate Trani refert Nouarius *forenſ. quæſt.* 127. *lib.* 1. vbi hunc articulum pleniſſimè diſputat, & tandem in hanc deuenit ſententiam.

Quibus conferunt latiſſimè recenter ſcripta per D. Regentem Tapiam *in deciſ. ſupremi Senatus Italiæ* 8. vbi tractat articulum, ſi immunitas conceſſa Melitenſibus circa extractionem victualium extendatur ad impoſitiones poſtea factas in Regno Siciliæ, & præſertim in extrahentibus vinum in inſula prædicta.

COLLECT. 2728.

Super l. 2. C. de ſentent. ex breu. recit.

¶ *Princeps ſolus poteſt ſuam ſententiam emendare; & quando iudices poſsint?*

COlligitur regula ex iſto tex. quod principi tantum liceat ſententiã ab ipſo prolatam emendare, quare tu inferas iudices non poſſe emendare ſententias per ipſos prolatas, quod eſt verum, niſi vota tantum fuerint prolata, ex quo vota nullum robur habent ſententiæ, niſi ſecundum illa fuerit ſcripta, lecta, lata, & publicata ſententia, vt apud Afflict. *deciſ.* 303. de Franch. *deciſ.* 175.

Sed An iudices, quorum vota ad ſuam maieſtatem ſunt tranſmiſſa, poſſint votum mutare? per belle declarat D. Regens Tapia *in deciſ. Senatus ſupremi Italiæ* 12. vbi praxim circa hoc pariter adducit.

Et nota ſecundum pragmaticam 13. §. *Item quod cauſa de offic. Sacri Conſil.* quod cauſa votata debet ſcribi incontinenti concluſio dictæ cauſæ communi voto, vel in diſcordia, antequam recedatur à loco conſilij, & facta, & ſcripta concluſione votorum non poſſit mutari ſubſtantia dictæ concluſionis inconſulta Regia maieſtate, vel illius locumtenente generali, ſed ſecundum ipſam concluſionem debeat omninò ferri ſententia infra ſex dies.

COLLECT. 2729.

Super cap. exceptionem de except.

¶ *Excommunicatus an, & quando in iudicio pro ſe vel pro alijs intercedendo eſſe poſsit?*

INter cæteras pœnas, quas iura infligunt excommunicatis eſt & illa, vt arceantur à limine iudicij, & ideo Aduocati officio fungi minimè poſsũt, prout probatur in hoc tex. & alibi.

Amplia quod quando excommunicatio eſt notoria, debet iudex repellere excommunicatum ex officio, quãuis à nullo excommunicatio opponatur Rubin. *deciſ.* 92. vbi etiam quod poteſt, & debet eum repellere etiam partibus inuitis, & contradicentibus.

Amplia ſecundò, vt excommunicatus neque poſſit agere officium procuratoris, vt conſtat *ex cap. poſt ceſſionem de ſentent. excommun. in* 6. & tradit Creſc. *deciſ.* 12. *de procur.*

Amplia tertiò, vt excommunicatus non poſſit eſſe in iudicio ratione officij publici, vt determinatum fuiſſe ait Nouarius *forenſ. quæſt.* 135. *lib.* 1. vbi dicit non obſtare Viuium *in deciſ.* 99. qui aſſerit prælatum, & beneficiatum excommunicatum poſſe ratione prælaturæ, vel beneficij agere, Nam reſpondit huiuſmodi opinionem ſimpliciter non eſſe veram, ſed procedere in excommunicato occulto, non autem in excommunicato notorio.

COL-

COLLECT. 1730.
Super cap. Regni 34.

¶*Electio Protomedici in ciuitate Neapoli debet fieri de naturalibus.*

DE anno 1554. per Cæſaream maieſtatem fuit conceſſum priuilegium noſtro Regno quod officium protomedici debeat prouideri Naturalibus, prout ita conſtat ex memorato *cap.34.*

Ad cuius ornatum poteſt quæri Num hoc officium protomedici, quod debet prouideri naturalibus virtute huius Capituli, poſſit prouideri in perſonam exteri in ciuem aſcripti? de cuius articuli reſolutione videndus eſt D. Regens de Tapia Marchio Belmontis *in deciſ. ſupremi Senatus* 14. vbi pro, & contra multa adducit, & tandem ait in fine, iuxta negatiuam ſententiam fuiſſe in dicto Senatu pronunciatum, quamuis dicat quod cum protomedicus allectus in ciuem reperiretur in poſſeſſione officij per interim, nec Illuſtriſſima noſtra Ciuitas Neapolis fuit de hoc conqueſta, ſua Catholica maieſtas contulit præfatum officium in perſonam ſupradicti ciuis allecti, ſed poſtea in comitiis regni Anni 1617. fuit ſupplicatum ſuę Maieſtati, vt officium prædictum prouidere dignaretur in perſonam orti in Regno, non autem ciuis per priuilegium declarati, & per ſuam Maieſtatem fuit conceſſum Regno ſecundum eius petitionem.

COLLECT. 1731.
Super Bulla Pij IV. incip. Romanum Pontificem

¶*Beneficia in confidentiam recepta vacant à die receptionis: quid in penſione?*

IN hac Bulla Pius IV. bonæ memoriæ ad tollendum prauum vſum confidentię beneficialis mandat beneficia in confidentiam recepta à die receptionis vacare, ſedilque Apoſtolicæ diſpoſitioni reſeruat, eorumque redditus Cameræ Apoſtolicæ applicat.

Sed num hæc Bulla cenſeatur odioſa, & ſtrictè intelligenda, vel potius fauorabilis, & latè interpretanda, ita ut locum habeat etiam in confidentia commiſſa in tranſlatione penſionis. Sayr. *deciſ.* 3. *de conſtitut.* probat ſtrictè eſſe intelligendam, & non comprehendere confidentiam circa penſionem, quæ propriè non eſt beneficium, & Bulla loquitur de confidentia beneficiali, & in alio fortiori caſu idem tenet *in deciſ.26.de ſimonia.*

COLLECT. 1732.
Super cap. ſolet, vbi DD. communiter de ſententia excommunicat. in 6.

¶*Abſolutio excommunicationis ad cautelam non fit ab interdicto.*

AFfirmant paſſim DD. hic, quod abſolutio excommunicationis ad cautelam poteſt fieri ab omnibus cenſuris præter quam ab interdicto.

Amplia, quod poteſt Archiepiſcopus pendente appellatione ab epiſcopo ad Papam abſoluere ad cautelam, quia fit ſine cauſæ cauſæ cognitione. Rubin. *deciſ.95.*

Sed num abſolutionem ad cautelam poſſit iudex negare, aut impedire extra caſum manifeſtæ offenſæ declarauimus *deciſ. Curiæ Archiepiſcop. 2. part.4.* vbi repoſuimus diffinitionem abſolutionis huius, eſſe liberationem ſub conditione impropria ab eccleſiaſtica cenſura.

COLLECT. 1733.
Super Doctrina Iaſ. in l. in minoribus C. de his quibus, vt indignis.

¶ *Appellatio interpoſita ab vno ex condemnatis quando alijs prodeſt?*

APpellatio ab vno ex condemnatis interpoſita aliis prodeſt. maximè quando eſt omnium par defenſio h. d. Iaſon. & ita Caualc. *deciſ.* 30. *part.* 2. Cartar. *deciſ. Genuæ* 65. Vetal. *deciſ.* 37. *part.* 1. Francus *deciſ.* 367. Grat. *deciſ. Rotæ March.* 142. licet in caſu dictæ deciſionis fuerit executa ſententia cõtra non appellantem, quæ in facto apparebat per non appellantem fuiſſe ſententiam approbatam. Hinc appellatio interpoſita per victum prodeſt alteri patri, quæ non appellauit ad iudicem ad quem, adeò quod poteſt iudex appellationis addere, adimere, & reformare ſententiam iudicis à quo in fauorem nõ appellantis, vt apud Surdum *deciſ.* 143.

Sed num iſta concluſio procedat in acceſſoriis? vide Theſaur. filium *in addit. ad patrem deciſ.* 135. vbi ſententiam Senatus in hoc reperies.

COLLECT. 2734.
Super Doctrina Gloſ. in l. fin. §. 1. C. de bon. quæ liber.

¶ *Conſenſus patris quando requiritur ſi filius debet comparere in iudicio?*

FIlius familias non poteſt regulariter comparere abſque patris conſenſu, h. d. Gloſ. *in verſ. neceßitate.*

Amplia hanc concluſionem procedere ſiue ſimus in iudicio plenario, ſiue in iudicio Summario, Guid. Pap. *deciſ.* 54. Frenc. Marc. *deciſ.* 69.

Verum ſi pater nollet conſentire, põteſt filius implorare officium iudicis, patremque cogere, vt præſtet conſenſum, & ſi filius fuerit conuentus ſufficit facere inſtantiam pro habendo cõnſenſu, vt determinauit Rota apud Ludouiſium deinde Gregorium XV. *in deciſ.* 43. vbi etiam affirmatur ſufficere conſenſum iſtum interuenire ante iudicium.

Declara tamen non procedere, vbi pater eſſet abſens, nam patre abſente filius poteſt tentare vtiles actiones abſque illius conſenſu, ad text. *in l. longius* §. 1. *ff. de iudiciis* Anna *alleg.* 73. *lib.* 2. vbi etiam tractat ſi conſenſus patris debeat generalis, vel tacitus.

Declara etiam neque procedere in cauſis ſpiritualibus, in quibus filius familias poteſt eſſe in iudicio abſque patris conſenſu, & eſt integer homo Caroccius *deciſ.* 94.

Tandem declara præfatam concluſionem non procedere in præparatoriis iudicij, in quibus poteſt filiusfamilias ſine patris conſenſu in iudicio cõparere, veluti in impetratione reſcripti, aliiſque præambulis ad cauſam, & præcedentibus litis conteſtationem, vt deciſum fuiſſe in Rota Romana teſtatur Vantius *in tract. de nullitat. in tit. de nullit. ex defectu mandati n.* 45. vbi alia in materia reponit.

COLLECT. 2735.
Super Doctrina Bald. in cap. vnic. §. 1. tit. quo tempor. miles.

¶ *Renouatio inueſtituræ an, & quando poßit peti per curatorem.*

FIrmat hic iſte Author *num.* 6. quod plures hæredes per curatorem renouationem inueſtituræ petere poſſunt, & ita Hartaman. *lib.* 2. *obſeruat. tit. de feud.* 54. *obſeruat.* 19. Rurſus *lib.* 1. *obſeruat. tit. de feud.* 51. *obſeruat.* 35.

Declara tamen hanc concluſionem procedere, dummodo Dominus cõſentiat, & huiuſmodi curatorem admittere velit, quia eo inuito hæredes per curatorem emphyteuſim recognoſcere, & renouationem inueſtituræ petere non poſſunt, vt deciſum refert

fert Berlicchius *deciſ.* 20. vbi etiam, quod ſi Dominus per curatorem, vel procuratorem emphyteutam ſuſcipere nequit; ergo multo minus emphyteuta inuito domino per curatorem emphyteuſim recipere, & recognoſcere poteſt, cum emphyteuta Dominum multo magis reſpicere, & honorare debeat, quam dominus emphyteutam Afflict. *deciſ.* 265.

Sed hæredes an inuiti ad petendam renouationem inueſtituræ curatorem conſtituere, vel vnum ex ſe eligere debeant? declarat Berlicchius *deciſ.* 21. vbi negatiuè deciſum refert, & quid intereſt an quilibet hæredum per ſe, an verò per curatorem emphyteuſim recognoſcant? vide eundem *deciſ.* 22. vbi id aperit, & ſi quis per curatorem emphyteuſim recepit, & poſtea moritur, an eius hæredes emphyteuſim recognoſcere & laudemium ſoluere teneantur, declarat idem Berlicchius *deciſ.* 23.

COLLECT. 2736.
Super l. hæc enim §. ſi prætor ff. de ſuſpect. tutor.

¶ Potentia non reducibilis ad actum eſt inanis.

Elicitur cõcluſio ex iſto text. quod potentia quæ non reducitur ad actũ vana eſt, prout etiam probatur *in l. multum intereſt, C. ſi quis alter. cap. paſtoralis §. quoniam de reſcript.* Rubin. *deciſ.* 85. vbi etiam quod actus, & potentia ſimul eſſe non poſſunt, ex §. *ſic itaque differitis verſic. quia quod meum eſt inſtit. de act.* & actus potentiam excludit *l. ſi ita fuerit verſic. non enim ff. de manumiſ. teſtam.*

Et nota quod quandoque in Curia Archiepiſcopali ſolitum fuit dicere, quod potentia in habitu idem operatur quod potentia in actu, & potentia propinqua actui actus eſt.

COLLECT. 2737.
Super l. 1. C. de liber. præter.

¶ Principium in qualibet re ſemper eſt ſpectandum.

Colligunt concluſionem ex iſto text. DD. quod in primordio tituli in poſterum formatur euentus, prout ita affirmauit Rota apud Farin. *deciſ.* 456 *tom. 1. part. 1.*

Sed num quod iuris eſt de aliquo idem ſit de eius principio? affirmandum eſt *l. non ideò minus, C. de hæred. inſti.* prout quoque annuendum eſt principium cuiuſque rei eſſe attendendum ad text. *in l. Pomponius ff. de negoc. geſt. l. ſi procuratorem ff. mandat.* Surd. *deciſ.* 102. & 297. Perena *forenſ. quæſt.* 8. & c. 43. Nouar. *forenſ. quæſt.* 74. *lib.* 1. vndè initium, & principium depoſiti eſſe inſpiciendum aſſeuerant Idem *forenſ. quæſt.* 145. *eod. lib.* vbi etiam quod initium delicti ſpectatur fauore rei, & initium delicti attenditur ad colligendum quis debeat illud punire, & tandem ait principium eſſe partem potiſſimam cuiuſlibet rei, vt *in l. 1. ff. de orig. iur.* & habetur Rot. *deciſ.* 11. *de iur. patronat. in antiq.*

COLLECT. 2738.
Super Doctrina Aretini in §. præterea il 2. inſtit. de except.

¶ Tutor, qui non fecit inuentarium non poteſt in iudicio comparere.

Firmat hic Angel. *numer.* 52. quod Tutor, qui non fecit inuentarium non poteſt pro pupillo, aut cum pupillo in iudicio comparere, & audiri, & ita Boer. *deciſ.* 53, Capic. *deciſ.* 50. Myſing. *obſeru.* 27. *cent.* 2.

Amplia hanc concluſionem, quod ſi de facto Tutor fuiſſet admiſſus, pro-

Digitized by Google

ceſſus non valeret in præiudicium pupilli. Verall. *deciſ.* 324. *part.* 3. licèt ſecus contra tertium, vt voluit Rota apud Ludouiſium deinde Gregor. XV. *deciſ.* 574. quem videas in facti contingentia.

COLLECT. 2739.
Super Conſtitut. Regni in locis demanij.

§ *Inſtrumenta confecta per Notarium Vaſallum an proſint, vel noceant Baroni?*

REgnicolæ per hanc conſtitutionem firmant, vt inſtrumenta cōfecta per Notarium Vaſſallum non proſint Baroni, nec ei nocebunt, vt apud Annam *ſingul.* 244. de cuius materia pariter locuti ſumus *ſupra in alia collect.*

Amplia idem procedere in Notario alibi nato, nam ille neque poterit inſtrumenta in fauorem Baronis, in cuius Terra degit, Marta *deciſ.* 186.

Amplia etiam in inſtrumento dotis, quod neque conficere poteſt in fauorem Baronis, Idem Marta *deciſ.* 166.

Amplia etiam quod neque poterit Notarius Vaſſallus conficere inſtrumentum in fauorem Affictatoris terræ, prout in facto ſcripſit Nouarius allegatione, quam in fine huius collectaneæ inſeram de verbo ad verbum, & diximus *in deciſ. Curia Archiepiſcop.* 154. *part.* 2.

Declara autem id non procedere in Teſtamentis, nam Notarius Vaſſallus non prohibetur facere Teſtamentum in fauorem ſui Baronis, vt decreuit Sacrum Conſilium iunctis aulis in cauſa Fuluiæ Sconditæ cum Reuerendiſſimo epiſcopo Monopolis referente Regio Conſiliario Domino de Ponte de anno 1595. penes de Felice actuatium, vt refert Nouar. qui alia in materia refert *forenſ. quæſt.* 156. *libr.* 1. cuius allegationes in caſu vltimæ ampliationis factæ, ſunt iſtæ quæ ſequuntur, vt vides.

CApitulum regni incipiens Ladiſlaus, quo cauetur, vt inſtrumenta confecta per Notarios vaſallos pro Barone aliquam fidem non faciant, vt etiam tradunt *in ſing.* 244. Franc. *deciſ.* 118. Marta *deciſ.* 186. *& in deciſ.* 188. vbi loquitur, & affirmat hoc habere locū etiam in inſtrumento dotis confecto in fauorem Baronis, ſum voti procedere, & extendi in inſtrumento confecto in fauorem Domini Affictatoris alicuius terræ ſeu Ciuitatis cum iuriſdictione ciuili, & criminali, ac mero, & mixto imperio, vt in propriis terminis aduertit Marta *in d. deciſ.* 86. *col. fin.* & reſpondit in facto viſcont, vt ipſe refert *in addit. ad Franc. in deciſ.* 118. tradit. D. Ricc. *in deciſ.* 154. *num.* 5. *part.* 2. ſiquidem ratio eadem, & omnimoda ſimilitudo quæ militat in Barone, militat pariter in Affictatore, qui eſt ſubrogatus in eius locem, & ſubrogatus ſapit naturā eius, in cuius locum ſubrogatio eſt facta, vt habetur *in l eum qui ita* §. *iniuriarum ff ſi quis caution.* § *fuerat.* vbi Faber, & poſt alios Iaſon. *num.* 4. *& ſeq. inſtit. de act.* Batt. *in l.* 3. §. *hac actio ff. ſi quis teſtam. liber. eſſ fuer. iuſſ.* Neapod. *in conſuet. ſi mulier in verbo ſi non extant. fol.* 232. Addentes ad ipſum *in conſuet. ſi Moriamur num.* 92. præcipuè Frecc. & Franc. *fol.* 103. & hoc eſt vulgatum adeò, vt fiat ſubrogatio cum omnibus qualitatibus, quæ inhærent rei, in cuius loco cenſetur facta, & hoc tam reſpectu rerum, quando vna res eſt ſubrogata in locum alterius, quam etiam reſpectu perſonarum, quando vna perſona alium repræſentat *l. fin. C. de proxim. Sacr. Scrinior. lib.* 12. Morot. *conſ.* 20. *num.* 7. Surd. alios cumulans *conſ.* 424. *num.* 26. *vol.* 3. Peregrin. *de fideicommiſſis*

Digitized by Google

*commiſſis, arti.16.num.*30. vbi poſt alios ſubdit habere etiam locum, vt ſapiat naturam præcedentis diſpoſitionis, in cuius locum facta eſt ſubrogatio, vt latius hoc ibidem confirmat.

Quare cum eadem ratio vigeat in Affictatore, quæ militat in Barone, idem ius debet procedere, & neceſſariò eſt ſtatuendum ad text. *in l. illud ff. ad l.aqu.l.* plenè Salic. loquens in materia ſtatuti *in l.2.n.21.C.de noxal.* vbi *nu.* 22. firmat quod quando eſt eadem ratio, & omnimoda ſimilitudo etiam in correctoriis facienda eſt extenſio, nec tunc dicitur fieri extenſio iuris, ſed terminorum, & ſtatutum comprehendit omnes caſus, in quibus eadem vel maior ratio viget Gloſ. *in l.illud verſic cauſa, C.de Sacroſanct.eccleſ.& in l.ſancimus.* C. *eod.tit.& in l.tranſigere, C.de tranſact. & in l.ſi quis ſeruo, C.de furt* Salic. qui teſtatur de communi *in d. l.nu.*11.*verſic.item contra, C.de noxal.* illa enim, quæ in radice, & cauſa conueniunt, etiam in effectu conuenire debent, *l. de quibus*, & ibi Angel. & DD. *ff. de legib.* & caſus quos nectit paritas ęquitatis, & identitas rationis non ſunt quoad iuris diſpoſitionem ſeparandi, *d.l.illud* cum ibi notat. per Oldrad. & Bal. Gloſ. *in auth. matri, & auiæ, in verbo tutelam C.quando mulier. tutel.offic.fung.poſſ.& in l.1.in fine ff. ſolut. matrim.& in auth. minoris debitor,* C. *qui dar.tutor.poſſ.* Angel. *in §. Feræ igitur inſti. de rerum diuiſ.* vbi propter hoc ſingulariter dicit quod licèt omnes text. loquentes licere venari in fundo alieno ante prohibitionem Domini, nihil dicant de piſcatione in alieno, tamen quia eadem eſt ratio vtrobique ſentit idem iuris eſſe per *d.l.illud*, ex quo meritò Curia Archiepiſcopalis Neapolitana atteſtante D.Ricc. *in deciſ.*154. *par.* 2. iudicauit in impoſitione cenſus ſuper re eccleſiæ requiri aſſenſum Apoſtolicum, nam cum in alienatione talium rerum requiratur aſſenſus, vt per extrauagantem *ambitioſæ de rebus eccleſ. non alienand.* & latiſſimè tradit idem D.Ricc. *in praxi in tit. de alienat. rerum eccleſ.tom.*1.& impoſitio cenſus dicatur alienatio Bal. *in cap.ad audientiam il 2.n.* 9 *de reſcript.* Tiraquel. *de retract.lig.* ... *§.* 1.*gloſ.*6 *ſub nu.*6. Rota in vna Romana Vinearum de Maximis 1577. coram Rubeo, ideo ex paritate rationis fuit reſolutum, aſſenſum Apoſtolicum in tali cenſus impoſitione requiri prout in alienatione rerum eccleſiæ, & hinc etiam dicit Imol. *in l.ex conſenſu in principio ff. de appellat.* quod ſicuti à iudice dato de conſenſu partium poteſt appellari, vt ibi; ita etiam poteſt appellari à iudice cuius iuriſdictio eſt prorogata de conſenſu partium eadem ratione, de qua re latè agunt DD. *in l. epiſcopale, & l.ſi quis ex conſenſu,* C. *de epiſc. audient.*

Quare in veris iuris tramitibus videtur fundata deciſio Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ dum iudicauit conſanguineos occiſi extrahentes delinquentes ab eccleſia incidere in in Bullæ Gregorij XIV. pœnas, vt refert Genuen. *in ſua praxi Archiepiſcopali cap.*21.*n.*6. nam eadem ratio militat in conſanguineis occiſi quæ in aliis viget eò magis, quia Bulla loquitur generaliter, & verba legis generalis omnem caſum comprehendunt etiam incogitatum, vt per Mart. *in deciſ.* 188.*n.*6. vbi allegat text. *in l. Iulianus cum ſimilibus de legat.*3.*l.fideicommiſſis §. cum Pollidius ff. de vſur. l. cum virum* C. *de fideicommiſſis,* Crauett. *conſ.*227. *numer.*13 *& ſequent. volum.* 2. vbi quod extenduntur etiam ad incognita, & incogitata, quia ſaltem dicuntur cogitata in genere quod ſufficit, *l. qui iure ff. de teſtam.milit.* Alexa. *in l. re iudicanda ff. de acquir.hered.* & tantum operatur generalis diſpoſitio, quantum ſpecialis, *l. ſi*

duo ff. de administrat. tutor. l. ſi Chorus ff. de legat. 3. cum concordant. Caprol. *de ſucceſ. ab inteſt. lib. 2. n. 20.*

Et quod Affictatores terrarum cõprehendantur etiam ſub diſpoſitione *dicti Capituli Ladiſlaus*, facit, quia cum illud fuerit conditum ad euitandas falſitates vtique concernit publicam vtilitatem, vt dicit Afflict. *in conſtitut. Regni in locis demanij numer. 13 circa fin.* quem refert, & ſequitur Maria *in 6. deciſ.* 188. *numer. 6.* ergo lex è debet interpretari ad tradita per Barto. *in l. 2. §. exercitum ff. de his not. infam.* vbi quod odium fauore publicæ vtilitatis debet ampliari *l. quemadmodum, C. de Agricol. & cenſit. lib.* 12. Caſtrenſ. *conſil.* 23. vbi allegat *l. 1. §. finali, C. de caduc. tolland.* Decian. *conſil.* 660. *numer.* 6. *& conſil.* 661. *numer.* 3. vbi quod procedit etiam in pœnalibus. quod nota ad limitationem text. *in cap. odia de regul. iur. in* 6. vbi quod odia debent reſtringi, & non laxari, & ſic iuris eſſe Cenſeo Ego

Io. Maria Nouarius I. C. Lucanus.

COLLECT. 2740.

Super Doctrina Felin. in cap. conſtitutus de reſcriptis.

¶ *Præceptum iudicis excuſat ab omni pœna.*

FElin hic *num.* 12. firmat, quod præceptum, vel iuſſus iudicis, aut magiſtratus excuſat ab omni pœna, & ita Guid. Pap. *deciſ.* 340.

Amplia, quod iudicis præceptum de non ſoluendo factum in tempore debitori à mora, vſuris, & intereſſe excuſat, vt deciſum refert Bertlichius *deciſ.* 25. & ratio eſt, nam debitor iuſſui, & magiſtratus præcepto parere cogitur Affli. *deciſ.* 150. ciuiq; nulla culpa, & mora eſſe poteſt, cui parere neceſſe fuit, *l. is dammum ff. de reg. iur.*

COLLECT. 2741.

Super cap. ſiquis laicus, vbi Archidiac 16. quæſt. 16.

¶ *Parochus an poßit petere etiam decimas præteritas?*

ARchidiaconus hic *num.* 14. ait parochum poſſe petere etiam decimas præteritas, & ita Franc. Marc. *deciſ.* 550. *tom.* 1. aſſerens, quod imò peti poſſunt à nouo poſſeſſore, & quod tranſit cum prædio ad text. *in cap. de terris, & cap. cum ſint cap. nuper. & cap. dilecti, & cap. tua nobis de decim.*

Sed num in exactione decimarum parochus habeat fundatam intentionem? affirmant Puteus *deciſ.* 371. *lib.* 1. Creſcent. *deciſ.* 2. *de decim.* adeò quod ipſi decima ſit perſoluenda de omnibus fructibus licitè acquiſitis abſque vlla diminutione, & detractione Mohedan. *deciſ.* 5. *de decim.* & quamuis prædium decimatorium duplicem producat fructum in anno, vel ſi ſpecies fructuum, vel plantationum ſit mutata induſtria hominis, quod propterea non ceſſet obligatio ſoluendi decimam de illis ſicut prius ſoluebatur cap. cum in ſua vbi DD. de decimis, & ita voluit Rota in Calaguritana decimarum 30. Januarij 1562. coram Verallo, & in conciſſo decimar. 1. Junij, & 16. Decembris 1591. coram Pamphilo.

Et num hypotheca tacita competat parocho in prædiis, ex quibus ei debetur decima? & affirmatiuè deciſum refert Nouar. *forenſ. quæſt.* 21. *lib.* 1. vbi hæc omnia, & alia in materia reperies cumulata, quæ per te videre poteris.

COLLECT. 2742.

Super l. 1. ad fin. C. de Annal. except.

¶ *Proclamationis tempus an currat impedito.*

IMpedito proclamationis tempus non currit, h. d. & ita Boer. *deciſ.* 40. *& deciſ.* 41. Seraphin. *deciſ.* 997. *& deciſ.* 1066. *deciſ.* 130. Antonin. *variar. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 84. Surdus *deciſ.* 151.

Amplia quod neque abſenti currit tempus, vt pluries in Curia Archiepiſcopali in facti contingentia diximus.

Amplia etiam quod impeditus impedimẽto facti remanet illæſus *c. ſignificante de pignoribus cap. imputari de regul. iur. in* 6. Rot. *in antiquis deciſ.* 2. *de prabendis.*

Amplia pariter quod impedimentum excuſat à pœna ad text. *in l.* 1. §. *ſi frater ff. de collat.*

Amplia etiam quod impedimentum legitimum excuſat à publicatione facienda per Reſignatarium Sayr. *deciſ.* 3. *de renunciat.* Caſſador. *deciſ.* 1. *de dilat. & deciſ.* 21. *ſuper regul. Cancellaria,* Veral. *deciſ.* 73. *part.* 3.

Amplia item, quod impedimentum excuſat à contumacia, ſi citatus non fuerit, Cacher. *deciſ.* 20. Boer. *deciſ.* 40.

Amplia quoque, vt impedimentum excuſet à deſertione appellationis Guid. Pap. *deciſ.* 213. & voluit Rota in vna Nouarien. Canonicatus, & præbendæ 4. Martij 1541. coram Rauellen.

Quamuis debeat probari illud impedimentum, quod allegatur fuiſſe cauſam immediatam, quod non fecerit id quod facere debebat, vt voluit Rota in vna Toletana parochialis coram Achil. de Graſſis, & non ſufficit probare impedimentum ſimpliciter, ſed etiam eſt probanda diligentia ſua, vt voluit eadem Rota Romana in vna Lucana Abbatiæ 16. Martij 1556. coram de Thanis, & ad materiam vide Verall. *deciſione* 42.

COLLECT. 2743.
Super Doctrina Bart. in l. in omni ff. de adoption.

¶ *Diſpoſitio legis quando ceſſet, vbi ceſſat eius ratio?*

BArt. in hac lege firmat, quod ratione legis ceſſante ceſſat quoque eius diſpoſitio, & ita Antonin. *variar. reſolut. lib.* 2. *reſolut.* 35.

Amplia quod legis caſus vbi eſt, ceſſat omnis diſputatio Magon. *deciſ. Lucenſ.* 12. Antonin. *reſolut.* 46. *lib.* 1. Seſſa. *deciſ. Aragonia* 153.

Sed num legis verba, cui non conuenit non conuenit eius diſpoſitio? affirmatiue concludendum eſt ex *l.* 4. §. *toties ff. de damno infecto l. quod conſtitutum ff. de milit. teſtam.* & ita Surd. *deciſ.* 122. Monach. *deciſ. Lucenſ.* 13. Antonin. *variarum reſolut. libr.* 3. *reſolut.* 9. Rota Roman. apud Farinac. *deciſ.* 697. *tom.* 2. *part.* 1.

Sed quando legis mens magis ſit attendenda quam verba, dicas quod regulariter mentem legis eſſe potius attendendam cautum eſt *in l. ſcire leges ff. de legibus l. non aliter ff. de legatis* 3. *l. nominis, & rei* §. *verbum ex legibus ff. de verbor. ſignific.* & ita tradit Surd. *deciſ.* 43. qui ait ibidem legem, & legis mentem idem eſſe, prout à legis verbis non eſſe recedendum, probatur *in d. l. non aliter ff. de legat.* 3. *& in c. fin. & ibi Gloſ. de verb. ſignifi.* quod tamen eſt verum, & habet locum, niſi conſtaret voluntatem loquentis aliter voluiſſe, prout quandoque iſtam regulam ſic declarauimus, procedere in Curia Archiepiſcopali in nonnullis cauſis currentibus.

COLLECT. 2744.
Super Bulla Pij IV. Incip. Cupientes.

¶ *Beneficia non poſſunt impetrari à ſede*

Apoſtolica à iudicibus cauſarum beneficialium & cæteris perſonis contentis in Bulla Pij IV.

PIus quartus felicis memoriæ in hac bulla mandat iudicibus cauſarum beneficialium, eorúmve conſanguineis, affinibus, procuratoribus, ſollicitatoribus, domeſticis, & familiaribus prohibet beneficia poſſe etiam à ſede Apoſtolica impetrare, & impetrationes huiuſmodi reddit irritas, & nullas.

Tu, autem pro ornatu duo deciſa ad mentem huius bullæ notabis, & primò, quod huiuſmodi affinitas conſanguinitas, vel familiaritas valet probari per teſtes, dummodo verè, & per gradus diſtinctos, ex vtroque latere probetur *c. licet ex quadam de teſtibus*, vbi communiter DD. & ita in facto iudicauit ſemel Curia noſtra Archiepiſcopalis, tempore quo ego tanquam Capitularis Vicarius ibi præſidebam.

Secundò notabis, quod ſi ſimus in antiquis, in huiuſmodi caſu leuior probatio ſufficit, neque exacta graduum probatio requiritur, niſi dato concurſu plurium conſanguineorum, vel affinium, vt declarauit Rota apud Seraphinum *deciſ.* 578.

COLLECT. 2745.
Super Doctrina Alex. in l. diuortio §. ſi fundum num. 5. ff. ſolut. matrim.

¶ *Colonus quando teneatur dare partem arborum ſiccarum, & caduarum.*

FIrmat in hoc tex. Alexander, quod colonus, qui tenetur dare partem fructuum tenetur aſſignare, & dare partem arborum ſiccarum, vel vi tempeſtatis euulſarum, quia illæ non ſunt in fructu, & ita Gratia. *deciſ. Rota Marchiæ* 208. quidquid dixerit Caualcan. *deciſ. Rot. Finizanenſ.* 44. *verſic. Nec arbores ſiccæ.* Bene verum limita id, vbicunque loco arborum exiccatarum aliæ arbores eſſent ſubrogatæ ex vi text. *in l. agri ff. de vſufruct.* vel niſi eſſent arbores cęduæ, quia illę in fructu ſunt idem Gratian. *cit. deciſ.* 208. *n.* 15.

Sed num arbores vi ventorum eiectæ ſpectent ad dominum vſufructuarium, declarat Ludouic. *deciſion. Peruſin.* 58.

COLLECT. 2746.
Super pragmatica Regni 1. ſub Rubrica de chirurgis, & Barbitonſoribus.

¶ *Chirurgi, & Barbitonſores excuſantur, ſi vulnera parui momenti non referant iudici.*

MAndat præſens pragmatica, quod Medici, chirurgi, & barbitonſores, & aliæ quæuis perſonæ nō poſſint vulnera curare, & medicare, niſi prius facta relatione Regenti Magnæ Curiæ Vicariæ de vulneris qualitate.

Circa quam ne repetam ea, quæ cumulata ſunt à commentatoribus, vnū velim aduertas, quod tibi deſeruiet ad limitationem præſentis pragmaticæ, & eſt, vt huiuſmodi chirurgi, & Barbitonſores excuſentur, & non ſint obligati hanc relationem facere, quoties vulnera, quæ curant eſſent minima, & parui momenti, vt in terminis ſcribit Nouarius *forenſ. quæſt.* 54. *lib.* 1. vbi iuxta hāc opinionem fuiſſe deciſum in magna Curia Vicariæ teſtatur, & mediantibus ſuis allegationibus fuiſſe abſolutum quendam Barbitonſorem, qui hanc ſolemnitatem, & præceptum pragmaticæ non ſeruauerat, medendo non facta relatione.

Cui opinioni confert deciſ. Rotæ

Valentiæ apud Leon. *deciſ.* 113. vbi habetur quod ſi ex forma ſtatuti Syndicus percuſſiones ſanguinolentas poteſtati, vel officiali denunciare debeat, modicas tamen ſciſſuras denunciare non tenebitur, quia in minimis cauſis ſolemnitas alioquin à iure requiſita non ſeruatur, ad text. *in l.* 1. *&* 2. *C. de ſentent. & interloc. omn. iud.* & ſtatutum generaliter, & indiſtinctè loquens, id quod minimum eſt minimè comprehendit, ad text. *in l. ſuum ff. de in integr. reſtit.*

Sed quando vulnus dicatur modicum, & minimum in Curia noſtra Archiepiſcopali nonnullis in cauſis currentibus arbitrio iudicis remittendum eſſe quandoque determinauimus.

COLLECT. 2747.
Super l. ſi Teſtamentum, C. de teſtam.

¶ *Teſtatoris voluntas an, & quando mutari poſſit à Principe?*

COlligitur ex iſto text. quod teſtatoris voluntas mutari non poteſt. Declara id procedere, & eſſe verum abſque cauſa, at ſecus ſi adſit cauſa, propter quam benè poterit mutari, Sayr. *deciſ.* 9. *de celebrat. miſſar.* Nouar. *forenſ. queſt.* 107. vbi quod voluntates teſtatorum ſeruari debere publicè intereſſe ait, quod latius proſecuti fuimus *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop.* 171. *part.* 4. vbi pleniſſimè tractauimus, an in cauſa iuſta ad effectum, vt epiſcopus valeat commutare vltimas voluntates iuxta terminos Sacri Concilij Trident. *ſeſſ.* 22. *canon.* 6. neceſſe ſit, vt adſit impedimentum iuris, vel facti, alias commutare nequeat?

Sed num princeps Teſtatorum voluntates circa fideicommiſſa, & maioratus, poſſit mutare, alterare, vel illis derogare? & dato quod poſſit, an valeat id agere non citatis intereſſe prætendentibus, & dato quod faciat, an ex aliis bonis ſit ſatisfaciendum maioratui? latè recenter declarat D. Regens Tapia *in deciſ. ſupremi Senatus Italiæ* 20. ad quem lectorem relego.

COLLECT. 2748.
Super Bulla Pij IV. incip. ad eximiæ deuotionis.

¶ *Variatio an permittatur actori in iudicio obligationis Cameralis?*

HIc datur facultas auditori Reuerendæ Cameræ cognoſcendi omnes cauſas obligationum in forma cameræ etiam priuatiuè quoad alios iudices eaſque ſpecialiter à Papa non commiſſas reaſſumendi.

Pro cuius intellectu de duobus quæram, & primò num hæc diſpoſitio habeat locum in cauſis introductis coram alio iudice, ita quod liceat variare, & adire auditorem Cameræ, & quidem Rota in vna Romana palatij 16. Decembris 1588. coram R. P. D. Penia tenuit poſſe variare: quod tamen ego puto verum, quotieſcumque reus conuentus contumax eſt, & lis non eſt conteſtata.

Secundò, quæro quid ſiquis cœpit agere via ordinaria & velit redire ad executiuam pro obligatione camerali? eadem Rota in vna Romana pecuniaria 28. Junij 1593. coram R. P. D. Oratio decreuit id eſſe prohibitum, neque poſſe agi, niſi reus fuerit contumax.

COLLECT. 2749.
Super l. Ædiles §. item ſciendum in fine ff. de ædilit. edict.

¶ *Reſtitutio fructuum ſeparatorum à ſolo quando ſit facienda?*

FRuctus ſeparati à ſolo, & percepti ante litem conteſtatam non veniunt regulariter niſi petiti, h.d.

Declara hanc regulam ſecundum Rubin. *deciſ.* 98. vbicunque agitur actione vniuerſali, puta petitione hæreditatis, vel vbi petitur reſtitutio, quia non intelligitur facta reſtitutio, niſi res ſimul cum fructibus reſtituatur, ad text. *in l. videamus §. in fauiana ff. de vſur. l. in condemnatione §. cum verbum ff. de regul. iur.* ſicque pariter procedere ait in fructibus pendentibus, qui ſunt pars rei petitæ, ad text. *in l. fructus pendentes ff. de rei vendic.* in tantum quod in iſtis tribus caſibus dicit ipſe quòd regula patitur fallentiam.

Et adde quod fructus poſt litem conteſtatam veniunt quoque, quamuis nõ fuerint petiti, vt firmat Cabedus *deciſ. Rota Luſitaniæ* 68 *part.* 1. vbi tamen tribus modis procedere id intelligit, & primò, ſi fructus veniant ex natura actionis propoſitæ, ſecus, ſi non veniant, per text. quem allegat *in l. 1. ff. de indic.*

Secundò dicit procedere ſi fructus petantur poſtea pendente iudicio, per textum, quem allegat *in §. item ſciendum.*

Tertiò intelligit tandem procedere ſi ſaltem ſtatim poſt ſententiam ſcilicet eodem die petantur, non autem poſt, & tunc dicit peti officio iudicis, quia ſunt percepti poſt litem conteſtatam, de quo vide Gamam *deciſ. eiuſdem Rota Luſitaniæ* 319.

Et circa materiam reſtitutionis fructuum, vide eundem Cabedum *deciſ. eiuſdem Rotæ* 169. *part.* 1. vbi plura cumulat.

COLLECT. 2750.

Super l. Debitor ff. de verb. oblig.

Debitor ille dicitur, à quo inuito poteſt exigi.

COlligitur ex iſto textu, quod debitor appellatur ille, à quo inuito exigi poteſt, & ita Amat. *dec. Rot. Ferr.* 7. vbi ampliat id eſſe verũ, & procedere, ſiue is exigi poſſit inuitus vigore pacti quàm vigore ceſſionis, quoniã cedens tenetur regulariter facere debitoris nomen verum, & ſine exceptione, vt probat text. *in l. ſi nomen, & l. ſequent. ff. de hæredit. vel act. vendit.* Bellon. *deciſ. Rot. Genuæ* 156. Rota Florentina *deciſ.* 39. Rota Roman. *deciſ.* 123. *part.* 2. *diuerſ.* Surd. *deciſ.* 326. licet non tenetur eum facere bonum de facto, hoc eſt eum eſſe ſoluendo, Maſtril. *deciſ.* 140. niſi fortè ceſſerit iura contra nomen debitoris, talia qualia habet, quia tunc vtroque caſu non tenetur facere neq; vera, nec bona, ſed ſi nihil habeat, nihil cedit, prout ita quandoque fuit dictum in noſtra Curia Archiepiſcopali in currentibus caſibus.

COLLECT. 2751.

Super bulla Clement. VIII. incip. ſanctiſſimus in Chriſto pater, &c.

¶ Conſenſus reſignationum infra quot dies extendantur?

HIc approbatur Iulij II. bulla, in qua mandabatur Notariis Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ, vt conſenſus reſignationum beneficiorum annotarent infra tres dies à die præſtiti conſenſus in libris Cameræ, & alia in hac materia diſponuntur.

Declara hanc bullam, vt loquens de extendendis conſenſibus non habeat locum in conſenſibus præſtitis à Cardinalibus, nam loquitur de conſenſibus præſtitis coram Notario, & teſtibus, Cardinales autem præſtant conſenſum per cedulam, vltra quod hæc emanauit ad obuiandum fraudibus, quæ in Cardinalibus non præſumuntur Rota *deciſ.* 28. *apud Verall. lib.* 3.

*lib.*3. vbi dicitur hoc idem fuiſſe tentum Rota in deciſ. Auguſt. in vna Segonien. Archipresbyteratus 29. Aprilis 1515.

Sed num iſta bulla ſit perpetua, vel expiret morte Pontificis, tanquam regula Cancellariæ? dicas eſſe perpetuam, quamuis regula Cancellariæ, quandoque fuerit appellata, vt voluit Rota *deciſ.*221. *incip. regul. apud Caputaquen. in manuſcr. lib.* 1. vbi etiam ſic tenuiſſe Rotam in vna Vrbeuetana Monaſterij 26. Decembris 1560. coram eodem Caputaq. teſtatur.

COLLECT. 2752.

Super cap. puella 20. quæſt. 2.

¶ *Impuberum vota an à parentibus irritari poßint?*

VOta impuberum à parentibus, & tutoribus poſſe irritari cautum eſt in hoc textu, quod video probari *in cap. mulier.* 32. *quæſt.* 2.

Sed num votum factum impubertatis tempore poſſit à patre irritari, ſi dubitatur filium illum tranſacta tali ætate confirmaſſe, declarat nouiſſimè pater Megallius *in deciſ. Caſ. conſcient. deciſ.* 13. vbi etiam firmat, quod vota emiſſa ob timorem mortis obligant, niſi timor inferatur ad extorquendum votum ad textum *in cap. Gonſaldus* 17. *quæſt.* 1. *cap. ſicut nobis de regul.* niſi tantus ſit vt vouentem à rationis vſu alienet, ad textum *in cap. ſicut tenor de regularibus.*

COLLECT. 2753.

Super Doctrina Gloſ. in cap. fin. de iudiciis.

¶ *Conuentus ſuper proprietate coram vno iudice an poßit reconuenire ſuper poſſeßione coram alio?*

GLoſa hæc, & communiter DD. ſunt in opinione, quod conuentus ſuper proprietate alicuius rei coram vno iudice, nequit conuenire actorem ſuper poſſeſſione eiuſdem rei, aut è conuerſo, niſi coram eodem met iudice, & hoc, ſiue duret, & pendeat primum iudiciũ, ſiue ſit finitum.

Tu autem pro intelligentia huius doctrinæ aduertas, illam procedere, & eſſe veram, quando idem iudex competens eſt, & iuriſdictionem habet in vtroque caſu, ſecus autem ſi competens non ſit, puta quia iuriſdictionem non habet in ſecunda cauſa, in qua is, qui erat reus in prima agit vt actor, tunc enim is ita conuentus ſuper proprietate poterit alium conuenire ſuper poſſeſſione, aut è conuerſo coram alio iudice competente & hoc, ſiue prius iudicium pendeat, ſiue ſit finitum, vt in propriis terminis ſic ſcribit, & declarat Cabedus *deciſ. Rota Luſitaniæ* 32. vbi alia in materia cumulat, quæ per te poteris videre.

COLLECT. 2754.

Super l. neque tutores, C. de procurat.

¶ *Tutores, & curatores an & quando procuratorem conſtituant?*

PRobatur in hoc textu, quod tutores, & curatores poſt litem conteſtatam poſſunt conſtituere procuratorem, quia per litis conteſtationem ſunt effecti Domini litis.

Regulariter tamen, cum tutores, & curatores non ſint domini, ſed quaſi Domini, non poſſunt conſtituere procuratores.

Declara autem, hanc regulam non procedere accedente pupilli, vel Adulti conſenſu, quoniam in tali caſu non prohibentur procuratores conſtituere, vt conſtat ex Amat. *in deciſ. Rot. Ferraria* 27. vbi etiam declarat hãc

noſtram firmatam concluſionem non procedere quoad cõſtitutionem Procuratorum ad negotia extraiudicialia, quia id benè, & legitimè agere poſſunt, ad text. *in l. ſi procurator* §. 1. *ff. mandat.* vbi enim agitur de negotiis dicitur tractari de his, quæ ad tutores, vel curatores ſpectant cum negotia dicantur tutorum cura, & ſollicitudo.

Nec non velim aduertas, quod licèt ſupra firmauerimus tutorem poſſe conſtituere procuratorem ad lites accedente conſenſu pupilli, quaſi quod conſenſus ipſius validet actum, cum volenti nullum inferatur præiudiciũ, neque inferatur iniuria, prout communiter à Doctoribus noſtris exiſtimatur, tamen id debet intelligi, quãdo pupillus in ætate, in qua præſumatur habere aliquid iudicij, licèt quod ſufficiat pupillum ſcire loqui aſſeuerat idem Amat. Rot. Ferrariæ *cit. deciſ. num. 7. in fine.*

Sed ad materiam quæro, num valeat gratia facta per primum Tutorem, ſiue, vt melius loquar primum Balium, quamuis poſt eius mortem in tempore noui Balij reſcriptum in Baronali Curia fuerit præſentatum? vide ſequentes iurium allegationes, quas pro commodo lectoris hic imprimendas eſſe curaui, & ſunt tenoris ſequentis videlicet.

DOmitius Rinaldus terræ Iungani, de duobus homicidiis Baronali curia eiuſdem terræ inquiſitus cũ reperiretur, obtentis, & ſolemniter à partibus offenſis remiſſionibus, ad D. Enricum de Morra Balium, & Tutorem D. Catherinæ de Morra ex Fratre neptis terræ prædictæ regulæ, & Baroniſſæ recurſum habuit, à quo pro delictis, vt ſupra patratis, vt componeretur ſtantibus partium remiſſionibus, ſupplicationi, & petitioni iuſtiſſimæ cupietis D. Enricus Balius inhærere, erat enim ipſi ſatis ſuperque notum quanta mundana ratione Domitium delicta prædicta perpetraſſet, cunctis eius Baronalis curiæ Officialibus mãdauit, vt inquiſitum prædictum ad compoſitionem admitterent, prout fuit executum.

Cumque Domitius Miſer poſt neceſſaria à Baronali curia obtenta, in currenti ſacroſancto anno Romam peteret, initio menſis Aprilis, Vrbem noſtram Regiam pertranſiens, propè pium hoſpitium proditoriè, vt audio ordine Moderni Baroniſſæ Balij, abſq; ſuperiorum mandato, & contra omne ius fuit carceratus, & in M. C. Carceribus ductus, in quibus cum huc vſque (neſcio quo fato) detentus eſſet, ad Principem noſtrum Excellentiſſimum recurſum habuit, ad hoc, vt eius indemnitati conſuleretur, à quo vt M. C. de iuſtitia prouideret impetrauit. Re igitur ad magnum Tribunal deducta, de compoſitionis prædictæ validitate in controuerſiam venit, & tota Moderni Balij prætenſio quod non valeat, in eo conſiſtere poteſt, quod in prioris tutoris, & Balij vita non fuit executa, & ſic in Baronali Curia præſentata, & neceſſario obtento decreto, ſed poſt tres, vel quatuor illius mortis menſes, quod proinde tanquam re integra omnia, à priori Balio ordinata ipſius morte expreſsè iuxta terminos deciſ. D. Præſid. de Franc. *in ordin.* 461. ex Theor. Salic. *in l. ſi quis mancipiis,* §. *ſi impubes ff de inſtit. action.* & Aret. *in l. eius ff. ſi cert. petat.* ex quibus colligitur mandatum à tutore factum re integra in negotiis non incœptis tutoris morte expirare, ſecus in cœptis. Cum igitur in caſu, de quo agimus res integra appareat, cum tempore quo D. Enricus prior Balius viuebat, reſcriptum non fuit Baronali Curiæ præſentatum, videtur compoſitionem

nem poſt eius mortem ſequi non potuiſſe.

Nos autem qui Domitij partes tamdiu iniuſtiſſimè carcerati ex pietate tuemur, breuiſſimè compoſitionem prædictam validam, ac omni iure firmam demonſtrabimus, quod proindè licentiandum eſſe, à diſertiſſimis Dominis indicantibus, indubitanter ſperamus: eſt enim indubitatum, Balium pupillo feudatario datum, & pupilli perſonæ; & feudorum ac bonorum omnium Gubernatorem eſſe, omniaque pro pupilli vtilitate facere poteſtatem habere, quæ feudatarius ipſius peragere poteſt, quemadmodum, & tutor in bonis pupilli *toto tit. ff. & C. de adminiſt. tut.* Frec. *de ſubfeud. lib. 2. in 39. auctor. num. 4.* & Capic. *in inueſt. feud. in verb. feudatariorum*, Balij, in tantum, quod omnia licitè per tutorem geſta, finita tutela pupillus rata habere, & confirmare tenetur. DD. per illum text. *in l. ſi tutelæ ff. de adminiſt. tutor.* habet enim tutor mandatum à lege, & quicquid agit vtiliter agit, ideo nec ab ipſo pupillo nec alio Contutore annullari poſſe probauit Cæphal. *conſil. 255. numer. 12. & ſeq. vol. 2.* hocque tam verum quod pro adminiſtratis tutorio nomine, de euictione tenetur pupillus etiamſi ſimpliciter tutor pupillaria bona adminiſtrando ſe obligaſſet, *l. poſt mortem 5. §. tutor. ff. quand. ex fact. tutor.* Præſ. Fab. *in decis. 9. C. de euict.* referens per illum Sabandiæ Senatum deciſum pro bonis pupillaribus per tutorem etiam ſine decreto diſtractis, pupillum de euictione teneri. Vbicunque enim ratione competentis adminiſtrationis, quis aliquem actum faciendi poteſtatem habet & facit, alius, qui in illa adminiſtratione ſuccedit, tenetur talem actum obſeruare, vt concludunt, communiter DD. *in cap. querelam, ne prelati vices ſuas.* Roman. & Alex. *in l. ſi filiusfam. §. ſi vir. ff. ſolu. matri.* Simon. *de decret. lib. 2. tit. 6. in ſpec. 2. n. 1.* cum itaque in caſu, de quo agimus tempore habili, & ſic dum in viuis erat prior Balius compoſitionis reſcriptum fuit impetratum, etſi poſt eius mortem executum non fuiſſet, prout fuit, tenetur modernus Balius illud neceſſariò confirmare, prout notum eſt, quod confirmauit, dum antequam per Baronalem Curiam reſcripto executio daretur Michaël Rinaldus inquiſiti frater amantiſſimus ad illum recurſum habuit pro compoſitione ſoluenda, mandauitque vt certæ perſonæ, ibi præſenti conſignaretur pro ea ad eius requiſitionem tenenda, ſicut fuit obtemperatum, prout ex receptionis fide authentica in proceſſu conſtat, Licet enim tutoris officium, & poteſtas ceſſat, non tamen per eum ordinata ceſſant ſecundum ea, quæ ſcripſit. Tiraq. *in tract. ceſſan. cauſ. 1. p. n. 193. verſ. ſed hoc intellige*, ita vt ſucceſſor tutor, ea omnia approbare tenetur, ſicut, & ipſe pupillus, per text. *in d. l. ſi filiusfam. §. ſi vir. ff. de ſolut.* quem ad id expendit. Caualc. *in eius repertorio deciſ. in verbo elect.*

Hinc dicimus omni ratione per noſtrum Sacrum Conſilium tempore Præſid. de Franch. deciſum fuiſſe, vt ipſe refert, *in deciſ. 216.* Officialem à Barone, in eius terra pro adminiſtratione officij electum, pro vno anno, poſt aliquod tempus inchoando, ſi infra hoc tempus locaret alicui illam terram, in qua erat officium adminiſtrandum, per iuriſdictionis, & fructuum feudi conductorem recuſari non poſſe, non obſtante quod allegabatur diſpoſitio *l. emptorem C. loca.* quia fuit habitum pro vero ſat eſſe tempus electionis fuiſſe habile, ſequutur nouiſſimè Rouit. *conſilio 81.* vbi plus *numer. 5.* voluit, firmatamq; concluſionē

GG

extendit, etiamſi Baro poſt electionem Capitanei in terra ſua per patentes literas eidem conſignatas, ante captam officij poſſeſſionem per Capitaneum ab illo electum alienat terram, in qua erat exercendum officium, ſi tamen electionis tempore vacabat officium, nam cum Baro omni iure ſuis Vaſallis, de Capitaneo (cuius prouiſionem inter fructus iuriſdictionis connumerari non dubitamus) prouidere tenetur licitè percipit fructum ſuæ iuriſdictionis iam maturum, qui conſiſtit in officialis electione ad exercitium iuriſdictionis tempore, quo vacat officium, imò etiam ſi prouiſio, & Capitanei electio fieret antequam officium vacaret, ſi tamen eſt de proximo vacaturum, quia in his electionibus, & prouiſionibus non attenditur tempus exercitij inchoandi, ſed tempus factæ electionis, vt fiat ab eo, qui tunc eligit, eligendi poteſtatē habeat etiam (nota) ſi eſſet priuandus, & altera pars inſtaret, de electione nō fienda, vt idem Rou. *loco citato, num.* 8. probat, ex doctrina relati. Caualc. *in verb. elect.* quemadmodum dicimus in officialibus ab Excellentiſſimo Prorege de proximo diſceſſu prouiſis ſemper à ſucceſſore admiſſis, etiamſi nondum cepiſſent poſſeſſionem ante dicti ſucceſſoris aduentum, vt idem Rou. *loco relato poſt num.* 8, aduertit, & ſic ſeruari in ſtatu Mediolani, Relatus Caualc. teſtatur. Hinc in terminis Bald. *in l. humanum propè finem. C. de legibus* quem ſequitur Rou. *in rubr. pragm. de reuocat. & ſuſpenſ. grat. num.* 13. & Intrig. *de feud. cent.* 2. *art.* 5. *num.* 122. ſolemniter determinauit, gratiam à prædeceſſore profectam, ſucceſſorem obſeruare teneri, ponit exemplum, ſi Papa viuæ vocis oraculo, talem in Epiſcopum talis loci pronunciaret, etſi literæ formatæ non erunt talis pronunciatus dicitur Epiſcopus, aſſignat rationem, quia literæ non requiruntur ad eſſe, ſed ad probationem, & ſic non ad effectum gratiæ, ſed vt gratia probetur, vnde ſi Papa interim moriatur antequam literæ fierent, non expirat ius quæſitū, quod valde notandum, & menti tenendum commendat Bald. ipſe, aſſerens de hoc magnam fuiſſe controuerſiam, & Archid. *in procem.* 6. *decretal.* & ibidem per Joan. Andr. quæ omnia vt patent in fortioribus terminis decidunt quæſtionem noſtram, & ſic dico ego, ſi hæc vt ſupra relata in caſibus tanta cōſideratione dignis procedunt, tempus, in quo iure actus fieri poterat cōſiderando, haud de inhabilitate deinde ſecuta curando, quanto fortius procedere debent, in caſu, de quo agimus, in quo penitus negamus (etiam ſi compoſitionis reſcriptum non eſſet Curiæ præſentatum, & ſolemne obtentum decretum) rem conſiderari integram, imò actum conſummatum & rem non integram, text. enim *in l. mandatum C. mand.* per quem probatur Mortuo mandatore, re integra ſolui mandatum, procedit quando Mandatum, & id, reſpectu cuius fit eſt integrum, ſecus verò prout in caſu noſtro vbi reſpectu cuius eſt geſtus compoſitionis actus non dicitur integrum; hoc me in puncto docuit Guid. Pap. omninò videndus *in deciſ.* 491. vbi fuit dubitatum, de quodam prælato, qui factis quibuſdam ordinationibus, illarū executionem cuidam ex officialibus ſuis commiſit, & mortuus eſt, quæſtio erat, vtrum Commiſſarius per eum deputatus poſſit ad executionem ſibi cōmiſſam procedere, & licèt videbatur negatiuè reſpondendum, quia res apparebat integra, & ſic in terminis *d. l. mandatum*, fuit tamen contrarium reſolutum, quia id, reſpectu cuius fuerat facta commiſſio, nō erat integrum,

patet

patet (inquit Guid. Papa) quia ante Prælati mortem ordinationes erant factæ, nec reſtabat niſi ipſas executioni demandari, & ideo eſt verum dicere, rem non fuiſſe integram, prout in caſu noſtro. cum antequam D. Enricus prior Balius è viuis decederet, Dominium carceratum ad compoſitionem admiſit, in tantum quòd iuxta relatæ deciſionis terminos, ſi ad præſens executioni reſcriptum non eſſet demandatum, iure quod demanderetur peti poſſet, cum reſpectu inquiſiti rem integram eſſe dici non poſſit, quod etiam corroboratur, per addentes ad allegatam Guid. Pap. deciſ. vbi voluerunt, quod ſi iudex dederit licentiam executori, ſiue nuncio, vt capiat Titij debitorem, vel aliquid aliud expedierit exequendum, finito illius iudicis officio, adhuc cum ipſius literis exequutorialibus debitor capi poteſt, & in dies in M.C. ſeruari videmus, ex doctrina Joan. de Imol. *in l. fundi verſ. & per hoc, per illum* text *ff. de acq. poſſ.*

Illud tamen quod in fortioribus terminis, per Excellentiſſimum Mediolanenſem Senatum deciſum inuenimus penes Borg. Caualc. *in deciſ.* 25. *part.* 2. pro vera quæſtionis noſtræ reſolutione ſilentio, non erit omittendum, fuit enim, de anno 1581. in Senatu illo in facti contingentia dubitatũ, quid dicendum ſi tutor alicuius Principis conceſſerit literas patentes alicuius officij, alicui puta de menſe Augusti, vt poſtea de menſe Januarij, in quo vacaret, officij ſiue præturæ poſſeſſionem capere poſſet, ſi Balius, ſiue tutor ille, qui eligit, illinc ad proximũ tempus, puta de menſe Nouembris deſineret eſſe tutor, vel per recuſationem, vel quouis alio modo, & immediatè à Principe alius eligeretur Balius, ſiue Tutor, qui alium ſtatim eligeret, in eadem prætura officialem, ad hoc etiam vt de proximo menſe Januarij, illius exercitio vacaret, quis horum Officialium, vt ſupra electorum, in poſſeſſionis capiendæ concurſu veniret præferendus, ille inquam, qui à tutore, qui iam adminiſtrare deſiit fuit electus, & deputatus, an verò ille qui à tutore actu adminiſtrante. Videbatur pro ſecundo electo à tutore actu exercente eſſe præferendum, cum per renunciationem, prioris Balij, & tutoris, res apparebat integra, quia ſecus, ille prior electus, cum literis, & patentis vnius vllam iuriſdictionem habentis ad officij poſſeſſionem veniret capiendum, quod abſurdum eſſet. Re tamen maturè conſiderata, ad prioris electi fauorem fuit per Senatum ſolemniter deciſum, & deciſis præcipue per N.S.C. *citata deciſ.* 216. & ſic alium tutorem actu exercentem, & adminiſtrantem omnino electionem à ſuo prædeceſſore factam approbare, confirmare, & ratam habere teneri, ſicut & Principem pupillum ſiue minorem, quia vtiliter facta dicitur, per text. *in d. l. cum filiofam. §. ſi vir ff. ſolut. matrim.* quem ad id expendit Caualc. vbi ſupra, tum etiam, cum per patentem, & literas obedientiales priori conſignatas, fuerat illi iam ius bene quæſitum, cui per ſecundam electionẽ alteri factam præiudicari non poterat, citat Bart. *in l. abſenti, num.* 2. *ff. de donat.* Abb. *in cap. conſtitutus il* 2. *num.* 6. *de appell.* Soc. *conſ.* 225. *col.* 2. *vol.* 1. & quæ adducta ſunt per Picum. *in conſ.* 6. *ex n.* 28. ſequitur Doct. Caro. *in eius tract. de loc. & cond. in tit. de tut. & cur. q* 6. *n.* 3. vbi dicit caſum eſſe frequentem, vtilem & quotidianum. Dicimus igitur nos, ſi in caſu, tam forti, vbi tractatur de executioni mandando ordinata, per Baliũ, qui iam renunciauerat, cuius auctoritas iam erat extincta, & expirata, cui vllus ex principis pupilli ſubditis obedire

Digitized by Google

tenebatur, qui nihil erat, & contrariũ deinde erat ordinatum, per alium, qu tutor, & Balius erat, cuius auctoritas in viridi, cui omnis ex principis minoris ſubditis obtemperare, parere, & obedire tenebatur. Et tamen Senatus ille Excellentiſſimus electionis, & ordinationis tempus, quod fuerat habiliſſimum inſpiciendo, ad fauorem prioris electi, pro quo iam erat res cõſummata, & non integra, pronunciauit, quanto fortius compoſitioné, de qua ad præſens agimus validam, firmam, ac omni ſui parte roboratam erit cenſendum, vbi hæc non concurrunt, cum nec partis intereſſe, ſicut in caſu propoſito contra ſecundum electum, nec non compoſitionem exequutioni demandandam conſideratur, cum tam etſi poſt D. Enrici Mortem, quia nihil intereſt, vt probauimus, fuerit compoſitionis reſcriptum illius Baronalis Curiæ Officialibus præſentatum, cui, & obtemperatum, & ſupra caput receptum fuit, quod aliud Domitius perquirere non tenebatur. Ex his itaque, & aliis quæ adduci poſſunt Miſerrimi carcerati iura patent apertiſſima, remanet, vt à ſolita Domini Commiſſarij Charitate, & notoria independentia, aliorumque Dominorum iudicantium executioni demandentur. Cætera ipſi Domini ſuppleant. Et iuxta hæc breuiter adducta in tam arcto tempore, quod conceſſum fuit, ſum voti Ego

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2755.

Super bulla Gregorij XIV. incip. Salubrem monaſteriorum.

¶ *Appellationis prohibitio an liget tertium venientem ad cauſam pro ſuo intereſſe?*

Hic tribuitur iuriſdictio Illuſtriſſimo Cardinali protectori Monaſterij Monialium Sanctæ Marthæ nuncupati de vrbe, vt poſſit audire qualcunque cauſas, & lites ciuiles, criminales, & mixtas circa perſonas, & bona dicti monaſterij ſummariè ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, & ab eius ſententia appellari prohibetur.

Pro cuius coronide, duos proponã articulos, & primò Num hæc prohibitionis appellatio liget pariter tertiũ venienté ad cauſam pro ſuo intereſſe? & quidem negatiuè reſpondendum eſt, quoniam hæc diſpoſitio, vel reſcriptum non egreditur partes principales litigantes *cap. ſuper eo*, & ibi DD. *de offic. delegati*, Rota in vna Romana pecuniaria die 19. Januarij 1598. coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Mellino, & alias coram R. P. D. Robuſterio, vt *deciſ. 100. diuerſorum*.

Quæro ſecundò, quid ſi iudex monaſterij appellationi deferret? Reſpõdeas, quod ligat ſibi manus, vt ſententiam exequi non poſſit ſi ſimpliciter detulerit, ſecus ſi cum clauſula (ſi, & inquantum) vel dederit reuerentiales in forma, Rota *in nouis deciſ. 5. de appell.* eadem Rota in vna Recanaten. bonorum 26. Junij 1587. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Mantica & in alia Romana damnorum, & intereſſe 19. Junij 1591. coram R. P. D. Pegna.

COLLECT. 2756.

Super bulla Bonifacij VIII. incip. ad conſequendam gloriam.

¶ *Aedificatio nouorum conuentuum prohibita apud loca fratrum S. Auguſtini.*

Inter-

INterdicitur vigore huius Bullæ omnibus ordinibus in paupertate fundatis noua loca conſtruere apud loca fratrum ordinis eremitarum Sancti Auguſtini infra centum quadraginta Cannas.

Amplia hanc bullam habere locũ, quamuis concederetur alicui religioni priuilegium contrarium, cum clauſula non obſtantibus quibuſcunq; , quia non cenſetur huic bullæ ſufficienter derogatum, in qua mandatur non obſtare priuilegia, de huiuſmodi indulto expreſſam mentionem non facientia, prout in §.6. Bullæ conſtat, & ita tradit Caſſador. *deciſ.* 10. *de reg. Cancellariæ.*

Bene verum declara operari ſufficientem derogationem ſi in priuilegio conceſſo alteri Religioni adeſſet clauſula, *Non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, quorum tenores, &c.* prout ita in curia practicari teſtatur idem Caſſador. *cit. deciſ.* 10. & poſt eum voluit Seraph. *deciſ. Rot. Rom.* 291. *&* *deciſ.* 519.

Nonnulla autem alia ad mentem huius Bullę tam deciſa, quam à doctoribus tacta explicat recenter Nouarius *in ſuo iure pontificio nouo in titulo de ædificatione. ſiue Monaſteriorum erectione concl.* 3. & generaliter an, & quando monaſteria non vocatis aliorum conuentuũ procuratoribus ædificari poſſunt? ad ornatum Bullæ Clement VIII. explicat idem *concl.* 2. vbi plura notatu digna, & determinata reperies.

COLLECT. 2757. Super l. Nec nos C. de captiu. & poſtlimin. reuerſ.

¶ *Curator bonis abſentis à iudice quando debeat deputari?*

COlligitur ex iſto textu, quod quando bona abſentis diſſipantur debet dari curator eius bonis, quinimò iſto caſu iudex nemine poſtulante poteſt curatorem dare, vt pluties fuit dictum in noſtra Curia Archiepiſcopali.

Amplia, quod quando creditores vrgent, & ſibi ſatisfieri petunt, ad inſtantiam creditorum quoque datur curator in bonis abſentis, ad text. & ibi communiter DD. *in l.* 2. *ff. de curator. furioſ.* Capic. *deciſ.* 87.

Amplia etiam, quod dari conſuetũ eſt huiuſmodi curatorem ad inſtantiã coniunctorum, illorum, ſcilicet, qui ſperant ſuccedere ab inteſtato, Rubin. *deciſ.* 96. vbi allegat textum *in l. idem priuilegium in verbo abſentis, & in l. ab hoſtibus ff. ex quib. cauſ. maior.* firmans pariter quod curator in hoc caſu debet eſſe propinquior, Maſtril. *deciſ. Rot. Sicil.* 226.

Qui quidem curator dari debet à iudice competente, cui abſens ratione iuriſdictionis ſubditus ſit ad text. *in l.* 1. *ff. de tutor. & curat. dat.* ab his, debet enim talis iudex, qui ſit competens cõtra eum, qui nũc abeſt etiam ſi adeſſet, nam non poſſet dari ſi abſens non ſit ſub iuriſdictione iudicis dantis, Maſtrill. *deciſ.* 197.

Sed num probanda ſit abſentia ad effectum, de quo ſupra, dicas eſſe neceſſarium illam probari, & probandũ eſt pariter quod neſcitur vbi ſit, quia ſi quis eſſet abſens extra regnum, & in loco certo non poſſet dari Curator abſenti ex notatis per Gamam *in deciſ. Rot. Luſitan.* 15. vbi tamen abſens eſſet extra regnum, licet in loco certo poſſet dari curator bonis iſtius abſentis, vt ſeruari de ſtilo Curiarum regni teſtatur Gallus *conſ.* 35.

Et an terminus ad conſulendum Dominum abſentem debeat concedi his curatoribus abſentis? & negatiue reſoluendum eſt, quia debent venire inſtructi, & parati ad iudicium, quod intelligo verũ, niſi actor feciſſet com-

mittere cauſam contra reum ſuper nouo iure, & reus produxiſſet pendente lite ius nouum, quia tunc eſſet ſuper illo nouo iure dilatio concedenda, Veral. *deciſ.* 15. & ita pariter ſi eſſemus in terminis *l. diffamari C. de ingen. & manumiſſ. & l. ſi contendat ff. de fideiuſſor.* in quibus terminis. (quamuis conuentus actoris partes ſuſtineat) tamen, vbi curator bonorum abſentis, aut quicunque alius, qui pro alienis conuenitur negotiis iſtis remediis fuiſſent cõuenti, poſſent petendo terminum ad conſulendum proprium dominum admitti, ex quo agunt de alienis negotiis, neque ſunt informati de meritis cauſæ, & non poſſunt deliberare, ſi debeant litigare, vel cedere; & hæc ſi curatores fuerint actores, ſed vbi eſſent conuenti regulariter ſi terminum ad conſulendum eorum principalem petierint cõcedendus eſt, ſicuti conceditur procuratoribus generalibus, fideiuſſoribus, ceſſionariis, & ſimilib⁹, qui pro alienis negotiis conueniuntur, vt conſtat ex *deciſ. Rot. Rom. in nou. dec.* 359. Maſtr. *deciſ.* 116. & poſt eum Caſtill. *dec.* 13. qui duo affirmant hoc non ſemper ſolere eſſe in obſeruantia, nam dicunt quod tam curatoribus, quam omnibus his, qui aliena negotia gerunt, non ſemper, & indiſtinctè concedi debet terminus iſte ad conſulendum dominum, ſed ita demum, ſi neceſſitas deſideratę inſtructionis exigat, rerumque vrgens ratio id expoſtulet, per text. *in ca.* 4. *§. ſpatium verſi. iudicantes autem* 3. *q.* 3. & iuxta hæc ſolemus practicare in noſtra Curia Archiepiſcopali, ſicq; nonnullis vicibus mandauimus ſeruari in occurrentibus caſibus, tempore, quo Vicarij Capitularis officio fungeremur.

COLLECT. 2758.
Super Doctrina Gloſ. in ca. 1. in verbo momenti de cauſ. poſſ. & propr.

§ *Appellatio in poſſeſſorio prohibita, cenſetur etiam prohibita ad effectum deuolutiuum.*

APpellationem non dari in poſſeſſorio ordinario, & momentaneo concludit Gloſa hęc prout probatur *in l.* 1. *C. ſi de moment. poſſeſſ.* Cappella Tholoſ. *deciſ. fin.* Amat. *deciſ. Rota Marchia* 15. vbi ampliat hanc concluſionem etiam quoad deuolutiuũ, quia vbi in poſſeſſorio eſt prohibita appellatio, dicitur prohibita ad omnẽ effectum, & ratio eſt vt fauor litium abbreuiandarum ex eo, quod poterunt plenius ſingula retractari in petitorio, nempe in cauſa proprietatis.

Amplia, quod appellatio à poſſeſſorio mixto datur à tota ſententia, vt conſtat ex Amat. *deciſ. Rota Ferraria* 15. vbi latè tractat quando appellationi ſit deferendum in poſſeſſorio.

Sed an pactum de non appellando obſtet, & quando? declarat idem Amatus deciſ. eiuſdem Rotæ Ferrariæ 26. & appellatione prohibita, an dicatur prohibitus recurſus, & ſupplicatio? vide eundem *deciſ.* 29. *eiuſdem Rota.*

COLLECT. 2759.
Super l. ſi quis ex aliena ff. de iudiciis.

§ *Exceptio declinatoria coram quibus iudicibus terminetur?*

VBicunque iudices ordinarij incompetentes allegantur in aliquo caſu, tunc ipſimet cognoſcunt an ſua ſit iuriſdictio? & pronunciant ſuper exceptionibus declinatoriis ſui fori, ſeu incompetentiæ, ita probatur in hoc text. & *in l.* 2. *ff. ſiquis in ius vocat. non iuer.* & ita tradit Gama *deciſ. Luſitan.* 340.

Amplia hanc concluſionem procedere etiam in iudicibus delegatis, qui pariter

pariter vbicunque incompetentes ſunt allegati, non prohibentur cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, prout probat text. *in cap. paſtoralis, & in cap. ſuper literis de reſcriptis, & de iure ciuili* text. *in l. ſi præſcriptione C. ſi contra ius, vel vtilit. public.*

Amplia etiam in iudicibus arbitris, qui licet minorem iuriſdictionem habeant ad tex. *in l. 1. ibi ad inſtar. ff. de arbit.* poſſunt tamen cognoſcere, an talis caſus comprehendatur in compromiſſo, & ſuper hoc valebunt pronunciare, ita declarat, & ſcribit Cabedus *deciſ. Rotæ Luſit.* 41. vbi regulam principalem adeò veram eſſe dicit, vt locum habeat etiamſi ex tali pronuntiatione aliquod intereſſe iudices prætendant, puta ſportularum & ſimilia, nam iis non obſtantibus ſecundum ipſum poſſunt cognoſcere an iuriſdictio ſua ſit?

COLLECT. 1760.
Super l. ſine poſſeſſione ff. de vſucapionibus.

¶ *Præſcriptio abſque poſſeſſione non datur.*

PRæſcriptionem non poſſe dari abſque poſſeſſione in hoc text. concordat text. *in cap. ſine poſſeſſione de regul. iur. in 6.* imò ſine illa nec poteſt dici & nominari poſſeſſio, nec ſubſiſtere poteſt *l. 3. ff. de vſucap.* & ita Rubi. *deciſ.* 97. vbi pariter affirmat poſſeſſionem debere eſſe ciuilem, nec ſufficere poſſeſſionem naturalem, quia cũ præſcriptio ſit effectus ſolius legis ciuilis meritò cauſari debet à ſola poſſeſſione ciuili, ſequitur nouiſſimè Pereira *deciſ. Rot. Luſitan.* 6. vbi principaliter tractat, ſi ſeruus poſſit præſcribere libertatem contra dominum ſe gerens pro libero, & quo tempore, & an retineat ius patronatus Dominus in tali ſeruo?

COLLECT. 1761.
Super l. ſi quis à quo §. ſemel ff. vt in poſſeſſ. legat.

¶ *Satiſdatio ſemel, non iterato præſtanda eſt, quid operetur ſi iterum præſtetur?*

CAuetur hic, quod vbi ſemel ſatiſdatum fuit, neceſſe non eſt rurſus cauere, etiam ſi opponatur fideiuſſores egenos datos fuiſſe.

In tantum, quod bis ſatiſdare coarctari non debet, quoniam ſuperfluæ cautiones præſtandę non ſunt, *l. non cogendum §. fin. de procur.*

Amplia quod fideiuſſione ſuperflua neque quis grauari debet, ita quod vbi fideiuſſio eſt ſuperuacanea, & vbi eſt vanus timor ad ſatiſdandum quis aſtringi non poteſt, *l. hac ſtipulatio §. Diuus ff. vt legat. nom. caueat.* Franch. *deciſ.* 311.

Declara tamen principalem concluſionem procedere, quando ſatiſdatio eſt ſufficiens, & valida, alias ſecus, vt diximus quandoque in Curia Archiepiſcopali vigore text. *in l. quoties ff. qui ſatiſdar. cogantur*, nam cautionibus idoneis eſt cauendum *l. reſcripto §. planè ff. de muner. & honor.*

Sed num ſi præfata cautio ſuperflua, vel duplicata, quæ nõ debet præſtari, in effectu præſtetur, ex ea agi poſſit? ego dicerem, quod talis cautio nihil operatur, & quod ex ea agi non poſſet, præſertim quando ignoranter ſit, & errans in præſtatione dictæ cautionis non errauit in iure, ſed in facto, ſecus verò ſi ſcienter, & in iure errauerit, quia tunc ſibi præiudicat, & talis cautio tenet, & in iſtis terminis puto eſſe intelligendum Surd. *in deciſ.* 260. dum dicit cautionem ſuperfluam, & ex abundanti præſtitam committi, quamuis de iure præſtanda non eſſet, cuius enim per errorē dati repetitio eſt,

Digitized by Google

eiuſdem conſulto dati donatio eſt *l. cuius per errorem ff. de Regulis iuris.*

COLLECT. 2762.
Super l. vero procuratori ff. de ſolut.

¶ *Procurator ad lites, an & quando ſententiæ executionem petat?*

PRocurator ſpecialis ad litem regulariter non poteſt petere executionem ſententiæ, niſi eſſet procurator in rem ſuam, vel haberet ſpeciale mandatum ad executionem petendã, h.d. concordat text. *in l. ſi procurator* §. *1. ff. procurator. l. hoc iure ff. de ſolut.*

Intellige ſi conuentus excipiat, aliàs benè poſſet tentare actiones iudicati, & petere executionem ſententiæ vt colligitur ex *d. l. ſi procurator ibi, exceptione repelli debet ſicut cum agit.*

Sic pariter, quando eſſet procurator ad lites præſentes, & futuras poſſet petere executionem ſententiæ vigore mandati ad lites futuras, vel ſi eſſet cõſtitutus procurator his verbis ſcilicet, Ad omnes cauſas meas conſtituo procuratorem, quia indefinita oratio æquipollet vniuerſali, & dicetur conſtitutus etiam ad futuras lites, vt deciſum in Rota Romana teſtatur Card. Mant. *de tacit. & ambiguis conuent. lib. 7. tit. 16. num. 47.*

Et aduerte, quod licèt regulariter prohibeatur procuratori ad litem executionem petere, poteſt tamen, & debet appellare, Mohedan. *deciſ. 126.* Puteus *deciſ. 245. lib. 1.* etiam ſi procurator fuerit ſimpliciter conſtitutus in cauſa cum clauſula vſque ad ſententiam diffinitiuam, quia non per hoc dicitur habere mandatum pro cauſa appellationis hoc deciſum fuiſſe ait Theſaur. *forenſ. quæſt. 75.*

Sed quid ſi procurator non appellauerit num præiudicet domino? negant Guid. Pap. *deciſ. 436.* & Balbus *deciſ. 397.* vbi aſſerunt dominum poſſe appellare etiam tranſactis decem diebus à iure ad appellandum præfixis.

COLLECT. 2763.
Super Doctrina Salic. in l. vbi adhuc C. de iur. dot.

¶ *Dictio, ita tamen, quid importet?*

FIrmat iſte author hic quod dictio (ita tamen) eſt modificatiua, & limitatiua præcedentium, & ita nouiſſime Sacra Rota Romana apud Farin. *deciſ. 709. tom. 1. part. 1.* & de ſui natura limitat, & reſtringit diſpoſitionem, cui adiicitur Seraphin. *deciſ. Rot. 447.* ad omnia tamen præcedentia non refertur, quando ſic ea referendo induceretur contrarietas, vel abſurditas, vel actus inutilitas, vt voluit Rota apud Farinac. *deciſ. 709. tom. 1. part. 1.*

Item inducit hæc dictio conditionem, & formam præciſam eadem Rota apud eundem *deciſ. 515. tom. 1. part. 1.*

COLLECT. 2764.
Super cap. 1. de ſupplenda negligent. prælat.

¶ *Dictio, penitus, quid importet?*

PErcipitur ex iſto text. quod verbũ, penitus, idem importat quod prorſus, ex toto, & omninò, & ita Fran. *deciſ. 169.*

Item exponitur pro omni caſu, & in totum, & habet adeò præciſam naturam, vt nullam recipiat modificationem, ſeu limitationem Seraphin. *deciſ. 447.* item eſt præciſa, & omne præiudicium excludit, nullamque limitationem admittit, vt *in* §. *eſt & aliud inſtit. de donat.* Seraphin. *deciſ. 325.* Gratian. *deciſ. Rot. March. 51.*

Item ſignificat nullitatem actus ipſo iure, vt in cap. nouit de ſimonia,

iuxta

iuxta cuius tenorem practicauimus in Curia Archiepiſcopali, in qua etiam fuit dictum, quod ſi verbum præfatum apponatur à teſtatore in ſuo teſtamento, cenſetur mutatum primum teſtamentum.

COLLECT. 1765.

Super l.quingentum ff.de probat.

¶ *Solutio à quo,& qualiter probanda,& quando præſumatur?*

TExt.iſte in verſic.nam,& ſi creditum,allegatur pro illa concluſione, vt ſolutionem allegans illam probare teneatur, quoniam ſolutio ab affirmante, non autem à negante iuſtificari debet, Afflict.*deciſ.*22.& probanda eſt ſolutio ab illo, qui tenetur ſoluere Surdus *deciſ.*105.& quod ſolutio per allegantem illam probanda ſit, decidit Magon.*deciſ.Lucenſ.*5.

Sed qualiter probetur ſolutio,dicas diuerſimodè,vt ſcilicet per coniecturas,Surd.*deciſ.*105.& vna coniecturarũ erit diuturnitas temporis, quia quando eſt lapſum longum tempus poſt diem ſolutionis præfixum, puta decennium, tunc ſolutio facta præſumitur,Afflict.*deciſ.* 13. vbi plures enumerat, vide pariter Nouar. *forenſ. quaſt.* 136.*lib.*1.ſimiliter quando ſolutio quãtitatis eſt proportionata,& correſpondens ad creditum, tunc ſolutio dictæ quantitatis cenſetur facta in extinctionem dicti crediti Magon. *deciſion. Florent.*15.

Item probatur ſolutio facta ex coniunctione ſanguinis,diuturnitate temporis,& ſæpius facta calculatione, ad text. *in l. Procula ff. de probat.* Nouarius *forenſ. quaſt.*8.*lib.*1. vbi allegat Gramat. 103.& Rot.in vna Romana cenſus de Caffarellis Lunæ 28. Martij 1588. coram Gypſio, firmans principaliter *in dicta quaſt.* quod licet rationum calculatio non interuenerit, quia non fuit locus,non per hoc poteſt excludi ſolutionis præſumptio,& iuxta hanc ſententiam quoque ait conſuluiſſe D. Joannem Dominicum Nouarium ſuum genitorem magni nominis I.C.& hoc de anno 1619. in quadam facti contingentia vertente in Curia Terræ Ferandinæ prouinciæ Baſilicatæ.

COLLECT. 1766.

Super l.ſi quæramus ff.de teſtam.

¶ *Legitimatio perſonarum in quolibet iudicio quando ſit facienda?*

COlligitur ex iſto tex. quod in primis quærendum eſt de perſonis, ne aliàs totum reddatur iudicium eluſorium,& nullum.cum defectus inhabilitatis perſonę in iudicio comparentis reddat actum retro nullum, ita quod meritò legitimatio perſonæ in quolibet iudicio eſt neceſſaria, prout in iudicio executiuo loquitur Cattarius *deciſ.Genua* 32.

Amplia,quod oppoſita exceptione illegitimationis perſonæ aduerſarius tam in cauſis ordinariis, quam in ſummariis,& executiuis tenetur habilitatem,& legitimationem perſonæ plenè probare, maximè quando actor comparet nomine alieno,ideſt quando venit ex iure alterius perſonæ, vt puta nomine hæreditario tanquam hæres, quia debet docere ſe hæredem Cornazza.*deciſ.Lucenſ.*100. Milanenſ.*deciſ. Sicil.*1.*lib.*2.Maſtrill.*deciſ.* 258.

Et generaliter, quando legitimatio perſonæ ſit neceſſaria, & requiratur, latè declarauimus *deciſ. Curia Archiepiſcop.* 324.*part.* 4. vbi plura cumulauimus.

Ampliaetiam, quod qualitas priuilegiatæ perſonæ antè omnia eſt verificanda Caſtill. *deciſ. Rota Sicilia* 48. *part.*1.

Digitized by Google

COLLECT. 2767.
Super Gloſ. in cap. ſi propter de reſcriptis in 6.

¶ *Dictiones aliquis, aliquod, aliquid, alius, quid importent.*

GLoſ. finalis hic ait quod dictio, aliquis, eſt vniuerſalis, & omnia comprehendit, & ita Surd. *deciſ.* 283. Phœbus *deciſ. Rot. Luſit.* 9.

Amplia, quod eſt diſtributiua ſingulorum, ſed tamen omnes in ſolidum comprehendit, *l. qui filiabus* §. 1. *ff. de legat.* 1. arctat enim ſignificationem ad res ſingulas Monach. *deciſ. Florent.* 2. vbi *nu.* 67. dicit quod etiam ad totum refertur.

Sed dictio *aliquod*, vel aliquid, in modico verificatur, & ad quid minimum refertur *l. ſi ſeruum* §. *prætor. ait ff. de acquir. hæred.* Surd. *deciſ.* 283. Monac. *deciſ. Florent.* 50. vbi etiam *num.* 28. ait, quod plus operatur quam ſignum vniuerſale.

Et dictio, Alius, ſimilitudinem denotat, & eſt ſimilium repetitio Surd. *deciſ.* 265. & 274. Seſſa *deciſ. Aragon.* 136. Seraph. *deciſ.* 587. Rota apud Farinac. *deciſ.* 391. *tom.* 1. *part.* 1. & nos diximus *deciſ. Curiæ Archiepiſcop.* 38. *part.* 2. & hæc dictio repetit qualitatem, & ſimilitudinem in ſubſtantia, Rota apud Farin. *deciſ.* 663. *tom.* 1. *part.* 1. licèt non ſemper implicet omnimodam qualitatem, eadem Rota *deciſ.* 719. *part.* 2. nam quamuis propriè ſumpta diuerſitatem ſignificet in ſuppoſito, denotat tamen ſimilitudinem in ſubſtantia, eadem Rota apud Farinac. *deciſ.* 327. *tom.* 1. *part.* 1.

Aliquando tamen hæc dictio alius diſſimilia denotat ratione ſubiectæ materiæ, vel quando ſequeretur abſurdum, vt habetur *Lucæ* 23. ducebantur autem, & alij duo nequam cum eo, ſcilicet Chriſto, Monach. *deciſ. Lucenſ.* 58. vbi *num.* 19. ait diſſimilia pariter complecti, quando adiiciuntur verba vniuerſalia, ſeu quando adeſt copula, vel alia repugnant, & quod adiecta vniuerſali complectiur diſſimiles cauſas præcedentibus; & iuncta cum dictione, *quibuſcunque*, vel alia vniuerſali, aut generali continet maiora expreſſis Intrigl. *deciſ. Sicil.* 3. *num.* 138.

COLLECT. 2767.
Super l. 1. C. de teſtibus.

¶ *Dictio*, etiam, *quid importet?*

COlligitur ex iſto text. Verbum, *etiam*, eſſe extenſiuum, & ſtare augmentatiuè, & ampliatiuè, & ita tradunt Surd. *deciſ.* 8. & Rota *deciſ.* 267. *tom.* 1. *part.* 1. non tamen ſtat cumulatiuè Seraph. *deciſ.* 1384.

Item eſt implicatiuum, & exprimit caſum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem, vt *in l. etiam ff. de verb. ſignif. & in l. conuenticula*, C. *de epiſcop. & cleric.* Rota Bonon. *diuerſ. dec.* 25. Seraph. *deciſ.* 530. Rota Rom. *in nouiſſimis nouiſſim. apud Farinac. deciſ.* 689. & nouiſſimè *apud eundem Farinac. deciſ.* 212. & *deciſ.* 721. *tom.* 1. *part.* 2.

Præterea auget, & implicat in materia ſtricta, & odioſa, cum plùries repetita reperitur, vt deciſum nouiſſimè in eadem Rota Romana apparet *apud Farinac. deciſ.* 51. *tom.* 1. *part.* 1. Item aliquando habet vim copulatiuæ ex notatis per Surd. *deciſ.* 210. & de natura huius dictionis eſt extendere, & implicare, quod prius non erat dictum Rota Rom. *deciſ.* 408. *apud Farinac. in nouiſſim.*

COLLECT. 2769.
Super l. ſi ego ff. de negot. geſt.

¶ *Solutio facta alteri, quam vero creditori iterum facienda eſt.*

Soluens

SOluens alteri, quam illi cui ſolutio fieri debet non liberatur, ſed iterato ſoluere cogitur. h. d. & ratio eſt nam ſolutio debet fieri vero creditori, & domino, & non aliter, alias ſoluens cũ liberatur *l. eius qui in prouinciam ff. ſi certum petat.* Rota Genuæ apud Bellon. *deciſ.* 172.

Item debitor deponens, cum deponendo ſoluere non dicatur per depoſitum à debito liberatur Rota *diuerſ. deciſ.* 281. *part.* 2.

Item campſore ſoluendi ordinem accipiente non ſequitur liberatio primi debitoris mandantis campſore interim effecto decocto Bellon. *deciſ. Genua* 5. & plenè Rot. *diuerſor. deciſ.* 811. *part.* 1.

Item venditor, qui tenetur rem tradere ſoluendo intereſſe non liberatur, Bellon. *deciſ. Rot. Genua* 214.

Item ſolutio ante tempus facta non releuat, & ſoluenti non ſuffragatur Viuius *deciſ.* 218.

Sed ſoluens putatiuo hæredi an, & quando ſe à debito liberet, vide quæ in facto breuiter ſcripſit Nouarius, cuius allegationes hic inſerere viſum eſt.

SOluens alteri quam illi cui ſolutio fieri debet non liberatur, ſed iteratò ſoluere cogitur *l. ſi ego ff. de negot. geſt. l.* 1. *§. ante omnia ff. de pact. l. non debet ff. de reg. iur. l. ſæpe ff. de re iudic. l. ſolutum ff. de ſolut. cap. eam te de iur. iur.* ſolutio enim debet fieri vero creditori, & domino, non autem alteri, aliàs ſoluens minime liberatur *l. eius qui in prouinciã* vbi Gloſ. & Bart. *ff. ſi cert. petat.* Becc. *conſ.* 19. *nu.* 1. *&* 2. Turrett. *conſ.* 39. *num.* 6. Bellon. *in deciſ. Genua* 172. *num.* 6. Cœph. *conſ.* 24. *num.* 4. *vol.* 1. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 5. *n.* 11. itaquod non liberatur ſoluens creditori, cui de iure ſoluere non debebat, Surd. *deciſ.* 60. nam non ſufficit factum impletũ niſi probetur factũ ob cauſam quæ fieri debuit Crauett. *conſ.* 171. *n.* 15. quare ſolutio facta alteri, quam ei, cui debetur pro non facta habetur, *l. ſæpe ff. de re iudic.* Anchar. *quæſt. famil.* 20. *n.* 2. Cattar. *in deciſ. Genua* 30. *nu.* 6. & ideo ſolutio debet fieri vero domino, vel eius procuratori, Adminiſtratori, ærario, vtroque hæredi alioquin minimè contingit liberatio, *d. l. ſi ego ff. de negoc. geſt.*

An autem ſoluens putatiuo hæredi liberetur à debito hæſitari nobis contingit, cum quidam debitores Dominici Mantinei Ciuitatis, Terræ Nouæ ſoluiſſent quandam pecuniæ quantitatem Joanni Baptiſtæ Mantineo filio ipſius Dominici, qui tamen non erat hæres in illa quantitate ſoluta, ſed in ipſa, & nonnullis aliis erat inſtitutus hæres Paulus Mantineus alter filius.

Et quidem pro parte Pauli prætendentis ſolutionem minus rectè eſſe factam, & conſequenter denuo poſſe à prædicto debitore, qui ſoluerat pecuniam debitam repetere adducebam conſilium, Corn. 257. *num.* 6. *vol.* 3. qui voluit ſolutionem factam non vero, ſed putatiuo creditori non liberare debitorem ſoluentem.

Et in terminis terminantibus, vtebar conſ. Crot. 24. *num.* 2. *vol.* 1. vbi expreſſè voluit ex ſolutione facta putatiuo hæredi bonæ fidei poſſeſſori minimè liberari debitorem, niſi illa pecunia poſtea ad verum hæredẽ perueneri, quare cum ad ipſum Paulum talis pecuniæ ſolutæ quantitas tanquam verum hæredẽ adhuc non perueniſſet, certè ipſum debitorem, qui ſolutionẽ fecerat à debito ſe liberatum fuiſſe certè meus mea me ipſum hortabatur.

Verum re maturius diſcuſſa in contrariam deſcendi ſententiam non poſſe ſcilicet ipſum Paulum amplius moleſtare illum debitorem, qui ſolutionem fecerat.

Quam determinationem fulciebam ex Doctrina Coſtæ *in ſuo tract. de ratione Rata quæſt.* 20. *num.* 7. aſſerentis, quod ſoluens prælato putatiuo liberatur à debito.

Et eò magis in illam libenter deſcendi, quoniam mihi conſtabat quod debitor, qui ſolutionem fecerat, illam ignoranter, & erranter fecerat, quo in caſu ſoluentem excuſari conſuluit Alban. *in conſ.* 3. *per totum.*

Nec turbabar ex *conſ. Cornei* 257. de quo ſuperius verba feci, illius doctrinam pro parte Pauli hæredis veri, & non putatiui allegando.

Siquidem ſunt multi, qui eius opinionem impugnant firmando quod ſoluens putatiuo Creditori bene ſe liberet à debito, vt fuerunt DD. Canoniſtæ *in cap. nihil de elect.* Gigans *de crim. læſæ maieſtat. in tit. de pœn. committ. crim. læſæ maieſtat. quæſt.* 27. *num.* 3. qui dicit hoc ſine difficultate eſſe quando ſoluens ſoluiſſet iuſſu iudicis, Ruin. *conſ.* 171. *num.* 4. *vol.* 4. qui indiſtinctè tenet, licèt ſine iudicis iuſſu ſoluat modò hoc faciat ex iuſta cauſa, ſequitur Graſſ. *in ſuo tract. de except. except.* 25. *num.* 28.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2770.
Super l. ſolutionem ff. de ſolut.

¶ *Solutio, & id quod debetur à quocunque, ſine mandato fieri poteſt.*

SOlutio, & adimpletio eius, quod debetur poteſt fieri per alium etiã ſine mandato, nam vnuſquiſque ad ſoluendum bonus eſt, h. d.

Amplia quod non debet attendi quiſquis ſoluerit, vel alius pro eo, Surdus *deciſ.* 118. *& deciſ.* 113. qui dicit ſolutionem à tertio fieri poſſe, & per eam tolli omnem obligationẽ, Idem Surd. *deciſ.* 174. vbi firmat, quod creditor poteſt à quocunque compelli ad ſolutionem recipiendam ſoluente nomine debitoris, quia inquit ſua non intereſt, & nihil ſibi deperit, vt ab vno, vel ab altero ſatisfiat.

Declara tamen quod ſolutionem non cogitur recipere directus dominus ab alio, quam ab emphyteota, Surdus *deciſ.* 174.

COLLECT. 2771.
Super l. 1. §. ex incendio ff. de incend. ruin. & naufrag.

¶ *Dictio ex, quid importet?*

PErcipitur ex iſto text. dictionem, *ex*, regulariter cauſam immediatam, & proximam denotare, & ità Rota apud Farinac. *deciſ.* 507. *tom.* 1. *par.* 2. Item denotat extrinſicitatem, & ſeparationem Seraph. *deciſ.* 461. Item dictio hæc tempori appoſita exponitur pro *poſt*, vt *in l. vna §. item ſi ex die ff. quando dies leg. ced. l. 1. §. 1. iuncto §. ſi mulier ff. de liber. agnoſc.* Item aliquando accipitur pro *a*, vel *ab*, vt *in l. 2. verſic. initium, & verſic. veteri iure C. de veter. iur. enucl.*

COLLECT. 2772.
Super cap. inter dilectos de exceſſibus prælatorum.

¶ *Aleatores publici ſunt infames quibus conferri beneficium an poſſit?*

AD hunc text. *in verbo publicum Aleatorem*, notare poteris, quod Aleatores publici ſunt infames, & per conſequens collatio facta clerico aleatori eſt nulla, ſi de hoc conſtabat tamquam facta indigno, & ſi non conſtabat, quia erat occultus debet irritari, vide Rot. *deciſ.* 426. *part.* 1. *diuerſ.* vbi cenſuit clericum aleatorem indignum eſſe, cui beneficium conferri debeat, & ſi eſt publicus eſſe ipſo iure irritam colla-

collationem, itaut ratione conſuetudinis excuſandus non ſit.

In tantum quod Alearum ludus prohibetur *cap. clerici de vita, & honeſtat. cleric.* vide Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *de reformat. cap.* 12. & ad materiam hanc Amat. *deciſ. Rota Marchia* 137.

Et alios nonnullos caſus deciſos cumulat Nouarius *in pragmatica Regni* 1. *ſub rubrica de Aleatoribus.*

COLLECT. 2773.
Super l. ſi duo patroni §. ſiquis iurauerit ff. de iur. iur.

¶ *Dictio, & cætera, quid importet?*

PRobat hic text. quod verbum, *& cætera*, includit tantum ea, quæ ſunt de natura actus, vel rei, ſuper qua interponitur, & ita voluit Rota apud Farinac. *deciſ.* 593. *tom.* 1. *part.* 1. Non cóprehendit tamen ea, quæ ſunt de ſubſtantia, & forma, vt decidit eadem Rota *deciſ.* 286. & *deciſ.* 723. *tom.* 1. *par.* 2. ſic etiam non poteſt extendi in mandato procuræ appoſita, niſi ad ea, quæ ſunt de natura actus, vel ad ea, quæ ſunt cœpta exprimi, non autem ad ea, quorum ſaltem principium non eſt expreſſum, eadem Rota *deciſ.* 492. *tom.* 1.

Tandem nota quod hoc verbum, non extenditur ad clauſulas ſubſtantiales, non ſolitas apponi Rota *in antiquis de verb. ſignific.*

COLLECT. 2774.
Super cap. fin. extra mandati.

¶ *Fideiuſſor an, & quando poſſit agere ad liberationem obtinendam:*

COncludunt communiter DD. per iſtum textum, quod fideiuſſor non poteſt agere actione mandati contra principalem debitorem antequam ſoluat, vt releuetur, ac liberetur à fideiuſſione, vel vt alius loco ſui cóſtituatur, quod etiam probatur *in l. Lucius ff. mandati, & in l. ſi pro ea, C. eod. tit.* & ita Afflict. *deciſ.* 241. Franc. *deciſione* 414.

Limita hanc concluſionem quando fideiuſſor iam fuerit condemnatus, licet adhuc non ſoluerit, nam poteſt in tali caſu petere quod liberetur à fideiuſſione, *l. fideiuſſor pro venditore ff. de fideiuſſor.* Guid. Pap. *deciſ.* 117. Surdus *deciſ.* 94. vbi etiam limitat, quando fideiuſſor eſt de proximo condemnandus, vt etiam quando eſt in euidenti caſu condemnationis, puta, quia ſit in cauſa concluſum, vel ſit in inſtrumento obligatus ad text. *in l. quamuis indubitati cum Gloſ. C. de adulter.*

Limita tertiò, quod fideiuſſor obligatur ex actu puta ex inſtrumento habente confeſſionem, iuramentum ſtipulationem, guarantigiam, vel obligationem cameralem, quia in tali caſu poteſt petere ſe ſtatim, vel paulò poſt non expectato ſolutionis tempore à fideiuſſione eximi, & liberari, Afflict. *deciſ.* 241. *dub.* 2. Franc. *deciſ.* 414. Gail. *obſeruat.* 29.

COLLECT. 2775.
Super l. bonafides ff. de reg. iur. in 6.

¶ *Solutio ſemel, non bis facienda.*

SOluere bis idem æquum non eſt, h. d. concordat text. *in cap. bona fides de reg. iur. in* 6. vbi dicitur quod bona fides non patitur, vt ſemel exactum iterum exigatur. vnica enim ſatisfactio ſufficit. Affl ct. *deciſ.* 150. & ſemel benè ſolutum amplius ſoluendum non eſt Rota Genuæ *deciſ.* 30. In tantum, quod quotieſcunque conſtat ſolutionem non eſſe factam vero domino, & creditori, vel vero eius procuratori ſolutum vna vice, poteſt peti alias Bellon. *deciſ.* 30. vbi alias declarationes adducit.

Digitized by Google

COLLECT. 2776.
Super pragmatica Regni 16. de Actuariis.

¶ *Obligationes penes acta requirunt ſubſcriptionem principalis, & teſtium.*

HIc mandatur, quod quando capiuntur obligationes penes acta requiritur ſubſcriptio principalis & teſtium.

Amplia hanc concluſionem procedere in caſſatione dictarum obligationum, quoniam ſolemnitates requiſitæ in conficiendis obligationibus cum ſubſcriptione principalis, & teſtium, ſunt quoque neceſſariæ in caſſatione dictarum obligationum, nec ſufficit caſſatio facta per Actuarium, vt late fundauit Nouatius *forenſ. quæſt.* 154. *lib.* 1. & ita ait in facti contingentia conſuluiſſe Jo. Dominum Nouatium eius genitorem virum quidem eminentis doctrinæ optimæ eruditionis, & magnæ practicæ.

COLLECT. 2777.
Super l. Titiæ Textoris §. nihil ff. de leg. 1.

¶ *Dictio, &, quid importet?*

PErcipitur ex iſto text. quod dictio, &, eſt coniunctiua, & copulatiua, & ita tradunt Antonin. *deciſ. Macerat. ſiue variarum reſol. lib.* 1. *reſolut.* 7. & denotare æqualitatem terminorum in caſibus copulatis firmat Monach. *deciſ. Lucenſ.* 55. & partem vnius copulatiuæ declarare aliam demonſtrat Surdus *deciſ.* 124.

Item eſt continuatiua, & repetitiua præcedentium qualitatum, & conditionum, Monach. *deciſ. Lucenſ.* 55. *& deciſ. Florent.* 46. & eſt eius naturæ, vt qualitas adiecta in prima prohibitione, cenſeatur repetita in ſecunda, Surd. *deciſ.* 88. poſita tamen inter duas orationes perfectas non facit, quin dictũ in vna cenſeatur repetitum in altera, ſic etiam, quando ſtat inceptiuè non inducit repetitionem, Monach. *deciſ. Lucenſ.* 55. Aliquando tamen coniungere diuerſa ait Gratian. *Rot. Marchiæ deciſ.* 175. licet non inducat diuerſitatem, quando eſt poſita inter genus, & ſpeciem, vt docet Cabedus *Luſit. deciſ.* 117. *part.* 2. vbi quod ſi ponatur inter duo idem ſignificantia non dicitur inter diuerſa poni.

Aliquando tamen ponitur ampliatiuè, vt *in l. qui dolo* §. *hac lege ff. ad l. Iul. de vi public.* Rota apud Farinac. *deciſ.* 680. *tom.* 1. *part.* 2.

COLLECT. 2778.
Super Gloſ. in l. ſatisfactio ff. de ſolut.

¶ *Fideiuſſio an, & quando vim ſolutionis obtineat?*

SOlutionis vim habet fideiuſſio, & datio fideiuſſoris, vel pignoris volente ſic creditore, h. d.

Et quod quando contentatur Creditor de fideiuſſore, quod tũc ſatiſdare eſt ſoluere, ait Viuius *deciſ.* 210. qui dicit hoc procedere, quando nomen debitoris datur per decem creditori, quia tunc videtur facta ſolutio, & delegatio, & nouatio inducta eſſe cenſetur, vt etiam quando creditor de fideiuſſore contentatur (iuxta ſupradicta) nam etiam talis conſenſus vim ſolutionis habet, & videtur facta accollatio, & transfuſio debiti de vna perſona in aliam, ſecus ſi acceſſoriè fideiuſſor accipiatur, nam tunc fideiuſſores dare non eſt ſoluere, ſed fideiuſſio eſt ſolutionis ſecuritas, *l.* 1. *ff. qui ſatiſdar. cogantur*, & vide ad materiam Magon. *deciſ. Florent.* 57.

Nota autem, quod obligatus ſoluere auditur offerens cautionem de ſoluen-

Digitized by Google

ſoluendo concurrentibus maximè magna, & idonea cauſa, & qualitate rei, & perſonæ Laurent. *deciſ. Rot. Auenion.* 5.

COLLECT. 1779.
Super l. Iulianus ff. de legat. 3.

§ *Dictio*, omnis, *quid importet.*

VErbum, *omnis*, eſſe vniuerſale, & nihil excludere hic ſancitum reperio, ſicque probatur pariter *in l. hoc articulo ff. de hæred. inſtituend. in l. pediculis §. Labeo ff. de aur. & argent legat.* & iuxta hanc ſententiam ſcribunt Surd. *deciſ.* 265. Gratian. *deciſ.* 24. Monac. *deciſ. Florent.* 69. & nos diximus *deciſ. Curiæ Archiepiſc.* 287. *part.* 2. vbi etiam aduertimus quod verbum hoc, *omnis*, comprehendit plures caſus etiam diſſimiles, & quod facit comprehendi ea, quę aliàs non comprehenderentur Mona. *d. deciſ.* 69. *num.* 8. vbi *num.* 9. idem dicit de eis, quæ non comprehenderentur ex proprietate vocabuli.

Et aduerte, quod inter Omne, & totum nulla eſt differentia, Idem Monach. *deciſ. Florent.* 71.

Item dictum verbum *omne* eſt collectiuum, quod prædicatur de pluribus, & ſignum vniuerſale, quod prædicatur de pluribus differentibus numero Seraph. *deciſ.* 205. qui *in deciſ.* 584. ait, quod inſtitutio facta cum hoc verbo facit, quod ex intentione teſtatoris comprehendantur omnia bona tam mobilia, & immobilia, quam iura, & actiones.

COLLECT. 1780.
Super l. purè in fine ff. de dol. except.

§ *Dictio*, perpetuò, *quid importet.*

VErbum, *perpetuò*, ſine temporis præfinitione accipi, & in infinitum extendi hic probatur, & ita notant Puteus *deciſ.* 115. *lib.* 1. & Monach. *deciſ. Bonon.* 40. *punct.* 3.

Item in ſucceſſione intelligitur quãdiu aliquis erit ſuperſtes, Seraph. *deciſ. Rot.* 874. qui *in deciſ.* 1360. ait in præſcriptione intelligi de ſpatio triginta, & quadraginta annorum, prout actiones competere poſſunt.

COLLECT. 1781.
Super l. 2. C. de acquirend. poſſeſſion.

§ *Solutio in dubio, in quam cauſam facta præſumatur?*

SOlutio quando ſimpliciter fit, & ſumus dubij ex qua cauſa facta fuerit, tunc ſemper cenſetur facta ex cauſa præexiſtente præcedente, & pręambula contractus, & obligationis, quoniam ſolutio non poteſt referri ad aliquid quam ad titulum præambulũ, h. d. & ita Cacheran. *deciſ. Pedemont.* 57. Bellon. *deciſ.* 4. Surd. *deciſ.* 308. vnde infertur quod ſolutio eſſe nõ poteſt, niſi præuia ſit cauſa, & obligatio, & ſolutio ſequens declarat qualis fuerit intentio conceſſio, & obligatio præcedens, Rota *diuerſ. deciſ.* 119. *part.* 2.

Hinc pariter euenit, quod quando præcedit alienatio bonorum hæreditariorum, & immediatè ſubſequitur per hæredem ſolutio æris alieni, illa ſolutio cenſetur facta de pecunia redacta ex bonis alienatis, Surd. *deciſ.* 55. vbi etiam quod ſolutio præſumitur facta ex pecunia paulo ante recepta.

Sed quid ſi obligatio eſt informis, & non apparet de cauſa præcedente; Reſpondetur quod eo caſu ſolutio cenſetur facta non expreſſa cauſa pro mutuo, vel depoſito, quando enim accipitur pecunia, & non exprimitur cauſa, cenſetur cauſa, & titulus mutui *l. cum quid ff. ſi cert. petat.* Bellon. *deciſ. Rot. Genua* 26.

Digitized by Google

COLLECT. 2782.
Super Gloſ.in cap. ſignificaſti il 1. extra de homicidio.

¶ *Aſſertioni iuratæ in his, quæ ab alicuius animo pendent, an ſtetur?*

GLoſa,& DD.communiter in hoc text.ſentiunt, quod aſſertioni alicuius iuratæ in his, quæ ab eius animo pendent, ſiue affirmanti, ſiue neganti creditur, & ita Rot. *in deciſ.* 3. *de reſcript.in nou.*

Amplia,quod rei innocentia probatur rei iuramento,Gail.*obſeruat.*48.

Amplia etiam,quod ſtatur iuramento alicuius aſſerentis ſe non emiſiſſe votum caſtitatis, vt latè probauimus *in deciſ.Curiæ Archiepiſc.*4 *part.*1.vbi iuxta hãc ſententiam deciſum retulimus.

Vnde aduerſus iuramentum perhorreſcentiæ non admitti probationẽ in contrarium firmarunt meritò Rota *in nouis deciſ.*3.*de reſcript.*& Rota *in antiquis deciſ.*23.*de probat.*quamuis non deſint alij,etiam deciſionarij contrarium tenentes,vt apud Bellamer. *deciſ.* 5. *de reſcript.& Cappell.Tholoſ.deciſ.*23.

COLLECT. 2783.
Super Doctrina Iaſ. in Auth. Sacramenta puber.C.ſi aduerſ.vend.

¶ *Læſio enormiſſima quæ dicatur?*

IAſon hic *num.*43. illam approbat opinionem quod læſio enormiſſima illa dicitur,quę excedit multum dimidiam iuſti precij, quod ſanè poteſt, & ſolet exemplificari, quotieſcunque læſio eſt vltra triplum, vel duplum iuſti precij, quia hæc ſine dubio cenſetur læſio enormiſſima.

Verum quia multi alij DD.ſunt in ea ſententia, quod enormiſſima læſio dicatur illa,quę in aliqua notabili quãtitate excedit dimidiam iuſti precij, propterea ad euitandas has diſſentiones,tu cum Cabedo *in deciſ.Rot.Luſitan.*70.*part.*1.firma opinionem,quod hoc ſit relinquendum iudicis arbitrio, qui iudicare debet, quænam ſit læſio hæc enormiſſima.

Et aduerte ſecundum eundem Cabed.*d.dec.*70.*n.*3. quod data enormiſſima læſione,venditio per dolum celebrata cenſetur, idemque de tali dolo iudicatur,ac ſi dolus ex propoſito clarè probaretur,& non obſtantibus quibuſcunque clauſulis, renunciationibus,vel etiam patrium conſenſu interueniente, reuocari debet Caſſad.*deciſ. vnic.de empt.& vend.*

Et quamuis remedium *l.* 2. *C. de reſcindenda vendit.* intentari poſſit apud Luſitanos, niſi intra quindecim annos;tamen ait Cabedus,quod probata enormiſſima læſione (quo caſu remanet dolus)perpetuò agi poteſt,quoniã qui eſt in dolo,& mala fide pręſcribere prohibetur,ad text. *in cap. fin. de præſcri.* & ita iudicatum refert Gama *deciſ. Rot. Luſitan.*166.

Amplia quod ſicuti venditor de hac læſione agere poteſt,ita etiam eius hæres *l.quemadmodum C.de agricol.& cenſit. lib.*11.vide Gamam *deciſ.eiuſd.Rot.*198.

Sed num ex læſione enormiſſima poſſit agi contra tertios, & vlteriores poſſeſſores poſſidentes ex titulo oneroſo, & quando id locum habeat late id declarat Pereira *in deciſ. Senatus Portugalliæ* 15.

COLLECT. 2784.
Super l. remunerandi §. qui paſſus ff. mandati.

¶ *Fideiuſſor, qua actione agere poſſit contra principalem?*

PRobatur in hoc tex. quod fideiuſſor poteſt agere actione mandati & negotiorum geſtorum contra debitorem ad recuperandum debitum vna cum

cum expenſis damnis, & intereſſe, & ita etiam cauetur *in l. ex mandato* §. *ff. eod.* & *in l. fideiuſſor, C. eod.* ſicque tradit Magon. *deciſ. Lucenſ.* 91. principalis enim tenetur ipſi fideiuſſori actione mandati, ſiue roget, ſiue mandet, ſiue aliis verbis eundem ſenſum importantibus obtineat aliquem pro eo promittere, & ideo in ſtipulanda obligatione ſolent fideiuſſores, & cauti Notarij pro eis dicere, precibus, interceſſione, iuſſu, mandato, & inſtantia, vt aduertit Rubin. *deciſ.* 99. vbi aſſignat rationem præmiſſorum, quia in dubio fideiuſſor dicitur habere mandatum à principali ad ſoluendum debitum eius, pro quo fideiuſſit *l. inter cauſas* §. *præterea ff. mandati*; quamuis fideiuſſor abſque mandato promittat, videlicet, quando fideiuſſor eſt præſens, & patiens vti fideiuſſorem ſe deſcribi, & debitor quoque paſſus fuit in ſui præſentia, ipſum pro ſe fideiubere, *l. qui fide ff. mandat.* debitor enim, qui offert in fideiuſſorem præſentem, & tacentem talis fideiuſſor ex ſola patientia, & taciturnitate efficaciter obligatur, etiam quod mandatum, proceſſus, ius, & inſtantia non præcedant, Magon. *deciſ. Florent.* 57.

COLLECT. 2785.
Super l. prætor in princip. ff. de edendo.

¶ *Dictio & verbum*, debet, *quid importet?*

Hic probatur verbum, *debet*, plerunque inducere neceſſitatem, & coactionem, & ita Seraph. *deciſ.* 335. & Seſſa *deciſ. Rot. Aragoniæ* 130. & regulariter iuſſum, & parendi neceſſitatem ſignificare dicit Rota Bononien. *diuerſ. deciſ.* 8.

Et dictio negatiua adiecta huic verbo reddit actum de iure impoſſibilem Gratian. *Rot. Marchiæ deciſ.* 51.

Nota tamen, quod hoc verbum in lege impoſitum non importat neceſſitatem, ſed decentiam, & vrbanitatem, vt conſtat ex *l. non ſolum* §. 1. *ff. de noui oper. nunciat.*

COLLECT. 2786.
Super l. talis ſcriptura §. fin. de leg. 1.

¶ *Clauſula in fine poſita an ad omnia antecedentia referatur?*

Clauſula in fine poſita refertur ad omnia, & antecedentia h. d. & ita Rota Bononien. *diuerſ. dec.* 150. Boer. *deciſ.* 146. Ludoui. *deciſ. Peruſ.* 45. Valaſ. *deciſ.* 133. Gratian *deciſ.* 135. nouiter Rota Romana apud Farinac. *deciſ.* 73. & *deciſ.* 105. *tom.* 1. *part.* 1. Seſſa *deciſ. Rot. Aragon.* 205.

Intellige, quando militat eadem ratio, etiam ſi materia ſit exorbitans, quia benè refertur ad omnia præcedentia vbi diuerſitatis ratio allegari non poteſt, Surd. *dec.* 88. Farin. *deciſ.* 446. Rot. apud eundem Farinac. *deciſ.* 767. *tom.* 1. *part.* 2.

Beneuerum limita non referri ad omnia præcedentia, quando non congrueret verbis, & diſpoſitioni antecedenti Rota Bononien. *diuerſ. deciſ.* 156. vbi idem dicit quando ſtat diuerſa perſonarum qualitas, ſicque pariter affirmat quando ratio recti ſermonis aliud expoſtulat, ita quod ſequeretur iuris correctio, ſeu aliud inconueniens.

COLLECT. 2787.
Super cap. ſtatuimus de regularibus.

¶ *Dictio*, liberè, *quid importet?*

Verbum, *liberè*, importare, & tribuere facultatem faciendi actũ ſuum ſponte ſine licentia, & authoritate alterius colligitur ex iſto text.

Declara, & intellige ſine impedi-

mento contradictione, onere, grauamine, vel obſtaculo, ac alia diminutione iuxta terminos text. *in clem. fin. de ætat. & qual. t. & in cap. epiſcopus in verbo liberè de offic. ordinar.* Surd. *deciſ.* 265. & *deciſ.* 275. Valaſc. *deciſ.* 123. item etiam intelligitur ſine facto iudicis Gratian. *deciſ. Rota Marchia* 150. omnemque obligationem excludit, vt *in l. non dubito §. liber autem ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. cap. licet de ſepult. in 6. cap. 2. de arbitr.* Valaſc. *deciſ.* 123.

In venditione autem operatur reſpectu tranſlationis dominij precio ſoluto, vt per Seraph. *deciſ.* 663. qui *in deciſ.* 516 & 576. ait non excludere exceptionem prouenientem ex natura actus, & ſubiecta materia.

COLLECT. 1788.
Super Doctrina Bart. in l. actione, C. de tranſact.

§ *Dictio, niſi, quid importet?*

FIrmant hic Bart. & alij DD. quod dictio *Niſi*, exceptionem à præcedentibus importat & ita tradunt Surd. *deciſ.* 225. & nouiter facta Rot. Romana *dec.* 391. *tom.* 1. *part.* 1.

Item ſubſequens præcedentem negationem affirmare facit ea, quæ ponit, quemadmodum, & ſi ſequatur negatiuam, negationem operatur, vt *in l. ſi eum § qui iniuriarum ff. ſi quis caut.* Seraph. *deciſ.* 345. Rota apud Farina. *deciſ.* 639. etiam in exceptis eadem Rota *deciſ.* 197. & *deciſio* 96. *tom.* 1. *part.* 1. & iuncta actui futuro importat conditionem, eadem Rota *deciſ.* 167. *tom.* 1. *part.* 2. & non ſolum facit orationem conditionalem, ſed in ſe ipſa conditionem præcedenti conditioni contrariã, vt per Monac. *dec. Lucenſ.* 67. & habet vim taxatiuæ Anton. *var. reſol. lib.* 1. *reſol. fin. caſu* 41. & ponitur priuatiuè. & aduerſatiuè ad præcedẽtia Surd. *dec.* 264.

COLLECT. 1789.
Super l. Julianus ff. de petit. hæreditatis.

§ *Dictio, tantum, quid importet?*

COmmuniter ex iſto text. percipitur quod verbum, *tantum*, eſt exceptiuum, & limitat, reſtringit, & excludit, ſicut verbum *tantummodo*, pront etiam probatur *in l. non tantum ff. cod. tit. in l. his ſolis ff. de condict. indebit. l. aduerſus, C. ſi aduerſus rem iudic.* & ita Franc. *deciſ.* 123. Seraphin. *deciſ.* 257. & Rota apud Farinac. *deciſ.* 740. & *deciſ.* 600. *tom.* 1. *part.* 2. excludit diuerſa, & ſeparata, non autem connexa, & pertinentia ad diſpoſitionem expreſſam, eadem Rota *deciſ.* 442. *tom.* 1. *part.* 2.

Item excludit omnes caſus præter expreſſos, & continet negationem quoad alios, Surd. *deciſ.* 291.

Nota tamen, quod non excludit caſus ſimiles Phœbus *deciſ. Rot. Luſitaniæ* 74. & poſita in lege noua non eſt ſufficiens ad inducendam correctionem alterius legis, & operatur, vt diſpoſitio, ſeu contractus non tranſeat ad hæredes, vt *in l. non ſolum § tale ff. de liber. lega.* ſed non excluderet perſonam hæredis permittentis cum in dubio ſemper hæredis perſona cenſeatur comprehenſa, quamuis expreſſa non ſit, vt voluit Rota apud Farinac. *deciſ.* 361. *in nouiſſim.*

COLLECT. 1790.
Super l. ſocietatem §. arbitrorum vbi communiter DD. ff. pro ſocio.

§ *Reductio ad arbitrium boni viri ſi ſententia arbitri ſit iniqua, à quo cognoſcenda?*

DD. in hac lege communiter ſentiunt ſufficere remedium reductionis ad arbitrium boni viri vbicunque ſen-

que ſententia Arbitri præſupponitur iniqua.

In tantum quod appellare de iure non licet à ſententia Arbitri, *l. diem proferre §. ſtari ff. de Arbitr. l. 6. C. eod.* Griuell. *deciſ. Senatus Dolani* 1. vbi tamen refert contrarium ſeruari de conſuetudine in illo ſenatu, vbicunque appellatio interponatur legitimè, & coram iudice competenti.

Sed quis dicatur iudex competens ſtante huiuſmodi conſuetudine in loco, dicas iudicem ordinarium, vt pluries deciſum teſtatur Theſaur. *dec.* 14.

Num autem pœnæ conuentionali ſit locus quando appellatur à laudo arbitri, vel arbitratoris declarat idem Griuelius *d. deciſ.* 1. vbi deciſionem articuli refert *numer.* 8. *verſic. contrarium tamen.*

Et an appellatio quandoque admittatur abſque proteſtatione, vide eundem Griuel. *deciſ. Senatus Dolani* 2. vbi etiam tradit An, & quatenus credatur iuramento rationem reddentis.

COLLECT. 2791.

Super l. fin. vbi Gloſ. C. qui potiores in pign. habeantur.

¶ *Dictio, vt ſupra, cuius naturæ ſit.*

GLoſa hæc firmat, quod dictio, *vt ſupra*, eſt repetitiua, & relatiua præcedentium qualitatum, & eorum, quæ ſuperius dicta ſunt, & ita notant Surd. *deciſ.* 291. *& deciſ.* 319. Franch. *dec.* 87. Phœbus *deciſ. Luſitan.* 71. Rota Romana apud Farinac. *dec.* 125. *tom.* 1. *part.* 1. *& deciſ.* 461. *part.* 2. Monach. *deciſ. Lucenſ.* 55. vbi *num.* 14. dicit quod hæc dictio iuncta gerundio magis coarctat ſequentem diſpoſitionem ad naturam præcedentis, quod etiam repetit *deciſ. Bonon.* 40. *punct.* 3.

Quamuis reſtringere diſpoſitionem ad limites præcedentis diſpoſitionis deciſum fuerit in Rota Romana, vt apud Farinac. *deciſ.* 49. *tom.* 1. *part.* 2.

COLLECT. 2792.

Super Gloſ. in l. ſi quidem, C. de except.

¶ *Confeßioni qualificatæ quando, & qualiter credendum ſit?*

GLoſa hæc tractat articulum, quando nam confeſſioni qualificatæ credendum ſit? & an diuidi poſſit, & pro parte acceptari, & pro parte reiici? & tandem concludit diſtinguendum eſſe an incontinenti, an autem poſt modicum tempus conditio, vel qualitas adiiciatur, vt primo caſu videatur in totum acceptanda confeſſio, & ſecundo non item.

Tu autem ad ornatum videas Boer. *dec.* 143. *& dec.* 339. & latius Griuell. *in deciſ. Dolan.* 12. vbi hanc materiam bene tractat plures diſtinguendo caſus.

Sed num qui condemnatur ex tali confeſſione debeat puniri pœna ordinaria delicti, vel mitiori? dicas quod ſi aliter non conſtet de delicto, quam ex ſua confeſſione, debet puniri mitiori pœna, vt apud Cacheran. *deciſ.* 60. Ludouic. *deciſ. Lucenſ.* 19. Theſaur. *deciſ.* 13.

Et an ex tali confeſſione poſſit torqueri reus videndus eſt Triuiſan. deciſ. Rotæ Venet. 35. & latius Griuel. *d. dec. Senatus Dolani* 12. vbi plura in hac materia cumulat, quæ per te ibidem videre poteris.

Super conſtit. Regni Magiſtri Camerarij.

¶ *Barones, & affictatores terrarum, non poſſunt cogere vaſallos ad conducendum eorum introitus.*

IN hac conſtitutione reperitur mandatum quod Barones non cogant

Digitized by Google

eorum vaſſallos ad conducendos eorum introitus.

Amplia, vt neque poſſit cogere ad conducendos Furnos, Molendina, paſſus, & Tapeta, vt *in pragmatica Regni 13. de Baronibus* vbi latè ſcribentes, & de iure communi loquendo tradit Rubi. *deciſ.* 101.

Amplia ſecundò hanc diſpoſitionē procedere non ſolum in Baronibus, ſed etiam locum habere in Affictatoribus Terrarum, nam ipſi neque poſſent cogere vaſſallos ad id agendum, quinimò vaſſalli, qui precibus Affictatoris terræ conduxerunt introitus Baronales, poſſunt dicere de nullitate Affictus in quadam facti contingentia ſcripſit Nouarius, cuius allegationes hic inſerere viſum eſt, & ſunt quæ ſequuntur.

PRohibentur Barones, & vtiles Domini cogere vaſſallos ſuos, aut eorum aliquos ad emendum, ſeu conducendum ipſorum Dominorum gabellas, Furnos, Dohanas, Baiulationes, defenſas, Molendina, Tapetos, paſſus, Ferragia alióſque eorum redditus, & iura, ita quod ſi contrafecerit venditio, & locatio ſit nulla, & Dominus taliter vendens pœnam arbitrio excellentiſſimi Proregis, cum amiſſione precij, ſeu mercedis talis coactæ venditionis, ſiue locationis, ita inquam cautum eſt *in pragm. 13. incip. Graues ſub rubric. de Baronibus*, & prius prouiſum erat in Conſtit. Regni Magiſtri Camerarij, & in cap. Regni Ferteriis.

Quorum tamen iurium diſpoſitio intelligenda eſt, niſi vaſſalli non affictarent ad æmulationem, vt illa bona Domini perdantur, vt accidit, quando inter vniuerſitatem, & Baronem ſunt lites, eo enim caſu per ſuperiores ſoliti vel habiles poſſunt cogi non ad conducendos, ſed ad exigendos introitus expenſis Domini iuſto ſalario mediante ad inſtar quæſtoris Clar. *in §. feudum quæſt. 7. in lib. recept. ſentent.* Frec. *de ſubfeud. author.* 51. ſoliti enim ſtante neceſſitate coguntur ad munera *l. ſemper §. quibuſdam ff. de iur. immun. l. moris §. damnare ff. de pœn.* vbi probatur habiles poſſe cogi ad munera ſubeunda Surgent. de Neap. illuſtr. fol. *mihi* 423.

Et vbicumque vaſſallus introitus illos aliàs conduxiſſet, & ſuperlucratus eſſet, & deinde pro futuro non reperiretur conductor; his ſtantibus adhuc poterit cogi per Baronem, ad reconducendos dictos introitus Caſtr. *in l. cotem ferro §. qui maximos ff. de publ.* Boer. *deciſ.* 299. Peregr. *de iur. fiſci in tit. de conduct. num. 6.* noſter de Ponte *in tract. de poteſt. proreg. in tit. de reg impoſit. §. 8. numer.* 14.

Occurrit autem dubitari, ſi vaſſallus, quique precibus affictatoris ſuæ terræ conduxit introitus Baronales, poſſit ex vi d. pragmaticæ de nullitate affictus dicere.

Pro cuius dubij reſolutione requiſitus ego cum affirmatiua tranſiui ſententia, motus ex eo, quia preces Domini habentur pro iuſſu, *Auth. de mandat. princip.* Gloſ. *in l. in princip. in verbo quemadmodum, ff. quod iuſſu*, Gloſ. *in Clem. 1. in verbo exhortantur de teſtibus.* Bart. *in tract. Tyrannidis num. 21.* Bal. *in l. ſi mandator num. 1. C. quod eo.* Felin. *in cap. 1. n. 2. de offic. deleg.* Innoc. *in cap. cum inter R. de elect.* Marſil. *ſing.* 645. Goffred. *conſ. 14. num. 29.* quia rogare, & mandare in ſimilibus perſonis paria ſunt, vt tenet Gloſ. & ibi Bart. *in l. ſi negotium ff. de negot. geſt. & in l. 1. §. fin. ff. mandat.* & iſtæ rogationes habent neceſſitatem, Dec. *in rubric. num. 7. C. de mandat. princ. & in l. in omnibus num. 4. ff. de reg. iur.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. caſu 354. num. 12.* Alex. *conſ. 124. n. 4. lib. 1.* ſunt enim ſuperiorum præcepta, & preces, & eorum

iuſſa, atque mandata admodum terribilia, iuxta illud incerti authoris, de quo apud Tiraq. *de pœn. temper. cauſa* 35. *num.* 5.

Et orare Ducum ſpecies violenta iubendi
Et quaſi nudato ſupplicat enſe potens.

Ita quod preces & mandatum ſuperioris habentur pro vi, *d. cap. cum inter R. ſeniorem*, iuncta expoſitione Innoc. *de elect. cap. Beatus* 7. *quæſt.* 1. *cap. Rogo* 11. *quæſt.* 3. *capit. nullus* 36. *quæſt.* 2. Azeued. *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopil. num.* 48. & inducunt iuſtum metum, Abb. *in cap. Abbas quod metus cauſa* Auil. *in cap.* 21. *prætor. in verb. item mandamos*, vbi quod item Blanditiæ principis iuſtum metum inducunt per Gloſ. *in l.* 1. *C. ſi rector, vel prouinc.* Caſtrenſ. *in l.* 1. *C. ſi quis aliqu. teſtare prohib.* quare metum reuerentialem conſiderari debere in contractu pro domino geſto, docent ſine difficultate DD. Gloſ. & Bart. *in l.* 1. §. *qua onerandæ ff. quar. rer. act. non dat.* Mandel. *conſ.* 186. *num.* 8. *lib.* 1. Graſſ. *de except.* 11. *n.* 19. Sanchez *de matrim. lib.* 4. *de conſenſ. coact. diſputatione* 6. *n.* 25. quod procedit etiam ſi Domini, non ſint ex his, qui non recognoſcunt ſuperiorem, Roder. *de ann. reddit. lib.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 69. Cancer. *variar. reſolut. part.* 3. *cap.* 15. *de renunciat. nu.* 243. *in fin.* Cur ergo non reuocari poteſt iſte contractus tanquam meticuloſus, vis enim illata ſicuti excuſat illũ à faciendo illud, quod alioquin facere tenebatur, vt *in cap. cum Vintonien. de elect. & capit. quoniam* §. 1. *diſtinct.* 18. vbi Gloſ. *in verbo vel vi*, dixit factum cõtra aliquem vi detentum debere retractari, ſequitur Nauar. *conſil.* 11. *n.* 4. *de cleric. non reſident.* amplians quod etiam vis non illata, ſed probabiliter præuiſa excuſat. *cap. bona il.* 1. *de elect.* ita pariter debet excuſare illum, qui agit illud, quod facere non tenebatur, preces ſiquidem illorum, quibus reuerentia debetur inducunt iuſtum metum, Innoc. *in capit. petitio de iur. iur.* Barbat. *conſ.* 49. *num.* 9. *libr.* 4. Cacher. *deciſ.* 172. *num.* 3. Carocc. *deciſ.* 15. *num.* 26.

Neque iuuat dicere, hæc omnia poſſe procedere, quando affictus eſſet factus precibus Baronis, cum pragmatica loquatur de Baronibus, ergo ad affictatores non eſt trahenda.

Siquidem reſpondeo eandem rationem, & omnimodam ſimilitudinẽ militantem in Barone militare in affictatore, qui eſt ſubrogatus in Baronis locum, & ſubrogatus ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatio eſt facta, *l. eum qui ita* §. *iniuriarum ff. ſi quis caut.* vbi Bar. Bal. & Angel. *cap. eccleſia il* 1. vbi Gloſ. *in verſic & eſt hic argumentum cum cap. ſeq vt lit. pendent.* plenè Tuſc. *concluſ.* 575. *lit. S.* ita quod ſubrogatum ſapere naturam primordialem, non accidentalem eius, in cuius locum ſubrogatur, falſus eſt Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 21. *n.* 22.

Quare cum eadem ratio vigeat in affictatore, quæ militat in Barone, idẽ ius eſt conſtituendum ad text. *in l. illud. ff. ad l. Aquil.* illa enim quæ in radice & cauſa conueniunt, etiam in effectu cõuenire debent, *l. de quibus* vbi Angel. & DD. *ff. de legibus* & caſus, quos nectit paritas æquitatis, Identitaſque rationis, non ſunt quoad iuris diſpoſitionẽ ſeparandi, Gloſ. *in auth. matri. & auiæ in verbo tutelam C. quando mul. tutel. offic. fung. poſſ.* Aretin. *in* §. *feræ igitur inſtit. de rer. diuiſ.*

Eò magis, quia dubio maior aſperitas, & ſæuitia debet præſumi in iſtis affictatoribus terrarum, quam in proprijs Dominis, & Baronibus, cum illi finito affictu amplius vaſſallos non videant, quod ſecus in Barone proprio Domino, qui ſi intendit hodie in totũ excoriare vaſallum, mane poſtea nihil reperiet, quæ ſanè ratio ceſſat in affi-

ctatore, qui reſpectu Baronis dicitur momentaneus Dominus: ergo concludendum eſt, vaſallos amplius teneri ex precibus affictatorum, quam propriorum Baronum, expreſſis mandatis, quare iuxta ſupradicta conſulimus requiſiti de voto. Datum in noſtro Muſeo Neapolitano die 23. Aprilis 1625.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 1794.
Super l. quia ſemper ff. de in ius vocando.

¶ *Dictio*, ſemper, *quid importet?*

DIctionem *ſemper* includere omne tempus exponique pro omni tempore, & omni caſu percipitur ex iſto textu, & ita Surd. *deciſ.* 112. *& deciſ.* 255. Gratian. *deciſ.* 183. Rota apud Farinac. *deciſ.* 146. *in nouiſ. & deciſ.* 24. *tom.* 1. *part.* 1.

Aliquando tamen ſolet exponi pro perpetuò, & eſt nota perpetuitatis, vt *in l. ſemper in ciuitate ff. de iur. immunit.* Surd. *deciſ.* 281. Rota apud Farinac. *deciſ.* 231. *tomo.* 1. *par.* 2. & ego dixi *in deciſ.* 287. *part.* 2. vbi etiam, quod interdum temporis continuationem denotat, & exponitur pro *quotidiè*, vel *aſſiduè* affirmaui, prout ita voluit quoque Rota apud Farinac. *deciſion.* 445. *tom.* 1. *parte* 1.

Item aliquando reſtringitur ſecundum naturam actus, cui adiicitur, Rota apud Farinac. *deciſ.* 268. & reſtringitur à lege ad 30. annos Surdus *deciſ.* 2.

COLLECT. 2795.
Super Gloſ. in l. etiam ff. ſolut. matr.

¶ *Emphyteuſis eccleſiaſtica ex ſui natura, an tranſeat ad heredes?*

QVod eccleſiaſtica emphyteuſis ex ſui natura tranſeat ad hæredes extraneos, firmant hic Gloſ. & DD. & quod iſta ſit verior & magis recepta opinio, licet aliqui contrarium teneant, & eam dicant communem, diffusè probat Guidobon. *variar. reſolut. deciſ.* 5. & tenuit Rota in vna Cæſaraguſtana emphyteuſis 26. Nouembris 1611. coram Ludouiſio tunc Rotæ Auditore, aliàs ſæpius.

Extranei autem hæredes in hoc propoſito appellantur qui non ſunt ex deſcendentibus primi acquirentis, in tantum quod voluit Rota in vna Senenſ. prædij 28. Aprilis 1589. coram Illuſtriſſimo Cardinale Seraphino, quod verba conceſſionis, quæ faciebant mentionem hæredum fuerunt intellecta de hæredibus ſanguinis, Veral. *deciſ.* 304. *lib.* 1. *in manuſcr.*

Amplia hanc opinionem, vt locum habeat etiamſi fuerit dictum pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus, quia illud verbum, *hæredibus*, intelligitur de deſcendentibus, qui ſint hæredes vniuerſales ex iure ciuili, & illud verbum, *ſucceſſoribus*, intelligitur de ſucceſſoribus vniuerſalibus ex iure prætorio, prout ita voluit Rota in vna Mediolanenſ. bonorum de Buſalora 2. Iunij 1575. coram Bobalo, & ita aliàs fuiſſe decisum in eadem Rota teſtatur Mantic. *de taci. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 19. qui plura in hac materia cumulat.

Declara tamen hanc concluſionem non procedere quotieſcunque emphyteuſis ſemel facta fuit tranſmiſſibilis ad aliquem hęredem extraneum, nam ſemper eandem retinet qualitatem, vt intelligatur tranſmiſſibilis etiam quoad alios, exempli gratia, ſi ſemel eccleſia voluerit, quod iure hæreditario apud primum hæredem remaneret, & idem eſſet ſi res emphyteotica ab extraneis hæredibus fuiſſet poſſeſſa, & aliquis canon fuiſſet ſolutus, nam ex obſeruantia ſubſecuta videre-

videretur actum fuiſſe, vt emphyteuſis ad extraneos etiam hæredes tranſiret, præſertim ſi verba contractus eſſent dubia, & eccleſia ab extraneo per plures annos canonem exegiſſet, vt in allegata Mediolanenſ. bonorum coram Bubalo, vbi bona emphyteotica poſt obitum primi inueſtiti deuenerant ad Jacobum eius ex fratre nepotem, qui illa poſſederat, & ſoluerat canonem per viginti octo annos, & eccleſia receperat canonem à dicto Jacobo hærede extraneo, vnde fuit reſolutum emphyteuſim fuiſſe tranſmiſſibilem ad extraneos hæredes.

Declara etiam vt nõ procedat quando conceſſio eſt facta pro hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, quia tunc ad quoſcunq; hæredes etiã extraneos porrigitur, vt voluit Rota in vna Romana domus Sancti Euſtachij 17. Februarij 1581. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & rurſus in vna Bononien. emphyteuſis 16. Junij 1596. coram R.P.D. Orano, etenim in huiuſmodi conceſſione actum videtur, ſi ſeruentur pacta bona ad eccleſiam nullo tempore reuertantur, quia hæc eſt propria ſignificatio dictionis, *perpetuò*, vel *in perpetuum*, vt eſt text. clarus *in §. ſi verò quadam ſunt de alien. emphyt. & in §. adeò in tit. de locat.* quod eò magis dicendum eſt, ſi dictio, *in perpetuum*, ſit geminata, vt in cauſa Nonantulana bonorum 14. Junij 1610. coram R. P.D. Sacrato vbi conceſſio erat facta hæredibus, & deſcendentibus in perpetuum de ipſa re perpetuo iure emphyteotico, & fuit dictum quod dicta geminatio multum operabatur, vt extranei etiam cenſerentur comprehenſi.

Declaratur pariter, vt non habeat locum emphyteuſis acquiſita titulo oneroſo, quia licet acquiſita ex liberalitate concedentis, & titulo lucratiuo ad extraneos hęredes non tranſeat, nec acquirens poſſit de ea diſponere in præiudicium vocatorum, ſecus tamen eſt in acquiſita ex propria pecunia, & titulo oneroſo, quia poteſt ab ipſo acquirente in quoſcunque hæredes etiam extraneos in præiudicium filiorum, & deſcendentium transferri Capic. *deciſ.* 2. Rota apud Gambar. *deciſ.* 10. *&* 32. & in vna Romana de lance 17. Maij 1595. coram felicis Recordationis Clemente Octauo tunc Rotę auditore.

Et aduerte, quod per teſtamentum ad fauorem extranei conditum non cenſetur recipiens de huiuſmodi emphyteuſi diſpoſuiſſe, niſi de illa ſpecialiter meminerit, quia in hæredis inſtitutione regulariter non venit res, quæ ad alium ſpectat, caſu quo de illa ſpecialiter nõ diſponatur, vt voluit Rota in cauſa Romana vineæ 12. Junij 1589. & in Romana legitimæ 29. Nouemb. 1599. coram R.P.D. Juſto, & rurſus in alia Romana ſcriptoriæ 5. Junij 1609. coram R.P.D. Marcomontio.

Item aduertas quod neque locatio perpetua rei eccleſiæ eſt tranſitoria ad hæredes extraneos, ſi verba licentiæ alienandi contenta in reſcripto Apoſtolico, quę attendenda ſunt, reſtricta ſint ad filios, & deſcendentes, vt in terminis voluit Rota in vna Senen. prædij 28. Aprilis 1586. coram Illuſtriſſimo Cardin. Seraphino, vbi ſtante dicta reſtrictione verba inſtrumenti locationis, in quibus fiebat mentio hæredum fuerunt intellecta de hæredibus ſanguinis, & in quantum conceſſio videbatur extendenda etiam ad extraneos propter verbum, in perpetuum, & quia canon correſpondebat fructibus, fuit reſponſum hoc non procedere, niſi concurrente debita ſolemnitate conceſſionis, quæ in eo caſu non aderat.

COLLECT. 2796.

Super Doctrina Abbat. in cap. cum acceſſiſſent de conſtitut.

¶ *Patronus de conſenſu ordinarij an poſſit præſentare eum, qui non habet qualitates requiſitas?*

INter cætera quæ firmat Abb. dicit poſſe patronum de conſenſu ordinarij pro vna vice præſentare ad beneficium eum, qui non habet qualitates à teſtatore appoſitas, & ita Rota in Forolivien. Cappellaniæ 10. Maij 1589. coram Seraphino Creſcent. *deciſ. 7. de iure patron.*

Verum quia contrarium defendiſſe eandem Rotam pluries, & iuxta eam quoque declarauiſſe pluries Sacram Congregationem Concilij affirmat Nouarius in quadam ſua allegatione, vbi multas Rotæ deciſiones, & Congregationis declarationes per extenſum cumulat, meritò viſum eſt in hac materia amplius me non extendere, ſed ipſius authoris allegationem imprimi facere curaui, & eſt tenoris ſequentis videlicet.

SEmel, atque iterum in Anno 1623. contigit diſputari de præfato articulo, & quidem nonnulli in partem affirmatiuam inclinabant aſſerentes potuiſſe patronum cum conſenſu ordinarij pro vna vice alterare qualitates ſeu conditiones in fundatione appoſitas, & diſpenſare contra ordinationem fundatoris, allegabant Abb. & Imol. *in cap. cum acceſſiſſent de conſti.* Berou *in conſil.* 5. Ferret. *conſ.* 133. *nu.* 7. quibus addo Nauar. *conſ. 6. n. 4. de cler. non reſid.* Burſ. *conſ.* 185. *num.* 18. *lib.* 8. Zech. *de Republic. eccleſ. in cap. de beneficiatis num.* 4. Lambe. *de iur. patron. lib. 2. quæſt. 7. 1. part. art.* 30. qui ſic eſſe communiter receptum, & in praxi ſeruari fatetur.

Ego tamen ſemper fui in voto negatiuo, & precipuè in cauſa Reuerend. Saluſtij Seguri præſentati in beneficio iuris patronatus quorundam de li Gattuli ex vi text. *in clem quia contingit de religioſ. dom.* ibi *Cum tamen ea, quæ ad certum vſum largitione ſunt deſtinata filiũ, ad illum debeant, non ad alium de ſalua quidem ſedis Apoſtolicæ authoritate conuerti*, ex quo apertè patet ſoli Romano Pontifici voluntates diſponentium commutare licere, vt ex dicto textu firmarunt Tiraqu. *de priuil. pia cauſ. priuil.* 135. Pinel. *in rubric. C. de reſcind. vendit part.* 1. *cap. 2. n.* 19. coram Vbaldo Rota in vna ciuitatis Caſtelli bonorum 17. Auguſti 1583. coram Robuſterio & in Syracuſana fidei commiſſi 11. Decembris 1613. Henriq. *in ſumma lib. 7. cap. 37. §. 2. lit.* F. Menchac. *controuerſ. illuſtr. cap.* 25. *n.* 26. *cum ſeq.* Beia *Reſponſ. caſ. conſcient. part. 4. caſu* 22. Phœb. *in deciſ. Luſit.* 47. *n. 2. cum ſeq.* & nullus inferior poſſit gerere illa, quæ ſupremo principi reſeruantur *cap. quod tranſlationem*, vbi Gloſ. *de offic. leg. cap. maiores de Baptiſm.* ideò epiſcopus nullam habet poteſtatem commutandi voluntatem, & diſpoſinem arg. *d. cap. tua*, dum ibi deciditur epiſcopi munus eſſe executores compellere ad obſeruandum exactiſſimè defuncti voluntatem, vt ſic minimè valeant mutare, quare epiſcopum voluntatem defuncti non poſſe commutare tenent ibi Abb. *n.* 4. & Couar. *n.* 7. Molin. *de inſtit. & iur. tract. 2. diſput.* 249. *col.* 3. Menchac. *de ſucceſſ. creat. §. 7. n.* 21. Pinel. *in rubric. de reſcind. vendit. part.* 1. *cap. 2. n.* 19. quamuis commutatio fieret in melius, etiam de conſenſu hæredis ſecundum Imol. & Lap. *in d. clem. quia contingit.* quos recenſendo ſequitur Genuen. *in praxi Curiæ Archiepiſc. huius ciuit. Neap. cap. 24. nu.* 1. vbi affert rationem, quia vltima voluntas pro lege ſeruanda eſt, *cap. vltima voluntas* 13. *quæſt.* 2.

Et iuxta hanc ſententiam tenent in

termi-

Digitized by Google

terminis terminantibus Crauett. *conſ. 63. num. 5.* Roc. de Curt. *de iur. patron. in verbo pro eo quod quaeſt. 15. num. 12. & ſeq.* Genuen. *in d. praxi cap. cit. num.* 10. vbi ait, epiſcopum non poſſe tollere qualitates appoſitas in fundatione beneficij etiam cum conſenſu patroni, & ita teſtatur deciſiſſe Sacram Congregationem Illuſtriſſimorum Dominorum, & colligi ex Sacro Concil. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 5. de reformat.* contra DD. ſupra citatos, dicentes poſſe pro vna vice epiſcopum conferre cappellaniam ſacerdotalem non ſacerdoti de conſenſu hæredis.

Et re vera ita ſacra congregatio cenſuit, vt conſtat ex declaratione Abulen. facta in anno 1604. cuius tenor eſt ſequens.

Stante decreto Sacri Concilij Tridentini *cap. 5. ſeſſ. 25.* infraſcriptæ dubitationes oriuntur, quæ ad inſtantiam agentis Reuerendiſſimi epiſcopi Abulenſ. per Sacram Congregationem Illuſtriſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini petuntur declarari ſtante fundatione Cappellæ in eccleſia cathedrali ſub his verbis teſtatoris, quod Cappellanus debeat celebrare diuina officia die noctuque, dubitatur vtrum Cappellanus iſte debeat eſſe preſbyter. Secundò ſi ex fundatione cautum ſit vt Cappellanus per ſe ipſum celebret miſſas Cappellaniæ, an poſſit iſta cappella conferri ſimplici clerico. Tertiò an Cappellania, cui eſt annexum onus duarum miſſarum in hebdomada per proprium rectorem celebrandarum, dicatur ſacerdotalis, & nõ poſſit conferri clerico quatuordecim annorum. Quartò an ſi de conſenſu patronorum poſſit diſpenſari cum minori viginti quinque annorum ad cappellam ſimplicem obtinendam, ad quam ex fundatione eſt præſentandus ſacerdos.

Ad primum Congregatio Concilij reſpondit ex his verbis non inferri vt cappellanus debeat eſſe preſbyter. Ad ſecundum, & tertium poſſe quidem conferri ſimplici clerico, in ea tamen ætate conſtituto, vt intra annum ad ſacerdotium promoueri queat, niſi aliàs eſſent verba in fundatione appoſita, quæ requirerent obtinentem tempore collationis eſſe actu preſbyterũ. Ad quartum hanc diſpenſandi facultatem epiſcopis poſt concilium non competere.

Paulus Æmil. Card. S. Marcelli.

Sicque pariter apertè patet ex declarationibus ſequentibus ſupe *d. cap. 5.* Concilij ibi *hu non derogetur*, nec de cõſenſu patronorum, ſed per hoc cenſetur ſublatam eſſe facultatem huiuſmodi, de qua *in cap. cum acceſſiſſent de conſtit.* & ibi Abb. *num. 5. Secunda.* Nec de conſenſu patronorum poteſt diſpenſare cum minore viginti quinque annis ad cappellam ſimplicem obtinendam ad quam ex fundatione eſt præſentandus ſacerdos, quod ſi in fundatione cautum eſſet vt Cappellanus per ſeipſum deſeruiat, & ſecus fiat ad denunciationem hæredum epiſcopus de alio prouideat, at ſi hæres non denunciat. Reſpondit congregatio ſpectare ad officium epiſcopi prouidere, nec iſto modo cappellanum poſſe percipere fructus, ſi non per ſe ipſum deſeruit. *Tertia Mediolan. Taurin.* epiſcopus non poteſt etiam accedente conſenſu patronorum derogare qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis, quia huiuſmodi facultas ſublata eſt per hoc decretum. *Quarta Cremonen.* licet de iure communi, vt volunt DD. *in cap. cũ acceſſiſſent de conſtit.* poſſet epiſcopus de conſenſu patronorum conferre beneficium illi, qui non habet ætatem in fundatione requiſitam, tamen hodie per hoc decretum prohibitum eſt.

Digitized by Google

Et ita etiam tenuit Rota ex dicto decreto Concilij in cauſa Valentina iuris patronatus 20. Martij 1589. coram Orano, vt *in deciſ. ſeq.*

In erectione beneficij fundator ordinauerat quod occurrente illius vacatione præſentaretur presbyter miſſam cantans facta per Vicarium Metropolitanum ſub die 22. Nouembris 1585. ad præſentationem patronorum inſtitutione ad fauorem dicti Bertrandi in S. presbyteratus ordine nequaquam conſtituti dictus Michal. Dalmau. apud ſedem tamquam deuolutũ illud ſub datis 13. Auguſti 1586. impetrauit, liteque coram me deſuper introducta dubitari obtinuit, an gratia ſua eſſet iuſtificata? Domini affirmatiuè reſoluerunt, nam quod attinet ad caput deuolutionis clarum eſt, ex quo Vicarius Metropolitani contra formã electionis beneficij nulliter ad inſtitutionem deuenit quod diſpoſitio illius fuit ad Metropolitanum deuoluta *cap. 2. de conceſſ. prab.* Abb. *in cap. cum noſtris n. 2.* & Imol. *in cap ſi de beneficio de prab.* qui cum intra tempus debitum notitiam huiuſmodi defectus collationem intra ſex menſes facere neglexerit, dedit locum impetrationi apud ſedem Roman. *conſ. 361. n. 6.* quod autem nulla fuerit inſtitutio ordinarij, non poteſt tergiuerſari, nam cum fundator beneficij voluerit præſentari presbyterum, qui miſſam cantaret per iſta verba viſus eſt reſpexiſſe actum præſentationis, ita quod neceſſum fuit præſentatum actu fuiſſe tunc presbyterũ, quia qualitas adiuncta verbo intelligitur ſecundum tempus illius *l. in delictu* §. *ſi extraneus ff. de noxal.* Abb. *in cap. cum in cunctis* §. *inferiora n. 2.* & ibi Dec. *nu. 12. de elect.* Lambert. *de iure patron. lib. 2 part. 1. quaeſt. 2. art. 19. cum ſeq.* Roc. de Cur. *in verb. honorificum nu. 21.* Rebuff. *in ſua prax. tit. de requiſitis num. 35.* quod verò ſcientiam huiuſmodi vacationis propter nullitatem præſentationis, & inde ſecutæ inſtitutionis dictus Metropolitanus habuerit, ſine qua aliàs tempus conferendi illi non currebat iuxta Notata per Innoc. *in dict. cap. 2. de conceſſ. preb. cap. quia diuerſitatem cap. licet de ſupplend. neglig. prælat.* manifeſtè patet ex diſpoſitione, quam ſuper defectu Ordinarius per ſuum Vicarium ante factam inſtitutionem, quæ quidem diſpenſatio cum repugnet decreto Concilij Trident. *cap. 5. ſeſſ. 25.* nullius fuit momenti, Gloſ. *in cap. cum dilecti in verbo ætate de elect.* Dec. *in cap. at ſi clerici* §. *final. nu. 65. de iudicijs*, cum aliis hic per informantes allegatis neque præmiſſis obſtat reſolutio facta coram R. P. D. meo Pamphilio in vna Romana Cappellaniæ, quia illa procedit in caſu diuerſo, quando ſcilicet verba fundationis non reſpiciunt actum præſentionis, ſed potius illius proſecutionem, vt ſi fundator dixerit, quod præſentetur qui interſit diuinis vel tot miſſas celebret, nam eo caſu ſufficit quod præſentatus ſit ſacerdos habitu, licèt nõ actu, Abb. *in dict. cap. cum in cunctis* §. *inferiora* Pariſ. *conſ. 50. n. 12. & ſeq.* circa alias qualitates, nam vt benè in facto deducitur gratia in omnibus eſt verificata & quoad valorem beneficij obtenti cum ſufficiat talis qualis probatio, teſtes deponentes de auditu viſi fuerint Dominis ſufficientes.

Et idem videtur antea tenuiſſe eadem Rota in vna Toletana Cappellaniæ 14. Februarij 1583. coram Robuſterio, quæ ſic ait.

Fuit reſolutum quod ſententia de partibus eſt cõfirmanda, cum ſit iuſta, nam ex fundatione apparet quod conſanguineus, qui eſt præſentandus ſaltem debet eſſe in ætate legitima preſbyteratus, & ſic habilis habitu ad ſuſcipiendos infra annum ſacrum Ordinem

nem preſbyteratus, & clarè colligitur ex fundatione, & bene deducunt informantes, vnde cum Rodericus ſit conſanguineus, & preſbyter, Petrus verò non ſit in ætate legitima, vt poſſit ſuſcipere preſbyteratum infra annum præferendus & Rodericus, & habendus, ac ſi ipſe, & non Petrus haberet qualitates requiſitas vt per allegatos Caſſador. & Sarn. *in regul. de non tollend. n. 11.* in terminis noſtris. Non obſtant teſtes, quod intentio fundatoris erat vt Petrus haberet Cappellaniam, quia intelliguntur, quando haberet qualitates requiſitas, cum perueniſſet ad ætatem requiſitam, vt concordetur fundatio cum iſta voluntate, ne inducatur correctio. Non obſtat quod dicitur de diſpenſatione ordinarij, quia poſſet forſan intrare, vbi ordinarius poſſet diſpenſare, quod non intrat hic.

Nec hanc ſectando opinionem obſtant text. in cap. nos quidem ibi, & alibi placeat, quæ verba manifeſtè demonſtrant poſſe epiſcopum commutare in alium locum diuerſum opus à teſtatore iniunctum, & *in l. legatum ad fin. ff. de vſufruct. leg. ibi in quam rem conuerti debeat*, quorum diſpoſitio videtur canonizata per Rotam Romanam apud Mohedan. *in decis. 1. de iur. patron.* vbi fuit tentum epiſcopum, vel eius officialem poſſe ex cauſa erigere in titulum beneficij, & conferre vni clerico, licet teſtator leget bona, & mandet celebrari miſſas in cappella erecta.

Siquidem reſpondetur talium iurium diſpoſitionem hodie in caſu noſtro non poſſe applicari, tanquam correctam ex Concil. *d. cap. 5.*

Vel poſſumus dicere faciliimè iura hæc procedere vbi voluntas teſtatoris impleri nequit, vel de facto, vt *in d. cap. nos quidem vel de iure. vt in d. l. legatum, ibi non licet*, & ita effectu declarat Couar. *ibid. n. 7.* qui rectè aduertit data maxima difficultate circa adimplendam defuncti voluntatem, quæ non facilè moram patiatur licitè ab epiſcopo cõmutari argum. tex. quem poſt alios expendit *in l. fin. §. non facile ff. de oper. publ.* concurrente enim iuſta, & rationabili cauſa epiſcopus tamquam ſedis Apoſtolicæ delegatus vltimas defunctorũ voluntates commutare valet, vt diſponit Sacrum Concilium Tridentinum, *ſeſſ. 22. cap. 6. de reformat. & ſeſſ. 25. cap. 4.* Mandoſ. *de ſignat. gratia rubric. commutatio vltimæ voluntatis* Anton. *var. reſol. lib. 1. reſolut. vltim. caſu 40. in fin.* Beia *reſponſ. caſ. conſcient. part. 4. d. caſu 22.* vbi quod etiã epiſcopus poteſt ob cauſam, quæ ſuo iudicio videtur iuſta, legatum quodcunque pium ad certum vſum relictum in alium pium commutare, quamuis tale legatum de iure, & facto poſſit adimpleri ex Silueſtr. *in ſumma in verbo legatum il 4. quæſt. 12.*

Licet epiſcopus ſolus hanc commutationem facere prohibeatur abſque hæredis conſenſu, vt per Abb. *in d. cap. nos quidem* Vbal. *de Canon. epiſcop. cap. 7. princip.* qui ſi nollet conſentire, tunc poſſet tantum epiſcopus id agere Feli. *in d. cap. cum acceſſiſſent de conſtit.* quem ita intelligit Rocch. de Curt. *de iure patronatus in verbo pro eo*, & ſecundum Vbald. *loco cit.* requiritur pariter conſenſus eccleſiæ, cui legatur *l. legatum ff. de vſufruct. legat. l. legatum ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* & ſi nec eccleſia, nec hæres vellent conſentire, epiſcopus ſolus id exequetur ex Bar. *in d. l. legatum per textum in l. 1. C. de nupt.*

Et iuxta hanc ſententiam reſpondi requiſitus de voto à Reuerendo Priore Diuæ Mariæ Carmeli Terræ Campeleti Aprutinæ Prouinciæ die 14. Iunij 1624.

Io. Maria Nouarius I. C. Lucanus.

COLLECT. 2797.

Super l.Stichum §.fin.ff. de fideiuſſor.

¶ *Obligatione pœnali extincta an liberetur fideiuſſor.*

EXtincta pœnali obligatione liberatur fideiuſſor, nam fideiuſſoria obligatio regulatur à natura pœnalis obligationis, h.d. & ita tradit Griuell. *deciſ. Senatus Dolani 6.* vbi latè tractat ſi reus ante ſententiam moriatur, Num pœnalis ſententia ferri poſſit in hæredem, aut fideiuſſorem defuncti, firmans pariter *num. 2.* quod obligatio, quæ non tranſit in hæredem, non tranſit etiam in fideiuſſorem, & declarat illam regulam, quod actio pœnalis ſaltem quoad pœnam pecuniariam tranſit ad hæredem poſt litem cum defuncto conteſtatam, puta quando reus reſponderit, vel quotieſcunque eſſet effectus contumax, cum contumacia habeatur loco litis conteſtationis.

COLLECT. 2798.

Super l.edita C.de edendo.

¶ *Dictio*, prout, *cuius ſit naturæ.*

DIctionem (*prout*) eſſe relatiuam, & relationem ſignificare apparet ex iſto textu.

Ad cuius ornatum ſcire debes quod natura ſua ſtat reſtrictiuè & limitatiuè, vt *in l.ſi teſtamentum C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Gratian. *deciſ. Rotæ Marchiæ* 212. vbi etiã ait ſtare conditionaliter, prout quoque ſentit Rota Romana apud Farinac. *deciſ.* 243. *tom.1 part.2.*

Aliquando tamen ſtat cauſatiuè, & non conditionaliter præcipuè in priuilegiis, Seraphin. *deciſ.* 330. & exponitur pro, *quia*, Gratian. *deciſ.* 103. & tandem dictio, *prout hactenus*, ſtat conditionaliter, & non cauſatiuè, vt apud Seraph. *deciſ.* 454.

COLLECT. 2799.

Super l.bonæ, & ibi Gloſ. ff.de eo, quod certo loco.

¶ *Pactum de vendendo differt à venditione de præſenti.*

IN hoc textu firmat Gloſ. *in verbo conditurum* aliud eſſe pactum de vendendo, & aliud venditionem ipſam de præſenti; & ita Boer. *deciſ.3. verſic. quia aliud eſt promittere.* Gramat. *deciſ.* 103. *ibi quia aliud eſt vendere* latè Theſau. *deciſ.* 235. Hartaman. *lib.2. obſerua. in miſcellan. obſeru.2.* Faber. *deciſ.36. C. de fideiuſſor.*

Sed qualiter cognoſcatur hoc pactum. Nouiſſimè Berlicchius *deciſ.* 145. fuit in opinione id cognoſci, vbicunq; vnum ex requiſitis ſubſtantialibus ſatis perfectè explicatum non ſit, vel quid aliud in futurum differatur, & adhuc nouam, vel vlteriorem explicationem deſideret, firmans pariter principaliter pactum ſeu promiſſionem de vendendo ex certa cauſa initum cauſa initum cauſa initum cauſa ceſſante nõ debere ſeruari, quia promiſſionis cauſa ceſſante debet ceſſare promiſſio, cum ceſſante cauſa ceſſet effectus *l. adigere §. quamuis ff. de iur. patro.* Monach. *deciſ. Lucenſ.* 14. Seſſa *deciſ. Rot. Aragon.* 185. Rota apud Farinac. *deciſ.* 437. *tom.1. par.* 1. niſi tamen cauſa produxerit effectũ perfectum, & conſummatum, quia in tali caſu nullatenus ceſſabit cauſa, *l. fin. in princip. ff. vnde liberi l. ſancimus, C. de adminiſtr. tutor.* Valaſc. *deciſ.* 57. Gama *deciſ. Rot. Luſit.* 27. prout neque huiuſmodi regula locum ſibi vendicabit, quotieſcunque cauſa eſſet impulſiua Rot. apud Farinac. *deciſ.* 587. *tom.1. part.1.*

Et num pactum de vendendo ſit vltro, citroque obligatorium Boer. negatiuè firmat, cum ex eo ille cui facta eſt promiſſio de vendendo, etiam ſi partem pretij ſoluit non obligetur,

ſed

ſed pœnitere poſſit, & ille dumtaxat, qui eiuſmodi promiſſionem de vendendo fecit obligetur; quod tamen intelligas, niſi pactum illud ex certa cauſa, puta ob neceſſitatem æris alieni, qua promiſſor fuit obſtrictus, & ſe hoc pacto liberatum iri operauit fuit initũ, quia tunc, ſi promiſſor aliunde pecuniam corradere, & ſe liberare poteſt ex pacto ad vendendum minimè tenetur, ita Berlicchus *d. deciſ.* 143. vbi aſſignat rationem, quia huiuſmodi pactũ ex illa cauſa impulſiua, & finali, ſi ſcilicet præſuppoſitum verum ſit, vel quis, ex neceſſitate æris alieni domum vendere cogitur formatum, & ſic conditionatum eſſe videatur, & deficiente conditione, perinde eſt, ac ſi omninò nihil factum, aut promiſſum fuiſſet.

Et pactum de vendendo an in contractum venditionis perfectum de præſenti reſoluatur, ſi certum precium conſtitutum eſt pars precij ſoluta vel etiam traditio rei ſecuta? declarat idem Berlicchius *deciſ.* 145.

COLLECT. 2800.
Super l. diſpenſatorem ff. de ſolutionibus.

¶ *Approbari non poteſt id, quod ſemel impugnatum fuit.*

Colligitur ex iſto textu regula, quod approbare quis non poteſt quod ſemel impugnauit. Ad cuius ornatum tu addas quod actum impugnans, non poteſt illum approbare, neque ſe in illo fundare, vt voluit Rota Romana apud Farinac. *dec.* 656. *tom.* 2. *part.* 1. *& deciſ.* 596. *eod. tom.*

Sed num approbatione totius, quęlibet eius pars approbata cenſeatur? affirmat Monach. *deciſ. Rot. Bonon.* 55. & approbatum ſemel an poſſit amplius reprobari affirmant Antonin. Macer. *variar. reſol. lib.* 2. *reſol.* 30. & Monach. *deciſ. Rot. Bonon.* 34. per text. *in l. Pomponius ff. de negotijs geſtis*, quamuis contrarium percipiatur ex textu *in l. ſed & reprobari ff. de excuſ. tutor. & in l. vt gradatim* §. *reprobari ff. de munerib. & honorib.* verum hoc intelligas in principe, illud autem in priuatis, ſicque in quadam cauſa vertente in Curia Archiepiſcopali huius inclitæ Ciuitatis Neapolis in anno 1616. de menſe Februarij iſtos concordabam text. dum pro, & contra per partes allegarentur.

COLLECT. 2801.
Super §. pœn. inſtit. per quas perſonas nobis acquiratur.

¶ *Dominij acquiſitio an fiat per procuratorem, & qualiter probetur?*

Dominium acquiri poteſt per procuratorem abſenti, h. d. & ita poſt alios, quos allegat fundat Theſau. *deciſ. Rot. Pedem.* 70. & nouiſſimè declarauit Rota Romana in vna Romana cenſus lunæ 22. Junij 1609. coram R. P. D. Coccino hodie Decano vt conſtat apud eundem *in deciſ.* 481. vbi principaliter fuit reſolutum Dominiũ officij non acquiri illi, cui fit à Principe conceſſio, ſed illi, cui reſeruatur facultas percipiendi fructus, & diſpoſitio, quod per prius reſoluit eadem Rota alia Romana Montium 5. Nouembris 1576. coram ſanctæ memoriæ Clemente octauo & alias ſæpius.

Sed num dominium penes duos eſſe poſſit? minimè poſſe eſſe in ſolidum reſoluendum eſt, ad textum *in l. ſi vt certo* §. *ſi duobus vehiculum ff. commod.* & voluit Rota in cauſa Romana officij 30. Januarij 1609. coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Lancellotto tunc temporis Rotæ Auditore.

Et an dominium probetur inſtru-

Digitized by Google

mento emptionis concurrentibus adminiculis? Coccin. *deciſ. Rot. Rom.* 41. vbi tamen qnod regulariter non probatur, & dominium an ſine traditione acquiratur? negatiuè idem *deciſ.* 240. & *deciſ.* 49. vbi quoque tradit momentaneam ſolutionem nō transferre dominium, niſi commodum obueniat ſoluenti, & quod non transferr dominium, ſi reſtitutio pecuniarum ſit conuentionalis, ſecus ſi liberalis, etiā quod commodum non obueniat ſoluenti, aliaque cumulat in tali materia, quæ per te videre poteris.

Et dominium in rei vendicatione an debeat concludenter probari? affirmat Verall. *deciſ.* 280. *part.* 1. per text. *in l. in rem, & l. officium ff. de rei vendic.* & ita voluit nouiſſimè Rota in Peruſina, ſeu Tudertina bonorum Mercurij 5. Junij 1602. coram R.P.D. Coccino, vt apud eundem *in deciſ.* 69. vbi firmat, quod qui agit rei vendicatione debet concludenter probare dominium, itaut in ſupplementum non admittatur iuramentum, quod dicit fuiſſe latè deductum per eandem Rotam in cauſa Romana domus 19. Junij 1589. coram R.P.D. Orano in tantum, quod concludit imperfectas probationes adduci non debere, quia nullatenus ſuffragantur.

COLLECT. 2802.

Super l. quod verò ff. de legibus.

¶ *Argumentum à maioritate rationis, vel paritate an ſit validum in priuilegijs.*

PErcipiunt ex iſto tex. doctores argumentum à maioritate vel paritate rationis validum non eſſe in priuilegiis, quod etiam probatur *in cap. porrò de priuileg. & in cap. quæ à iure de regul. iur. in 6.* & in æquiparatis quoque procedere firmat Nouarius *forenſ. quæſt.* 45. *lib.* 1.

Amplia idem procedere in ſtatutis, in quibus ex identitate rationis procedendum non eſt, quando ratio non eſt expreſſa Monachus *deciſ. Rotæ Lucenſ.* 66. maximè quando ſtatuta eſſent pœnalia ex regula quod pœnalia non debent extendi, ſed ſunt reſtringenda, & in proprio caſu, prout loquuntur accipiuntur, ex *l. factum cuique §. in pœnalibus ff. de reg. iur. cap. in pœnis eod. tit. in* 6. etiam ſi extenſio fiat ex ſimilitudine rationis.

Declara tamen, quod regulariter argumentum à maioritate, vel paritate rationis validum eſt, etiam in correctoriis ad declarandum dubium, non autem ad extendendam diſpoſitionem Monach. *deciſ. Rot. Lucenſ.* 64.

Benè verum argumentum de maiori ad minus validum eſt *l. in ſuis ff. de liber. & poſth. auth. multo magis, C. de ſacroſanct. eccleſ.* Nouarius *forenſ. quæſt.* 54. *lib.* 1. & validum eſt in ſtatutis, & etiam in correctoriis, quando verba poſſunt trahi ad caſum, in quo concludit maioritas, vel paritas rationis idem Monachus *deciſ. Lucenſ.* 64. quamuis illud non habeat locum in diſpenſationibus, Surd. *deciſ.* 268. Nouarius *forenſ. quæſt.* 85. *lib.* 1. *in fin.* vbi quod diſpenſatio eſt ſtrictè interpretanda tanquam odioſa, ad text. *in cap.* 1. *&* 2. *de filijs preſbyterorum*, cum diſpenſatio vocetur vulnus iuris.

COLLECT. 2803.

Super l. ſi ex toto ff. de leg. 1.

¶ *Argumentum, & diminutio pari paſſu ambulant.*

REgula, ſiue iuris concluſio illa, quod augmentum, & diminutio pari paſſu ambulant hic probatur, de qua

qua ex deciſionariis videas Gratianum *Rot. Marchiæ deciſ.* 85.

Et nota, quod ad augmentum inducta non debent operari diminutionem *l. ſi à milite* §. 1. *ff. de milit. teſtam. l. ſi Ruſinus C. eod. tit.* Surd. *deciſ. Rot. Mantuæ* 195. *& deciſ.* 138. Monach. *deciſ. Rot. Bononiæ* 40. *punct.* 3.

Nec non augmentum debet eſſe eiuſdem qualitatis, & conditionis, cum ſuo principali, cui accedit, *l. etiam C. de iure dotium l. inter ſocerum ff. de pactis* Seſſa *in deciſ. Rot. Aragon.* 124. & beneficiũ conceſſum principali trahitur ad augmentum, & augmentum fit cum omnibus ſuis qualitatibus, *l. item quæritur* §. *qui impleto ff. locati l. Labeo ff. de arbitr.* prout poſſeſſione capta de principali trahitur ad omnia acceſſoria, & ſub eodem titulo, & vniuerſitate cauſæ comprehenſa, vt voluit Rota in Burgen. vnionis de elines lunę 2. Aprilis 1611. coram Ludouiſio, deinde Gregorio XV. vt conſtat *in eius deciſ.* 557. vbi quod poſſeſſio generalis à titulo vniuerſali cauſata comprehendit omnia ſub dicta vniuerſalitate, & genere cõtenta, & poſſeſſione capta quoad caput trahitur ad omnia membra, vt in terminis eccleſiæ vnitæ dixit Rota in vna Barchinonen. vnioni Sancti Pauli 18. Martij 1580. coram R.P.D. Orolen. & in Portalagren. vnionis 17. Februarij 1595. coram R.P.D. Iuſto, in tantum quod à poſſeſſione eccleſiæ infertur ad poſſeſſionem omnium, & ſingulorum ad ipſam ſpectantium, & poſſeſſio conferendi reſpectu quorundam beneficiorum extenditur ad reliqua beneficiã, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, vt videre eſt apud Cardinalem Manticam *deciſ. Rot.* 320.

COLLECT. 1804.

Super Doctrina Imolæ in ca. cum noſtris extra de conceſſion. præb.

§ *Titulus coloratus quis dicatur, & qui titulum coloratum habeat?*

Titulum coloratum illum appellari, quem quis obtinuit ab eo, qui conferendi habuit poteſtatem h.d. & ita pluries declarauit Rota Romana, & nouiter ſequitur Franciſcus Stephanus *in deciſ. Aquenſ.* 78. vbi aliqua cumulat de pacificis poſſeſſoribus ad ornatum regulæ Cancellariæ, quæ pacificum poſſeſſorem triennalem aduerſus quencunque tuetur.

Et quod coloratum titulum habere quis dicatur eo ipſo quod reperitur in poſſeſſione authoritate ſuperioris, voluit Rota *deciſ. 16. de reſtit. ſpolia.* quinimo prouiſio Apoſtolica etiam nulla tribuit titulum coloratum Rota *deciſ.* 517. *part. 2. in recentior. & deciſ.* 542. *ead. part.* vbi dicitur quod pro colore tituli ſufficit ad effectum ſpolij prouiſio obtenta ab habente facultatem conferendi, licèt nulla, & ſubreptitia, & quæ alias non ſufficeret ad effectum regulę Triennalis; quare ſic intelligas deciſionem eiuſdem Rotæ, de qua apud Seraph. *deciſ.* 457. dum dicit, quod gratia nulla non tribuit titulum coloratum, ſcilicet cum effectu regulæ non ſpolij.

Et nota quod in materia ſpolij requiritur minor color, quam ad effectum regulæ de triennali Achil. de Graſſis *deciſ. 8. ſuper reg. de Triennali.*

Item aduerte, quod ad diſcolorandum titulum in materia ſpolij non ſufficit quilibet defectus, ſed debet eſſe patens, & manifeſtus, vt fuit dictum in Calaguritana beneficij de Ormilia 11. Januarij 1608. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato, vnde ſola poſſibilitas ſufficit ad tollendam tituli diſcolorationem, vt dixit Rot. *deciſ.* 741. *part. 2. in recentioribus.*

Bene verum vbicunque euidenter,

Digitized by Google

& notoriè conſtat de infectione tituli, in tali caſu ille titulus nullum tribuit colorem, quia dicitur emanaſſe de facto, & non de iure, prout ita in cauſa mihi delegata determinaui in anno 1625.

Sed num priuilegium reuocatum dicatur tribuere titulum coloratum? affirmat Achil. de Graſſis *deciſ.* 4. *de reſtit. ſpoliat.* Rot. *deciſ.* 583. *part.* 1. *in recentioribus*, quod tamen dicas verum, quoties quis probabiliter ignorabat priuilegij reuocationem, vt apud Cardinalem Manticam *in deciſ.* 118.

COLLECT. 2805.

Super l. quamuis §. ſi conductor ff. de acquir. poſſeſſ.

¶ *Poſſeſſio inſtrumentalis, an ſit manutenibilis, & quomodo probetur?*

NOtant hic Doctores, quod inſtrumentalis poſſeſſio non eſt manu tenibilis exiſtente alio in poſſeſſione, & ita Puteus *deciſ.* 372. *lib.* 2. & Rota in Calinien. hoſpitalis lunæ 3. menſis Julij 1600. coram Ludouiſio vt apud eum *deciſ.* 6.

Sed num iſta poſſeſſio probetur locatione? negatiuè Rota *deciſ.* 1. *de fide inſtrument. in antiq.* quamuis inter locatorem, & conductorem locatio probaret locatoris poſſeſſionem, Rot. *diuerſ. deciſ.* 766. *part.* 2. quod procedit, etiam non probata effectuatione locationis, vt fuit dictum in Mediolanen. decimarum 9. Junij 1610. coram R.P.D. Pirouano vt apparet poſt conſil Farin. *dec.* 291. *lib.* 2. & alias in Romana damnorum 10. Nouembris 1617. coram R.P.D. Buratto.

Et an locatio probet poſſeſſionem contra tertium quando concurrunt ſolutiones affictuum? affirmatiuam ſectata eſt opinionem Rota in Romana de Jacomellis 29. Januarij 1609. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Sacrato, & in Lucerina beneficij 6. Februarij 1609. coram R. P.D. Caualerio.

Sed in hoc aduertas quod ad euitandas fraudes, quæ fortaſſe fieri poſſent, cum de facili inter duos extraneos fingi poſſet inſtrumentum locationis, nec non ſubſecutæ ſolutiones in præiudicium veri domini, & poſſeſſoris, dicas prefatam concluſionem ſic de plano non procedere, ſed illam nõ habere locum in præiudicium alterius, de cuius vera poſſeſſione conſtat, Rot. *deciſ.* 62. *inter impreſſas in nouiſſimo tractatu de Saluiano.*

COLLECT. 2806.

Super l. mutuis ff. pro ſocio.

¶ *Contraria ſimul eſſe an poſſint?*

PRobatur per iſtum textum concluſio illa, quod contraria ſimul eſſe non poſſunt, quod pariter probatur *in l.* 1. *ff. de furtis* & ita ex deciſionariis nouiſſimè, Monach. *in deciſ. Lucenſ.* 25. ideò ad poſitionem vnius ſequitur remotio alterius, *l. ſi inter ff. de except. rei iudic.* & ſe inuicem elidunt & mutuò ſe expellunt, & vno poſito remouetur aliud Surd. *deciſ. Rot. Mantua* 24. *& deciſ.* 92.

Nec num contraria neque poſſunt eſſe ſub eodem ſubiecto, Rubin. *deciſ.* 14. vbi aſſerit procedere ſimul, & eodem tempore, ac eodem ſubiecto, vel ſecundum logicos in habitibus moralibus, ſecus autem in ſpeculatiuis, vel in concreto, & in realibus, aliter autẽ in abſtracto, & in imaginatione, firmans pariter quod contraria duo poſſunt procedere diuerſis reſpectibus, & quod ſi contraria plura incompatibilia

ſibilia concurrant præualent vltima.

Sed quæro num contraria alleg:ans ſit audiendu? negatiuè Cabedus deciſ. *Rot. Luſitanæ* 34. *part* 1. Gratian. *deciſ. Rotæ Marchiæ* 54. Monach. *deciſ. Bonon.* 34. per text. *in l.* 1. C. *de furtis in l. tranſactione C. de tranſact. & l. Titia ff. de condit. & demonſtr.* quam ſanè regulam declara non procedere, & locum non habere, quotieſcunque quis vult contra plures perſonas experiri.

Et an contrariorum eadem ſit diſciplina? affirmant Seſſ. *deciſ. Rot. Aragoniæ* 32. & Antonin. Macer. *var. reſolut. lib.* 1. *reſolut. fin. caſu* 51. per textum *in l.* 1. *ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. in fundo ff. de rei vendic. & l.* 1. §. *ſi quis vltro ff. de quæſt.* cum aliis iuribus, de quibus latius apud DD. qui hoc axioma declarant, qui cum non ſint deciſionarij hic eos allegare non curo.

COLLECT. 2807.

Super Doctrina Iaſ. in l. vt liberis C. de collationibus.

Expenſæ & donationes an & quando veniant in collatione?

FIrmat hic Iaſon. *num.* 6. quod expenſæ, & aliæ donationes tunc demum conferuntur, ſi tractatur de hæreditate illius, à quo prouenerunt. Et ita tradit Theſaur. *deciſ. Rot. Pedem.* 46. & nouiſſimè ſequitur Berlicchius *deciſ.* 8. vbi principaliter tractat articulum, Num, ſi mater poſt mortem mariti cũ filiis in communione bonorum permaneat, & vni ex illis ſumptus nuptiarum ſuppeditat, an hi ſumptus poſtea in diuiſione ſint conferendi, vel reliqui fratres tantundem detrahere poſſint? & pro negatiua parte deciſum refert per textum, *in l. ſi ſerui communis* §. *idem iuris ff. de donat. inter vir. & uxor.* vbi tres erant fratres, qui bona paterna indiuiſa retinuerunt, & ibi dicitur, ſi vnus ex fratribus rem communem vxori reliquis ſcientibus, & tacitè vel expreſſè conſentientibus donauit, quod tunc quoad illos fratres ſcientes, & conſentientes donatio valeat, nec frater donatas res conferre tenetur, nec poſſint reliqui fratres tantumdem ex bonis illis communibus deducere, & meritò quidem, quoniam reliqui fratres præſumuntur ratione affinitatis donare, & ſi hoc procedit ratione affinitatis, eò magis procedet ratione fraternitatis.

Et an mater vni ex filiis ex communibus bonis ſumptus ſtudiorum ſuppeditare poſſit, ita quod filius illos nõ teneatur conferre? idem Berlicchius d. *deciſ.* 8. affirmatiuam ſequitur opinionem, & ita deciſum refert Thoming. *deciſ. Rot. Lypſenſ.* 32. Hartaman. *quæſt.* 19. *lib.* 1. vbi limitationes cumulat, quas per te apud eum videre poteris.

COLLECT. 2808.

Super §. pro hærede inſtit. de hæred. qualit. & different.

¶ Aditio hæreditatis ex quibus probetur.

HÆreditatis aditio probatur ex locatione rei hæreditariæ, h. d. & ita benè voluit Rot. *deciſ.* 495. *part.* 1. *in recentior & deciſ.* 638. *part.* 2. pariter in recentioribus, & nouiſſimè in vna Romana cenſus de cardutiis Veneris 27. menſis Octobris 1600. coram Ludouiſio deinde Gregorio XV. vt apud eundem *deciſ.* 7. vbi etiam quod hæreditatis aditio inducitur ex poſſeſſione rei hæreditariæ, vltra portionem ſibi prius competentem.

Hinc euenit, quod licet frater poſt mortem fratris poſſidendo rem per prius communem non dicatur hæ-

ditatem patris adire, tamen ſi ea vtitur vti dominus totius, tunc benè reſultat aditio Rota *deciſ. 636. part. 2. in recent.* vbi etiam dicitur non poſſe poſſeſſionem corporum hereditariorum referri ad titulum fideicommiſſi, quando poſſidetur etiam legitima, cum legitima non cenſeatur comprehenſa in fideicommiſſo.

Item nec ad excludendam aditionem poteſt referri poſſeſſio ad titulum fideicommiſſi, cum fideicommiſſarius non potuerit propria authoritate capere poſſeſſionem, ſed debeat capere de manu hæredis, vel de manu iudicis, ideo poſſeſſio eſt vitioſa, vt voluit Rota in Anagnina legati 16. Junij 1600. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Mellino.

Sed quæro num in dubio locatio præſumatur facta tanquam ab hærede, & domino, vel vti creditore? quod ſit facta tanquam ab hærede, ſcribit Puteus *deciſ.* 447. *lib.* 1. & voluit Rota in vna Romana Caſalis 18. Junij 1595. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Mellino.

Et num hæreditatis aditio probetur ex actibus, qui eam præſomptiuè inferunt? affirmat Ludouiſ. *d. deciſ.* 7. firmans hæreditatis aditionem probari non ſolum ex actibus, qui neceſſario eam inferunt, ſed etiam ex illis, qui veriſimiliter, & præſumptiue illam inferunt aſſerens quoque hæreditatis ab inteſtato delatæ aditionem facilius admitti.

COLLECT. 2809.

Super l. de qua re ff. de re iudicata.

Sententia an reguletur iuxta probationes?

PErcipitur ex iſto text. concluſio illa, vt ſententia reguletur ſecundum probationes. Amplia quod declaratur, & ſuppletur ex deductis, & actis probatoriis, Berlicchius *deciſ.* 87. vbi principaliter tractat articulum an, & quando ſententia in punctis incidentibus, & obiter deductis, & agitatis pariat exceptionem rei iudicatæ? & deciſum refert negatiuè ſcilicet, quod ſi aliquid in primo iudicio incidenter, & narratiuè tantum eſt tractatum, & ventilatum, quod exceptio rei iudicatæ non obſtet, quominus actor illud principaliter in alio ſecundo iudicio deducere poſſit, firmans, quod licèt quandoque ex articulis, & incidenter deductis poſſet ſequi ſententia, hoc tamen dicit verum, ſi articuli locum petitionis, & libelli habeant, vt in his in quibus proceditur ſummariè ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſecus ſi ſemel ſolemnis libellus fuerit oblatus, quoniam poſitiones, & articuli debent formari de corpore petitionis, & concluſionis libelli, ita quod ſi aliquid in libello, & petitione non reperiatur comprehenſum certè ſuper illo articulo ſententia firmari nequibit, cum ſententia debeat eſſe cōformis libello *l. vt fundus ff. commun. diuid.* Balbus *deciſ.* 289. Boer. *deciſ.* 42. Barzius *deciſ. Rotæ Bononiæ* 33. vnde fatuus dicitur ille iudex, qui vltra petita condemnat, vt voluit Rota in vna Turdertina damni dati Lunæ 31. Maij 1604. coram Illuſtriſſ. Cardinali Ludouiſio, vt apud eum *deciſ.* 176. & ideò non ſine ratione iudicauimus in Curia Archiepiſcopali ſententiam eſſe proferendam iuxta petitionem factam in libello, licèt narrata in articulis repugnent, vt *in deciſ. noſtra* 5 *part.* 1.

Quamuis circa hanc cōcluſionē velim aduertas, quod quādo cauſa ſummariè eſt cōmiſſa, in tali caſu nō attenditur id, quod petiit actor, ſed quid cum effectu appareat illi deberi, vt declara-

clarauit Rota in Romana donationis de menſe Julij de anno 1574. & in vna Peruſina Fractæ veneris. 1. Martij 1577. coram Cantuccio Surdus *deciſ. Rot. Mantua* 284. Verall. *dec.* 126. *part.* 3. Rota *deciſ.* 611. *part.* 1. *in recentioribus*, & propterea inter mercatores, inter quos proceditur ex æquo, & bono, & ſummariè non attenditur quid fuerit petitum, ſed quod probatum fuit, vt tenuit Rota in Anconitana pecuniaria 13. Februarij 1609. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Sacrato, & apparet ex deciſ. 268. poſt ſecundum librum conſiliorum Farinacij.

COLLECT. 2810.

Super l. fin. C. de his qui latron.

¶ *Innocens pati non debet reſpectu nocentis.*

Elicitur concluſio ex iſto textu cauendum eſſe, ne reſpectu nocentis innocens patiatur; quod quidem iuris axioma probatur pariter *in l. prægnantis ff. de pœnis.* Vnde infertur quod abſoluere nocentem ſanctius eſt, quã innocentem condemnare *l. abſentem ff. de pœnis* Rubin. *dec.* 116. vbi aſſerit quoque quod in dubio iudex debet potius abſoluere, quam condemnare ex *l. Arrianis ff. de act. & obligat.* Menoch. *deciſ. Florent.* 36. & hoc fauore reorum, in cuius beneficium capienda eſt illa cõiectura, quæ delictum, & qualitatem aggrauantem excludat, cum dubia in meliorem, & æquiorem partem ſint interpretanda *l. cum creditor ff. de furtis*, & in dubio tutior pars eligatur *l. ſi fuerit* §. *fin ff. de reb. dub.* & æqua rigori debeant præferri, vt ex multis iuribus nouiſſimè notat Monach. *deciſ. Bononienſ.* 19. & iterum *deciſion. Rot. Florent.* 70.

Sed num abſolutus expreſsè dicatur, qui non eſt condemnatus? affirmat Rubin. *deciſ.* 156. vbi etiam firmat illam concluſionem, quod abſoluere qui poteſt, condemnare etiam poteſt, & è contra, quod qui condemnare non poteſt, neque etiam abſoluere valet, ex vulgata regul. text, de qua *in l. nemo qui condemnare ff. de reg. iur.*

COLLECT. 2811.

Super Doctrina Innocentij in cap. mandatum ſub num. 5. de reſcript.

¶ *Capitulum an impediat executionem literarum Apoſtolicarum?*

Aſſerit hic Innocentius *ſub nu.* 5. capitulum non dici legitimum contradictorem ad impediendam executionem literarum Apoſtolicarum, & ita Ludouiſius *deciſ. Rota* 221. vbi quod capitulum non dicitur legitimus contradictor, & ſi ſe opponat executioni, tenetur prouiſo ad intereſſe, niſi ſubſit iuſta cauſa ex Tano *deciſ.* 59. iuxta cuius ſententiam teſtatur tenuiſſe Rotam in vna Oſcen Canonicatus, & præbendæ 4. Martij 1601. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto tunc Rotæ auditore.

Et capitulum non eſſe legitimum contradictorem ad impediendam immiſſionem prouiſo Apoſtolico, tenuit quoque Rota in Pacen. paritatis 11. Decembris 1619. coram R.P.D. Manzanedo, in Tiburtina Archidiaconatus 15. Januarij 1618. coram R.P.D. Cauallerio in Oriolen canonicatus 24. Januarij 1618. coram R.P.D. Remboldo, & in Ratiſbonen. Canonicatus 23. Martij 1618. coram R.P.D. Pirouanc, quamuis prius in eadem 23. Junij 1617. fuerit dictum, quod capitulum erat legitimus contradictor reſpectu qualitatum, & habilitatum requiſitarum in canonicis.

Declara tamen excuſari capitulum, ſi ſe opponeret ex iuſta cauſa, vt latè deduxit eadem Romana Rota in Segunt. Archidiaconatus, & Canonicatus 21 Martij 1601. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, tunc temporis Rotæ auditore.

COLLECT. 2812.

Super Doctrina Jaſonis in l. eum qui §. in popularibus ff. de iur. iurand.

¶ *Probatio per inſpectionem oculorum nunquam videtur excluſa.*

AFfirmat hic Iaſon. *num. 6. & 7.* quod probatio per inſpectionē oculorum nunquam videtur excluſa, & ita Afflict. *deciſ.* 217. quamuis regulariter publicatis, ſeu editis atteſtationibus teſtium productio reprobetur à iure *cap. ex tenore, & c. veniens de teſtibus clement. 2. eod. tit.* Marta *deciſ.* 145.

Bene verum declara hanc regulam, quando inſtrumentum facta atteſtationum publicatione teſtibus eſſet probandum, Surd. *deciſ.* 153.

Prout neque procedit, quando ad ſuorum teſtium dicta ſuſtinenda, & confirmanda teſtes alios producere vellent aduerſus teſtium reprobatoriorum dicta, quibus probatoriorum atteſtationes euacuarent Afflict. *deciſ.* 216. Surd. *deciſ.* 153. & nos quandoque iudicauimus in Curia Archiepiſcopali.

Sicque pariter, quando ex officio publicatis atteſtationibus adhuc teſtes examinare iudex vellet, nam hoc ſibi permiſſum erit, Viuius *deciſ.* 525. & ita etiam dicitur vbicunque eſſent declaranda dicta teſtium obſcura, vel ſi fuiſſent malè interrogati Faber *deciſ. 2. &* 47. *de teſtibus* Surdus *deciſ.* 126. Sicque pariter procedit ad repellendam infamiam Surd. *deciſ.* 59. & procedit etiam in nonnullis alijs caſibus, de quibus diximus in aliis collectaneis.

COLLECT. 2813.

Super Gloſ. in l. qui interrogatur ff. de interrogat. act.

¶ *In hæreditatis petitione actor interrogare debet an reus ſit hæres?*

ACtor agens petitione hæreditatis, vel alia petit conuentum cogi ad declarandum, & an ſit hæres, & pro qua parte, & tenetur reſpondere, & declarare, h. d. & ita Cappella Tholoſana, & Aufrer. *deciſ.* 19.

Quæ quidem interrogationes in limine iudicij fiunt, etiam inſimul cum libello, dum ſit ante litem conteſtatā, & poſt litem conteſtatam non licere ad inſtantiam partis huiuſmodi interrogationes fieri, niſi ex officio iudicis, affirmat Franciſcus Marc. *deciſ.* 60. *vol.* 1. Franc. *dec.* 263. idem Franciſcus Marc. *deciſ.* 232.

Declara autem debere fieri interrogationem, ſiue reſpōſionem ad ipſam interrogationem, ita vt interrogationi reſponſio conueniat. Rubin. *deciſ.* 113. vbi quod ſi interrogaretur, an ſit hæres Titij, & reſpondeat ſe hæredem mediante perſona Caij non ſufficit, ſed debet reſpondere, quoad perſonam Titij.

Si verò diceret, vel reſponderet dubito, vel ignoro tunc ſi interrogatio eſſet de facto proprio, reſponſio reiiceretur, & non valeret, niſi eſſet factum antiquum; ſi verò eſſet factum alienum, & reſponderet ipſum ignorare, vel dubitare, tunc dabitur tempus congruum ad deliberandum Cappella Tholoſan. *deciſ.* 21. cogi enim poteſt Reus clarè reſpondere *l. certum ff. de confeſſis*: Hinc ei, qui tentat rei

vendi-

Digitized by Google

vendicationem, tenetur reus declarare an poſſideat? & ſi reſpondendo negauerit, & conuincatur ipſum poſſidere, aufertur illi res, de qua agitur, conſignatur actori, Afflict. *deciſ.* 18. vbi apparet Sacrum Conſilium per mendacium conuenti tradidiſſe poſſeſſionem actori, Ludouic. *deciſion. Lucenſ.* 50.

Procedit tamen iſtud ante conteſtatam litem, vt dictum eſt, quia poſt illam, ſi actor petat, vt Reus declaret ſi tenet, & poſſidet, ad id cogi minimè poterit Cappella Tholoſana *deciſ.* 167.

Amplia, vt etiam, ſi fuerit Ruſticus, qui in reſponſione negauerit fueritque conuictus, nihilominus ruſticitas eum non excuſabit, ſed condemnabitur, Surd. *deciſ.* 237.

Declara tamen hanc materiam, vt ſi is qui interrogatur an ſit alicuius hæres eſſet intra tempus conficiendi inuentarium, tunc pendente dicto tempore, ac iure deliberandi non poſſet nec cōueniri, nec cogi ad reſpondendum interrogationi Boer. *deciſ.* 10. Caualcan. *deciſ.* 7. *part.* 1.

Declara etiam quod ſupra dictum fuit, vt licet detur res ipſius conuenti actori, ob dictum mendacium non tamen illi cenſetur data proprietas, aut dominium, ſed ſolum poſſeſſio, per quam Reus ſit actor, nec poterit agere, niſi ſuper proprietate poſſidente interim actore Aufier. *deciſ.* 167.

Sed quæro ad quem finem fiant interrogatoria ſuper partium interrogatoriis, Vide Gail. *obſeruat.* 95. *lib.* 1. & nota illa fieri ad eruendam veritatem, vel falſitatem ex ore teſtium, & ideo in his caſibus interrogantur de loco, tempore, auditu, viſu, ſcientia, credulitate, & fama, ac alia certitudinis cauſa interrogatoria fiunt, num ſint nobiles, ac ruſtici, plebei, an diuites, vel pauperes, ſi ſint amici partis, domeſtici, vel familiares, & aliis ſimilibus iuxta diuerſarum cauſarum qualitatem, ad text. *in cap. in primis* 2. *quæſt.* 1. *cap. vbi teſtium* 4. *quæſt.* 3. & ideo ſuper interrogatoriis teſtes diligenter interrogandos eſſe aduertit Theſaurus *deciſ.* 261. vbi alia cumulat, & poſt eum Raudenſ. *deciſ. Piſan.* 5.

Et num pars neceſſitetur ad interrogatoriorum productionem? dicas negatiuè, ſed illorum exhibitionem eſſe voluntariam, Gail. *obſeruat.* 95. *lib.* 1. vbi pariter firmat copiam interrogatoriorum non concedi parti, de quo etiam Hattaman. *libr.* 1. *de interrogat. cap.* 1.

COLLECT. 2814.

Super cap. paruuli vbi Gloſ. in verbo cauſa 22. quæſt. 5.

Periurus an, & quando in iudicio ſit audiendus.

PEriurum non eſſe in iudicio audiendum firmatur hic, & ita Rot. *deciſ.* 5. *part.* 2. *in recent. & dec.* 701. *p.* 1.

Declara tamen hac regulam procedere, quotieſcunque pars iſtam exceptionem opponeret, aliàs proceſſus tenet, vt voluit eadem Rota in Hiſpalen. Coadiutoriæ 13. Martij 1615. coram R. P. D. Vbaldo, vbi vlterius fuit dictum oppoſitionem factam in partibus non ſufficere, niſi etiam fuerit oppoſitum in curia ſub termino citationis ad dicendum contra.

Declara etiam habere locum vbi de ſola manutentione poſſeſſionis agitur, vt fuit reſolutum in vna Placentina Caſtri 4. Julij 1601. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Mellino. & aliàs fuit dictū in Caſertana beneficij 17. Junij 1605. coram R. P. D. Marcomontio Ludouiſius.

*deciſ.*64. vbi idem procedere aſſerit in exceptione excommunicationis, & ita ait tenuiſſe Rotam in Valent. poſſeſſionis 31. Januarij coram R.P.D. Litta, & in Valentina penſionis 31. Januarij 1600. coram R.P.D. Mantinedo Rot. *deciſ.*275. *inter impreſ. penes Farinac. poſt* 2. *libr. conſ. & deciſ.*614. *part.* 2. *in recent.* & fuit dictum in Conchen. Archipreſbyteratus 19. Nouembris 1605. coram R.P.D. Penia.

COLLECT. 2815.

Super l. ſi ſe non obtulit §. condemnatum, & ibi DD. ff. ſi cert. petatur.

¶ *Sententia notoriè iniuſta nulla eſt.*

COmmuniter Doctores in hoc text. firmant, quod notoriè ſententia iniuſta nulla eſt, & ab ea appellatur, & ita ex deciſionariis tradunt Caualc. *deciſ. Rota Fiuizanenſ.* 10. *vol.*1. Mohedan. *deciſ.*11. *de re iudic. & deciſ.* 3. *de teſtib.* Puteus *deciſ.*401. *lib.*1. Myſing. *obſeruat.*72. *lib.*3. *ſiue centuria* 3. Giurba *deciſ.*69. nouiſſimè Rota Romana *dec.* 385. *part.*1. *tom.*1.

Declara tamen magis communem opinionem eſſe, quod quanquam notoria ſententiæ iniuſtitia pateat ex actis, aſſimilatur nullitati, ſed non propriè eſt nullitas Afflict. *deciſ.*28. Rota nouiſſimè apud Farinac. *deciſ.*178. *tom.* 1. *part.*2. Idcirco ab ea appellari alias ei ſtaretur, ſi non appellaretur, vt prædicti deciſionarij ſcribunt. ita Faber. *deci.* 14. *tit.*19. *lib.*7.

Nota autem, quod iniquitas ſententiæ, quæ apparet ex actis, & allegationibus falſis dicitur notoria, & inducit nullitatem ipſo iure, Rot. *in antiq. deciſ.*347. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 67. Rota nouiſſima apud Farinac. *deciſ.* 504. *part.* 2. *tom.* 1. *& deciſ.* 29. *part.* 2. *tom.*1.

Declara tamen id procedere, quotieſcunque ſententia expreſſe referret ad acta, & falſa cauſa diſpoſitiuè ſe ad illam referret, eadem Rot. *deciſ.* 178. *part.*2. *tom.*1.

COLLECT. 2816.

Super Doctrina Bartoli in l. ſi pecuniam ff. locati.

¶ *In contractibus nominatis an liceat ab eis recedere ob non implementum alterius partis?*

DIcit Bartolus hic *num.* 17. quod in contractibus nominatis non licet recedere ob non implementum alterius partis, ſed agi debet ad implementum, vel intereſſe, & ita Afflict. *deciſ.*180. voluitque Rota in Romana caſalis aquæ frigidæ 17. Junij 1575. coram R.P.D. Cocta, in Vrbeuetan. Caſtrorum 29. Januarij 1534. coram tunc Sanctiſſimo, & in terminis locationis voluit latè in vna Bononien. damnorum, & intereſſe coram R.P. D. Cantuccio, & in alia Imolen. locationis 8. Junij 1592. coram R.P.D. Orano.

Bene verum aduertas quod in Curia Archiepiſcopali aliquando fuit dictum, quòd licet in contractibus nominatis non poſſit recedi ſub prætextu non implementi, agendo tamen recedi poteſt per viam exceptionis.

Et ad materiam nouiſſimè videas Ludouiſium *deciſ. Rota* 130. vbi pariter firmat, quod non licet in contractu locationis recedere ob nō implementum alterius partis, cum ſit contractus nominatus, à quo non poteſt recedi, niſi implementum reſpiciat cauſam finalem, & ita coram ipſo determinatum per Rotam cenſet in vna Imolen. Molendini Lunæ 10. Nouembris 1600.

Sed

Digitized by Google

Sed ad effectum, de quo in hac deciſione quæro quænam poſſit appellari cauſa finalis, & eadem Rota in Romana penſionis domus 16. Nouembr. 1611. coram R. P. D. Pirouano, declarauit cauſam finalem in hoc caſu cenſeri illam, ſine qua quis contracturus minimè fuiſſet.

COLLECT. 2817.

Super Doctrina Decij in cap. cum cauſam de probationibus.

¶ *Liber mercatoris an probet contra tertium?*

FIrmat hic Dec. concluſionem quod liber mercatoris nec plenè, nec ſemiplenè probat contra tertium abſentem, & vide Cardinalem Seraph. *deciſ. Rot. Rom.* & Card. Mant. *deciſ. eiuſdem Rota 216.*

Et ratio eſt, nam res inter alios acta tunc ſemiplenam inducit probationē, quando illa res de per ſe ſolita eſt plenam de ſui natura producere probationem, vt ſunt teſtes, & ſcripturæ publicæ, ſecus autem quando res inter alios acta de ſui natura non producit plenam probationem, vt eſt partis aſſertio in libro.

Bene verum liber mercatoris intra tertium abſentem ſemiplenè probat in connexis, & in facto antiquo, vt apud Rubin. *deciſ.* 139. vbi etiam quod liber mercatoris contra tertium præſentem plenè probat, quando liber de per ſe fidem faceret, quia forſan retineret requiſita à iure, nam ſi probat liber, videtur probata præſentia, & probatum factum, & probato facto de alio opus non erit; nam quilibet actus inter præſentes plenè probat, ſi de præſentia conſtat, vt apud DD. apertè conſtat.

COLLECT. 2818.

Super Gloſ. in l. Lucius in verbo condemnetur ff. mandati.

¶ *Fideiuſſor, vt dicatur ſtetiſſe diù in obligatione relinquitur iudicis arbitrio.*

GLoſa hæc dicit relinqui arbitrio iudicis quando quis dicatur ſtetiſſe diù in obligatione, ad effectum, vt poſſit liberari. Ad cuius ornatum videas Affl. *deciſ.* 240. & Rot. apud Coccin. in Romana liberationis à fideiuſſione Lunæ 31. Maij 1604. vt cōſtat in eius *deciſ.* 181. vbi ampliat hanc opinionem, ſiue concluſionem, quod qui diù ſtetit in obligatione debeat liberari, procedere, & habere locum etiam in hæredibus id petentibus, puta quia eorum teſtator ſtetiſſet in obligatione, nam hæredes cenſentur vna, & eadem perſona cum defuncto §. 1. *auth. de iur. iur. à morient. præſtito.* & repræſentant perſonam defuncti in iure creato, & formato actiuè, & paſſiuè tempore mortis in perſona illius, quale erat iſtud ius agendi, ex quo ſteterat diù in obligatione.

COLLECT. 2819.

Super l. 1. ff. de re iudicata.

¶ *Res iudicata quæ dicatur?*

REs iudicata dicitur, quæ cauſarum, & controuerſiarum pronunciatione per iudicem facta finem recipit, h. d. quare pro ornatu tu firmare debes, quod iudicatione facta verè dicitur finem liti impoſuiſſe, ita quod res iudicata tunc pro veritate habetur Gail. *obſeru.* 44. *lib.* 1. Sed quando res iudicata verè dicatur?

Dicas quando tres conformes prolatæ fuerunt *l.* 1. *C. ne liceat tertio prouoc.* ex quibus præcipuè res iudicata con-

ſtituatur, & vera rei iudicatæ exceptio *l. cum quæritur cum ſeq. ff. de except. rei iud.* Verall. *deciſ.* 93. *par.* 3. Rota apud Farin. *deciſ.* 98. *part.* 1. *tom.* 1.

Conformes autem quando dicantur ſententiæ quantum ad hunc effectum dicas ſufficere illas eſſe conformes in ſubſtantia negotij, de quo agitur Theſaur. *deciſ.* 122. *& deciſ.* 228.

Sed ſententia an tollat rem iudicatam negatiuè probatur *in l. res iudicata ff. de reg. iur.* neque rem iudicatam poteſt tollere princeps eius reſcripto *l. cauſas, C. de tranſact. l. fin. C. ſentent. reſcin. non poſſ.*

Declara principem per reſcriptum derogare rei iudicatæ, ac ſententiæ, ſi reſcriptum contineat clauſulam Non obſtante, Verall. *deciſ.* 145. *& deciſ.* 337. *part.* 1. *& deciſ.* 296. *ead. part.* 1.

Declara ſecundò, niſi gratioſè princeps in integrum reſtituat, cum in ſententia qualibet intelligatur ſemper ſalua ſummi principis poteſtas, Mantica *deciſ.* 315.

Sed an poſt rem iudicatam producantur probationes? vide Rotam *deciſ.* 1434. apud Antonium de Auguſtino, vbi quod ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam poteſt peti confirmari, non autem tolli.

Et rei iudicatæ exceptio, adhoc, vt obſtet quænam requirantur? Dico tria neceſſaria eſſe, videlicet, quod ſit idem corpus, idem ius, & eadem cauſa petendi, *l. cum quæritur cum ſeq. ff. de except. rei indic.*

Et ſententia impoſitionis perpetuitatis ſilentij an pariat exceptionem rei iudicatæ? affirmat Cartar. *deciſ. Rota Genua* 44.

Et res iudicata, ſiue ſententia an poſſit tolli ab actis, & ſubmoueri? negat Anton. Auguſt. *deciſ. Rot. Roman.* 1434. *lib.* 2. vbi tamen affirmat benè poſſe confirmari.

Et res iudicata an cenſeatur quando partes dixerunt nolle amplius litem proſequi? negatiuè Rota *deciſ.* 10. *vt lit. pendet in nouis* Creſcent. *deciſ.* 9. *de iudic.* vbi quod per eadem verba prolata parte abſente, nec acceptante, nec coram iudice prolata in beneficialibus ceſſio litis non inducatur, Rot. *in nouis deciſ.* 3. *de renunciat.*

COLLECT. 2820.

Super l. penult. ff. ad Macedon.

¶ *Scire vel ſcire poſſe, & debere paria ſunt.*

COlligitur ex iſto textu regula illa, quod ſcire, vel ſcire poſſe paria ſunt, quod pariter probatur *in l. in bonorum in fin. ff. de bon. poſſ.*

Ad ornatum tamen tu nota, quod ſcire, & negligere ſcire paria ſunt, & ſcire, & debere ſcire parificantur *l. quod te in fine ff. ſi cert. pet. l. ſi duo ff. de acquir. hared.* faciunt tradita per Surd. *dec.* 146.

Ita firma regulam, quod ſcire quis præſumitur quod publicè ſcitur, & ratio eſt, nam publica vox, & fama inducit ſcientiam, vt apud Ludouic. *deciſ. Rot. Peruſ.* 103. & ita nos pro abſoluto habemus in Curia Archiepiſcopali huius fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis.

COLLECT. 2821.

Super cap. 1. vbi DD. de feudo non habent. propriam nat. feud.

¶ *Clauſula*, & quibus dederit, *an operetur tranſmiſſionem ad quoſcunq; hæredes in emphyteuſi Eccleſiaſtica?*

DD. in hoc text. ſunt in opinione, quod clauſula, *& quibus dederit*, operatur, quod emphyteuſis eccleſiaſtica ſit tranſitoria ad quoſcunque hæredes etiam extraneos.

Et ita

Et ita Cacher. *deciſ.* 164. & voluit Rota ſæpius,& præſertim in Romana domus Sancti Euſtachij 1581. coram Illuſtriſſimo Cardin. Lancellotto, & in Imolen. bonorum 13. Nouembris 1592. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio.

Verum pro ornatu tu diſtinguas hos ſequentes caſus, quorum primus eſt, quando in conceſſione adeſt clauſula ad habendum, & quidquid emphyteutæ,& eius filiis ac hæredibus, & deſcendentibus deinceps placuerit faciendum, & reperitur poſita in parte executiua inueſtituræ, & tunc vera eſt, & communis opinio,vt non faciat emphyteuſim tranſitoriam ad extraneos hæredes,neque ampliet, aut immutet naturam contractus Puteus *deciſ.* 369. *lib.*1. Franc. *dec.*6. & in ſpecie dixit Rota in cauſa Camerinen domus 4. Junij 1593. coram Gipſio, niſi intentio concedentis ſit dubia, an etiam de extraneis hæredibus intellexerit, quia in tali caſu hæc clauſula poſita etiam in parte executiua eam declarat Bellon. deciſ.Rot.Genuæ 43. Magon. *deciſ. Lucenſ.*7. & in his terminis decidit Rota in cauſa Romana domus 11. Junij de anno 1592. coram Illuſtriſſimo Cardi. Argonio, & rurſus coram eodem in cauſa Mediolanen. bonorum 28. Martij 1594. vbi hæc clauſula erat poſita in clauſulis executiuis, & nihilominus dictum fuit, quod declarabat verba præcedentia pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in emphyteuſim perpetuam,& conſequenter faciebat emphyteuſim tranſitoriam ad quoſcunque hæredes etiam extraneos Caſſad. *deciſ.* 4. *de conceſſ. preb.*

Alius caſus eſt, quando hæc clauſula eſt poſita in parte diſpoſitiua ipſius contractus,& in his terminis procedit regula, vt ſcilicet emphyteuſis eccleſiaſtica ad extraneos etiam hæredes tranſeat, præſertim ſi poſt clauſulam, *ad habendum*, immediatè reſeruatio directi dominij ſit poſita, quia cum exceptio declaret regulam reſeruatio directi dominij ſatis declarat, quod ſub clauſula ad habendum, & quicquid placuerit, &c. continetur facultas alienandi dominium vtile per regulam *l. cum Prætor. de iudic.* quam in his terminis ponderauit Rota in cauſa Nonantulana bonor. 14. Junij 1610. coram Sacrato.

In propoſito autem hæc clauſula dicitur eſſe in executiuis quando eſt poſita in clauſulis loquentibus de inueſtitura,& de traditione poſſeſſionis,vt *in dicta deciſ. apud Cacher.* 164. quæ tamen loquitur quando clauſula adiicitur ex interuallo poſt perfectam diſpoſitionem, ſecus ſi immediatè poſt, vt declarat illamet dec. *ſub numer.* 1. *in princip. & ſub numer.* 1. *in fine.* Præſertim ſi clauſulam *ad habendum* ſubſequantur alia, quæ tangant ipſam diſpoſitionem, vt eſt conſtitutio Canonis, pacta circa alienationem, & ſimilia, quando quidem ad cognoſcendum an iſta clauſula,ſtet executiuè, non ſolum attenditur conceptio verborũ, ſed clauſulæ quæ hinc inde illam concomitantur, an ſcilicet ſint executiuæ, vel diſpoſitiuæ? vt per *deciſ. Pedem.* 164. *nu.*3. *verſ. ſi fuerit ſcripta in medio*,& fuit dictũ coram eodem Sacrato in allegata Nonantulana bonorum die 31. Januarij de anno 1611. in qua etiam fuit approbata doctrina Laderch. Imolen. *in conſ.* 1. *num.*14. Nempe quod clauſula *ad habendum*, non poſſit dici in executiuis, ſi ponatur ante perfectam diſpoſitionem, quemadmodum in ea facti ſpecie ponebatur, Nam inueſtitura dicebat Conceſſerunt N. & N. pro eorum, & cuiuſlibet eorum filiis hæredibus, & deſcendentibus in perpetuum vnam poſſeſſionem, & inueſtientes

illos per impoſitionem pilei in eorum capite ad habendum tenendum, &c. vnde apparebat, quod clauſula *ad habendum* continebatur in periodo diſpoſitionis. Nam verbum *conceſſerunt* in quo ſtabat diſpoſitio, regebat verbum *inueſtientes*, & verbum *inueſtientes* regebat clauſulam *ad habendum*, & cõſequenter clauſula *ad habendum* regebatur à verbo *conceſſerunt*, ad inſtar cauſati, quod regitur à cauſa ſuæ cauſæ.

Verum pro intelligentia aduertas, quod licet clauſula *ad habendum*, poſita in parte diſpoſitiua regulariter faciat emphyteuſim eccleſiaſticam tranſitoriam ad hæredes extraneos, tamen id ſemper non procedit, ſed ſuas habet fallentias, & ideo iſtam concluſionem limita pluribus modis.

Primò, vt non procedat, quando in dicta clauſula, *ad habendum*, non eſt facta mentio de hæredibus, ſed de ſolo acquirente, vt exempli gratia ſi dictũ ſit, Et quidquid Ioanni placuerit, &c. tunc enim cum facultas ſit perſonalis, non egreditur perſonam Ioannis, neque ad eius hæredes porrigitur, vt cenſuit Rota in cauſa Camerien. domorum 18. Aprilis 1572. coram Oradino, vt *in deciſ.* 11. *part.* 1. *diuerſ.* & rurſus in vna Cæſarauguſtana emphyteuſis 26. Nouembris 1611. coram Gregor. XV. vbi conceſſio dicebat, *tibi Don. Petro, & quibus volueris*, vnde fuit dictum cõceſſionem alienandi fuiſſe ſpecialiter indultam R. Don. Petro acquirenti tantum propter illud verbum, *tu*, quod eſt perſonaliſſimum, Gratian. *deciſ. Marchiæ* 51.

Secundò, vt non procedat, niſi ſub iſta clauſula facultas alienandi concedatur, videlicet, niſi in ea expreſſe dicatur *ad diſponendum*, &c. vel ſint verba id taci è importantia, veluti *quidquid placuerit faciendum*, vel *quibus dederit*, vt voluit Rota in Romana emphyteuſis 26. Iunij 1602. coram R.P.D. Coccino hodie decano.

Tertiò limita vbicumque vltra iſtã clauſulam ſit etiam adiecta clauſula, *& prout de ſimilibus rebus in emphyteuſim locatis fieri ſolet, & de iure debet*, quia tunc ſeruanda eſt diſpoſitio *l.* 2. *C. de iur. emphyt.* vt voluit Rot. in vna Caſalis Marcelliani 19. Iunij 1587. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino.

Quartò limita, vt virtute ſupradictę clauſulæ, vel clauſulæ, *& quibus dederit* legitimati per reſcriptum non admittantur, niſi fuerint legitimati authoritate Papæ in emphyteuſi enim eccleſiaſtica legitimati ex reſcripto regulariter non ſuccedunt, vt voluit Rota in Ariminen. bonorum 4. Aprilis 1578. coram R.P.D. Robuſterio.

Quintò limita, vt neque vigore huius clauſulæ emphyteuſis eccleſiaſtica ad extraneos hęredes tranſeat, niſi eadem cauſa, & ſolemnitas interueniat, quæ neceſſaria eſt in alienatione directi dominij, vt tenuit Rota in d. Romana Domus Sancti Euſtachij coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & eſt regulare, vt emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa in vtilitatem eccleſiæ non ſeruata forma requiſita ſit nulla, quia, vt valeat duo copulatiuè requiruntur veritas cauſæ, & ſuperioris Authoritas cum cauſæ cognitione, vt fuit dictum in Rota in cauſa Placentina bonorum die 7. Aprilis 1581. coram Cardin. Seraphino.

Sextò limita, quando in eodem inſtrumento poſt clauſulam, *ad habendum*, ſubſequatur expreſſa prohibitio de non alienando, quia tunc ad tollendam contrarietatem, quæ in omni diſpoſitione debet euitari *l. nam ad ea ff. de condit. & demonſtr.* clauſula *ad habendum* intelligitur in terminis ſtipulationis antea factæ, videlicet inter ipſos filios,

filios, & deſcendentes, & ex ſubſequenti prohibitione alienationis euacuatur virtus, & poteſtas dictæ clauſulæ Cacheran. *deciſ.* 164. & ita decreuit Rota in d. Romana Caſalis Marcelliani 19. Junij 1587.

COLLECT. 2812.

Super l. Imperator ff. de in diem adiectione.

¶ *Lex debet intelligi ſecundum naturam tituli, ſub quo poſita eſt.*

COlligitur ex iſto text. legem debere intelligi ſecundum naturá tituli, in quo poſita eſt, & ita Cabedus *deciſ. Rot. Luſit.* 33. *lib.* 1. vbi etiam, quod ex præfationibus intelligitur diſpoſitio per text. *in l. fin. ff. de hared. inſt.*

Sed quęro legis verba cui non conueniunt, num conueniat eius diſpoſitio? negatiuè Monach. *deciſ. Lucenſ.* 13. Anton. *var. reſol. lib.* 3. *reſol.* 9. Rota Romana apud Farinac. *deciſ.* 697. *tom.* 2. *part.* 1. Surd. *deciſ.* 122. per text. *in l.* 4. §. *toties ff. de damno infecto l. quod conſtitutum ff. de milit. teſtam. l. Meuia ff. de manumiſſ. teſtam.*

Et legis caſus vbi ceſſat, num ceſſet omnis diſpoſitio? affirmant Magon. *deciſ. Rot. Lucenſ.* 12. Seſſa *deciſ. Rot. Aragon.* 143. Marius Antoninus *var. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 46. *& lib.* 2. *reſol.* 51. prout deficiente lege, vel canone ſola ratio poteſt allegari, *l. ſcire oportet* §. *conſequens verſic. ſuſcipit ff. de excuſ. tutor. cap. fruſtra diſtinct.* 8.

Et in quo ſignificatu lex accipienda ſit declarat Surd. Mant. *deciſ.* 283. vbi in potiori ſignificatu illam accipi debere firmat ex *l. quæritur ff. de ſtatu hominum, & l. non aliter ff. de hæred. inſtitue.* aſſerens quoque deciſ. eiuſdem Rotæ Mantuæ 195. legem nó dici diſponere illud quod præſupponit ex regula illa, quod verba, quæ aliquid præſuppo- nunt, circa illud minimè diſponunt, ad textum *in l. ex facto la* 1. *ff. de hæredibus inſtituen. l. neque enim* §. *ſi ſeruum ff. de milit. teſtam. l. generaliter* §. *ſi iis, qui tutor. ff. de fideicomm. libert.*

COLLECT. 2813.

Super Doctrina Decij in cap. ad aures num. 8. de reſcript.

¶ *Baptiſmus, & chriſma an faciant beneficium curatum?*

FIrmat hic Dec. quod habere baptiſmum, & chriſma non efficit vt beneficium ſit curatum, & ita voluit Rota in Salamantina beneficij 28. Nouembris 1606. coram Ludouiſio deinde Gregorio XV. & antè coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino in Oriolen. beneficiorum 21. Maij 1593.

In tantum quod poteſt fieri illatio, vt ex actibus baptizandi, & ſepeliendi non inferatur cura animarum, tanto magis quia ex conſuetudine, & conceſſione ipſiuſmet epiſcopi poteſt introduci, vt filij parrochianorum vnius parrochiæ baptizentur.

Sed an ius ſepeliendi arguat eccleſiam parocchialem? vide *deciſ. Rota apud Ludouiſ. deciſ.* 387. vbi quod poteſt cappella ſiue eccleſia, quamuis parochialis non ſit habere ex conſuetudine, vel conceſſione epiſcopi cæmeterium, vel ius ſepeliendi.

COLLECT. 2814.

Super l. 1. §. deiecisse ff. de vi, & vi armat.

¶ *Dictio, videtur, quid denotet, & de eius natura.*

HIc probatur dictionem, *videtur,* probare improprietatem, tu au-

tem adde aliquando inducere fictionem, ad text. *in d.l.1.§.deieciſſe autem videtur*, & ſignificare præſumptionem ait Rubin. *deciſ.*107. vbi pariter affirmat aliquando importare arbitrium boni viri, de quo etiam videas Valaſc. *deciſion.*153.

Et nota pariter hanc dictionem, *videtur*, non importare veritatem Surd. *deciſ.*195. Card. Seraph. *deciſ.* 522. licet, quando proferatur à legiſlatore in materia iuris incertitudinem non denotet, ſed veritatem ad text. *in cap.1.de iudic.in 6.*

COLLECT. 2825.

Super conſtit. regni Clementiæ vbi Affl. n.num.7.

¶ *Banniti, & contumaces ad purgandam contumaciam coram quo ſe debent præſentare?*

BAnniti, ſeu contumaces in regno ad purgandum contumaciam debent ſe præſentare coram iudice banniente, aliàs elapſo termino confiſcantur omnia bona iuxta conſtitutionem Regni. grandis vtilitas, & ita affirmat Affl. n. hic.

Tu autem limita id non procedere, quotieſcunque Bannitus ſe preſentaret coram ſuperiore, vt deciſum refert Maſtril. *deciſ.*289.*part.*3. firmans Bannitum à iudice inferiore poſſe ſe præſentare coram iudice ſuperiore, & propterea dicit ipſe iudicatum, quod ſi aliquis familiaris Sancti Officij per magnam Curiam fuerit bannitus pro delicto ſpectante ad dictum Tribunal facta præſentatione coram ſuo ſuperiore infra terminum cancellantur per Magnam Curiam Banna, & inuentaria, & ex illo tunc non currit contumacia; idemque fatetur determinatũ pro Comite Cameratæ milite habitus Alcantaræ, qui dum eſſet bannitus per magnam Curiam ſtante præſentatione facta per eum coram Conſilio ordinis infra terminum, & carceratione inde ſecuta, non fuit moleſtatus, ſed deletum bannum, & tranſmiſſa acta.

COLLECT. 2826.

Super l. prætor in principio ff. de edendo.

¶ *Verbum*, debet, *quid operetur?*

PErcipitur ex iſto textu, quod verbum, *debet*, plerumque inducit neceſſitatem, & coactionem, & ita remiſſiuè Card. Seraph. *deciſ.*335. & Seſſ. *dec. Rot. Arag.* 230. & iuſſum, parendique modum, & neceſſitatem indicare, aſſerit Rot. Bonon. *diuerſ. deciſ.* 8. & prolatum à teſtatore importat etiam neceſſitatem, & ſic etiam quando refertur ad iudicem quoque importat neceſſitatem.

Bene verum quotieſcumque dictio negatiua adiicitur huic verbo reddit actum de iure impoſſibilem, Gratian. *deciſ. Rot. March.* 51. & lex aliquid præcipiens per verbum, *debet*, vel non debet inducit regulariter præceptum, per contrafaciens incurrit peccatum mortale, & aliquando verbum hoc exponitur pro *poteſt*, vt notatur *in l. obſeruare §. fin. ff. de offic. proconſ.*

Nonnunquam tamen neceſſitatem non importat, quamuis addatur dictio, *omninò*, Gratian. *Forenſ. diſcept.*146. aſſumit enim naturam verborum precariorum, & in lege impoſitum non importat neceſſitatem, ſed decentiam, & vrbanitatem, vt *in l. non ſolum §. 1. ff. de noui oper. nunciat.* Rubin. *deciſion.*147. vbi etiam ait hoc verbum aliquando exponi pro *poteſt.*

COL-

COLLECT. 2827.

Super l.quiſquis §. filiis vero C.ad l.Jul.Maieſt.

¶ Perduellionis filius an, & quando ſit capax ſucceſſionis?

FIlius perduellionis eſt perpetuò infamis, & omnibus honoribus excluſus, nec eſt capax ſucceſſionis paternæ, h.d. & ita cenſuit Rota Romana in vna Lucana iuris patronatus Veneris 8. Junij 1607. coram Reuerendiſſimo Domino Coccino Rotæ Decano.

Declara tamen hanc concluſionem non habere locum, neque procedere, quotieſcumque filius tempore latæ ſententiæ aduerſus patrem reperiretur Clericus, quia in tali caſu non procedit regula, vt conſtat ex eodem Coccino *deciſ.*351. vbi propterea concludit filium clericum in tali caſu eſſe capacem ſucceſſionis, & propterea ſucceſſiſſe in iure patronatus, quod cum nō veniſſet in confiſcatione facta à principe laico, eius pater potuit hæredem habere, quamuis non eſſet ſcriptus hæres, nam ſufficit ad eum hæreditatem ab inteſtato ſpectare, & pertinere, etiam quod non adeſſent alia bona.

COLLECT. 2828.

Super Doctrina Cagnol. in l. 2. C. de reſcind. vendit.

¶ Aeſtimatores qualiter eligendi, & de eorum officio?

CAgnolus hic *n.*258. firmat, quod periti, ſeu æſtimatores ad æſtimandum valorem rerum, vel damnū datum debent à iudice eligi, & ipſi æſtimationem referre.

Ad cuius ornatum nota practicam, quæ hodie viget in regno, in quo fit mandatum quod eligant peritos ſiue æſtimatores, uel quod dent liſtam ſuſpectorum, & tunc ipſis non eligentibus, vel diſcordantibus data liſta iudex illos eligit, qui ab vtraque parte ſuſpecti non fuerint allegati, & taliter à iudice electi debent prius iurare de æſtimando bona ſine fraude, quod iuramentum debet eſſe credulitatis ex dictis per Rotam *Peruſ. deciſ.*7.

Verum in noſtro Sacro Conſilio Neapolitano eliguntur appreciatores, ſeu tabularij, qui appretium faciunt cum interuentu cauſæ commiſſarij, vt teſtatur Franch. *deciſ.*54. Sed quæro ſi in appretio, ſeu in æſtimatione huiuſmodi periti diſcordent, puta quia vnus æſtimat in centum alius in centum viginti, alius in centum triginta, quæ quantitas attendi debet vide Gratian. *deciſ. Rot. March.*32. & Aſciam *deciſ. Barenſ.*41. ſed an peritorum relationi ſtetur circa liquidationem expenſarum, affirmat Ludouiſ. *deciſ.*49.

Et Periti in arte electi à iudice, ſiue à parte, an & quando poſſint mutare relationes factas? vide ſequentes allegationes editas per Jo. Mariam Nouarium cuius tenor eſt, & ſequitur.

NOn dubitabam in cauſa Magnifici Joannis Vincentij de Lita cum Magnifico Jacobo Antonio Solimano quod Matthæus Tardugnus, & Franciſcus Antonius Sclauus Periti electi ad appreciandum potuiſſent re integra mutare relationes, dum conſtabat fuiſſe aſſumptos per iudicem tantum partibus inuitis ad illius inſtructionem, prout etiam caſu abſentiæ ſeu diſcordiæ, cum ſententiæ diffinitiuæ latæ iuxta dictamen horum peritorum nunquam tranſeat in rem iudicatam, ſed poſſint ex interuallo retractari, & corrigi, ſaltum vſque ad ſententiam per peritiores, aut per potiores informationes iuxta Theoricam, & doctrinam Abb. Felini, & Decij in c.

Digitized by Google

propoſuiſti de prob. & in indiuiduo Berous *conſ.144.n.53.vol.3.* Nouarius Fratet *in l.inſtar.C.de iure fiſci lib.10.*

Dicebam tamen ſecus eſſe in probationibus priuilegiatis procedentibus à relationibus perſonarum aſſumptorum de mera partium voluntate, cum tunc ſententia ſuper inde fundata poſſit tranſire in rem iudicatam, nec retractari valeat, etiam ex melioribus probationibus contrariis Iaſon. *in l.admonendi in lectura ſecunda, n.4.ff. de iur.iur.* Rimin.Iun.*conſ.273.nu.7.vol.3.* Maſcard.*de prob.concl.* 1169. & Manuaſ. *conſ.51.n.7.& ſeq.* qui intelligit doctrinam Iaſonis habere locum, & procedere poſt latam ſententiam non poſſe eligi peritiores, non autem ante latam ſententiam, cum tunc res adhuc cenſeatur integra, Paſett.*conſ.203.n.2.*

Quæ quidem declaratio bene in iure fundata videtur, vt ſcilicet quãdo res eſt integra poſſint eligi peritiores, quia re integra multa conceduntur, quæ aliàs denegarentur gloſ. ſing. *in c. cum in cauſis verſic.cum res de elect.* Iaſ. *in l.fin.n.6.C.de repud.hered.* Alex.*in l.ſi mihi,& Titio ff.de verb.oblig.* Roman. *conſil.* 22. Viuius *deciſ.* 151.*n.5.* Monterus *deciſ.* 25.*n.54.* latè Coſta *in ſuo tract.de iud.cap.* 1.*n.250.cum ſeq.* quando enim res non eſt integra vertitur plerumque intereſſe & præiudicium tertij, vbi verò res eſt integra, ibi ad æquitatem confugimus, in eo potiſſimum fundatã, quod ſibi non nocet & alteri prodeſt facile eſt concedendum, *l.2.§. item ff. de aqua pluuia arcenda,* Alban.*conſ.187.n.11. vol.* 1. niſi præcedat contractus iuxta doctr. Iaſ.*in l.2.n.32.ff.ſolut.matrim.* Oldemb. *in ſua tract.de fideiuſſ.cap.20.§.37.n.15.*

Quare ſue ſic votante, & hæc adducente pro voti confirmatione in cauſa cuiuſdam ciuitatis Ariani, alias per iudicem Ordinarium d. ciuitatis, in qua lis vertebatur fuit prouiſum ſententiam prolatam à Diomede Caſtaldo, & Franciſco Antonio de Luciis peritis in arte electis per Io. Antonium Ruſſum, & Marcellum Faſanum eſſe omnino obſeruandam, nec eſſe locum retractationi, & mutationi relationis per ipſos factæ.

Io.Maria Nouarius I.C.Lucanus.

COLLECT. 1819.

Super Regul. 8. Cancellariæ circa exceptionem Cardinalium à Reſeruatoria menſium.

¶ *Menſes reſeruati an dentur quando Cardinales ſunt epiſcopi?*

QVatenus in hac regula inter alia, quæ notantur eſt, quod vbi Cardinales ſunt epiſcopi, nõ dentur menſes reſeruati cum regula ipſa excipiat Cardinales. Adde quod ita fuit dictũ per Rotam in Reatina præpoſituræ 13. Ianuarij 1615.coram R.P.D. Coccino hodie Decano, vt aliàs vt apud Ludouiſium *deciſ.*99. vbi quod indultum iuris præſentandi ad beneficia in menſibus reſeruatis non ſuffragatur in locis, vbi epiſcopus eſt Cardinalis.

Amplia, quod non ſolum comprehendat Cardinales ordinarios collatores epiſcopos, ſed etiam ſi ſint Abbates, & inferiores collatores, prout latè voluit Rota in d.Reatina præpoſituræ per deciſionem Seraphini 980. quoniam in tali caſu adhuc ordinarij appellari poſſunt, & exercere valent omnia, quæ in eorum diœceſi ordinarij exercent, vnde meritò videmus quod ſicuti præfatis locorum ordinariis non prohibetur diſpenſare circa denunciationes in matrimonij contractu à Sacro Concilio requiſitas, ita pariter licet Abbatibus habentibus iuriſdictionem quaſi epiſcopalem in eorum Abbatia ex cauſa dimittere huiuſmodi denunciatio-

Digitized by Google

ciationes, prout aliquibus vicibus, licet per transennam fuit dictum in noſtra Curia Archiepiſcopali.

Et pro ornatu præmiſſorum noto, quod quando Illuſtriſſimi Cardinales locorum ordinarij excipiuntur, à præfata regula Cancellariæ circa materiā reſeruationis, nihil de nouo illis conceditur, ſed obſtaculum ſtatum, & impedimentum remouetur, vt dicit Puteus *deciſ. 496. lib. 2.* prout etiam indultum conceſſum Ordinario collatori nihil de nouo tribuit, ſed tantum remouet obſtaculum reſeruationum Rota *deciſ. 530. par. 3. diuerſ.* Adeò quod collatio facta vigore indulti cenſetur facta authoritate ordinaria, prout cenſuit Rota in dicta Reatina Præpoſituræ 23. Januarij 1605. coram R.P.D. Coccino Decano, & propterea vigore iſtius indulti Ordinarius nequit conferre ea beneficia, quæ aliàs remotis reſeruationibus conferre non poſſet, & collatio ad alios ſpectaret, Mohed. *deciſ. 1. de priuil.* Rot. *deciſ. 642. part. 2. in recent.* fuit dictum in Argentina Canonicatus 9. Maij 1611. coram Illuſtriſſimo Pamphilio, imò ſufficeret ſola quaſi poſſeſſio conferendi alterius ad effectum, vt epiſcopus vigore indulti conferre nequiret Puteus *deciſ. 206. lib. 1.* Mohed. *deciſ. 8. de priuileg.* Rot. *deciſ. 701. part. 4. in recent.*

COLLECT. 1830.

Super Doctrina Angel. in l. fin. C. de ſentent. & breuic. recit.

¶ *Sententia debet legi à Iudice, & à notario publicari. & qua forma?*

AFfirmat hic Angelus ſententiam debere legi, & inter cætera dici per Notarium, (quem hodie actorum magiſtrum appellamus) *lecta, lata, ſupradicta ſententia.* Idcirco dicitur *lecta, lata,* & prius ſcribi, & deinde legi debere, aſſerit Milanenſ. *deciſ. Rot. Siciliæ 2. lib. 1.* Rot. *diuerſ. deciſ. 705. part. 3.* vnde optimè Rota Romana dicit, quod ſi ſententia ſit ſubſcripta per iudicem, non tamen dicitur publicata, & lata, nec factam fuiſſe in ſcriptis ſententiam ſi ſubſcripta ſolum fuit, & nō lata iuxta text. *in l. 2. & 3. C. de ſent. & breuicul.* vt apud Rot. *deciſ. 46. part. 1. tom. 1. apud Farinac.* quamuis ſubſcriptionem iudicis neceſſariam non eſſe, ſed ſufficere fuiſſe latam, ſcribit Verall. *deciſ. 139. p. 3.* quinimò eadem Rota *d. deciſ. 46. nu. 2.* dicit requiri in publicatione ſententiæ iudicis præſentiam, de quo pariter videas aliā deciſionem coram Coccino 474. *part. 2. tom. 1.* vbi hanc iudicis ſubſcriptionem non eſſe neceſſariam affirmat quod etiam aſſeruit *dec. 510. ead. part. 2. tom. 1.* & debere legi ſententiam, & per iudicem, notat Laurent. *deciſ. Rot. Auenion. 68.*

In regno tamen noſtro huiuſmodi lectura ſententiæ non fit per iudicem, ſed per Ordinarium actuarium Anna *ſing. 473.* & vide Fabr. *deciſ. 1. tit. 11. lib. 3.*

Sed quæro num ſi ſchedula profeſatur dicendo, ſententiam fuiſſe prolatam, prout in ſchedula, num habeatur ac ſi fuiſſet lecta, atque publicata? Dicas quod ſic, dummodo tamē ex actis conſtat ſchedulam fuiſſe à iudice ſubſcriptam, & publicatam tempore prolationis, ſiue in die, in qua cadebat citatio, & in qua terminus fuit habitus pro ſeruato, vel ſaltem quando id poteſt præſumi, quia de contrario non conſtat ex actis, Rota nouiſſimè apud Farinac. *deciſ. 252. part. 1. tom. 1. deciſ. 474. & deciſ. 510. part. 2. tom. 1. & deciſ. 81. part. 1. tom. 1. & deciſ. 731. part. 1. tom. 2.*

COLLECT. 1831.

Super Doctrina Bar. in l. ſi vir vxori nu. 3. ff. de acquir. poſſeſſ.

Digitized by Google

¶ Poſſeßio non transfertur per Prelatum ex contractu nullo.

FIrmatur hic per Bartolum, quod ex contractu nullo poſſeſſio per prælatum non transfertur. Et ita ſequitur Verall. *deciſ.* 182. *part.* 2. quia prælatus non poteſt præiudicare eccleſiæ in poſſeſſione, Seraph. *deciſ.* 1417. & voluit Rota in Theatina iuriſdictionis Sancti Joannis in venere 10. Maij 1621. coram R.P.D. Decano.

Vnde eccleſiæ ſpoliatæ competit reintegratio etiam ſi facto Rectoris ceſſiſſet à poſſeſſione, Verall. *deciſ.* 170. *part.* 3. & voluit Rota in Placentina decimarum 9. Junij 1586. coram R.P.D. Bubalo, in ſublacen. bonorum 14. Martij 1603. coram R.P.D. Litta, & in Papien. Tenutæ lunæ 26. Maij 1603. coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, deinde Sanctiſſimo, & aliàs reperit fuiſſe dictum in vna Neapolitana Spolij coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, vt conſtat ex Marcheſan. *de commißionibus tom.* 1 *fol.* 103. Rot. *deciſ.* 473. *part.* 2. *in recent.* vbi concordantes aliæ deciſiones eiuſdem Romanæ Rotæ cumulantur, quas per te ibidem videre poteris.

COLLECT. 2832.

Super l. ex his C. quando dies legat. ced.

¶ Diſpoſitio an reddatur conditionalis, ſi conditio executioni adiecta reperiatur?

COnditio adiecta executioni non reddit diſpoſitionem conditionalem, neq; illam ſuſpendit, h. d. quod etiam probatur *in l. mutuo* §. 1 *ff de tutel.* & ita Caſſad. *deciſ.* 3. *de præ.. on.* & voluit Rota in Comen. legati 26. Januarij 1609. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & aliàs in vna ciuitatis Caſtelli Caſtri Motoris 1. Decembris 1578. coram tunc temporis Sanctiſſimo Ludouiſius *deciſ.* 117. vbi propterea dicit reſolutum in vna Salamantina penſionis 17. Januarij 1582. coram R.P.D. Bubalo, & in vna Cæſaraguſtana penſionis 18. Junij 1590. coram R.P.D. Gipſio conditionem adiectam ſolutioni penſionis minimè facere reſeruationem conditionalem.

Sed num conditio inducat formã, ita quod illa omiſſa non ſortiatur effectum? affirmatiuè Rota Romana apud Farinac. *deciſ.* 515. *tom.* 2. *part.* 1. & conditio an aliquid ponat in eſſe? negatiuè dicendum eſt, & ideo actus cõditionalis non valet, niſi exiſtente cõditione Afflict. *deciſ.* 355. Anton. *variar. reſol. lib.* 1. *reſol.* 56. *& reſol.* 88. Surd. *dec.* 209. vbi quod conditio debet impleri in forma ſpecifica ex *l. qui hæredi, & l. Meuius ff. de cond. & demonſtr.* Valaſc. *dec.* 82. & non debet impleri per æquipollens, & ſi in minimo deficiat non dicitur illi ſatisfactum, debetque impleri antequam emolumentum quæratur, & actus habetur, ac ſi non eſſet factus non purificata conditione Rubin. *deciſ.* 141. vbi quod conditio ſufficit eſſe ſemel impleta, licet non duret impleta, & habetur pro impleta, quãdo ſtetit pro illo, cuius intereſt adimpleri, Rota Romana apud Farinac. *dec.* 493 *tom.* 2. *part.* 1. & qui dicit conditionem impletam, debet illam probare, & impleta conditione, & datur actio, niſi hoc prius iudici conſtet, nec non conditio impedita per tertium legitimè habetur pro impleta ad text. *in l. ſi Titius ff de condit & demonſtr. l. Nepos proculo in fine ff. de verb. ſignific.* Rubin. *deciſ.* 142. vbi quod conditione deficiente contractus celebratus cenſetur reſolutus ab ipſo initio, ex *l. neceſſario* §. 1. *ff. de peric. & commod. rei vendit.*

COL-

COLLECT. 2833.

Super l. ſi ob cauſam in l. 2. C. de euictionibus.

¶ *Euictio an competat ſi res à iudice vendita fuerit?*

EVictio competit illi, qui rem habet à iudice, non ſecus ac ſi à priuato habuiſſet. Et ita Rota voluit in Romana euictionis Veneris 6. Iunij 1603. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Ludouiſio, tunc temporis Rotę Auditore, & deinde ad pontificatus ſedem creato.

Cuius concluſionis ratio eſt, quia factum iudicis dicitur factum partis, Surd. *deciſ.* 166. Ludouic. *deciſ. Peruſina* 65. Rota Romana apud Farin. *dec.* 184.

Et quod venditor teneatur de euictione, etiam ſi res vendita fuerit à iudice, & vbicunq; res ſcienter fuit vendita non libera quod venditor poſſit agere ad intereſſe, & loco intereſſe ad reſtitutionem precij deciſum in Romana Rota refert Ludouiſius *in deciſ.* 119. vbi quod libera debet eſſe res vendita, & ideò venditor, qui ſciebat rem venditam onere aliquo affectam tenetur emptori ad intereſſe, tenetur enim emptor certiorare emptorem ſpecialiter de qualitate rei venditæ, nec ſufficit, quod in genere, & obſcurè enunciet, ſeu ſub inuolucro verborum Surd. *deciſ.* 265. *& deciſ.* 288.

COLLECT. 2834.

Super l. ſi ex dolo ff. de re iudic.

¶ *Subrogatio an detur in litigante calumnioſo?*

COlligitur ex iſto text. regula calumniam ſuam nemini debere patrocinari, vnde tu inferas, quod licet ſubrogatio ſit danda collitiganti, ne detur nouus collitigans, vt voluit Rota in Collen. parochialis 11. Decembris 1595. coram R.P.D. Alexandrino, & in Gerunden. canonicatus 14. Maij 1601. coram Ludouiſio, tamen quando litigator eſt calumnioſus in tali caſu non datur ſubrogatio, Biſignett. *deciſ.* 2. *de rerum permutat.* Caſſad. *deciſ.* 7. *de dolo, & contumacia.*

Sed an dicatur calumnioſus litigator ille, quamdiu ius ſuum iuſtificare poteſt? negatiuè voluit Rota in allegata Gerunden. & apud Ludouiſium *deciſ.* 125. vbi quod ad effectum regulæ Cancellariæ 28. pro euitanda ſuſpicione calumniæ ſufficit quælibet cauſa probabilis, & colorata litigandi, ſicque teſtatur determinaſſe Rotam in Conchen. Archipreſbyteratus 19. Januarij 1598. coram R.P.D. Litta aſſerens pariter, quod de calumnia non dicitur cōſtare, quando deciſio non eſt ſuper meritis, & cauſa eſt in principio, & nullæ adhuc factæ ſunt probationes Achil. de Graſſis *deciſ.* 7. *vt lit. pendent.*

COLLECT. 2835.

Super Gloſ. in l. 1. C. de Sacroſ. eccl.

¶ *Diſpoſitio omnis intelligitur de habili, qualiter hoc intelligatur?*

GLoſa hæc affirmat diſpoſitionem omnem intelligi debere de habili. Et ego dico debere recipere reſtrictionem de habilitate, Antoni. *variar. reſol. lib.* 2. *reſol.* 40. mihi tamen ſecus aſſerit in contractibus.

Sed quæro num diſpoſitio aliquid ſupponens verificetur in alio caſu, quā in illo, in quo verificatur præſuppoſitum? negatiuè Aueſſa *deciſ. Rot. Aragonia* 160. qui *in deciſ.* 187. affirmat diſpoſitionem vnam, & eandem non debere diuerſo iure cenſeri, quia vna, & eadē res debet eodemmet iure cenſeri, Rota

ſtituatur,& vera rei iudicatæ exceptio *l.cum quæritur cum ſeq.ff.de except.rei ind.* Verall.*deciſ.*93.*par.*3.Rota apud Farin. *deciſ.*98.*part.*1.*tom.*1.

Conformes autem quando dicantur ſententiæ quantum ad hunc effectum dicas ſufficere illas eſſe conformes in ſubſtantia negotij, de quo agitur Theſaur.*deciſ.*122.*& deciſ.*228.

Sed ſententia an tollat rem iudicatam negatiuè probatur *in l. res iudicata ff.de reg. iur.* neque rem iudicatam poteſt tollere princeps eius reſcripto *l. cauſas,C.de tranſact.l.ſin.C.ſentent.reſcin. non poſſ.*

Declara principem per reſcriptum derogare rei iudicatæ, ac ſententiæ, ſi reſcriptum contineat clauſulam Non obſtante, Verall.*deciſ.*145. *& deciſ.* 337. *part.*1.*& deciſ.*296.*ead.part.*1.

Declara ſecundò, niſi gratioſè princeps in integrum reſtituat,cum in ſententia qualibet intelligatur ſemper ſalua ſummi principis poteſtas, Mantica *deciſ.*315.

Sed an poſt rem iudicatam producantur probationes? vide Rotam *deciſ.* 1434. apud Antonium de Auguſtino, vbi quod ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam poteſt peti confirmari, non autem tolli.

Et rei iudicatæ exceptio, adhoc, vt obſtet quænam requirantur? Dico tria neceſſaria eſſe,videlicet,quod ſit idem corpus,idem ius, & eadem cauſa petendi,*l.cum quæritur cum ſeq.ff. de except. rei iudic.*

Et ſententia impoſitionis perpetuitatis ſilentij an pariat exceptionem rei iudicatæ? affirmat Cartar.*deciſ. Rota Genua* 44.

Et res iudicata,ſiue ſententia an poſſit tolli ab actis, & ſubmoueri? negat Anton.Auguſt.*deciſ.Rot. Roman.* 1434. *lib.*2. vbi tamen affirmat benè poſſe confirmari.

Et res iudicata an cenſeatur quando partes dixerunt nolle amplius litem proſequi? negatiuè Rota *deciſ.*10. *vt lit. pendet in nouis* Creſcent.*deciſ.* 9. *de iudic.* vbi quod per eadem verba prolata parte abſente,nec acceptante,nec coram iudice prolata in beneficialibus ceſſio litis non inducatur,Rot. *in nouis deciſ.*3.*de renunciat.*

COLLECT. 2820.

Super l. penult.ff.ad Macedon.

§ *Scire vel ſcire poſſe, & debere paria ſunt.*

COlligitur ex iſto textu regula illa, quod ſcire, vel ſcire poſſe paria ſunt,quod pariter probatur *in l. in bonorum in fin.ff.de bon.poſſ.*

Ad ornatum tamen tu nota, quod ſcire,& negligere ſcire paria ſunt,& ſcire,& debere ſcire parificantur *l. quod te in fine ff. ſi cert.pet. l.ſi duo ff. de acquir. hæred.* faciunt tradita per Surd.*dec.*146.

Ita firma regulam, quod ſcire quis præſumitur quod publicè ſcitur, & ratio eſt,nam publica vox,& fama inducit ſcientiam, vt apud Ludouic.*deciſ. Rot. Peruſ.*103. & ita nos pro abſoluto habemus in Curia Archiepiſcopali huius fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis.

COLLECT. 2821.

Super cap.1. vbi DD. de feudo non habent.propriam nat.feud.

§ *Clauſula,* & quibus dederit, *an operetur tranſmiſſionem ad quoſcunq; heredes in emphyteuſi Eccleſiaſtica?*

DD.in hoc text.ſunt in opinione, quod clauſula, *& quibus dederit,* operatur,quod emphyteuſis eccleſiaſtica ſit tranſitoria ad quoſcunque heredes etiam extraneos.

Et ita

Et ita Cacher. *deciſ.* 164. & voluit Rota ſæpius, & præſertim in Romana domus Sancti Euſtachij 1581. coram Illuſtriſſimo Cardin. Lancellotto, & in Imolen. bonorum 13. Nouembris 1592. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio.

Verum pro ornatu tu diſtinguas hos ſequentes caſus, quorum primus eſt, quando in conceſſione adeſt clauſula ad habendum, & quidquid emphyteutæ, & eius filiis ac hæredibus, & deſcendentibus deinceps placuerit faciendum, & reperitur poſita in parte executiua inueſtituræ, & tunc vera eſt, & communis opinio, vt non faciat emphyteuſim tranſitoriam ad extraneos hæredes, neque ampliet, aut immutet naturam contractus Puteus *deciſ.* 369. *lib.* 1. Franc. *dec.* 6. & in ſpecie dixit Rota in cauſa Cametinen. domus 4. Junij 1593. coram Gipſio, niſi intentio concedentis ſit dubia, an etiam de extraneis hæredibus intellexerit, quia in tali caſu hæc clauſula poſita etiam in parte executiua eam declarat Bellon. deciſ. Rot. Genuæ 43. Magon. *deciſ. Lucen.* 7. & in his terminis decidit Rota in cauſa Romana domus 12. Junij de anno 1592. coram Illuſtriſſimo Cardi. Argonio, & rurſus coram eodem in cauſa Mediolanen. bonorum 28. Martij 1594. vbi hæc clauſula erat poſita in clauſulis executiuis, & nihilominus dictum fuit, quod declarabat verba præcedentia pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in emphyteuſim perpetuam, & conſequenter faciebat emphyteuſim tranſitoriam ad quoſcunque hæredes etiam extraneos Caſſad. *deciſ.* 4. *de conceſſ. præb.*

Alius caſus eſt, quando hæc clauſula eſt poſita in parte diſpoſitiua ipſius contractus, & in his terminis procedit regula, vt ſcilicet emphyteuſis eccleſiaſtica ad extraneos etiam hæredes tranſeat, præſertim ſi poſt clauſulam, *ad habendum*, immediatè reſeruatio directi dominij ſit poſita, quia cum exceptio declaret regulam reſeruatio directi dominij tacitè declarat, quod ſub clauſula ad habendum, & quicquid placuerit, &c. continetur facultas alienandi dominium vtile per regulam *l. cum Prætor. de iudic.* quam in his terminis ponderauit Rota in cauſa Nonantulana bonor. 14. Junij 1610. coram Sacrato.

In propoſito autem hæc clauſula dicitur eſſe in executiuis quando eſt poſita in clauſulis loquentibus de inueſtitura, & de traditione poſſeſſionis, vt *in dicta deciſ. apud Cacher.* 164. quæ tamen loquitur quando clauſula adiicitur ex interuallo poſt perfectam diſpoſitionem, ſecus ſi immediatè poſt, vt declarat illamet dec. *ſub numer.* 1. *in princip. & ſub numer.* 2. *in fine.* Præſertim ſi clauſulam *ad habendum* ſubſequantur alia, quæ tangant ipſam diſpoſitionem, vt eſt conſtitutio Canonis, pacta circa alienationem, & ſimilia, quando quidem ad cognoſcendum an iſta clauſula, ſtet executiuè, non ſolum attenditur conceptio verborū, ſed clauſulæ quæ hinc inde illam concomitantur, an ſcilicet ſint executiuæ, vel diſpoſitiuæ? vt per *deciſ. Pedem.* 164. *nu.* 3. *verſ. ſi fuerit ſcripta in medio*, & fuit dictū coram eodem Sacrato in allegata Nonantulana bonorum die 31. Januarij de anno 1611. in qua etiam fuit approbata doctrina Laderch. Imolen. *in conſ.* 1. *num.* 14. Nempe quod clauſula *ad habendum*, non poſſit dici in executiuis, ſi ponatur ante perfectam diſpoſitionem, quemadmodum in ea facti ſpecie ponebatur, Nam inueſtitura dicebat Conceſſerunt N. & N. pro eorum, & cuiuſlibet eorum filiis hæredibus, & deſcendentibus in perpetuum vnam poſſeſſionem, & inueſtientes

MM

illos per impoſitionem pilei in eorum capite ad habendum tenendum, &c. vnde apparebat, quod clauſula *ad habendum* continebatur in periodo diſpoſitionis. Nam verbum *conceſſerunt* in quo ſtabat diſpoſitio, regebat verbum *inueſtientes*, & verbum *inueſtientes* regebat clauſulam *ad habendum*, & cõſequenter clauſula *ad habendum* regebatur à verbo *conceſſerunt*, ad inſtar cauſati, quod regitur à cauſa ſuæ cauſæ.

Verum pro intelligentia aduertas, quod licet clauſula *ad habendum*, poſita in parte diſpoſitiua regulariter faciat emphyteuſim eccleſiaſticam tranſitoriam ad hæredes extraneos, tamen id ſemper non procedit, ſed ſuas habet fallentias, & ideo iſtam concluſionem limita pluribus modis.

Primò, vt non procedat, quando in dicta clauſula, *ad habendum*, non eſt facta mentio de hæredibus, ſed de ſolo acquirente, vt exempli gratia ſi dictũ ſit, Et quidquid Ioanni placuerit, &c. tunc enim cum facultas ſit perſonalis, non egreditur perſonam Ioannis, neque ad eius hæredes porrigitur, vt cenſuit Rota in cauſa Camerien. domorum 18. Aprilis 1572. coram Oradino, vt *in deciſ. 11. part. 1. diuerſ.* & rurſus in vna Cæſaraugustana emphyteuſis 26. Nouembris 1611. coram Gregor. XV. vbi conceſſio dicebat, *tibi Don. Petro, & quibus volueris*, vnde fuit dictum cõceſſionem alienandi fuiſſe ſpecialiter indultam R. Don. Petro acquirenti tantum propter illud verbum, *tu*, quod eſt perſonaliſſimum, Gratian. *deciſ. Marchiæ* 51.

Secundò, vt non procedat, niſi ſub iſta clauſula facultas alienandi concedatur, videlicet, niſi in ea expreſſe dicatur *ad diſponendum*, &c. vel ſint verba id taciè importantia, veluti *quidquid placuerit faciendum*, vel *quibus dederit*, vt voluit Rota in Romana emphyteuſis 26. Iunij 1602. coram R.P.D. Coccino hodie decano.

Tertiò limita vbicumque vltra iſtã clauſulam ſit etiam adiecta clauſula, *& prout de ſimilibus rebus in emphyteuſim locatis fieri ſolet, & de iure debet*, quia tunc ſeruanda eſt diſpoſitio *l. 2. C. de iur. emphyt.* vt voluit Rot. in vna Caſalis Marcelliani 19. Iunij 1587. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino.

Quartò limita, vt virtute ſupradictę clauſulæ, vel clauſulæ, *& quibus dederit* legitimati per reſcriptum non admittantur, niſi fuerint legitimati authoritate Papæ in emphyteuſi enim eccleſiaſtica legitimati ex reſcripto regulariter non ſuccedunt, vt voluit Rota in Ariminen. bonorum 4. Aprilis 1578. coram R.P.D. Robuſterio.

Quintò limita, vt neque vigore huius clauſulæ emphyteuſis eccleſiaſtica ad extraneos hęredes tranſeat, niſi eadem cauſa, & ſolemnitas interueniat, quæ neceſſaria eſt in alienatione directi dominij, vt tenuit Rota in d. Romana Domus Sancti Euſtachij coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & eſt regulare, vt emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa in vtilitatem eccleſiæ non ſeruata forma requiſita ſit nulla, quia, vt valeat duo copulatiuè requiruntur veritas cauſæ, & ſuperioris Authoritas cum cauſæ cognitione, vt fuit dictum in Rota in cauſa Placentina bonorum die 7. Aprilis 1581. coram Cardin. Seraphino.

Sextò limita, quando in eodem inſtrumento poſt clauſulam, *ad habendum*, ſubſequatur expreſſa prohibitio de non alienando, quia tunc ad tollendam contrarietatem, quæ in omni diſpoſitione debet euitari *l. nam ad ea ff. de condit. & demonſtr.* clauſula *ad habendum* intelligitur in terminis ſtipulationis antea factæ, videlicet inter ipſos filios,

filios, & deſcendentes, & ex ſubſequenti prohibitione alienationis euacuatur virtus, & poteſtas dictæ clauſulæ Cacheran. *deciſ.* 164. & ita decreuit Rota in d. Romana Caſalis Marcelliani 19. Junij 1587.

COLLECT. 2812.

Super l. Imperator ff. de in diem adiectione.

¶ *Lex debet intelligi ſecundum naturam tituli, ſub quo poſita eſt.*

COlligitur ex iſto text. legem debere intelligi ſecundum naturã tituli, in quo poſita eſt, & ita Cabedus *deciſ. Rot. Luſit.* 33. *lib.* 1. vbi etiam, quod ex præfationibus intelligitur diſpoſitio per text. *in l. fin. ff. de hared. inſt.*

Sed quęro legis verba cui non conueniunt, num conueniat eius diſpoſitio? negatiuè Monach. *deciſ. Lucenſ.* 13. Anton. *var. reſol. lib.* 3. *reſol.* 9. Rota Romana apud Farinac, *deciſ.* 697. *tom.* 2. *part.* 1. Surd. *deciſ.* 122. per text. *in l.* 4. §. *toties ff. de damno infecto l. quod conſtitutum ff. de milit. teſtam. l. Mania ff. de manumiſſ. teſtam.*

Et legis caſus vbi ceſſat, num ceſſet omnis diſpoſitio? affirmant Magon. *deciſ. Rot. Lucenſ.* 12. Seſſa *deciſ. Rot. Aragon.* 143. Marius Antoninus *var. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 46. *& lib.* 2. *reſol.* 51. prout deficiente lege, vel canone ſola ratio poteſt allegari, *l. ſcire oportet* §. *conſequens verſic. ſuſcipit ff. de excuſ. tutor. cap. fruſtra diſtinct.* 8.

Et in quo ſignificatu lex accipienda ſit declarat Surd. Mant. *deciſ.* 183. vbi in potiori ſignificatu illam accipi debere firmat ex *l. quæritur ff. de ſtatu hominum, & l. non aliter ff. de hared. inſtitue.* aſſerens quoque deciſ. eiuſdem Rotæ Mantuæ 195. legem nõ dici diſponere illud quod præſupponit ex regula illa, quod verba, quæ aliquid præſupponunt, circa illud minimè diſponunt, ad textum *in l. ex facto la* 1. *ff. de hæredibus inſtituen. l. neque enim* § *ſi ſeruum ff. de milit. teſtam. l. generaliter* §. *ſi iis, qui tutor. ff. de fideicomm. libert.*

COLLECT. 2813.

Super Doctrina Decij in cap. ad aures num. 8. de reſcript.

¶ *Baptiſmus, & chriſma an faciant beneficium curatum?*

FIrmat hic Dec. quod habere baptiſmum, & chriſma non efficit vt beneficium ſit curatum, & ita voluit Rota in Salamantina beneficij 28. Nouembris 1606. coram Ludouiſio deinde Gregorio XV. & antè coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino in Oriolen. beneficiorum 21. Maij 1593.

In tantum quod poteſt fieri illatio, vt ex actibus baptizandi, & ſepeliendi non inferatur cura animarum, tanto magis quia ex conſuetudine, & conceſſione ipſiuſmet epiſcopi poteſt introduci, vt filij parrochianorum vnius parrochiæ baptizentur.

Sed an ius ſepeliendi arguat eccleſiam parocchialem? vide *deciſ. Rota apud Ludouiſ. deciſ.* 387. vbi quod poteſt cappella ſiue eccleſia, quamuis parochialis non ſit habere ex conſuetudine, vel conceſſione epiſcopi cæmeterium, vel ius ſepeliendi.

COLLECT. 2814.

Super l. 1. §. deieciſſe ff. de vi, & vi armat.

¶ *Dictio, videtur, quid denotet, & de eius natura.*

HIc probatur dictionem, *videtur,* probare improprietatem, tu au-

tem adde aliquando inducere fictionem, ad text. *in d.l.1.§. deieciſſe autem videtur*, & ſignificare præſumptionem ait Rubin. *deciſ.* 107. vbi pariter affirmat aliquando importare arbitrium boni viri, de quo etiam videas Valaſc. *deciſion.* 153.

Et nota pariter hanc dictionem, *videtur*, non importare veritatem Surd. *deciſ.* 195. Card. Seraph. *deciſ.* 522. licet, quando proferatur à legiſlatore in materia iuris incertitudinem non denotet, ſed veritatem ad text. *in cap.1. de iudic.in 6.*

COLLECT. 2825.

Super conſtit. regni Clementiæ vbi Afflict. num. 7.

§ *Banniti, & contumaces ad purgandam contumaciam coram quo ſe debent præſentare?*

BAnniti, ſeu contumaces in regno ad purgandum contumaciam debent ſe præſentare coram iudice banniente, aliàs elapſo termino confiſcantur omnia bona iuxta conſtitutionem Regni. grandis vtilitas, & ita affirmat Affl ct. hic.

Tu autem limita id non procedere, quotieſcunque Bannitus ſe præſentaret coram ſuperiore, vt deciſum refert Maſtril. *deciſ.* 289. *part.* 3. firmans Bannitum à iudice inferiore poſſe ſe præſentare coram iudice ſuperiore, & propterea dicit ipſe iudicatum, quod ſi aliquis familiaris Sancti Officij per magnam Curiam fuerit bannitus pro delicto ſpectante ad dictum Tribunal facta præſentatione coram ſuo ſuperiore infra terminum cancellantur per Magnam Curiam Banna, & inuentaria, & ex illo tunc non currit contumacia; demque fatetur determinatū pro Comite Cameratæ milite habitus Alcantaræ, qui dum eſſet bannitus per magnam Curiam ſtante præſentatione facta per eum coram Conſilio ordinis infra terminum, & carceratione inde ſecuta, non fuit moleſtatus, ſed deletum bannum, & tranſmiſſa acta.

COLLECT. 2826.

Super l. prætor in principio ff. de edendo.

§ *Verbum*, debet, *quid operetur?*

PErcipitur ex iſto textu, quod verbum, *debet*, plerumque inducit neceſſitatem, & coactionem, & ita remiſſiuè Card. Seraph. *deciſ.* 335. & Seſſ. *dec. Rot. Arag.* 230. & iuſſum, parendique modum, & neceſſitatem indicare, aſſerit Rot. Bonon. *diuerſ. deciſ.* 8. & prolatum à teſtatore importat etiam neceſſitatem, & ſic etiam quando refertur ad iudicem quoque importat neceſſitatem.

Bene verum quotieſcumque dictio negatiua adiicitur huic verbo reddit actum de iure impoſſibilem, Gratian. *deciſ. Rot. March.* 51. & lex aliquid præcipiens per verbum, *debet*, vel non debet inducit regulariter præceptum, per contrafaciens incurrit peccatum mortale, & aliquando verbum hoc exponitur pro *poteſt*, vt notatur *in l. obſeruare* §. *fin. ff. de offic. procon*ſ.

Nonnunquam tamen neceſſitatem non importat, quamuis addatur dictio, *omninò*, Gratian. *Forenſ. diſceptat.* 146. aſſumit enim naturam verborum precariorum, & in lege impoſitum non importat neceſſitatem, ſed decentiam, & vrbanitatem, vt *in l. non ſolum* §. 1. *ff. de noui oper. nunciat.* Rubin. *deciſion.* 147. vbi etiam ait hoc verbum aliquando exponi pro *poteſt*.

Digitized by Google

COLLECT. 2817.

Super l.quiſquis §.filiis vero C.ad l.Jul.Maieſt.

¶ Perduellionis filius an, & quando ſit capax ſucceſſionis?

FIlius perduellionis eſt perpetuò infamis, & omnibus honoribus excluſus, nec eſt capax ſucceſſionis paternæ, h.d. & ita cenſuit Rota Romana in vna Lucana iuris patronatus Veneris 8.Junij 1607. coram Reuerendiſſimo Domino Coccino Rotæ Decano.

Declara tamen hanc concluſionem non habere locum, neque procedere, quotieſcumque filius tempore latæ ſententiæ aduerſus patrem reperiretur Clericus, quia in tali caſu non procedit regula, vt conſtat ex eodem Coccino *deciſ*.351. vbi propterea concludit filium clericum in tali caſu eſſe capacem ſucceſſionis, & propterea ſucceſſiſſe in iure patronatus, quod cum nõ veniſſet in confiſcatione facta à principe laico, eius pater potuit hæredem habere, quamuis non eſſet ſcriptus hęres, nam ſufficit ad eum hæreditatem ab inteſtato ſpectare, & pertinere, etiam quod non adeſſent alia bona.

COLLECT. 2818.

Super Doctrina Cagnol. in l. 2. C. de reſcind.vendit.

¶ Aeſtimatores qualiter eligendi, & de eorum officio?

CAgnolus hic *n*.258. firmat, quod periti, ſeu æſtimatores ad æſtimandum valorem rerum, vel damnũ datum debent à iudice eligi, & ipſi æſtimationem referre.

Ad cuius ornatum nota practicam, quæ hodie viget in regno, in quo fit mandatum quod eligant peritos ſiue æſtimatores, uel quod dent liſtam ſuſpectorum, & tunc ipſis non eligentibus, vel diſcordantibus data liſta iudex illos eligit, qui ab vtraque parte ſuſpecti non fuerint allegati, & taliter à iudice electi debent prius iurare de æſtimando bona ſine fraude, quod iuramentum debet eſſe credulitatis ex dictis per Rotam *Peruſ.deciſ*.7.

Verum in noſtro Sacro Conſilio Neapolitano eliguntur appreciatores, ſeu tabularij, qui appretium faciunt cum interuentu cauſæ commiſſarij, vt teſtatur Franch. *deciſ*.54. Sed quæro ſi in appretio, ſeu in æſtimatione huiuſmodi periti diſcordent, puta quia vnus æſtimat in centum alius in centum viginti, alius in centum triginta, quæ quantitas attendi debet vide Gratian. *deciſ.Rot.March*.32. & Aſciam *deciſ.Barenſ*.41. ſed an peritorum relationi ſtetur circa liquidationem expenſarum, affirmat Ludouiſ. *deciſ*.49.

Et Periti in arte electi à iudice, ſiue à parte, an & quando poſſint mutare relationes factas? vide ſequentes allegationes editas per Jo. Mariam Nouarium cuius tenor eſt, & ſequitur.

NOn dubitabam in cauſa Magnifici Joannis Vincentij de Lira cum Magnifico Jacobo Antonio Solimano quod Matthæus Tardugnus, & Franciſcus Antonius Sclauus Periti electi ad appreciandum potuiſſent re integra mutare relationes, dum conſtabat fuiſſe aſſumptos per iudicem tantum partibus inuitis ad illius inſtructionem, prout etiam caſu abſentiæ ſeu diſcordiæ, cum ſententiæ diffinitiuæ latæ iuxta dictamen horum peritorum nunquam tranſeat in rem iudicatam, ſed poſſint ex interuallo retractari, & corrigi, ſaltum vſque ad ſententiam per peritiores, aut per potiores informationes iuxta Theoricam, & doctrinam Abb. Felini, & Decij in c.

Digitized by Google

propoſuiſti de prob. & in indiuiduo Berous *conſ.144.n.53.vol.3.* Nouarius Fratet *in l.inſtar.C.de iure fiſci lib.10.*

Dicebam tamen ſecus eſſe in probationibus priuilegiatis procedentibus à relationibus perſonarum aſſumptorum de mera partium voluntate, cum tunc ſententia ſuper inde fundata poſſit tranſire in rem iudicatam, nec retractari valeat, etiam ex melioribus probationibus contrariis Iaſon. *in l.admonendi in lectura ſecunda, n.4.ff.de iur.iur.* Rimin.Iun.*conſ.273.nu.7.vol.3.* Maſcard.*de prob.concl.* 1169. & Mauuaſ. *conſ.53.n.7.& ſeq.* qui intelligit doctrinam Jaſonis habere locum, & procedere poſt latam ſententiam non poſſe eligi peritiores, non autem ante latam ſententiam, cum tunc res adhuc cenſeatur integra, Paſett.*conſ.203.n.2.*

Quæ quidem declaratio bene in iure fundata videtur, vt ſcilicet quādo res eſt integra poſſint eligi peritiores, quia re integra multa conceduntur, quæ aliàs denegarentur gloſ. ſing. *in c. cum in cauſis verſic.cum res de elect.* Iaſ. *in l.fin.n.6.C.de repud.hered.* Alex. *in l.ſi mihi,& Titio ff.de verb.oblig.* Roman. *conſil.22.* Viuius *deciſ.131.n.5.* Monterus *deciſ.25.n.54.* latè Coſta *in ſuo tract.de iud.cap.1.n.250.cum ſeq.* quando enim res non eſt integra vertitur plerumque intereſſe & præiudicium tertij, vbi verò res eſt integra, ibi ad æquitatem confugimus, in eo potiſſimum fundatā, quod ſibi non nocet & alteri prodeſt facile eſt concedendum, *l.2.§. item ff. de aqua pluuia arcenda,* Alban.*conſ.187.n.11. vol.1.* niſi præcedat contractus iuxta doctr. Jaſ.*in l.2.n.31.ff.ſolut.matrim.* Oldemb. *in ſua tract.de fideiuſſ.cap.20.§.37.n.15.*

Quare ſue ſic votante, & hæc adducente pro voti confirmatione in cauſa cuiuſdam ciuitatis Ariani, alias per iudicem Ordinarium d. ciuitatis, in qua lis vertebatur fuit prouiſum ſententiam prolatam à Diomede Caſtaldo, & Franciſco Antonio de Luciis peritis in arte electis per Jo. Antonium Ruſſum, & Marcellum Faſanum eſſe omnino obſeruandam, nec eſſe locum retractationi, & mutationi relationis per ipſos factæ.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2819.

Super Regul. 8. Cancellariæ circa exceptionem Cardinalium à Reſeruatoria menſium.

§ *Menſes reſeruati an dentur quando Cardinales ſunt epiſcopi?*

QVatenus in hac regula inter alia, quæ notantur eſt, quod vbi Cardinales ſunt epiſcopi, nō dentur menſes reſeruati cum regula ipſa excipiat Cardinales. Adde quod ita fuit dictū per Rotam in Reatina prępoſituræ 13. Januarij 1615. coram R.P.D. Coccino hodie Decano, vt aliàs vt apud Ludouiſium *deciſ.99.* vbi quod indultum iuris præſentandi ad beneficia in menſibus reſeruatis non ſuffragatur in locis, vbi epiſcopus eſt Cardinalis.

Amplia, quod non ſolum comprehendat Cardinales ordinarios collatores epiſcopos, ſed etiam ſi ſint Abbates, & inferiores collatores, prout latè voluit Rota in d.Reatina præpoſiturę per deciſionem Seraphini 980. quoniam in tali caſu adhuc ordinarij appellari poſſunt, & exercere valent omnia, quæ in eorum diœceſi ordinarij exercent, vnde meritò videmus quod ſicuti præfatis locorum ordinariis non prohibetur diſpenſare circa denunciationes in matrimonij contractu à Sacro Concilio requiſitas, ita pariter licet Abbatibus habentibus iuriſdictionem quaſi epiſcopalem in eorum Abbatia ex cauſa dimittere huiuſmodi denunciatio-

Digitized by Google

ciationes, prout aliquibus vicibus, licet per tranſennam fuit dictum in noſtra Curia Archiepiſcopali.

Et pro ornatu præmiſſorum nota, quod quando Illuſtriſſimi Cardinales locorum ordinarij excipiuntur, à præfata regula Cancellariæ circa materiã reſeruationis, nihil de nouo illis conceditur, ſed obſtaculum tãtum, & impedimentum remouetur, vt dicit Puteus *deciſ.* 496. *lib.* 2. prout etiam indultum conceſſum Ordinario collatori nihil de nouo tribuit, ſed tantum remouet obſtaculum reſeruationum Rota *deciſ.* 530. *par.* 3. *diuerſ.* Adeò quod collatio facta vigore indulti cenſetur facta authoritate ordinaria, prout cenſuit Rota in dicta Reatina Præpoſituræ 23. Januarij 1605. coram R.P.D. Coccino Decano, & propterea vigore iſtius indulti Ordinarius nequit conferre ea beneficia, quæ aliàs remotis reſeruationibus conferre non poſſet, & collatio ad alios ſpectaret, Mohed. *deciſ.* 1. *de priuil.* Rot. *deciſ.* 642. *part.* 2. *in recent.* fuit dictum in Argentina Canonicatus 9. Maij 1611. coram Illuſtriſſimo Pamphilio, imò ſufficeret ſola quaſi poſſeſſio conferendi alterius ad effectum, vt epiſcopus vigore indulti conferre nequiret Puteus *deciſ.* 206. *lib.* 1. Mohed. *deciſ.* 8. *de priuileg.* Rot. *deciſ.* 701. *part.* 4. *in recent.*

COLLECT. 2830.

Super Doctrina Angel. in l. fin. C. de ſentent. & breuic. recit.

¶ Sententia debet legi à Iudice, & à notario publicari. & qua forma?

AFfirmat hic Angelus ſententiam debere legi, & inter cætera dici per Notarium, (quem hodie actorum magiſtrum appellamus) *lecta, lata, ſupradicta ſententia.* Idcirco dicitur *lecta, lata,* & prius ſcribi, & deinde legi debere, aſſerit Milaneſ. *deciſ. Rot. Siciliæ* 2. *lib.* 1. Rot. *diuerſ. deciſ.* 705. *part.* 3. vnde optimè Rota Romana dicit, quod ſi ſententia ſit ſubſcripta per iudicem, non tamen dicitur publicata, & lata, nec factam fuiſſe in ſcriptis ſententiam ſi ſubſcripta ſolum fuit, & nõ lata iuxta text. *in l.* 2. *&* 3. *C. de ſent. & breuicul.* vt apud Rot. *deciſ.* 46. *part.* 1. *tom.* 1. *apud Farinac.* quamuis ſubſcriptionem iudicis neceſſariam non eſſe, ſed ſufficere fuiſſe latam, ſcribit Verall. *deciſ.* 139. *p.* 3. quinimò eadem Rota *d. deciſ.* 46. *nu.* 2. dicit requiri in publicatione ſententiæ iudicis præſentiam, de quo pariter videas aliã deciſionem coram Coccino 474. *part.* 2. *tom.* 1. vbi hanc iudicis ſubſcriptionem non eſſe neceſſariam affirmat quod etiam aſſerit *dec.* 510. *ead. part.* 2. *tom.* 1. & debere legi ſententiam, & per iudicem, notat Laurent. *deciſ. Rot. Auenion.* 68.

In regno tamen noſtro huiuſmodi lectura ſententiæ non fit per iudicem, ſed per Ordinarium actuarium Anna *ſing.* 473. & vide Fabr. *deciſ.* 1. *tit.* 11. *lib.* 3.

Sed quæro num ſi ſchedula profeſatur dicendo, ſententiam fuiſſe prolatam, prout in ſchedula, num habeatur ac ſi fuiſſet lecta, atque publicata? Dicas quod ſic, dummodo tamẽ ex actis conſtat ſchedulam fuiſſe à iudice ſubſcriptam, & publicatam tempore prolationis, ſiue in die, in qua cadebat citatio, & in qua terminus fuit habitus pro ſeruato, vel ſaltem quando id poteſt præſumi, quia de contrario non conſtat ex actis, Rota nouiſſimè apud Farinac. *deciſ.* 252. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 474. *& deciſ.* 510. *part.* 2. *tom.* 1. *& deciſ.* 81. *part.* 1. *tom.* 1. *& deciſ.* 731. *part.* 1. *tom.* 2.

COLLECT. 2831.

Super Doctrina Bar. in l. ſi vir vxori nu. 3. ff. de acquir. poſſeſſ.

Digitized by Google

COLLECT. 2833.

Super l. ſi ob cauſam in l.2.C.de euictionibus.

¶ *Euictio an competat ſi res à iudice vendita fuerit?*

EVictio competit illi, qui rem habet à iudice, non ſecus ac ſi à priuato habuiſſet. Et ita Rota voluit in Romana euictionis Veneris 6. Junij 1603.coram Illuſtriſſimo,& Reuerendiſſimo Cardinali Ludouiſio, tunc temporis Rotę Auditore,& deinde ad pontificatus ſedem creato.

Cuius concluſionis ratio eſt, quia factum iudicis dicitur factum partis, Surd.*deciſ.*166.Ludouic, *deciſ. Perusina* 65.Rota Romana apud Farin. *dec.*184.

Et quod venditor teneatur de euictione,etiam ſi res vendita fuerit à iudice,& vbicunq; res ſcienter fuit vendita non libera quod venditor poſſit agere ad intereſſe,& loco intereſſe ad reſtitutionem precij deciſum in Romana Rota refert Ludouiſius *in deciſ.* 119.vbi quod libera debet eſſe res vendita,& ideò venditor, qui ſciebat rem venditam onere aliquo affectam tenetur emptori ad intereſſe, tenetur enim emptor certiorare emptorem ſpecialiter de qualitate rei venditæ, nec ſufficit,quod in genere, & obſcurè enunciet, ſeu ſub inuolucro verborum Surd.*deciſ.* 265.*& deciſ.*288.

COLLECT. 2834.

Super l.ſi ex dolo ff.de re iudic.

¶ *Subrogatio an detur in litigante calumnioſo?*

COlligitur ex iſto text. regula calumniam ſuam nemini debere patrocinari,vnde tu inferas,quod licet ſubrogatio ſit danda colliriganti, ne detur nouus collitigans, vt voluit Rota in Collen.parochialis 11.Decembris 1595.coram R.P.D.Alexandrino,& in Gerunden.canonicatus 14.Maij 1601. coram Ludouiſio,tamen quando litigator eſt calumnioſus in tali caſu non datur ſubrogatio, Biſignett. *deciſ.* 2.*de rerum permutat.* Caſſad. *deciſ.* 7. *de dolo, & contumacia.*

Sed an dicatur calumnioſus litigator ille, quamdiu ius ſuum iuſtificare poteſt?negatiuè voluit Rota in allegata Gerunden. & apud Ludouiſium *deciſ.*125.vbi quod ad effectum regulæ Cancellariæ 28.pro euitanda ſuſpicione calumniæ ſufficit quælibet cauſa probabilis,& colorata litigandi,ſicque teſtatur determinaſſe Rotam in Conchen. Archipreſbyteratus 19. Januarij 1598.coram R.P.D.Litta aſſerens pariter,quod de calumnia non dicitur cōſtare, quando deciſio non eſt ſuper meritis, & cauſa eſt in principio, & nullæ adhuc factæ ſunt probationes Achil.de Graſſis *deciſ.*7.*vt lit.pendent.*

COLLECT. 2835.

Super Gloſ.in l.1.C.de Sacroſ.eccl.

¶ *Diſpoſitio omnis intelligitur de habili, qualiter hoc intelligatur?*

GLoſa hæc affirmat diſpoſitionem omnem intelligi debere de habili. Et ego dico debere recipere reſtrictionem de habilitate, Antoni.*variar. reſol.lib.*2.*reſol.*40.mihi tamen ſecus aſſerit in contractibus.

Sed quæro num diſpoſitio aliquid ſupponens verificetur in alio caſu,quā in illo, in quo verificatur præſuppoſitum?negatiuè ꝯeſſa *deciſ.Rot.Aragonia* 160. qui *in deciſ.*187. affirmat diſpoſitionem vnam,& eandem non debere diuerſo iure cenſeri, quia vna, & eadē res debet eodem iure cenſeri,Rota

NN

Romana, apud Farinac. *deciſ.* 669. *tom.* 2. *part.* 1. Monach. *deciſ. Rot. Lucenſ.* 21. *&* *deciſ.* 67. aſſerens tamen *deciſ. Floren.* 28. quod reſpectu diuerſorum diuerſo iure cenſeri debet.

Et num diſpoſitio omnis intelligatur de prima, & vnica vice? affirmauit Rota Romana apud Farinac. *deciſ.* 413. *tom* 1. *part.* 1. per text. *in l. boues* §. *hoc ſermone ff. de verb. ſignif.* & diſpoſitio ſimpliciter prolata an intelligatur & amplietur, & reſtringatur ſecundum terminos iuris cõmunis? affirmat Valaſc. *deciſ.* 42. & diſpoſitio limitata, an limitatum producat effectum? affirmatiuam ſectatur opinionem Seraph. *deciſ.* 911. & quænam potius diſpoſitio legis, ſcilicet, vel hominis facilius tollatur? legis aſſerit Seſſa *deciſ. Rot. Aragon.* 74. & diſpoſitio, qualiter intelligatur? Dico illam intelligi debere rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, Seraph. *deciſ.* 129. Seſſa *deciſ. Rot. Aragon.* 187. quod tamen non procedit in his, quæ recipiunt augmentum, & diminutionem, & mutatione conditionis, & ſtatus variatur diſpoſitio, *l. ſi quis ff. de ſolut. l. ſi cum Cornelius ff. eod. tit. cap. quemadmodum de iur. iur.* & ſpeciatim in iuramento conſtat ex Rota Romana apud Farinac. *deciſ.* 41. *tom.* 1. *part.* 1.

COLLECT. 2836.

Super l. Ordinariorum C. de cohortali. lib. 11.

¶ *Pœna delinquentis in officio quæ ſit?*

DElinquens in officio priuatur illo, & officij ſalario, eiuſq; bona illi officio confiſcantur, h. d. & ita Fráč. Marc. *deciſ.* 646. & nos diximus *in deciſ. Curiæ Archiepiſc.* 282. *part.* 2.

Et quod delinquens in officio, vel dignitate, ſeu munere, in quo quis exiſtit priuetur illo officio, vel dignitate in qua deliquit, probatur *in l. ſi aliquo C. de ſuſcept. lib.* 10. traduntque Capic. *deciſ.* 121. Franc. Marc. *deciſ* 390. *& deciſ.* 654. Cappella Tholoſana *deciſ.* 370.

Amplia, vt huiuſmodi delinquentes in officio amplius non debent admitti ad illud, nec etiam per principis præſcriptum, niſi ſpecialiter & expreſſis verbis derogetur iuribus prohibitoriis, vt conſtat ex Franciſco Marc. *deciſ.* 390. *& deciſ.* 546.

Sed quæro quando quis dicatur in officio delinquere ad effectum, de quo ſupra, Rota in vna Romana Notariatus die 17. Decembris 1583. coram R. P. D. Cantuccio declarauit, vbicunque quis calore, vel colore officij aliquod committat prohibitum.

Et num huiuſmodi pœna priuationis officij incurratur ipſo iure, eadem Rota coram eodem de anno 1584. die 27. Ianuarij, determinauit requiri iudicis declaratoriam.

COLLECT. 2837.

Super Soccin. in l. rem quæ nobis ff. de acquirend. poſſeſſ.

¶ *Iudicium reſtitutorium quando detur, vel quando denegetur?*

REſtitutorium iudicium ceſſare, ſi iuſta ex cauſa poſſeſſione quis priuetur firmat hic Soccinus *num.* 8. & ita ex deciſionariis tradit noſter Regnicola Afflict. *deciſ.* 392. & Viſil. *in addit. ad eum deciſ.* 97. item reſtitutorium remedium non datur, ſi propria authoritate quis poſſeſſionem licitè ingrederetur, & abſque violentia Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 17. prout quando principis authoritate quis ſpoliatur reſtituendum minimè eſſe aliquando iudicauimus in noſtra Curia Archiepiſcopali, quoniam authore prętore quis iuſtè

Digitized by Google

fuſtè poſſidet, niſi tamē ſpoliatus principis authoritate quis eſſet, quando princeps extraiudicialiter procederet, quia in tali caſu reſtituendus prius eſſet ſpoliatus, ad textum *in l. meminerint C. vnde vi. & in l. fi. C. ſi per vim. vel alio mod.* & vide Afflict. *deciſ.* 116. & 361. vbi Vrſil. *in addit.* qui dixerunt, Vaſſallum agere poſſe ſpolio contra dominum, qui eo non vocato feudi poſſeſſionem fuit ingreſſus, quod ad ſe deuolutum affirmat, & vide nouiſſimè Giurb. *in conſil. crim. ſiue deciſ.* 67. vbi *num.* 28. ait reſtitutorium iudicium non dari, ſi iuſta ex cauſa ſua poſſeſſione quis priuetur, prout quandoque conſulti nos quoq; reſpondimus, & in anno 1620. de menſe Martij tempore quo Vicariatus munere in mea fungebar ciuitate, ita pariter decreui.

COLLECT. 2838.

Super cap. vt circa de elect. in 6.

¶ *Articulos obiectiuos dare volens, quæ ſpecificare debeat?*

PRobatur in hoc text. quod obiectiuos articulos opponere volens aduerſus aliquem ſpecificare debet obiectum, puta heręſim, homicidium, vel aliud, & ita tradunt Bellamer. *deciſ.* 122. Faſtolus *deciſ.* 33. Rot. *in antiq. deciſ.* 370. & *deciſ.* 781. & moderniſſimè videndus eſt Nouarius iureconſultus multæ eruditionis *in libr.* 1. *forenſ. queſt. cap. ſiue queſt. deciſ.* 4. Hique obiecti articuli ſi producti fuerint nō datur terminus ad illos declarandos, vt refert Rota *in antiq. in deciſ.* 64. & *in dec.* 427. Datis autem obiectiuis articulis illis pars reſpondere tenetur Rota *in antiq. in deciſ.* 181. poſt datum terminum ad articulandum, & ipſum elapſum articuli obiectiui non ſunt admittendi Triuul. *in deciſ.* 12. ſi in prima inſtantia impetrata fuerit commiſſio. quod articuli obiectiui poſt illius [illegible] terminum dati non obſtante illius termini lapſu, ac mala ſpecificatione admittantur, dummodo ſint probabiles per teſtes, non extenditur ad ſecundam & tertiam inſtantiam, ſi in illa melius ſpecificari poſſunt, Rota *in deciſ.* 92. in termino dari debent articuli obiectiui primæ inſtantiæ, & ſi non fuerunt dati, tamen in termino dato ad non poſita ponendum in ſecunda inſtantia dari poterunt. Biſign. *in deciſ. de except.* Rota *in antiq in deciſ.* 607. & dicens articulos obiectiuos præſentandos eſſe in termino verbo, & facto, Rota *deciſ.* 709. intelligenda eſt dicta concluſio quoad productionem articulorum obiectiuorum concernentium crimina, quia ſi poſt terminum darentur, eſſet dari reſtitutionem in integrum aduerſus crimina proponenda, quod denegatur, ſecus autem ſi articuli obiectiui reſpicerent ius commune vel opponentis vel dantis, quia tunc dabitur alius terminus ad dandos articulos de iure, puta quia dicat articulos ipſum habere ius in beneficio ex ordinaria collatione, vel alia via debita, & non ille, cui Papa contulit cum ipſe caſu tali matrimonium copulauerit antequam Papa beneficium illi contuliſſet, vel ex alia cauſa iuſta concludente illū non habere ius, & iſto caſu articuli admittuntur obiectiui. Rota *in dicta deciſ.* 607. eadem Rota *deciſ.* 27. Bellam. *in deciſ.* 439. Rot. *diuerſ. in deciſ.* 1681. *par.* 3. idcirco aduerſus beneficiatum, & electum, aut prouiſum non datur reſtitutio in integrum ad articulos obiectiuos defectuum, & criminum ex adductis per Capic. *deciſ.* 62. ex ea quia quoad crimina, & defectus reſtitutio in integrum non conceditur, vt pluries practicauimus in Curia Archiepiſcopali, vnde minori reſtitutionem in integrū

minimè dari pro articulis obiectiuis, decreuit Rota *diuerſ.deciſ.177.part.2.*

Sed num corrigi poſſint articuli obiectiui? negat Rot. *in antiq. deciſ.709.* & an articulos obiectiuos reus, & poſſeſſor dare poſſit contra actorem, licèt de ſuo iure non conſtet? affirmat Biſignet. *deci.2 de except.* ſufficit enim quod inter alia poſſideat, etiam ſi eſſet iniuſtus, & vitioſus poſſeſſor.

COLLECT. 2839.

Super Doctrina Bar. in l.2. ff. de except. rei iudic.

¶ Exceptio iuris tertij penitus excluſiua an & quando opponatur?

OPpoſitio de iure tertij penitus excluſiua iuris agentis proponi poteſt, & procedit, hoc dicit & ita ſequitur Francus *deciſ.14.* Boer. *deciſ.264.* Surd. *deciſ.108.* & in notabili caſu Cartar. *deciſ.128.* & quamuis regulariter oppoſitio de iure tertij in iudicio minimè ſubſiſtat *l. loci corpus §. competit ff. ſi ſeruit. vendic.* Viuius *deciſ.126.* tamen hæc regula multas patitur declarationes, de quibus apud Theſaur. *deciſ.4.* quibus velim addas vnum, nempe quando actus eſſet ipſo iure nullus, nam tunc benè poterit opponi huiuſmodi exceptio, Viuius *deciſ.291.* An autem in ſummariis admittatur exceptio de iure tertij? vide quæ cumulauit Cacheran. *deciſ. Pedem.1.*

COLLECT. 2840.

Super l. ſi vnus §. ante omnia ff. de pactis.

¶ Pactum vnius alteri non nocet.

EX iſto textu colligunt ſcriptores, pactum vnius alteri non nocere, & ita ex deciſionariis dicit Surd. *deciſ.* *Rot. Mantuæ 102.* & ſic conuentio facta in aliquo contractu inter me, & Joannem non prodeſt, neque præiudicat, prout ſentit idem Surd. *deciſ.266.* vbi ad pulchram infert quæſtionem quam per te poteris videre, Hinc inferri poteſt quod renunciatio iuris hypothecæ facta per mulierem in beneficium vnius ad alium non extenditur, nec illi nocet iuxta ea, quæ tradidit Franc. *deciſ.477.* nec non iuxta ſcripta per Surdum *deciſ.163.* quem etiam poteris videre *in deciſ.10.* & vide Viuium *deciſ.342.* nam forte eius dicta conferent.

COLLECT. 2841.

Super Doctrina Bald. in cap. quanto num.5. de iudic.

¶ Conceſſio caſtri an & quando facta intelligatur cum mero, & mixto Imperio.

COncludit hic Bald. ſub caſtri conceſſione non venire merum Imperium. Tu autem dicas contrariam opinionem ſecundum alios eſſe veriorem, & cõmuniorem, vt nedum ſimplex iuriſdictio, ſed etiam merum cõprehendatur Imperium, Gail. *obſeruat. 61. lib.2. De Ponte deciſ. Collateral. Conſilij Neapol.2.*

Verum in hoc noſtro regno quidquid ſit de iure communi contrarium dicendum eſt, vt conceſſo caſtro cum territorio, & pertinentiis, atque cum omnibus iuribus nullatenus veniat merum imperium, vt ſpecialiter fuit diſpoſitum per conſtitutionem incip. *ea quæ ad decus.* & ita tradit Franc. *deciſion.116.*

Quæ ſane opinio eſt vera non tantum in conceſſione facta per Principem, ſiue regem, ſed etiam ſi alius habens in Caſtro merum Imperium illud alteri ſimpliciter cedat, non facta expreſſa mentione, & ſpeciali meri, &

mixtì

mixti Imperij, tunc enim illud non comprehenditur, niſi ille cedens non haberet merum, & mixtum Imperium in Caſtro, quia tunc, vt diſpoſitio aliquid operetur cenſebitur ceſſiſſe ius, quod habet, ex regula tex. *in cap. ſi Papa de priuil. in* 6. Nam huiuſmodi cõceſſio meri, & mixti imperij non ita de facili antiquitus fiebat, maximè ante Reges Aragoneos Franch. *in deciſ.* 510. qui tamen *in deciſ.* 170. ait hodie in Regno paſſim Barones omnes, & ciuitates demaniales habere merum, & mixtum Imperium ex priuilegio, vel ex venditione.

Idem erit de conceſſione Caſtri fortè facta cum iuriſdictionibus ſuis, ſub qua pariter ſimplex iuriſdictio cõtinebitur, neq; veniet merum, & mixtum imperium, quod ampliatur etiam ſi dictum fuiſſet cum omni iuriſdictione, Rubi. *deciſ.* 191. vbi expreſſe voluit, quod appellatione omnis iuriſdictionis non comprehenditur merum, & mixtum imperium, eo quod expreſſam requirit conceſſionem, cum ſit de ſupremis regalibus, & ob id ſi Princeps daret omnem iuriſdictionem Caſtri, non videtur donaſſe merum, & mixtum Imperium, quod ſpecialiſſimum eſt abſtractum, & ſeparatum à natura generis eſſe eo magis ius Regium, De Ponte *d. deciſ.* 2.

Quod ſi Vaſſallus vendat Caſtrum, & non Princeps, tunc cenſetur vendita iuriſdictio, quæ ipſi Caſtro cohæret ad text. *in l. teſtatori* §. 1. *ff. de legat.*

Et in tantum quod in dubio præſumitur iuriſdictionem Caſtro cohærere, & quæ de Caſtro dicta ſunt procedere etiam in conceſſione Curiæ, cuius nomen vniuerſale eſt comprehenſiuum iuriſdictionem, vt dixerunt Rubinus *deciſ.* 201. vbi quod ſi in priuilegio Baronis reperiatur expreſſe conceſſum merum, & mixtum Imperium cum omnimoda iuriſdictione, vel aliud ex conſuetudine, aut præſcriptione acquiſitum fuiſſet, eo caſu Baro ipſe cognoſcere debebit de cauſis Vaſſallorum ſuorum, & non Rex, cum habeat iura vtilia cum vtilitate, & effectu, ideoque præfertur regi in cognitione cauſæ in tantum quod non poſſet Rex, ſeu Dominus directus in terris Comitis, vel Baronis iuriſdictionem aliquam in primis cauſis exercere, niſi in caſibus exceptis, Anna *allegat.* 52. eo magis ſi in priuilegio adeſſet clauſula abdicatiua, *tu ſolus, & nemo alius*, Capic. *in deciſ.* 9. *Ludouic. deciſ.* 10.

COLLECT. 2842.

Super Doctrina Abb. in cap. item cum quis de reſtitut. ſpoliat.

¶ *Defectus qualitatis in qua ſtatutum ſe fundat poteſt opponi non obſtante ſtatuto reijciente quaslibet exceptiones.*

EXceptio defectus qualitatis, in qua ſtatutum ſe fundat poteſt opponi non obſtante ſtatuto reiiciente quaſlibet exceptiones, h. d. & ita Cacher. *deciſ.* 122. Milanens *deciſ. Rot. Sicil.* 1. 3. *&* 5. *& deciſ.* 9. *lib.* 2. & ratio eſt, quia qui vult vti beneficio ſtatuti habentis qualitatem aliquam debet prius qualitatem illam probare, & poſtea ex eo agere, tum etiam quia fundans intentionem ſuam in aliqua qualitate tenetur præciſè illam qualitatem probare, alioquin ſuccumbet *l.* 4. §. *docere ff. vi bonor. raptor. l.* 1. §. *ait prætor. ff. ne quid in flumine public.* & tandem diſpoſitio ſtatuti debet acceptari cum ſua qualitate, Amat. *deciſ. Rot. Marchiæ* 91. Bellon. *dec. Rotæ Genuæ* 110.

Hinc infertur, quod quando ſtatutum dictaret, quod contra inſtrumentum nõ poſſit opponi aliqua exceptio,

Digitized by Google

poterit tamen opponi, eo non obſtante, quod non eſt inſtrumentum, Surd. *deciſ.* 289. Cacher. *deciſ.* 142.

Hinc pariter infertur quod ſi ſtatutum diceret, vt contra inſtrumentum publicũ nulla poſſit opponi exceptio, poterit nihilominus opponi, quod inſtrumentum non eſt publicum, Affli. & Viſillus *deciſ.* 283. Milanenſ. *deciſ.* 8. *lib.* 2. quod eſt verũ, quamuis hæc qualitas à ſtatuto requiſita altiorem requireret indaginem, Idem Milanenſ. *deciſ.* 3. *lib.* 2. *& d. deciſ.* 8. vbi dicit, quod admittitur aduerſus executionem cenſus Bullaris.

Hinc etiam infertur quod quamuis aduerſus inſtrumentum guarentigiatum, ſiue paratam habentem executionem nõ poſſit opponi aliqua exceptio, poterit nihilominus opponi, quod ille, qui fecit inſtrumentum nõ erat notarius, Milanenſ. *d. deciſ.* 8. & ita ego practicaui in qua lam cauſa vertente in tribunali noſtræ Curiæ Archiepiſcopalis de anno 1626. tempore quo vacabat ſedes ob mortem Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Decij Carrafæ noſtri Archiepiſcopi.

Quod amplia, vt etiam poſſit opponi quod inſtrumentum fuit factum extra territorium, in quo fuit creatus Notarius ille, qui inſtrumenti contractum celebrauit, quoniam inſtrumenta facta per illum, qui non erat notarius, ſunt nullius momenti, & roboris, & ac ſi non facta eſſent habentur, & ideò non probant, nec vllam fidem faciunt, vt probat Rubinus *deciſ.* 193. vbi tamen limitat hanc concluſionem nõ eſſe veram, nec procedere, quoties ille, qui inſtrumentum condidit communiter fuiſſet reputatus notarius ab omnibus, quia in tali caſu probarent inſtrumenta, ex regula text. *in l. Barbarius ff. de offic. prætor.* vbi probatur communem errorem, & reputationem facere ius, & excuſare.

Super cap. ſi pater, & ibi Canoniſtæ de teſtamentis.

¶ *Subſtitutio, an & quando cenſeatur directa, vel obliqua?*

DOctores in hoc text. communiter firmant, quod ſemper potius debet capi interpretatio, quod ſubſtitutio ſit directa, quam obliqua, & iuxta illorum opinionem ſenſit Rota Romana in Viterbien fideicommiſſi lunæ 24. Januarij 1605. corã Gregorio XV. vt conſtat apud eum *dec.* 207. vbi principaliter firmat, ſubſtitutionem cenſeri directam, & non fideicommiſſariam, quando teſtator inſtituit hæredẽ aliquem, & eius ſucceſſores non obſtante clauſula (*omni meliori modo*) & clauſula codicillari.

Et quod ſubſtitutio facta per verba communia debeat ceſeri directa, & ex quibus debeat cenſeri obliqua declarat idem Ludouiſius deinde ſummus Pontifex *deciſ.* 151. ſiue 131.

Et quod compendioſa ſubſtitutio facta per verba communia contineat vulgarem, voluit Surd. *deciſ.* 37. & firmauit Rota in Firmana hæreditatis 11. Decembris 1611. coram R.P.D. Dunozet, & in Fulginaten. legati 14. Martij 1615. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio tunc Rotæ Auditore.

Quæ quidem vulgaris contenta ſub compendioſa, cenſetur vulgaris expreſſa, Surd. *deciſ.* 37. & de ea iudicandum eſt ac ſi ſpecialiter fuiſſet expreſſa ſolita formula ſubſtitutionis vulgaris.

Et quod generaliter omnia verba, quæ alterius miniſterium non requirunt cenſeantur directa, dixit Rot. *dec.* 639. *part.* 1. *in recent.*

Et quod quando plures etiam ſub nomine collectiuo ſunt vocati, niſi adſint verba importantia tractum temporis ſucceſſiuum in futurum cenſentur

Digitized by Google

tur ſolum vocati per vulgarem, adeò quod primo adeunte expirat ſubſtitutio quoad alios, prout tenuit Rota in illa Auenionen. ſtatus 6. Junij 1587 coram R.P.D.Bubalo, & *in deciſ.* 125. & *in deciſ.* 143. vbi Rota dicit eſſe communem, & *deciſ.* 357. *part.* 1. *in recent.* & voluit alias in Romana fideicommiſſi de Briſcaglis 1616. coram R.P.D. Pirouano, & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Surd. *deciſ.* 346.

Bene verum præfata opinio non habet locum, quando vltra nomẽ collectiuum concurrerent etiam verba perpetuitatem reſpicientia, & tractum ſucceſſiuum importantia, quia tunc ſubſtitutio cenſetur fideicommiſſaria, & primò adeunte non expiraret ſubſtitutio, ſed teneretur reſtituere alijs vocatis, ſeu comprehenſis ſub nomine collectiuo. Rota *deciſ.* 125. *dec.* 143. 266. & 357. *part.* 1. *in recent.*

Et nota quod ſecundum Rotam in Viterbien. fideicommiſſi 24. Nouembris 1603. coram R.P.D.Ottembergo, præfata perpetuitas tacitè inducitur, ſi teſtator vocauerit naſcituros, vel ſi vocauerit maſculos excluſis fœminis ſiue, ſi adſit clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis, *ſi non valet, vel non valebit.*

COLLECT. 2844.

Super Clement. 1. in fin. de præb.

§ Verba quæ præſupponunt non diſponunt, declaratur.

COlligitur ex iſto tex. quod quando aliquid præſupponitur nihil diſponitur circa præſuppoſitum, & ità Rota *deciſ.* 1. *de procurat.* Rota apud Ludouiſium *deciſ.* 108. *n.* 2.

Et quod verba, quę præſupponunt, non diſponunt determinat Rota *deciſ.* 23. *de procurat. in antiq.* Surd. *deciſ.* 195. Rota *deciſ.* 507. *part.* 1. *diuerſ.* & *deciſ.* 53. *part.* 1 *in recent.*

Amplia, quod potius eſt toleranda ſuperfluitas, quam quod verba præſuppoſitiua diſponant, Surd. 195.

Limita tamen non procedere, quãdo præſuppoſitum venit per neceſſarium antecedens ad id, quod eſt diſpoſitum, quia tunc etiam verba præſuppoſitiua diſponunt Rota *deciſ.* 316. *par.* 1. *diuerſ.*

COLLECT. 2845.

Super Doctrina Felin. in cap. conſuluit de officio delegat.

§ Sententia ferri non poteſt præcedente citatione ad audiendam voluntatem Domini.

HIc Felinus *nu.* 16. affirmat, quod ſententia ferri non poteſt citatione ad comparendum, & ad audiendam voluntatem, & ita voluit Rota *deciſ.* 17. *de re iudic. in nouiſ.* Ludouiſius *deciſ. Rot.* 209.

Amplia, quod citatio ad ſententiam debet eſſe ſpecifica, & non ſufficiunt verba æquipollentia, Rota *deciſ.* 18. *par.* 1. *in recent.* & *deciſ.* 486. & *deciſ.* 141. *part.* 2. *in recent.*

Et in ſpecie non ſufficere citationẽ ad audiendam voluntatem iudicis etiam cum peremptorio 11. Martij 1615. coram R.P.D.Pirouano.

COLLECT. 2846.

Super cap. 1. de iuramento calumniæ in 6.

§ Iuramentum calumniæ omiſſum an, & quando reddat proceſſum nullum?

IVramenti calumniæ defectus reddit proceſſum nullum. h. d. & ita Rot. *deciſ.* 2. *eod. tit. in antiq.* Puteus *deciſ.* 398. *lib.* 2.

Digitized by Google

Et quod iuramentum calumniæ, ſi fuerit expreſſe petitum, & non præſtitum vitiet proceſſum, tradunt quoque Mantic. *deciſ.* 13. & voluit Rota in Romana pecuniaria de columna 21. Aprilis 1617. coram R.P.D. Dunozetto.

Amplia quod hęc nullitas eſt attendenda, quamuis non ſit de tribus Seraph. *deciſ.* 1355. vbi declarat non procedere firmatam concluſionem, quando de tempore, quo fuit iuramentum petitum iam ex actis conſtabat de bono iure illius, pro quo lata fuit ſententia, quia tunc non obſtante omiſſione iuramenti, valet ſententia, & proceſſus, & ita quoque affirmat Rota *deciſ.* 366. *part.* 4. *in recent.*

Quinimò, etiam ſi poſt petitionem cōſtaret ex actis de bono iure, talis nullitas ex omiſſione iſtius iuramenti non videretur attendenda, Rota *deciſ.* 131. & voluit quoque in Eugubina penſionis 7. April. 1617. coram R.P.D. Manzanedo, & in Romana pecuniaria 21. Aprilis 1617. corā R.P.D. Dunozetto.

Verum ſi iuramentum calumniæ non fuiſſet petitum, tunc cenſetur tacitè fuiſſe remiſſum, & proceſſus eo non præſtito valet, vt declarauit eadē Rota in Burgen. reſidentiæ 30. Maij 1586. coram R.D. Plato, Rot. *deciſ.* 331. Imo etiam ſi fuiſſet petitum, & poſtea in quocunque actu non eſſet repetita petitio cenſetur ab ea receſſum, & proceſſus ſuſtineretur, vt fuit dictum in Romana pecuniaria de columna 20. Aprilis 1617. coram R.P.D. Dunozetto, in iudicialibus enim debet repeti proteſtatio in quolibet actu, Rota *deciſ.* 688. *part.* 1. *diuerſ.* vbi alios Doctores allegat.

COLLECT. 2847.

Super cap. Biduum 2. quęſt. 6.

¶ *Sententia lata ſub conditione an valeat, & quando reſcindatur?*

SVnt qui tenent per hunc tex. quod ſententia prolata ſub conditione intrinſeca in tempus præſens, vel futurum, puta ſi dicat, condemno te ſi eſt probatum, & ſi non eſt probatum, abſoluo, non valet, ſed per appellationem retractari ſolet, de quo videas tex. quoque *in cap. præterea requiſiſti extra de appellat. & ca. à nobis de ſententia excomm.* Magon. *deciſ. Lucenſ.* 73.

Contrarium tamen, quod huiuſmodi ſententia valeat, tenuerunt plures apud Franciſc. Marc. *deciſ. Delphin.* 418. *vol.* 1. *& deciſ.* 4. *vol.* 2. Addentes ad Guid. Pap. *deciſ.* 67.

Declara tamen has contrarias opiniones, quod ſententia cum conditione de futuro ferri non debet, tamen ſi fuerit appellatum per appellationis iudicem reſcinditur, Cacher. *deciſ.* 146. Franc. Marc. *deciſ.* 418.

Sed an ſub conditione intrinſeca, quæ negotium principale tangat, ſententia ferri poſſit? affirmat Cacher. *d. deciſ.* 146. dummodo tamen iſta conditio fuerit in tempus futurum, & dummodo poſt ſententiam conditio illicò adimpleri poſſit, firmans pariter quod ſi conditio fuerit extrinſeca aliena à negotio, & cauſa agitata, quamuis non deſint qui teneant quod ſententia ſub illa prolata nulla, & inualida ſit, tamē melior eſt opinio, quod ſi fiat ſub ea conditione iniqua ſit, & quod per appellationem reſcindatur, & ita communiori calculo ſentiunt Doctores.

Sed an principis ſententia conditionaliter prolata valeat, & teneat? valere illam, & tenere ſi mauit idem Cacheranus *in ſæpius citata deciſ.* 146. quem in facti contingentia circa hanc materiam videre poteris, cum nullus ex deciſionariis, quos viderim melius iſtam quæſtionem perpetrauerit, & exagitauerit, vt videri poteſt.

Digitized by Google

COLLECT. 2848.

Super l.2.§.vacua ff.de actione empt.

§ *Poſſeſſio vacua emptori tradenda eſt, quæ dicatur vacua?*

EMptori tradendam eſſe poſſeſſionem vacuam hic notatur.

Ad cuius ornatum ſcias, quod vacua non dicitur poſſeſſio non ſolum quando alius poſſidet, ſed etiam quando detinet, vt dixit Rota in Romana Caſalis Veneris 21.Februarij 1603.coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, deinde Gregorio XV. *deciſ.*90. vbi declarat, vacuam poſſeſſionem, quam tenetur venditor tradere emptori non intelligi reſpectu iuris conductoris, niſi dixiſſet, *vacuam liberam, & expeditam.*

Licèt quotieſcunque emptor, quando habet ſcientiam locationis, tunc venditor non tenetur tradere rem liberam à locatione, Surd. *deciſ.* 265. *& deciſ.*172.& tenuit etiam Rota ſequendo hanc deciſionem in Romana locationis Caſalis 5. Ianuarij 1610. coram R.P.D.Ottembergo.

Vnde euenit, quod emens ſcienter rem emphyteoticam fideicommiſſo ſubiectam, & aliam ſimilem, in qua cadit euictio ex natura rei, non poteſt agere de euictione Rota *deciſ.* 152. *& deciſ.*211.*part.*2.*diuerſ.& deciſ.*682.*par.*1. *diuerſ.* Surd. *deciſ.*208.& latius proſequitur Rota in Bonon. de Blanchettis 20.Nouembris 1601. coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino.

COLLECT. 2849.

Super l.ſi me,& Titium ff.ſi certum petatur.

§ *Aequitas l.ſi me,& Titium, quando locum habeat?*

AD ornatum huius legis vide deciſionem Rotæ in Romana pecuniaria Veneris 3. Iunij 605. coram Ludouiſio, deinde Gregorio XV. vt conſtat apud eum *deciſ.* 116. vbi firmat quod æquitas huius legis, non habet locum, niſi in ſubſidium, quando aliter non eſt conſultum contra eum, cũ quo eſt actum, prout ita quoque fuit deciſum per eandem Rotam in Romana penſionis domus 11.Martij 1613. coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Sacrato, vbi hęc eadem deciſio canonizatur,& iuxta hanc eandem ſententiam quoque nonnullis quippe vicibus in facti contingentia in diuerſis cauſis ſoluimus in Curia Archiepiſcopali,& multoties ſemper in eandem deueni ſententiam conſultus, & præcipuè in quadam cauſa Nolana.

COLLECT. 2850.

Super Doctrina Alex. in l. naturaliter §. Nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ.

§ *Exceptio proprietatis an admittatur in poſſeſſorio.*

POſt alios antiquiores Doctores firmat hic Alexander exceptionē proprietatis non admitti contra agentem poſſeſſorio, *cap.reintegranda,* & ſecundum hanc eandem opinionem iunctis aulis deciſum refert præſes de Franch.*deciſ.*90.

Declara tamen ſecus eſſe in interdicto recuperandæ poſſeſſionis, dummodo tamen exceptio proprie talis eſſet notoria, quia tunc agens interdicto excludi debet, vt pluries practicatum refert Vrſillus *deciſ.*116.& vide Cache. *dec.Pedem.*116.quamuis in illo caſu aliter deciſum reperies, nam dicta exceptio requirebat altiorem indaginem.

Digitized by Google

Declara ſimiliter firmatam concluſionem non habere locum, quotieſcunque ſola facti veritate inſpecta, & abſque figura iudicij procederetur, prout in hoc noſtro Neapolitano Regno per *cap. deteſtantes, & pragm. 1. de ordine iudic.* vbi latiſſimè videndus Nouarius in ſuis lucubrationibus editis pro comment. quia exceptio dominij admittitur contra agentem ex remedio *d. cap. reintegranda*, ſed vide Ludou. *deciſ. Rot. Peruſinæ* 17.

Sed an metus detentor lite pendente ſuper remedio adipiſcendæ ab actoribus intentato iudicis officium propoſito ſummariſſimo poſſeſſorio retinendæ implorare poſſit? late habes reſolutum articulum in ſequenti allegatione, quam ad lectoris commodum hic imprimere curaui, & eſt tenoris ſequentis videlicet.

DOminus Franciſcus de Bologninis de anno 1591. 29. Maij conduxerat in emphyteuſim perpetuam renouandam de 29. in 29. annos à Reuerendis Canonicis cuiuſdam ciuitatis quædam prædia, prædia, pro ſe, M. Antonio eius filio, eorumque filiis, ac deſcendentibus maſculis, & per maſculum legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis.

Defuncto D. Franciſco, cum in emphyteuſi prædicta D. M. Antonius ſucceſſiſſet prædia prædicta locauit ad triennium D. Mutio Taxello, cui etiam locationem ad tantumdem tempus ſæpius prorogauit facta ſibi ſolutione penſionis anticipatæ?

Deceſſit D. M. Antonius dicta locatione pendente ſuperſtitibus duobus filiis, Bernardino minore quidem, pubere tamen, qui etiam locationi prædictæ, & eiuſdem prorogationi expreſſe conſenſerat. Patre authoritatem præſtante, & Franciſco impubere.

Petierunt prædicti filij ſe mitti in poſſeſſionem dictorum bonorũ emphyteoticorum, & fructuum ſequeſtrationem obtinuerunt.

Ex aduerſo Taxellus ſuſpendendo quodcunque petitorium, & ordinariũ poſſeſſoriũ, proteſtatus eſt ſuper ſummariiſſimo tantum poſſeſſorio cognoſci debere, & fructus ſequeſtratos ſibi tanquam poſſeſſori relaxari.

Cumque iam cauſa inſtructa eſſet etiam ſuper meritis, nam prædicti fratres de Bologninis produxerant inueſtituram, ſeu inſtrumentum conceſſionis emphyteoticæ ad docendum ius, ſi quod Taxello acquiſitum dici poſſet, viuente D. Marco Antonio locatore, reſolutum penitus fuiſſe eo defuncto, Dominus iudex à quo interloquendo declarauit ſequeſtrationem fructuum relaxandam ad fauorem Taxelli.

Appellarunt ab hoc decreto Bolognini ad Audientiam ſecundarũ cauſarum, & in primis conquerebantur quod cum iam eſſet inſtructa cauſa in meritis, ita, vt D. Iudex à quo ſententiã ferre deberet, ſuper petita immiſſione, in poſſeſſionem bonorum non licuerit ipſi pronunciare reuocando ſequeſtrationem fructuum ad fauorem Taxelli, ſtante complicatione cauſæ ſequeſtrationis fructuum cum cauſa petitæ immiſſionis, ſuper qua ſi pronunciaſſet confirmando tenutam nomine dictorum de Bologninis, non debuiſſet poſtea reuocare ſequeſtrationes fructuum ad fauorem Taxelli, quem poſſeſſione, ſeu potius detentatione priuandum eſſe duxiſſet, regula eſt autem, cauſas complicatas loco vnius habendas eſſe, & propterea ſimul expediri debere, Menoch. *de adipiſc. remed.* 2. *num.* 186. Contard. *l. vnica limit.* 24. *C. de moment. poſſeſſ.*

Iniuſtè etiam dicebant reuocatas fuiſſe ſequeſtrationes fructuum ad fauorem Taxelli omni prorſus iure carentis,

rentis, cum ſi quod ius percipiendi fructus prętendere poſſet virtute locationis ſibi factæ, illud penitus reſolutum eſſe reſoluto iure locatoris per eius mortem, *vulg. l. lex vectigali de pign.* eſt enim emphyteuta ſimilis vſufructuario glo. *in c. 1. de inueſt. de re aliena facta*, Grat. *conſ. 22. n. 10. conſ. 86. n. 4. li. 1.* ita, vt quẽadmodũ vſufructuarius de vſufructu diſponere nõ poteſt niſi ad vitam Soc. *conſ. 82. lib. 1.* cum eius morte finiatur, ita nec poſſit emphyteuta de bonis emphyteuticis diſponere vltra vitã, cũ agitur de emphyteuſi nõ hæreditaria, & antiqua, qualis erat in caſu propoſito cum acquiſita eſſet pro ſe, & filiis nulla facta mẽtione hęredũ ita, vt filius in ea ſuccedere poſſit, etiã ſi non eſſet hæres Patris, Clar. § *emphyt. q. 37. in pr.* acquiſita eſſet prætereaſ nõ à Patre, ſed ab auo, vt merito ex eius prouidẽtia ad nepotẽ pertinere dicatur, nec poſſit in ea per Patrẽ filio præiudicari Clar. *eod. §. queſt. 16.* Valaſc. *de iur. emphyt. quaeſt. 42. cum duab. ſeq.* Itaque inferebatur, quod cum de huiuſmodi emphyteuſi iudici conſtaret ex Actis non potuerit ipſe fructus relaxare Taxello ſimplici detentori, cum eſſet conductor ad breue tempus, ad Bart. *l. 1. § deijcitur, de vi, & vi armata*, omni ipſius iure per mortem locatoris penitus reſoluto, magis verò debuerit eos relaxare Bologninis, ad quos emphyteuſis pertinebat ex prouidentia primi acquirentis.

Nec obſtare quod per Taxellum intentatum fuiſſet remedium ſummariiſſimum retinendæ, facta ſuſpenſione petitorij, quia tale remedium non competat illi detentori, cui vehemens iuris communis præſumptio reſiſtat Couar. *pract. q. ca. 17.* Menoch. *de retin. vlt. n. 24.* multo minus competere poſſe ei, de cuius non iure notoriè cõſtet.

Maximè verò cum in caſu propoſito procedendum eſſet ſola facti veritate inſpecta cum alter ex actoribus eſſet pupillus iuxta tradita per nos in ſpecial. tractat. *de priuileg. miſerabilium perſonæ priuil.*..... talis verò clauſula non admittat ſeparationem poſſeſſorij à petitorio, magis verò requirat, vt vtrumque eodem iudicio terminetur ex communi, de qua per Burſat. *conſ. 129. num. 17. & ſeq.* ad tollendos longos anfractus, & circuitus litium, tum etiam quia hic ordo poſſeſſorij ad petitoriũ merum eſt inuentum, & de apicibus iuris ciuilis, quos non oportet attendere, vbi procedent ſola facti veritate inſpecta.

Addebant etiam in remedio adipiſcendæ admitti exceptiones proprietatis, quæ ſtatim innoteſcere poſſint, nec reſpiciant altiorem indaginẽ Bal. *l. fin. n. 24.* Zuchar. *n. 162. C. de edicto D. Andr. toll.* Burſat. *d. conſ. 129. n. 26.* talẽ autem exceptionem proprietatis reſultare ex Actis, ex inſtrumento Scil. locationis emphyteoticæ, & ex probatione mortis D. M. Antonij cum ex his notoriè conſtet de non iure Taxelli.

Denique dicebant nõ obſtare quod imò locatio duraret reſpectu vnius ex dictis actoribus ſcil. Bernardini qui interuenit, & conſenſit locationi factę per Patrem, & eiuſdem prorogationibus, nam vltra quod non potuit ſibi præiudicare in iure quæſito ex prouidentia primi acquirentis, nõ data ſciẽtia illius iuris, de qua non conſtat, magis verò præſumenda eſt ignorantia, præſertim in minore, Decia. *reſponſ. 57. n. 11. lib. 3.* nulla videtur habenda ratio illius conſenſus præſtiti non obſeruata ſolemnitate requiſita pro forma, & quamuis Pater filio conſentienti authoritatem præſtiterit, hæc tamen authoritas nullius momenti fuiſſe videtur, tanquam ad ipſius Patris merum commodum interpoſita *l. 1. in princ. l. ſi pupillus in princ. de auth. tut. § fin. inſt. eod.*

faciunt tradita per Bart. *d. l.* 1. *de auth. tut.* per Bal. *in l. bonorum C. qui admitti* Imo. *in l.* 1. § *fuit quæſitum ad Trebell.* & in terminis ſtatuti Senenſ. quod eſt idem cum ſtatuto huius ciuitatis, late conſuluit Bolognin. *conſ.* 44. cōferunt tradita per Angel. *in d. l.* 1. §. *fuit quæſitum*, quem ſequitur Socin. *conſ.* 80. *n.* 15. *lib.* 4. *de pact.* quod, & ſi fortè conſentire poſſit filio ſe obliganti ad commodū Patris, non tamen etiam authoritatem ad ſui ipſius commodum interponere poteſt.

Ego autem ex aduerſo plura deducebam ad ſuſtinendum decretum D. Iudicis à quo, potiſſimum verò quod Taxellus ipſe lite pendente ſuper remedio adipiſcendæ ab actoribus intentato potuerit iudicis officium implorare, propoſito ſummariſſimo poſſeſſorio retinendæ, quod non eſt dubium etiam mero detentori concedi, vt per Couarruu. *pract. quæſt. ca.* 17. Menoch. *de retinenda remedio vlt. n.* 18. poſt Caſtr. *in l. Aquilius n.* 5. *de don.* vnde ſuppoſito quod conductor merus detentator dici debeat, ad Bart. *in d. l.* 1. §. *deijcitur de vi & vi armata*, Menoch. *remed.* 1. *recuper. n.* 63. debuiſſe tamen Taxellū interim pendente lite conſeruari in eo ſtatu percipiendi fructus, in quo erat tempore litis motæ, Neuizan. *conſ.* 80. præſertim *n.* 8. 9. 10. Syluan. *conſ.* 27. *n.* 3. nam, & videmus paſſim in Romana Curia concedi ſolere mandata de manutenendo etiam ad fauorem detentoris, & ſpoliatoris, vt habetur *deciſ.* 641. *n.* 8. *part.* 1. *diuerſ. deciſ.* 50. *n.* 29. *part.* 2. & nihil aliud eſt mandatum hoc de manutenendo quam ſummariſſimū poſſeſſorium, Rota *deciſ.* 17. *n.* 8. *part.* 2. maxime vero cum interim Taxellus ſuſpenderit, & petitorium, & ordinarium poſſeſſorium, & proteſtatus fuerit ſuper hoc tantum ſummariiſſimo procedi, per quam ſuſpenſionem non eſt dubium ligari manus iudicis, ita, vt ſuper alio remedio, quod forte ex aduerſo intentatum fuerit procedere nō poſſit ſi maxime velit, iuxta notat. *in l.* 1. vbi Alex. *num.* 4. C. *de carbon. edicto.* per Canoniſt. *in cap. paſtoralis de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Paris *conſ.* 60. *n.* 3. *& ſeq. lib.* 3. Gozad. *conſ.* 10. Rota *in vna Bonon. iuris macinandi deciſ.* 41. *ſub n.* 2. *part.* 2.

Nec obſtare dicebam quod cauſa iam ſatis etiam in meritis eſſet inſtructa, & ex lectura conceſſionis emphyteuſis conſtaret de non iure Taxelli, eo quod per mortem D. Jo. Baptiſtæ penitus extinctum eſſet omne ius ſi quod ante Taxello competere poterat, percipiendi fructus, quia quidquid ſit in ordinario poſſeſſorio, certe in extraordinario, & ſummariſſimo nō attenditur dominium, nec iuſtitia tituli, aut poſſeſſionis, ſed ſolum conſideratur actus ille, & ſtatus poſſidendi, ita, vt officium iudicis ad effectum manutentionis detur etiam prædoni, & ſpoliatori, donec ſit cognitum de petitorio, aut ordinario poſſeſſorio, Rolan. *conſ.* 8. *n.* 16. *lib.* 4. Syluan. Neuizan. ſupracitati.

Ex qua reſponſione ceſſabat, & illud, quod obiiciebatur fructus debuiſſe relaxari, & ſequeſtrationes ipſorum relaxari ad fauorem dictorum de Bologninis, ſtante diſpoſitione ſtatuti ſub Rubrica *de ſequeſtration.* quia ſtante ſuſpenſione petitorij, & ordinarij poſſeſſorij, non poteſt haberi in conſideratione vera, & iuſta poſſeſſio, ſed ſolum quis ſit in ſtatu poſſidendi, cum in ſtatuto prædicto agatur de ordinario poſſeſſorio habente cauſam proprietatis annexam ex his, quæ tradit Bero *quæſt.* 91. præſertim *n.* 5. *&* 6.

Quia tamen maxima excitata fuerat difficultas vtrum attendi deberet ſuſpenſio petitorij, & ordinarij poſſeſſorij propoſita per Taxellū, cum in hac

cauſa.

cauſa procedendum eſſet ſola facti veritate inſpecta, viſum eſt aggredi merita cauſæ, reſeruata huius articuli diſcuſſione & deciſione in aliud tempus.

Et quoniam viſum eſt Taxellum etiam in meritis concernentibus ordinarium poſſeſſorium bonum ius fouere, idcirco placuit decretum D. Iudicis à quo confirmare, ea ratione quod ſi etiam cumulatio petitorij, & poſſeſſorij admitti deberet, priuilegio pupilli, nihilominus ad fauorem Taxelli pronunciandũ videretur, primo quidem, quia de hac emphyteuſi perinde ſtatuendum videatur, ac ſi eſſet acquiſita ab ipſomet D. M. Antonio, quo caſu procul omni dubio filiis præiudicare potuiſſet etiam abſolutè alienando ad Clar. *d. §. emphyteuſis quæſt.* 16. *verſic. his præmiſſis*, nam D. Franciſcus primus acquirens, emphyteuſim hanc acquiſiuit pro ſe, & Domino Marco Antonio eius filio communiter, & pro indiuiſo, quæ verba ſignificare videntur eandem in ſolidum vnicuique ipſorum acquiſitã eſſe, nec enim pro indiuiſo acquiſita dici poſſet, ſi acquiſitio diuiſim, ac ſeparatim in perſona cuiuſlibet ſubſiſteret, & ſi verò vtrique communicata intelligatur, qui ſibi partem faciant per concurſum, quamdiu viuunt ad Alex. *conſ.* 119. *n.* 1. *lib.* 1. Specul. *de locato §. nunc aliqua verſic.* 148. altero tamen moriente eius portio in perſonam ſuperſtitis conſolidatur, non quidem per ius accreſcendi, ſed magis ex iure non decreſcendi, vel potius iure reſultante ex ipſa inueſtitura ad Bal. *in cap.* 1. *n.* 5. *de feudo Marchiæ*. Ruin. *conſ.* 169. *n.* 1. *li.* 1. Alex. *conſ.* 3. *n.* 9. *lib.* 1. Clar. *§. feudum qu.* 77. & quamuis pater regulariter ſtipulando pro ſe, & filiis emphyteuſim, videatur eam ordine ſucceſſiuo ſtipulari, hoc eſt ſibi primum, deinde filiis, ad Clar. *§. emphyteuſis qu.* 35. in caſu tamen propoſito hic ordo ſucceſſiuus nullatenus conſiderari poteſt cum emphyteuſis per Patrem acquiſita fuerit communiter, & pro indiuiſo pro ſe, & M. Antonio filio.

Et vt hæc ratio forte fragilior videri poſſit, quia negari non poſſit, quin filij M. Antonij emphyteuſim agnoſcant, ex prouidentia Franciſci aui, non autẽ ex prouidentia paterna, ex alio viſum eſt Dominis rem eſſe in tuto pro Taxello, cum in inſtrumento ſpecialiter conuenerit, quod in caſu alienationis prædicti de Bologninis non poſſint, nec debeant ſe inuicem per ſe aut eorum filios, ac deſcendẽtes quouis modo impediri, ſed liceat cuilibet ipſorũ de bonis conceſſis in emphyteuſim abſque controuerſia, ſeu contradictione aliorum diſponere arbitrio ſuo, quę verba adeo clara ſunt vt nullam admittere videantur voluntatis quæſtionem *l. ille aut ille §. cum in verbis de leg.* 3.

Et quamuis informantes pro Bologninis reſponderent alienationis verbo in caſu propoſito venire ſolũ venditionem, per quam dominium transferatur, non etiam locationem, quamuis regulariter huius vocis ſignificatio latiſſime pateat, *l. alien. verbo, de verbor. ſignif. l. fin. C. de reb. alien non alien.* quoniã in contractu verba ſtrictè, & propriè ſunt accipienda, Natta *conſ.* 127. *n.* 6. *l.* 1. ita vt nec liceat arguere ex regula *l. non debet de reg. iur.* vt cui licet vẽdere quod eſt plus, liceat etiam locare quod eſt minus *ad trad. per octau. Simonce. de decreto prælect.* 4. *fol.* 41. *n.* 94. *& ſeq.* hæc tamẽ reſponſio fragilis viſa fuit, cum ex verbis ſequentibus facile colligatur intentio contrahentium, quod de alienatione ſenſerint, pro vt capitur in latiſſima ſignificatione dum voluerunt vnicuique licere de bonis prædictis diſponere arbitrio ſuo.

Multo magis igitur licuiſſe videtur D. Marco Antonio locare ad breue

tempus bona emphyteotica, ex his, quæ tradit Clar. *d. §. emphyteuſis quæ. 19.* ita vt filij huic locationi ſtare teneantur ex veriore, de qua per Artium Pinell. *l. 1. 3. part. n. 63. C. de bon. matern.* quidquid dici poſſit de locatione ad longũ tempus, quam ſcribentes communiter interpretantur ad decennium, aut vitra, Couarru. *var. reſolut. lib. 2. ca. 16.* In hoc tamen fundamento Domini non magnam vim faciebant, cum fragile reddi poſſe videretur ex his, quæ tradit Gomez *lib. 2. var. reſol. cap. 3. tit. de locato n. 8.* qui plures alios citat. ſed in pacto verbis claris, & prægnantibus concepto maxime verò cum pecuniæ per Taxellum anticipatę ſolutæ, veriſimiliter ceſſiſſe prę ſumãtur in alimenta filiorum, cum pater ſumma paupertate premeretur, ita, vt aliunde filiis alimenta ſubminiſtrare non poſſet, ſatis autem paupertatem ex eo detectam videri, quod deceſſerit in hoſpiteli ad trad. per Maſcard. *de probat. concluſ. 1554. n. 27. part. 3.* vnde nec poſſent filij recla nare, quãuis etiam ſupponeretur patrem non potuiſſe locare ad eorum præiudiciũ, nihilominus enim tenerentur pati Taxellum in locatione perſeuerare, donec ei plene ſatisf ctum eſſet, pro credito quod haberet occaſione penſionum ſolutarum anticipatè, quarum maxima pars ceſſerit in alimenta filiorum argumento eorum, quæ tradit Iaſ. poſt Angel. *in l. his ſolum n. 2. cond. indeb.* de eo qui pecuniã pauperi mutuauit, quam ipſe conuertit in alendis filiis, quod poſſit eam à filiis poſſidentibus bona materna repetere.

Cum igitur ſatis conſtare videretur de bono iure Taxelli etiam in meritis quatenus attingenda fuiſſent, idcirco alacriori animo in eam ſententiam deſcende, vt decretum D. Iudicis, à quo confirmandum eſſe putem.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

Super Bal. in l. peremptorias C. quæ ſentent. reſcind. non poſſ.

¶ *Exceptio intentionis, & facti non cenſetur excluſa à ſtatuto excludente omnes exceptiones.*

Firmat hic Bald. *nu. 27. & 38.* quod exceptio intentionis, & facti non cenſetur excluſa à ſtatuto excludente omnes exceptiones, & ita Milanenſ. *deciſ. Rot. Sici. 3. & deciſ. 8. lib. 1.* vbi dicit, quod huiuſmodi exceptio non cenſetur reiecta etiam per pactum de non opponendo, & quod admittitur aduerſus executionem inſtrumenti iuxta formam Bullæ.

Ratio autem huius opinionis eſſe poteſt, quia hæc exceptio intentionis, & facti, non dicitur propriè exceptio, ſed potius defenſio, & propterea non comprehenditur in ſtatuto loquente de exceptionibus, & ratio rationis, nã per huiuſmodi exceptionem tollitur ciuilis, & naturalis obligatio Rubin. *deciſ. 195.* vbi ait, hanc exceptionem excludere intentionem, ſeu actionem intentatã per actorem, & licet (vt dixi) hæc ſit potius defenſio, quam exceptio, nihilominus, nec comprehenditur in ſtatuto denegantę defenſionem, Benintend. *deciſ. Bonon. 67.* in fine, imò impropriè vocatur exceptio, ſeu defenſio, cum in rei veritate ſit potius allegatio, ſeu negatio Milanenſ. *deciſ. 2. n. 156.* & ideo dato termino alicui per iudicem ad opponendum omnes exceptiones, ille poteſt poſt terminum opponere hanc exceptionem intentionis, & facti.

Et nota quod hæc exceptio intentionis, & facti eſt vna ex illis, quas iudices etiam parte non opponente tenentur ſupplere, vt *ex cap. 1.* vbi Gloſ. *in verbo defenſionis de litis conteſtatione*, practicaui

Digitized by Google

ſticaui in Curia Archiepiſcopali huius inclitæ ciuitatis Neapoli.

COLLECT. 2852.

Super Gloſ.in l.vnic.C.de his,qui ante apert.tabul.

¶ Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur etiam ad liberos.

GLoſa,& DD.hic firmant, quod fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur etiā ad liberos,quod pariter probatur *in l.ſi in perſonam C. de fideicomm.*& ita firmauit Rota in Ciuitaten.bonorum 13. Junij 1590. & 14. Junij 1591.coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Mantica, & alias firmauit eadē Rota apud Seraph. *deciſ.*1014 & 1469. Rot.*in recent. deciſ.* 100.*part.*1.

Amplia,vt ex hac regula non recedatur,niſi ex vrgentiſſimis, & concludentiſſimis coniecturis Ludouiſius *deciſ.*56.vbi ex deciſionariis allegat Verallum *deciſ.*21.*part.*2. & voluit eadem Rota latius in Anconitana fideicommiſſi caducati 28. Junij 1617. & 25. Maij 1618.coram R.P.D.Caualerio.

Sed num coniectura illa quod filij ſint poſiti in conditione ſufficiat quoad hunc effectum? negatiuè determinauit Rota in Preneſtina bonorum 16.Januarij 1615. coram Illuſtriſſimo,& Reuerendiſſimo Cardinali Sacrato.

Et ad hanc eandem materiā quando fideicommiſſum conditionale, & ex quibus coniecturis tranſmittatur? vide plenè congeſta per Ludouiſium *in deciſ.* 551.vbi plura habes cumulata,nec non vide Cardinal.Mant.*deciſ.*319. & Rot. *deciſ.*59.*part.*2.*in recent.*

COLLECT. 2853.

Super Doctrina Bar. in l. prolatam C. de ſentent.& interlocut.

¶ Sententia an ex probatis vel ſecundum conſcientiam ſit proferenda?

PRobationibus auditis, ac viſis ſententia proferenda eſt, alias nullitati ſubiacebit, quia eſſet ſine materia, & proceſſu h.d.& ita Faber.*deciſ.*61.*tit.* 15.*lib.* 4.Raudenſ.*deciſ.Rot.Piſan.*1.Maſullus *Rot.Sicil.deciſ.*80.Veral.*deciſ.*128. *part.*3.Rot.*diuerſ.deciſ.*77 *lib.*2. *& deciſ.* 10.11 *lib.*3 Caſtaldus *deciſ.Ianuæ* 58.

Amplia hanc concluſionem eò maxime procedere quotieſcunq; ſententia eſſet prolata ex probationibus nullis, ſiue reprobatis, quia tanto magis ſententia erit nulla, vide Afflict. *deciſ.* 39.*& deciſ.*47.Magonius *deciſ. Rot. Lucenſ.*39.

Quinimo ſententiam ſine proceſſu nullam fidem facere, neque probare, voluit Seraph.*deciſ Rot.Rom.*196.*vol.* 4. Aldobrand.*deciſ.*704.*lib.*1.*diuerſ.* regulatur enim ſententia ſecundum probationes,Gail.*obſeru.*63.*lib.*2. Blanch. *deciſ.*54. Faſtlus *dubitat.*14.

Sed quæro qualiter ſententia per iudicem ſit proferenda? dicas iuxta ea, quæ fuerunt allegata,& approbata,nō autem ſecundum conſcientiam,Guid. Pap.*deciſ.*29.Caſſador.*deciſ.*12.*de Regul. Cancellariæ*,Sayr. *deciſ.*6.*de tempor.ordin. & deciſ.*1.*de offic.ordin.* Beninten.d. *deciſ. Rot.Bonon.*31. Cuiacius *obſeru.*19.*lib.*11. Giurba *deciſ.*99.Viuius *deciſ.*178.Triuiſan.*deciſ.Rot.Venet.*23.quamuis contrarium voluerint Guid. Pap. *deciſ.* 80. Franciſcus Marcus *deciſ.* 13. *vol.*1. Gramat.*deciſ.*19.*& 62.in fin.*

Verum quid in foro conſcientiæ ſeruandum ſit? declarat Cacheranus. *deciſ.Senatus Pedemont.*79.

COLLECT. 2854.

Super l.exemplo C.de probationib.

¶ Liber an, & quando probet pro ſcribente?

NOtatur per iſtum text. quod liber pro ſcribente minime probet. Tu tamen declara illam non procedere concurrentibus adminiculis Surd. *deciſ.*199. Rota *deciſ.*650. *part.*1. *in recent.* Rota *deciſ.* 813 *part.*1. *diuerſ.* & fuit dictum in Romana pecuniaria 25. Junij 1618. coram R.P.D. Buratto.

Sed quæ ad hunc effectum dicantur adminicula? dicas eſſe legalitatẽ ſcribentis, mortem illius, iuſtificationem maioris partis deſcriptorum in dicto libro, & ſimilia, de quibus Guid. Pap. *deciſ.*441. *in fin.* quem Rota paſſim in hac materia ſequitur.

Nota tamen, quod libri non probant, quando in aliquibus apparent defectuoſi, quia ſicut in aliquo apparẽt erratum, potuit etiam in alio errari, vt voluit Rota in Romana Tutelæ de Ferratinis 19. Junij 1600. coram R.P. tunc temporis decano.

Et quod liber priuatus, ſeu rationis in aliquo repertus defectuoſus etiam per errorem non faciat fidem in cæteris determinauit eadem Rota in Papien. bonorum Junij 1605. coram R. P.D. Ottembergo, in Vrbinaten. redditionis computorum 19. Nouembris 1602. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Lancellotto, & facit ſimile de inuentario, quod non probat quantitatem bonorum, ſi appareat in eo fuiſſe omiſſum deſcribi corpus aliquod, etiam ſi deſcriptio nõ fuerit doloſa, ſed per errorem, quia ſicut fuit erratum circa deſcriptionem vnius corporis, ita etiam potuit omitti aliud, vt determinauit Rota in Romana reſtitutionis dotis 18. Martij 1602. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato, & latè in Romana prætenſi erroris calculi 21. Junij 1610. coram Ludouiſio, deinde Gregorio XV.

Et aduerte, quod declaratio, vt quis intendat ſtare partitis librorum pro, & contra, intelligitur arbitrio boni viri, & ideo ſi conſtat de errore, talis declaratio minimè præiudicat, vt voluit Rota in cauſa Romana Cambiorum 15. Maij & 19. Junij 1592. coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino.

Sed an liber priuatus iuſtificatus in aliquibus partitis, probet etiam quoad alia? affirmant Surd. *deciſ.* 199. Rota *deciſ.*813. *part.*1. *diuerſ.* Mantic. *deciſ.*144. & *deciſ.*363. & voluit Rota in Aretina Cappellaniæ 4. Nouembris 1601. coram R.P.D. Penia, & in Romana pecuniaria 25. Junij 1618. coram R.P.D. Buratto.

Verum declara hoc non procedere, quando ceteræ partitæ ſunt omninò ſeparatæ, & magni momenti, ſed ſolũ habet locum in connexis, modici præiudicij, prout ita declarauit Rota in Romana pecuniaria, ſeu Cambiorum 20. Maij 1611. coram R.P.D. Manzanedo, vbi ad hunc propoſitum fuit dictum, paritatem cenſeri connexam, quando procedunt ex eadem cauſa, & ad eundem effectum, & ſe inuicem reſpiciunt.

COLLECT. 2855.

Super Doctrina Jaſon. in l. ait prætor in princ. ff. de iur. iurand.

¶ *Alienans partem rei quando cadat à tota hæreditate?*

FIrmat hic Jaſon *num.*5. quod alienans partem rei prohibitæ alienari non cadit à tota hæreditate, ſed ſolum à re alienata, & ita cenſuit Rota in Peruſina hæreditatis 16. Nouembr. 1584. coram R.P.D. Orano, & in Romana de Theodolis 10. Januarij 1597. coram R.P.D. Litta, ſicque alias voluit in Firmana fideicommiſſi 27. Junij 1611. coram R.P.D. Caualerio, in Peruſina dotis 6. Junij 1614. coram R.P.D. Vbaldo,

& in

& in Reatina bonorum 24. Aprilis 1617. coram eodem Vbaldo Rota *dec.* 693.*part.*2. Ludouiſius *deciſ.*119.

Amplia idem procedere in emphyteuta alienante partem emphyteuſis, nam neque cadit à toto, vt declarauit eadem Rota in Bonon.bonorum emphyteoticorum 2. Decembris 1596. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, & in Burgen.decimarum 3. Iulij 1606. coram R.P.D. Ottembergo.

Declara tamen hanc ampliationem, non procedere, ſi emphyteuta alienaſſet vti rem propriam, non facta mentione de dominio domini, quia tunc alienans partem cadit à toto, quia in tali caſu apparet de deprauata illius intentione interuertendi dominium directum, ita Rota in Ceſanaten. bonorum 6. Aprilis 1590. coram Illuſtriſſimo Cardinali Platto.

COLLECT. 2856.

Super l. Non putabam vbi DD. ff. de condit. & demonſtr.

¶ *Dictio, ad, quid importet?*

TRactant hic DD. materiam dictionis, *ad*, ad cuius ornatum ſcire debes, quod hæc denotat vicinitatem, ſed non intrinſecitatem, vt apud Rot.Rom. *deciſ.*509. *apud Farina tom.*1. *part.*1. Item importat cauſam finalem, & ſubſtantialē, nec non includit tempus, numerum, vel actum, cui adiicitur, vt probatur *Geneſi cap. fin. ibi vidit etiam filios vſque ad tertiam generationem.* Rubin. *deciſ.*139. vbi etiam quod quando adiicitur ad aliquid explicandum per honoratum, aut per alium facit modum per tex. *in l. quibus diebus* §. *Termilius ff. de condit. & demonſtr.*

Item hæc dictio aliquando accipitur pro *intus*, & in Rubro, & in Nigro *C. de his qui ad eccleſ. confug.* Monac. *deciſ.* *Florent.* 46. & aliquando ponitur pro contra, vt *in l.*1. *ff. an per alium cauſa appellationis reddatur*, & quandoque ſignificat idem quod *poſt*, vt *in l. qui duos ff. de manumiſſ. teſtam.*

COLLECT. 2857.

Super Doctrina Felin. in cap. in noſtra num.2. de reſcript.

¶ *Titulus collationis an, & quando poſſit multiplicari? & ad quem effectum? & ex quibus titulus acquiratur, & probetur?*

PErcipitur ex Feli. hic quod titulus collationis multiplicari poteſt ad abundantiorem cautelam, nō, vt quis beneficium pluribus titulis conſequatur, ſed, vt in poſſeſſione eius ex pluribus titulis ſe defendere valeat.

Ad cuius doctrinæ ornatum tu inferas quod dato vno titulo, licèt inualido vigore poſſeſſionis præſumitur alius melior Puteus *deciſ.*156. *lib.*1. ac poteſt poſſeſſor beneficij iuuari poſſibilitate alterius tituli, Creſc. *deciſ.*21. *de probat.* & ita voluit Rot. in cauſa Cæſaraugustana Parochialis 8. Nouemb. 1559. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, & hoc pariter ſpectat quod vbi clericus dubitat de validitate ſui tituli non videtur ei renunciare impetrando alium titulum ab alio ſuperiore, ſed cautè agit de ſic faciendo, quia, & ſi ex diuerſis titulis non poſſit acquiri dominium, vt *in cap. inter dilectos de fide inſtrum. & in cap. vt qui duas de elect. in* 6. poteſt tamen ex pluribus titulis ſe defendere, ex quo reus poteſt vti pluribus defenſionibus etiam contrariis dummodò ſucceſſiue, vt probatur *in cap. nullus pluribus de reg. iur. in* 6. & quod in beneficialibus multiplicatio titulorum concedatur ſæpè determinauit Rot, vt conſtat apud Caſſador. *deciſ.*21.

& 22. ſuper reg. Cancell. & apud Verall. *deciſ.* 339. *part.* 1. & aliàs voluit in vna Cæſaraugustana & rurſus Caſalen. Canonicatus 29. Nouembr. 1613. coram Manzanedo & in Nouarien. Canonicatus 22. Junij 1615. coram eod. & antea in vna Illicien. Canonicatus, & præbendæ coram Verallo.

Sed pro intelligentia prædictorum eſt aduertendum, quod ad effectum, de quo ſupra, litera beneficialis neque eſt titulus, neque habetur loco tituli, ſed ipſamet collatio & tituli primordij mandatum quod fit de conferendo, litera autem eſt probatio collationis, vel iſtius principis, ſeu poteſtatis conferendi, ſicut dicimus in ſimili quod ſcriptura ſuperueniens ad contractum non eſt de eius ſubſtantia cum ſolo cõſenſu perficiatur, ſed venit ad probationem eius ex dictis à Rot. *in Nouis in deciſ.* 20. *de conceſſ. præbend.*

Secundò eſt aduertendum, quod titulus verus, & iuſtus dicitur, qui nullum vitium habet, alioquin ſi colorem figuram, & apparentiam tituli contingat coloratus dicitur, veluti quando procedit ab ordinario collatore, ſeu ab eo qui diſponendi de beneficio poteſtatem habet, ſed eſt inualidus ob impedimentum aliquod, ſeu defectum recipientis, Caſſador. *deciſ.* 7. *&* 11. *ſuper reg. Cancell.* Bellamer. *deciſ.* 50. *in fin.* Achill. de Graſſ. *deciſ.* 15. 16. *&* 18. *de prob.* qui *d. deciſ.* 15. intelligit verum, niſi vitiũ prouiſionis ſit viſibile, & notorium ex lectura ipſius prouiſionis, vnde euenit prouiſionem legati factam de beneficio exiſtente in ſua prouincia inducere titulum coloratum, etiam ad effectum ſpolij, vt tenuit Rot. in vna Aſſiſien. beneficior. 9. Martij 1597. coram Orano, ſecus ſi ſit facta de beneficio exiſtente in loco non comprehenſo ſub ſua legatione, vt fuit deciſum in illa Regien. Canonicat. & præbend. 17. Nouembris 1595. coram Cardin. Pamphil. in qua fuit dictum idem eſſe ſi ſit facta de beneficio ſedis Apoſtolicæ reſeruato, ſimiliter prouiſio nuncij facta de beneficio iuris patronat. laicorum non tribuit titulum coloratum, vbi nõ conſtat de eius facultate, Verall. *deciſ.* 307. *n.* 2. *part.* 3. item confeſſio aduerſarij reſpectu tituli, licèt ſit qualificata ſufficit pro titulo colorato in interdicto recuperandæ, Rot. *de reſtit. ſpoliat. deciſ.* 17. *&* 19. *in nouis* Caſſador. *deciſ.* 1. *ſuper reg. Cancell.*

Tertiò notandum eſt, quod licèt in beneficialibus detur multiplicatio titulorum, tamen poſſeſſio quę habetur ex vno titulo ſuperueniente alio nouo titulo etiam quod non exeat quis de poſſeſſione mutatur, ſecundum Achil. de Graſſ. *deciſ.* 4. *de cauſ. poſſeſſ. & proprie.* vbi dicit, ſic fuiſſe reſolutum in vna Burgen. pręſtimoniorum coram Fabio de anno 1548. contra opinionem Fulgoſij, & *in l. qui bona §. final. de acquir. poſſeſſ.* licet ſubiungat ſe multum dubitare, quia eſt etiam contra mentem Caſſad. *deciſ.* 4. *de reſtit. ſpol.* ſed pro concordia ſic videtur diſtinguendum, aut quis poſſidet ex vno titulo & ſuperuenit nouus contrarius primo, & tunc cũ impoſſibile ſit ex vtroque poſſidere, & prima poſſeſſio ſinè animo non amittatur *l. quamuis de acquir. poſſeſſ.* conſequens eſt, vt non dicatur quis ex nouo titulo poſſidere, niſi declaret animo ſaltem velle detinere ex primo, vel ſecundus titulus poteſt ſe compati cum primo, & ſubdiſtinguendum eſt, vel quærimus, aut quis mutet ſibi cauſam poſſeſſionis, etiam quia propriè mutare eſt detinere ex prima, & eius loco poſſidere ex ſecunda, & cum, vt dictum eſt aliqua poſſeſſio ſine animo non amittatur, maximè quando aliquis inſiſtit rei ſuæ, & in hoc caſu procedit doctrina dicentium, quem non poſſe

poſſe mutare cauſam poſſeſſionis, niſi de claret expreſſe, & amittat primam, &hoc modo intelliguntur Doctores *in dicta lege quis bona,& deciſ. Caſſador. ſupra allegata*; vel quærimus an ſuperueniente nouo titulo dicatur quis in dubio etiam ex eo poſſidere cumulatiuè cum primo non priuatiuè neque mutando,& tunc procedunt notata *in l. 3.§.ſi ex pluribus de acquir. poſſeſſ.* vt quis ex pluribus cauſis, & titulis etiam diuerſo tempore aduenientibus dicatur poſſidere, ita diſtinguendo declarat Creſcent. *deciſ.5.de dol. & contum.* cuius tamen diſtinctionis primum membrũ intelligi debet, quando vterque eſt titulus validus, ſecus vbi quis prius poſſedit ex titulo inualido, & poſtea ſuperuenit titulus validus, quia tunc etiam abſque alia declaratione voluntatis cenſetur mutata cauſa poſſeſſionis, vt tradit Puteus *deciſ.441.lib.1.* ſecundum vltimam impreſſionem, vbi teſtatur, quod Rota ſolita eſt ita tenere, & idem voluit Puteus *in deciſ. 165. eod.lib.n.5.* vbi inquit per ſuperuenientiam tituli ſuperioris detentationem fuiſſe mutatam in poſſeſſionem.

COLLECT. 2858.

Super capit. Regni incip. vt quæ ab excellentia noſtra.

¶ Monetam falſam expendens, ſeu cudens qua pœna puniatur?

POena cudentis, vel expendentis monetam falſam hic ponitur & vide conſtitut. Regni Adulterinam. Ad quarum legum ornatum velim ſolum notes hanc pœnam hic appoſitã ceſſare, in expendente monetas parui valoris pro modica quantitate, quoniã à pœna ordinaria in tali caſu excuſatur expendens, prout ad propoſitum in falſante bagattinos voluit Rota Cathaloniæ apud Peguer. *deciſ.86.* & nos retulimus *in deciſ. Curiæ Archiepiſc. huius noſtræ inclitæ Ciuitatis lib. 1. deciſ. 94.*

Et in expendente quinque carolenos nouiſſimè magno cum apparatu loquitur Nouarius *forenſ quæſt.37.lib.1.* vbi deciſum refert per magnam Curiã Vicariç non eſſe puniendum pœna ordinaria, ſicque pariter teſtatur determinatum in noſtra Curia Archiepiſcopali.

Ad cuius opinionis corroborationem conferunt latè adducta per nos *deciſ.104.lib.1.* vbi deciſum retulimus falſitatem commiſſam in re parua non eſſe puniendam, de minimis enim non eſſe curandum ſatis tritum eſt axioma, vt probatur *in l. ſi oleum §. fin. cum l. ſeq. ff. de dol. & contum.*

COLLECT. 2859.

Super §. fin. circa med. inſtit. quibus ex cauſ. manum. non lic.

¶ Verbum diſponere, *an & quando adaptetur vltima voluntati?*

ELicitur concluſio ex iſto text. *circa medium*, quod verbum, *diſponere*, propriè vltimæ voluntati adaptatur, prout ita quoque percipitur ex Auth. *de Nuptijs §. diſpon. collat. 4.* & in propriis terminis, ſic declarauit Rota Romana apud Farinac. *deciſ. 879. in nouiſſim.*

Bene verum aduertas id ſemper nõ eſſe verum, quia aliquando verbum hoc *diſponere*, inter viuos, & in vltimis voluntatibus ſui natura continere poteſt, vt conſtat ex Surdo *deciſ. 172. & deciſ. 279.*

COLLECT. 2860.

Super c. 2. & ibi Gloſ. de confeſſ. in 6.

¶ Poſitioni an. & quando quis reſpondere cogatur?

Digitized by Google

HIc obſeruatur à G oſ.quod pars cogitur reſpondere poſitionibus,de quo etiam vide Surd. *deciſ. Rot. Mantuæ* 22. Amplia teneri reſpondere, etiamſi præſentes ſint, vt puta in curia Romana,& poſſunt domum reuocare, quamuis à domo abſint ex cauſa Reipublicæ Rot. *in antiq. deciſ.* 618. & *deciſ.*819.

Declara tamen, quod ſi ambæ partes ſint in Curia,& altera eſſet receſſura, cogitur reſpondere articulis, & interrogatoriis Rot. *in nouis deciſ.* 31. & *in antiq.deciſ.*75.

Declara ſecundò etiam, quia pars, quæ ſemel reſpondit in cauſa ſi iudici expedire videbitur diuerſo modo denuo reſpondere cogitur, vnum hodie cras aliud, Rota *in antiquis in deciſ.*299.

Subintellige tamen procedere ſi fortaſſe nouum quid emergeret, vel priora acta eſſent deperdita, & tunc iterum reſpondere cogatur *cap. cæterum de iuram.calum.* alias noua iterum interrogatio locum non habeat, ſiue negauerit, ſiue confeſſus fuerit, *cap. at ſi in fi. de iudic. l. licet ff. Nautæ caup. & ſtabul.*

Declara tertiò præterea non eſſe cogendam partem reſpondere,ſi ſunt poſitiones impertinentes ad cauſam, & non admittendæ *l. ſi duo patroni* §. *idem Iulianus* ibi Bar. *ff. de iureiur. l. ſi quis libertatem ff. de petit. hered.* puta quia ſunt Captioſæ,& Cauilloſæ, quæ etiam cũ quauis clauſula admitti non debent, Gramat.*deciſ.*45. Surd.*deciſ.*22. & *deciſ.* 196.Magon.*in deciſ.Lucenſ.*25.Verall.*in dec.*327.Anna *in ſing.*449.Franc.Marc. *in deciſ. Delphin.*789.& *in deciſ.*565.& *in deciſ.*581.Rota *in antiq.in deciſ.*641.

Declara quartò eadem ratione, quia facta publicatione in cauſa, ac publicatis atteſtationibus poſitiones, & reſponſiones ſuper eo quod iam hinc inde probatum fuit fieri nequeunt Cacheran.*in deciſ.Pedem.*10.

Declara quintò quod ſi is,qui cogitur ad reſpondendum habet intentionem ſuam fundatam ex teſtibus,vel inſtrumentis, non cogitur reſpondere partis poſitionibus, idem Cacheran. *in dicta deciſ.*10.

Sextò declara inſuper eum,qui fecit poſitiones inſtante parte, debere cum iuramento affirmare ſuas poſitiones veras eſſe, nec aliter cogi poſſe ad reſpondendum,Surd.*in deciſ. Mantuæ* 58. Coler.*in deciſ.Germ.*118.

Declara ſeptimò non teneri reſpondere partem articulis, & poſitionibus de directo contrariis atteſtationibus publicatis ob timorem ſubornationis ad ſimilitudinem teſtium cum excluſus à probando excluſus cenſeatur etiã à ponendo, Rota *in antiquis in deciſ.* 486.Veral.*in dec.*327.

Octauò declara criminoſæ poſitioni quem reſpondere minime debere, Capic.*in deciſ.Neap.*127.Cappell.Tholoſ.*in deciſ.*69.Rota *in antiq.in dec.*624. Magon.*in deciſ.Lucenſ.*25. Franc. Marc. *in deciſ.Delph.*789.Cacher.*in deciſ.Pedemont.*61.Verall.*in deciſ.*327. Paleot. *in deciſ.*749.& *in deciſ.*750.

Declara nonò quod quando proceditur per inquiſitionem ex merito iudicis officio inquiſitus de crimine exiſtente delicto notorio, & famoſo reſpondere tenebitur, Cappell. Thol. *in deciſ.*69.

Declara decimò poſitioni,cui ſi reſponderetur detegeret quis turpitudinem ſuam,reſponſionem dari cogendus non erit, Verall.*in deciſ.*327.Mago. *in deci. Lucenſ.*25.Capp.Thol.*in dec.*371.

Declara vndecimò poſitionem cui reſponderi debet claram, certamque eſſe oportere, nec admitti obſcuram, & incertam, niſi declaretur Franc. March.*in deciſ.Delph.*722.

Declara duodecimò poſitiones, & articulos de materia inueriſimili non admitti

admitti vt ſuper illos cogatur quis reſpondere, Rota *in antiq. in deciſ.* 630.

Declara decimotertiò poſitionibus ad cauſam nō facientibus reſpondendum non eſſe, Verall. *in deciſ.* 317.

Declara decimaquartò quoad articulos, & poſitiones impertinentes admitti non debere, vt ſupradictum eſt, Gram. *deciſ. Neap.* 45. Rota *in antiquis in deciſ.* 373. Franciſc. Marc. *in deciſ. Delph.* 595. de Franch. *in deciſ.* 683. Verall. *in deciſ.* 327. tamen contrarium quod admittantur ſaltim cum clauſula *ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum* Affl. *in deciſ.* 7. *& deciſ.* 33. Gramat. *in deciſ.* 45. Rota *in deciſ.* 645. Franciſc. Marc. *in d. deciſ.* 565. Guid. Pap. *in deciſ. Delph.* 347. Triuiſan *in deciſ.* 4. vtraque opinio ſequi poteſt, quia aut articuli, & poſitiones ſunt notoriè impertinētes, & tunc omnino ſunt reiiciendæ, aut ſunt dubij, vt ſecurius ſit admittantur, ſaluo iure iure impertinētium, & non admittendorum, quia antequā cauſa definiatur, vel deciſionis tempore videatur ſi ſunt impertinentes, vt reiiciantur, ſin autem pertranſeant Bellam. *in deciſ.* 725. Balb. *in deci.* 163. Triuiſ. *in deciſ.* 4.

COLLECT. 2861.

Super §. cum igitur verſic. nec qualibet lex in auth. de non eligend. ſecund. nubent.

§ *Priuationis pœna quando imponi poſſit? & an ſit pœna criminalis?*

POena priuationis non debet imponi, niſi ſit lex, quæ hoc dicat, h. d. & ita Cacher. *deciſ. Pedem.* 77. *& deciſ.* 143. Laurent. *in deciſ. Rot. Auenien.* 145. Mago. *deciſ. Florent.* 50. Surd. *deciſ.* 200. quos videas.

Sed num pœna hæc priuationis ſit criminalis? pro affirmatiua ſententia decreuimus quandoque in noſtra Curia Archiepiſcopali, & præcipuè dum in illa vicariatus officio fungebar in anno 1626.

COLLECT. 2862.

Super l. in teſtamento la prima ff. de condit. & demonſtrat.

§ *Pœna quando petitur quæ probationes requirantur?*

PEr iſtum text. dicit Bal. quod vbi pœna petitur liquidiſſima requiritur probatio eorum, quæ pro pœnæ commiſſione adducuntur, & ita Viſil. *deciſ.* 135. Franc. *deciſ.* 267. Cartar. *dec.* 37.

Item pœna, quod debetur ratione commiſſi delicti ſpectat ad primum iudicem, coram quo fuit inchoatus proceſſus, & qui delinquentem condemnauit, Boer *deciſ.* 5. vbi teſtatur hāc eſſe communem opinionem, & vide Franc. *deciſ.* 76. Et an pœna quæ fuit commiſſa tempore vnius gabelloti, & cōtractus ſolui debeat tempore ipſius, atque contractus, vel tempore aduenientis conditionis Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 114.

Sed num pœnam in dubio iudicandum eſt incurſam eſſe? vtrique reſoluendum eſt pro negatiua opinione, quia in pœnis benignior interpretatio eſt facienda, ita Rubin. *deciſ.* 141. vbi etiam firmat opinionem quod in dubio pœna videtur adiecta intereſſe, ſecundum Rot. Bonon. *in deciſ.* 16. quod intereſſe non exigitur ex pœna conuentionali, niſi de eo conſtet Afflict. *deciſ.* 135. Marta *deciſ. Rot. Piſanæ.* 7.

Et pœna quando venit applicanda partim fiſco, & partim parti offenſæ an tota debeat venire ad manus fiſci, à cuius manu pars offenſa debet habere partem ſuam? affirmatiuè deciſum reperio per magnam Curiam Vicariæ, in

Digitized by Google

qua facta liquidatione inſtrumenti per Diomedem de Afflicto pro ducatis 700. contra de Afeltro in banca Vertozzæ, & eius vigore exequi feciſſet ſuper quibuſdam vegetibus vini, quib. expoſitis venalibus dum de precio iſtarum ſatisfacere intendat, comparuit fiſcus petendo ſibi de pœna ſatisfieri, & ſic fuit reſolutum, vt pro pœna fiſco prius ſatisfiat, & de reliquis creditori contrarium obtinere non potuit, & vide De Ponte *deciſ.* 34. & Theſaur. filium *quæſt. forenſ. 3. lib.* 4.

Et pœna impoſita per ſtatutum particulare an tollat in totum pœnam iuris communis? vide omninò Caballū *reſol. crim. cent.* 1. *caſu* 2. & nos in Curia Archiepiſcopali ſolemus practicare opinionem, vt tale ſtatutum tollat in totum pœnam iuris communis, quando emanantur edicta particularia in diœceſi.

COLLECT. 2863.

Super l. non eſt veriſimile ff. de eo quod metus cauſa.

¶ Argumentum à veroſimili an & quando valeat: & de pluribus argumentis, quæ qua in iure noſtro procedunt, de vno caſu ad alium.

Probatur in hoc textu non eſſe validum argumentum à veroſimili, de quo pariter poteris videre textum, *in l. cum actus ff. de condit. & demonſtr. in l. facto* §. *ſi quis autem ff. ad Treb. l. generaliter* §. *cum autem C. de inſtit. & ſubſtit.* & ex deciſionariis ita tradit nouiſſimè Monach *deciſ. Rot. Bonon.* 10.

Sed quæro num argumentum ab vniuerſo, ſi in vno reperiatur falſum, totum ſit falſum? affirmat Seſſa *deciſ. Rot. Aragon.* 64. & argumentum ab vſu patris familias an ſit validum? affirmatiuè Rota apud Farinac. *deciſ.* 584. *tom.* 2. *part.* 1. & argumentum an valeat ab alienatione ad locationem? negatiuè Monach. *deciſ Bonon.* 16. & an valeat de alimentis ad dotem? affirmat Rota Romana *deciſ.* 447. vbi intelligit ſi ſit eadem ratio, & argumentum an valeat ab antecedenti neceſſario? affirmat Seraph. *deciſ.* 776. qui *in deciſ.* 353. dicit argumentum non valere à caſibus expreſſis ad non expreſſos, vbi nō eſt facta totalis æquiparatio, maximè non occurrente identitate rationis, & argumentum an valeat de beneficiis ad officia? affirmat Cabedus *deciſ. Rot. Luſitaniæ* 91 *part.* 2. & argumentum à collatione ad imputationem in legitima an valeat? affirmat Seraph. *dec.* 568. vbi tamen declarat id procedere affirmatiuè, non autem negatiuè, & argumentum à communiter accidentibus an ſit validum? affirmant Surd. *deciſ.* 231. Seſſa *deciſ. Rot. Aragon.* 121. & argumentum de contractibus ad iudicia & è contra an valeat? affirmatiuè Phœbus *deciſ. Rot. Luſitan.* 62. *tom.* 1. & argumentum à correlatiuis an ſit validum quando militat eadem ratio in vtroq; correlatiuorum? affirmant Seraph. *deciſ.* 1442. & Monach. *deciſ. Rot. Bonon.* 51. & argumentum de feudo ad emphyteuſim, num ſubſiſtat? affirmatiuè Surdus *deciſ.* 188. & *deciſ.* 290. Monac. *deciſ. Rot. Florent.* 61. Phœbus *deciſ.* 13. qui *in deciſ.* 96. tradit valere pariter argumentum de emphyteuſi ad maioratum, niſi diuerſa detur ratio, prout argumentum de feudis ad maioratum confici poteſt Gama *deciſ. Rot. Luſitan.* 51. ſic pariter valet argumentum de gabella ad laudemium, Surd. *deciſ.* 31. ſed non valet à iuriſdictione temporali ad terminos eccleſiarum, vt per Rotam Romanam apud Farinac. *deciſ.* 441. & apud Seraph. *deciſ.* 1422. prout nec valet de iuriſdictione territorij ad dominium rerum particularium, eadem Rota apud

Digitized by Google

pud Farinac. *deciſ.*669. & an valeat argumentum de legitima ad debitum ex ſtatuto? affirmat Surd. *deciſ.* 119. & argumentum de maioratu ad vſufructũ valere concludit Gama *Rot. Luſit. deciſ.* 350. prout valere à paritate rationis, teſtatur Monach. *deciſ. Lucenſ.* 64. affirmans tamen non valere in ſtatutis quando ratio non eſt expreſſa, vt apud eum *deciſ. einſdem Rota* 66.

Et argumentum de pacto ad ſtatutum num valeat? affirmatiuè Surd. *dec.* 160. nouiſſimè Rota Romana apud Farinac. *deciſ.* 256. quæ *in deciſ.* 524. firmat argumentum de præſenti præteritum non concludere, prout non valere in his, quorum facies eſt tempore mutabilis aſſerit Seraph. *deciſ.* 1075. licèt procedere de præteritis ad futura, firmet Monach. *deciſ. Lucenſ.* 50.

Et argumentum à priori, & à poſteriori, & ab vtroque ſimul iuncto an valeat? Seſſa *deciſ. Aragon.* 56. dicit eſſe validiſſimum, & argumentum de recuſatione ad appellationem, & è contra an valeat? affirmat Boer. *deciſ.* 269. & argumentum à repetitione an concludat? negatiue Monach. *deciſ. Lucenſ.* 55. vbi ampliat quando etiam ea data vtrumque poteſt ſimul eſſe contra deſtructionem alterius; & argumentum à rubrica an valeat? optimum eſſe aſſerit Cabedus *deciſ. Rot. Luſit.* 1. *part.* 1. licet non procedat, quando non eſt per ſe clara Rubrica, neque ex omni parte perfecta, ſed indiget aliqua perfectione, & ſuppletione, Monach. *deciſ. Florent.* 46. & generalitatem rubricæ eſſe reſtringendam à congeſtis in nigro, ſi ſequeretur abſurdum, & iniquitas, fatetur Triuiſan. *deciſ.* 50. idemque affirmat Monach. *deciſ. Florent.* 47. & argumentum à ſolitis an ſit validum? affirmant Surd. *deciſ.* 231. Seraph. *deciſ.* 101. & Rota apud Farinac. *deciſ.* 596. *tom.* 2. *part.* 1. & argumentum à ſpeciali, an ſit validum, validiſſimum eſſe probat Seſſa *deciſ. Aragon.* 97. & an valeat à ſufficienti partium enumeratione? quod ſic dicit Monach. *deciſ. Florent.* 1. & argumentum ab vniuerſo ſi in vno reperiatur falſum num in totum ſit falſum? affirmat Seſſa *deciſ. Aragon.* 64.

Et hæc breuiter cumulaſſe ſufficiat in hac materia, quando ſcilicet argumentum valeat ab vno caſu ad alium.

COLLECT. 2864.

Super §. ex non ſcripto inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil.

¶ *Conſuetudo quam vim habeat?*

HIc probatur conſuetudinem parem vim habere cùm lege.

Amplia quod habeat legis interpretationem Afflict. *deciſ.* 166. *& deciſ.* 175. Rota Romana apud Farinac. *deciſ.* 642. Item, quod interpretatur contractus, Magon. *deciſ. Florenſ.* 56. & facit partes contrahere ſecundum eas Surd. *deciſ.* 223. nec non conſuetudo facit licitum, quod aliàs eſt illicitum, Ludou. *deciſ. Peruſ.* 62. & cõſuetudo etiam mala excuſat Magon. *deciſ. Lucenſ.* 72. prout irrationabilem conſuetudinem excuſare, affirmat Nouarius *forenſ. quæſt.* 90. *lib.* 1. qui *in deciſ. ſiue quæſt.* 85. dicit conſuetudinem dare iuriſdictionem, & merum ac mixtum imperium, firmans quoque *quæſt.* 103. *eod. lib.* 1. conſuetudinem eſſe maioris authoritatis, quam ſtatutum.

Et quod conſuetudo in loco vincat legem, determinat Puteus *deciſ.* 176. *li.* 3. & quod habeat vim conceſſionis, & priuilegij, annuit Claperius *dec. cauſarũ fiſcalium cauſa* 27. *quæſt.* 3. vbi tamen declarat eſſe verum, & habere locum, vbi conſuetudo eſſet immemorabilis.

Sed quæro num conſuetudo loci principalis fundet intentionẽ agentis

quo ad loca annexa? vide Nouarium *forenſ.quæſt.*130. *lib.*1. vbi affirmatiuam ſequitur opinionem,& conſuetudo in contrariis num attendatur? idem *quæſt. forenſ.*85.& multa alia in materia conſuetudinis vide apud eundem *in pragmatica huius regni Neapolis* 2.*ſub rubrica de officij magiſtri Iuſtitiarij*, in qua quidẽ pragmatica mandatur ſeruandam eſſe conſuetudinem, quod carcerati de menſe Julij excarcerentur præſtita cautione de ſoluendo debitum, vel de redeundo ad carceres.

COLLECT. 2865.

Super l. fin. C. pro ſocio.

¶ *Scientia tutoris quando dicatur ſcientia pupilli?*

HIc probatur ſcientiam tutoris dici eſſe ſcientiam pupilli.

Tu autem ſecundum Magon. *deciſ. Florent.*1.*nu.*22. declara hanc regulam procedere in actu renunciationis geſto, vel gerendo inter extraneum,& pupillum, quia tunc ad ſubſtantiandũ actum, vt noceat pupillo, ſat eſt renunciare, vel fieri actum ſciente tutore, ſecus verò in actu inter tutorem, & pupillum gerendo, quia tunc tutor ſibi ipſi non autoratur, ad text. *in l.* 1. *ff. de auth. tutor. l.*1.§.*fuit quæſitum ff. ad Trebell.* conferunt adducta per Nouarium *forenſ. quæſt.*117 *lib.*1. vbi latè tractat articulum, ſi filius familias prohibitus à pragmatica regni ſe obligare abſque conſenſu patris, poſſit ad patris fauorẽ ſe obligare,& ipſe pater valeat conſentire in tali contractu filij? & pro negatiua parte multa adducit, licèt deinde contrarium deciſum referat.

Verum pro ſuſtentatione principalis concluſionis idem Magon. *loco cit.* adducit rationem, quia debet eſſe differentia inter renunciantem,& cui renunciatur, prout differentia debet eſſe inter ſtipulantem, & ſtipulatam rem, *l.*2.*ff. de ſtipul. inter baptizantem,& baptizatum inter præſentantem, & præſentatũ, inter dantem, & recipientem, inter vincentem,& victum, inter reſtituentem rem fideicommiſſariam, & cui reſtituitur*, cum actio, & paſſio non debeant concurrere in eodem ſubiecto, vt plena manu proſequitur Nouarius *forenſ. quæſt.* 51. *lib.*1. vbi principaliter tractat, ſi duobus exiſtentibus correis inſolidum, quando vnus fuit conſtitutus procurator, an poterit ab alio exigere?

COLLECT. 2866.

Super l. cum delanionis §. Aſinam molendinariam ff. de fundo inſtructo.

¶ *Verba dubia iuxta communem ſenſum ſunt intelligenda.*

VIgore iſtius text. ſunt qui dicunt verba dubia iuxta communem intelligendi ſenſum eſſe exponenda, quod quidem axioma quoque probatur *in c. ex literis de ſponſalibus l. Labeo ff. de ſuppellectili legata, & in l. librorum* §. *quod tamen Caſſius ff. de legat.*3.

Bene verum pulchre velim declares hanc regulam, vt verba omninò dubia potius in ſenſum catholicum, quam hæreticum interpretanda ſunt, *iuxta deciſ. Triuiſan.*34.*lib.*1. vbi quod ſi verba huiuſmodi duplicem habeant intellectum bonum ſcilicet,& malum, in benigniorem partem ſunt interpretanda ad euitandum delictum, quod nunquam in dubio præſumitur, niſi expreſſe probetur, vulgato text. *in l. merito ff. pro ſocio*, ſiue ſaltem prolatori verborum datur facultas ea interpretandi, & non alij extraneo, in tantum, quod verba illa ſunt intelligenda iuxta declarationem factam à prolatore, & ita

Digitized by Google

& ita ſeruatur in noſtra Curia Archiepiſcopali huius inclitæ ciuitatis Neapolis.

COLLECT. 1867.

Super Concil. Trid. cap. 12. ſeſſ. 24. de reformat.

¶ *Profeſſionem omittentes priuantur beneficiorum fructibus.*

OMittentes facere fidei profeſſionem priuantur fructibus. h. d. Amplia, vt epiſcopus nequeat tales fructus donare, nam prohibetur hanc pœnam remittere, Sayrus *deciſ. 3. de cleric. non reſidentibus*. Rubin. *deciſ.* 184.

Sed num prouiſus de beneficio fructus amittat? ſi procurator ad fidei profeſſionem faciendam conſtitutus illam facere neglexerit, plura reperi pro huius articuli diſcuſſione tractata per Nouarium, quæ hic apponere libuit. nam multa habes cumulata in hac materia, & varias adducit declarationes Sacræ Congregationis Illuſtriſſimorum Cardinalium, ſcripta autem ſunt quæ ſequuntur.

INter cæteras pœnas inflictas omittentibus fidei profeſſionem, de qua in Sacro Concil. Trid. *cap. 12. ſeſſ. 24. de reform.* illa eſt, quia non faciunt fructus ſuos, ita quod illos reſtituere tenentur in conſcientia, etiam non interueniente aliqua ſententia, vt per Ledeſm. *in ſumma part. 2. tract. 1. c. 4. concluſ. 10. diffi. 1.* quinimò nec ordinarius valet tales fructus donare, quoniam prohibetur remittere pœnam à Concilio inflictã, niſi in caſibus ibi expreſsè permiſſis Nauar. *conſ. 3. n. 1. de cleric. non reſid.* Fuſc. *de viſit. lib. 2. cap. 3. n. 14. in fin.* iuxta quorum ſententiam cenſuit ſacra Congregatio ſub horum verborum formula.

Fructus amiſſos ob fidei profeſſionem non factam iuxta hoc decretum remittere non poteſt ordinarius, ſed recurrendum eſt ad Papam qui ſolet eos condonare.

Et eſt etiam alia declaratio in vna Ariminen. quæ ſub his verbis continetur.

Gregorius XIII. ſolebat remittere fructus malè perceptos ob non factã fidei profeſſionem ſi verè nulla malitia interuenit, & dummodo quam primum emittant, ſtatuit quod nullus ad poſſeſſionem beneficij admittatur ante fidei profeſſionem.

Licèt non per hoc amittat diſtributiones quotidianas Azor. *inſtit. moral. tom. 2. lib. 7. c. 2. quæſt. 7.* Gonzal. *in reg. 8. Cancell. §. 2. prohem. n. 17.* Rota in Varnien. Canonicatus 28. Aprilis & 15. Junij & 4. Februarij 1611. coram Sacrato, & ita cenſuit Sacra congregatio per hæc verba.

Concilium grauat non profitentes vt non faciant fructus ſuos, quorum fructuum appellatione diſtributiones quotidianæ non veniunt.

De quo quidem quippè mirandum non eſt, quia Concilium loquitur de fructibus, quorum appellatione continentur ea, quæ recipiuntur in abſentia, non autem diſtributiones, quæ dantur ratione certi ſeruitij, ſeu perſonalis miniſterij, *cap. vnic. de cler. non reſid. in 6.* vbi DD. & præcipuè Prob. *num. 53. cap. licet de prabend.* Oldra. *conſ.* 118. Rota *in antiq. deciſ. 33. de re iudic.* Rot. *in nouiſ. deciſ. 2. de prab.* Caſſad. *deciſ. 1. eod. tit.* Paris. *conſ. 32. & 34. lib. 4.* Cæſar de Graſſ. *deciſ. 5. de prab.* plenè Gonzal. *in reg. 8. cancell. §. 7. prohem. n. 154.* Rota in Toletana penſionis 5. Nouembris 1565. coram Rubeo Boer. *deciſ.* 340.

Vt neque amittant anniuerſaria defunctorum Azor *inſtit. moral. d. tom. 2. lib. 7. cap. 2. quæſt. 7.* Sanchez *in præcept. Decalog. cap. 5 lib. 2. ante n. 11.* quos in facto inſequebar de anno 1612.

His ſuppoſitis vtile eſt ſcire, ſi proviſus de beneficio fructus amittat, quando procurator ad fidei profeſſionem faciendam conſtitutus illam facere neglexerit.

Et habito pro vero, quod hæc fidei profeſſio poſſit per procuratorē, iuxta ſententiam Nauar. *in conſ.4. ſub nu. 2. de ſumma Trinit. & fide catholic.* Azor. *inſti. moral. tom. 2. tract. 1. cap. 4. poſt concluſ. in diffic. 6.* Sanch. *d. cap. 5. n. 7.* Rota in Varmien. Canonicatus 13. Junij 1608. coram Saciato, quæ opinio fulcitur, tum quia neque per Concilium, neque conſtitutione Pij IV. vtitur verbis ſignificantibus perſonalitatem, vnde facere ſit regula, quod quicquid fieri poteſt per ſemetipſum fieri poteſt per procuratorem *l. 1. ff. de procur. l. ſed ſi vnius §. Iulianus ff. de iniur. § pen. inſtit. per quas perſon. nobis acquir.* Tum pariter, quia fidei profeſſio nihil aliud eſt, quam ſolemne iuramentum, quod conſtat poſſe præſtari etiam per procuratorem habentem ſpeciale mandatum, *cap. 1. §. verum quādo de ſtat. reg. lib. 6 cap. metuentes quæſt. 4.* vbi gloſ. *in verb. de præſenti*, & iterum gl. *in cap. 13. tibi Domino verbo iurare 63. diſt.* Bart. *in l. 1. qui bona §. ſi aliena n. 15. verſ. frater ff. de damno infecto*, quod procedit etiam in iuramento fidelitatis, Bar. *in l. 1. §. ne autem n. 20. C. de caduc. toll.*

In articulo propoſito videtur reſpondendum negatiuè ex eo, quia Procurator omittendo facere illud, quod ſibi mandatum eſt præiudicat Domino mandanti. Bald. *in cap. cum olim Abbas in fine de offic. deleg.* Iaſ. *in l. ſi procurator ſub n. 8. verſ. limitat C de procur.* Tiraq. *de legib. connub. gloſ. 7. nu. 78.* Surd. *deciſ. 181. n. 3.* Et negligentia viri præiudicat vxori in rebus dotalibus, quia vxor præſumitur in negligentia propter negligentiam viri, *l. de tutela C. de reſtit. in integr. l. 8. C. vnde cogn.* Iſer. Afflict. Angel. & reliqui, quos refert, & ſequitur Corbul. *de cauſ. in quibus emphyteuta iure ſuo priuatur caſu 15 ob non ſolutum canonem, ampliat. 22. n. 6. & 7.*

Cæterum contraria opinio videtur verior, vt ſi Procurator cui mandatum eſt, vt faciat fidei profeſſionem neglexerit eam facere, prouiſus fructus nō amittat, quia nulla poteſt aſſignari culpa prouiſi, vt conſuerunt Azor. *Moral. inſtit. tom. 2. lib. 7. cap. 2. quæſt. 6.* Sanchez *in præcepta decalogi lib. 2. citat. cap. 5. in fin.* & hanc opinionem vti æquiorem ſequi ſi liberat, dici poſſet fidei profeſſionem requiri ad conteſtandum, & declarandum animum ſuum eſſe veram fidem corde & verbo confiteri, quæ autem ad declarandum animum requiruntur impleta videntur ex ſolo mandato dato ad illud faciendū, prout dicimus de aditione hæreditatis, quæ cum in animo conſiſtat ſolū mandatum ad adeundū ſufficit ad hoc, vt dicatur aditio facta, *leg. 89. per procuratorem alias incipit procuratorem* vbi gloſ. 1. rationem aſſignat. *ff. de acquir. hæredit.* ibique Bart. & reliqui paſſim.

Nec obſtat quod ſunt, qui tenent, vt hæc fidei profeſſio debeat fieri per ſemetipſum adeo vt non ſufficiat fieri per procuratorem Gonzal. *in reg 8. §. 1. n. 169. verſ ſimiliter iuxta primam impreſſionem*, addentes ad Nauar. *conſ. 4.* aſſerentes ſic reſpondiſſe quandoque Sacram congregationem Zerola *in prax. part. 1. verbo fidei profeſſio*, & hanc opinionem ſequuta eſt Rota in Carthaginen. fructuum 19. Februarij 1588. & 1. Junij & 22 Nouembris eiuſdem anni coram Illuſtriſſimo Plato.

Nam reſpondeo totum contrarium eſſe verius, quod probatur aperte per text. ab aliis non animaduerſum *in cap. optabam 4. in fin. 100. diſt. in illis verbis nec aliquem, qui hanc iure iurando firmaret miſeris*, & ibi hoc expreſſè notat Præpoſitus.

Et ſu-

Et ſupra relator. DD. opinio tenentium fidei profeſſionem non poſſe fieri per procuratorē poſſet fortaſſe procedere, quando procurator non haberet ſpeciale mandatum quod quidem eſt neceſſarium vbi profeſſio fidei per alium eſt facienda, Franch. *in cap.* 1. §. *verum n.* 2. *de ſtat. reg. lib.* 6. cuius opinio vera mihi videtur, propterea quod eſt iurandum in animam principalis, quo caſu in quolibet iuramento præſtando requiritur ſpeciale mandatum, *cap. fin. vbi gloſ. in verb. iuramentum de iur. iur. lib.* 6. Bar. *in l.* 2. §. *vlt. C. de iuram. calum.* Rota *deciſ.* 1. *in fin. de iuram. calum. in nou.* Quirog. *deciſ.* 204. Pariſ. *conſ.* 31. *nu.* 112. *lib.* 1. Caputaq. *deciſ.* 168. *n.* 2. *par.* 1. Rota dec. in Bononien. penſionis 16. Junij 1603. coram Illuſtriſſimo Card. Mellin. & in Toletana decimar. 15. Maij 1608. corā Ludouiſio, item quia quæ in fidei profeſſione iurantur omnia conſiſtunt in animo, quæ autem animo retinentur declarari non poſſe, niſi à ſemetipſo, vel ab habente ſpeciale mandatum, gloſ. *in l.* 1. vbi Bar. *ff. de liber. agnoſc.* Alex. *conſ.* 78. *viſo col.* 4. *nu.* 13. *&* 14. *lib.* 5. Natta *conſ.* 230. *nu.* 8. Roland. *conſ.* 19. *n.* 2. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 31. *n.* 112. *lib.* 1. plenè Tiraq. *de retract. conuent.* §. 1. *gloſ.* 10. *n.* 94. Surd. *conſ.* 281. *n.* 31. *lib.* 2. Verall. *deciſ.* 168. *n.* 2. *part.* 1.

Quod quidem ſpeciale mandatum cenſetur datum non ſolum quando datur explicite ad faciendam fidei profeſſionem, ſed etiam ex mandato ad capiendam poſſeſſionem beneficij, ſeu Canonicatus, aut dignitatis, vt Rota cenſuit in allegata Varmien. Canonicatus 13. Junij 1608. coram Sacrato, & hoc quia in mandato generali ad facendum aliquem actum in neceſſarium antecedens veniant omnia, quæ ad illius expeditionem ſunt neceſſaria etiam quod requirant ſpeciale mandatum, Bart. *in l.* 2. *ff. de iuriſd. omn. iudic.* Feli. *in c. ſedes n.* 8. *verſ. & circa regulam de reſcript.* Huic licet renunciatio non poſſit fieri, niſi per procuratorem habentem ſpeciale mandatum, Anchar. *quæſt.* 33. *per totam*, tamen quando illa requiritur ad effectum conſequendi abſolutionē, eo ipſo, quod datur mandatum ad petendam abſolutionem in neceſſarium antecedens, cenſetur datum mandatum ad renunciandum, vt Rota reſpondit in Calağuritaua de Branteuilla 9. Junij 1603. coram Sacrato.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

Et an qui ſemel profeſſionem fidei emiſit in adeptione parochialis, vel Canonicatus, teneatur eam iterum, & denuo emittere, in adeptione alterius parochialis, vel Canonicatus, ſeu dignitatis, declaratum hunc articulum reperio per eundem Nouarium, quare rationabiliter viſum fuit hic eius labores imprimi facere, tanto magis, quia in illis adſunt perplures deciſiones, & declarationes Sacræ Congregationis Illuſtriſſimorum dominorum Cardinalium, ſcripta autem huius Authoris ſunt quæ ſequuntur.

QVoniam opus eſt externam fidei profeſſionem eſſe pro aliquo tempore in præcepto, & conſequenter ad ſalutem neceſſariam, vt contra hæreticos affirmantes ſatis eſſe fidem animo retinere, & propterea nullum eſſe peccatum nedum celare, ſed illam ore negare non ſemel ſtatuit eccleſia, vt latè ſcribunt poſt alios Valent. 2. 2. *diſp.* 13. *qua.* 3. *punct.* 2. & Sanchez *in præcept. decal. lib.* 2. *c.* 4. Ideo meritò de multa prouidentia Sacr. Concil. Trident. *cap.* 1. *ſeſſ* 24. *de reformat.* ſtatuit quod promouendi ad Cathedrales Eccleſias in primis fidei profeſſionem emittere teneantur, quam diſpoſitionem Pius IV. extendit ad quoſcunque qui de Monaſteriis, cōuentibus, Domibus,

& aliis quibuſcunq; locis regularium quoruncunque ordinum etiam militiarum quocunque nomine, vel titulo prouiderentur, vt in eius conſtitutione, quæ incipit iniunctum, ſub Dat. Idibus Nouembr. 1564. in Bullar. nouiſſimè impreſſ. *n.*114. ſtatuit prætereà Concilium, vt idem facere teneantur in Synodo Prouinciali, vel Diœceſana quicumque in ea de iure, vel cōſuetudine intereſſe debent, nec non & Magiſtri & Doctores Vniuerſitatum, & ſtudiorũ generalium initio cuiuſlibet anni, vt *in cap.2.ſeſſ.24.de reforma.* quod etiam idem Pius IV. obſeruari præcepit in ordinatione, & promotione Doctorũ, & per alios cuiuſlibet artis & facultatis profeſſores per aliam eius cōſtitutionem, quæ incipit *in Sacroſancta* ſub eadem die, & anno in Bullario nouiſſimo loco citato; Prouiſi autem de beneficiis quibuſcumq; curam animarum habentibus à die adeptæ poſſeſſionis ad minus intra duos menſes in manibus Epiſcopi vel eo impedito coram generali Vicario, ſeu officiali, eandem fidei poſſeſſionẽ facere tenentur, Prouiſi autem de Canonicatibus, & Dignitatib⁹ in Eccleſiis Cathedralibus non ſolum corã epiſcopo, ſeu eius officiali, ſed etiam in capitulo alioquin prædicti omnes prouiſi, vt ſupra fructus non faciunt ſuos, nec illius poſſeſſio ſuffragatur ex eodem Trid. Conc. *c.*12.*ſeſſ.*24.*de reform.* licèt hęc obligatio faciendi profeſſionem fidei non extendatur ad Canonicos Eccleſiarum Collegiatarum cum Concilium ſolum loquatur de Canonicatibus, & dignitatibus in Eccleſiis Cathedralibus, & beneficiis curatis, pœnalis autem diſpoſitio loquens de cathedrali non cōprehendit Collegiatã, *c.ſtat.de elect.in 6.* & ita tenet Garz. *Ben.c.3.p.5.n.12.* qui fatetur ſic fuiſſe reſpōſum per ſacrã cōgregationẽ ſuper d.verſ.cōc. in his verbis. Congregatio cenſuit non extendi ad Canonicos in Collegiatis 12. Febr. 1588.

Sed dubitatio cadit, num qui ſemel emiſit hanc fidei profeſſionem ex alia cauſa veluti cauſa Doctoratus, vel quia antea fuerat de alia parochiali dignitate, aut Canonicatu prouiſus, ſi adipiſcatur nouam parochiam, ſeu dignitatem, vel Canonicatum teneatur iterato profeſſionem facere.

In quo articulo Sanchez ad præcepta Decalogi *lib.2.cap.2.quæſt.5.* tranſit cum opinione negatiua, firmando ſufficere ſemel eſſe factam fidei profeſſionem, ad quod citat Nauarr. *in conſil.3.in fin.de ſumma Trinit.& fide Cathol.* & Azor. *inſtit.moral. tom.1.cap. 2.quæſt. 4. & 5.*

Tamen ſacra Congregatio Illuſtriſſimorum Concilij Tridentini Interpretum totum contrarium determinauit vt teſtatur Garzia *de benef.part.3.cap. 3.num.*17. cuius determinationis verba hæc ſunt videlicet.

An teneatur fidei profeſſionem denuo facere is, qui ſecundam parochialem conſequitur, ſi in adeptione præbendæ quam amiſit, vel alias quacunque de coram Epiſcopo, ſiue aliis etiã publicè fidei profeſſionem ſemel emiſit; Congregatio reſpondit, teneri.

Et iuxta hanc ſententiam ego requiſitus de voto in currenti anno 1613. à quodam V.I.D. Vallis reſpondi, & in iure ſcripſi, quia Concilium nō requirit fidei profeſſionem ſimpliciter, ſed qualificatam, & ſub certo modo faciendam, nempè coram epiſcopo, vel, eo impedito, coram Vicario, quo caſu non ſufficit explicare actum, ſi non explicatur ſuo modo Oldrad. *conſ.*184. vbi latè.

Nec obſtat Sanchez, qui vbi ſupra totum contrarium tenet, ſiquidem ipſe eiuſdem opinionis ſuæ aſſertores adducit

adducit Nauarr. & Azor, qui in libro meo hoc minime dicunt, quinimò Azor loco relato *quæſt. 8. in fin.* firmat, Canonicum tranſlatum de vna Eccleſia in aliam teneri profeſſionem facere non obſtante, quod illam fecerit in prima.

Vltra quod dum habemus declarationem Illuſtriſſimorum non eſt curandum de opinione Doctoris, maxime quando Doctor nihil adducit pro corroboratione ſuæ opinionis, & ſicco pede pertranſit, allegando alios authores, quorum vnus de tali caſu nullã mentionem facit, & alter contrarium tenet in eo, ad quod citatur. Declarationes enim certum eſt non eſſe declarationes doctrinales, ſicut latas à Doctoribus, & iuris peritis, vt aliqui Theologi perperam dicunt, ſed eſſe declarationes diſtinctas ſeu deciſiuas vim legis habentes, & vt leges recipiendas vt pote latas ex commiſſione Papæ, & à perſonis habentibus interpretandi, & reſpondendi facultatem à principe, vt apparet ex Bulla Sixti V. quę eſt *in 2. part. ſui Bullarij 2. in ordine*, vbi habetur facultas dictæ Sacr. Congregationis, quæ etiam ponitur à Rodriquez *quæſt. regul. 1. tom. quæſt. 11. art. 1.* qui *art. 2. ſeq.* ita docet, facit text. *in l. reſponſa prudentum inſtit. de iure naturali*, & ead. Sacr. Congregat. cuidam Abbatiſſæ Meſſanen. ſic reſpondit, eadem ratio habenda eſt de his, quæ ſcribuntur à Cardinalibus Sacr. Cong. Concilij Trident. nomine ipſius Congregationis, ac ſi à Papa ſcripta eſſent, & aliàs ſic cenſuit Decreta, & literæ Congregationis Cõcil. ſemotis litibus ſunt executioni demandanda, nec ſuper his ſententia, nec declaratum aliquod eſt faciendum, & ita ſuper declarationibus Sacr. Congregationis Papa ſtatim dat Breue, & auditor Cameræ monitorium in eorũ executionem, & Rota eas abſque vlla controuerſia, & diſputatione amplectitur ſuſcipit, & obſeruat, vt praxis oſtendit, & quamuis declaratio ſit facta ad inſtantiam alicuius, ſeu in caſu particulari, tamen facit ius quoad omnes, & in vniuerſum ad *l. vlt. de legibus cap. in cauſis de re iudic. & cap. 119. diſt.* Rodriq. *dict. art. 2. ad fin.* quicquid aliqui Theologi dicant, nec requiritur publicatio, ſeu promulgatio aut intimatio huiuſmodi declarationum, vt etiam aliqui Theologi male volunt, nam vt rectè inquit Man. Rodriq. ibi, *licet leges vt obligent ſit neceſſarium quod publicentur*, vt tamen declarationes legum iam publicatarum & receptarum obligent non eſt neceſſarium, quod publicentur, ſufficit enim, quod ipſæ leges ſint promulgatæ, & receptæ, ad hoc vt eorum declarationes à Principe, vel ab habente poteſtatem ab ipſo Principe datæ obligent, eod. modo quo ipſæ leges obligant. Et ita iuris eſſe cenſeo. Ego

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2868.

Super Felin. in cap. poſtulaſti de reſcriptis.

§ *Taciturnitas an, & quando vitiet gratiam?*

CRedo quod alias firmauimus, id quod Felinus aſſeuerat hic, vt taciturnitas eorum, quibus expreſſis gratiam Papa minimè conceſſiſſet, vtique vitiat gratiam, & ita Rota *in nouis deciſion. 31. de reſcriptis.* Mohedan. *deciſ. 7. eod. titul.* Amplia, vt pariter taciturnitas gratiam vitiet, quæ eſt circa id, quod ſi fuiſſet expreſſum iuxta communem ſtylum principis, vel curſum cancellarię gratia non fuiſſet conceſſa, & propterea attenditur probabilis coniectura, vel communis vſus aliarum literarum per principem conceſſa-

rum, vel concedi ſolitarum Caſſador. *deciſ. 12. de prebend.* & aliàs ita voluit Rota in cauſa Caputaquen. iuris patronatus 10. Maij 1600. coram R.P.D. Iuſto.

Verum taciturnitas eorum quibus expreſſis, vel non, gratia reddatur nulla? nouiſſimè declarat Reuerendiſſimus Dominus Coccinus hodie Rotæ decanus *in deciſ.* 328.

COLLECT. 2869.

Super Gloſ. in cap. 3. in verbo ſpeciale 2. qu. 3.

¶ *Colluſio quid ſit, & qualiter probetur?*

GLoſa hæc diffinit colluſionem, illam nominando eſſe latentem, & fraudulentam conuentionem inter actorem, & reum.

Tu autem ſi vis ſcire qualiter probetur iſta colluſio, vide Viuium *deciſ.* 296. Item num vbi colluſio in aliquo actu interuenit annullet actum? affirmat Giurba *deciſ. Rot. Sicil.* 91. Imò etiam annullare ſententiam, quæ per colluſionem obtenta eſt, & eſſe ipſo iure nullam voluit Viuius *d. deciſ.* 196. & ad materiam vide Aſciam *deciſ.* 170. qui in confeſſione colluſione facta loquitur.

COLLECT. 2870.

Super l. filius familias §. contra tabulas ff. de inoffic. teſtam.

¶ *Sententia virtute poſſidens, ſi ſententia retractetur tenetur fundum cum fructibus reſtituere.*

POſſidens fundum virtute ſententiæ in ſui fauorem latæ ſi poſtea ſententia ipſa retractatur, poſſeſſio poſſidentis reducitur ad non titulum, ſeu non poſſeſſionem, teneturque fundum vnà cum fructibus reſtituere h. d. & ita in Sacro Conſilio ſcio ſeruari, & præciſe audio deciſum in cauſa filiorum quondam Hectoris de Ieſualdo conueniunt ſcripta per Surd. *deciſ.* 25. & ad materiam adde videndũ Magon. *deciſ. Florent.* 120. & vide Maſtril. *deciſ. Rot. Sicil.* 29. vbi iuxta firmatã opinionem recenſet iudicatum, prout ſecundum eandem ſententiam audio deciſum per Regiam audientiam Calabriæ de menſe Junij de anno 1614. in cauſa Joannis Baptiſtæ Opupati, & alias de menſe Aprilis in cauſa, & lite Dominæ Eleonoræ de Leone.

COLLECT. 2871.

Super Doctrina Bar. in l. non fatetur ff. de confeſſ.

¶ *Exceptio erroris an intelligatur reiecta à ſtatuto reijciente quaſlibet exceptiones?*

AFfirmat hic Bar. *n.* 5. & 15. quod inter alias exceptiones, quæ à ſtatuto reiectæ non cenſentur; eſt illa erroris, & vide Theſaur. *deciſ. Pedem.* 26. qui loquitur etiam in inſtrumento Guarentigiato, & habente executionem paratam.

Et ratio eſt, nam vbi adeſt error, nullus poteſt conſiderari conſenſus, ad text. *in l. ſi per errorem ff. de iuriſdict. omn. iudic. & in l. 2. in princ. ff. de iudic.*

Hinc infertur, quod errans non videtur ſe obligare, neque paciſcitur, *l. cum tutoribus ff. de tranſact.* Rubin. *deciſ.* 206. vbi dicit, quod in tantum eſt vera iſta concluſio, quod qui errat non videtur paciſci, vt habeat locum, & procedat, etiam ſi ſe obligauerit ex certa ſcientia, nam non obſtante tali clauſula poterit opponere, & probare errorem, & ratio eſt, quia eo errore, quo quis inductus fuit ad contrahendum, eodem quoque cenſetur fuiſſe inductus ad renunciandum ipſi exceptioni erro-

erroris *l. fin. § idem quæſiuit ff. de condictione indebiti*, vbi communiter Doctores id affirmant, & illa clauſula *ex certa ſcientia*, tantum præſumptiuè probat errorem abeſſe, & propterea non excludit probationem in contrarium.

Aduerte tamen, quod non ſufficit errorem allegare illum, qui actum erroneum impugnare intendit prætextu erroris, niſi probet ſe eo errore motum fuiſſe ad illum faciendum, vel omittendum, ſed qualiter probetur error, declarat Caualcanus *deciſ. Fuizan. 19. libr. 3.* & eò ipſo quod demonſtratur rem aliter ſe habuiſſe error dicitur probatus ad text. *in l. poſt diuiſionem, C. de iur. & facti ignorant.*

COLLECT. 2872.

Super l. Mancipia C. de ſeru. fugit.

¶ Indulgentia Principis an extendatur ad delicta commiſſa per officiales in eorum officio?

DD. per hunc textum firmant cõcluſionem, quod principis indulgentia non extenditur ad delicta commiſſa per officiales in eorum officio, & iuxta hanc opinionem deciſum fuiſſe teſtatur Puteus *in tract. de ſyndicatu in verbo an ſi poteſtas condemnauit n. 9. fol. 25. à tergo.*

Amplia hanc concluſionem procedere etiam in eo qui deliquit, vt arbiter, vel arbitrator, vt deciſum per magnam Curiam Vicariæ firmat D. Regens Tapia *in ſuo iur. Regni in pragm. 2. ſub rubrica de arbitr. n. 8.*

Declara tamen non procedere in officiali abſque iuriſdictione, quoniã iſti delinquendo non dicuntur excluſi ab huiuſmodi beneficio indultus, cum officialium appellatione in ſtatuto ij tantum veniant, qui iuriſdictionem habent ex dictis per Franc. *deciſ.* 407. vnde actuarium non comprehendi concludendum eſt, prout neque cuſtodes carcerum, vel caſtellani qui nec iuriſdictionem habent comprehenduntur, idem Franc. *deciſ.* 505.

Sed an ſi ſimus in dubio num delictum fuerit commiſſum tempore officij, vel prætextu officij, qualiter iudicandum ſit? Dicas eſſe præſumendum non fuiſſe commiſſum prętextu officij ad euitandum maius delictum ex dictis per Capyc. *deciſ.* 130. in dubiis ſi quidem vel in totum excludi debet delictum *l. merito ff. pro ſocio*, vel ſaltem qualitas aggrauans delictum excludi debet, & minus ius illud recipienda eſt.

COLLECT. 2873.

Super Felin. in cap. ex parte il 2. de offic. deleg.

¶ Exceptio, quæ prouenit ex natura actus quando cenſeatur à ſtatuto reiecta?

APprobat Felinus hic opinionem illam, quod exceptio, quæ prouenit ex natura actus, ſeu negotij, ſuper quo fuit celebratum inſtrumentum, non cenſetur reiecta à ſtatuto reiiciente omnes exceptiones. Amplia hanc concluſionem, vt huiuſmodi exceptio poſſit opponi, etiamſi in inſtrumento fuiſſet promiſſum liberè, & abſq; alia controuerſia ſoluere, nam hoc non obſtante poteſt opponi hæc exceptio per textum *in l. quæro §. inter locatorem ff. locati* Robin. *deciſ.* 217. vbi ratio adduci poteſt, quia verba quantumcunque enixa, & generalia ac multiplicata nunquam referuntur, & tollunt id, quod prouenit ex intrinſeca natura actus, firmans pariter quod hæc exceptio ſemper intelligitur oppoſita, etiam ſi de ea nihil fuerit dictum in ſpecie.

Sed quæro num exceptio detur fa-

cilius,quam actio? affirmat idem *deciſ.* 116. per textum *in l.* 1. §. *cui damus ff. de ſuperfic.* vbi probat quod actio cui cōceditur, multo fortius & exceptio, de quo etiam *in l. inuitus* §. *cui damus ff. de regul.iur.& in cap. quid agendum eod. tit. in* 6.

Et exceptio num debeat eſſe de regula? affirmant Seraphin. *deciſ.* 980. Rota Romana apud Farinac. *deciſ.* 144. *tom.*1.*part.*1. per textum *in l. quæſitum* §. *denique ff. de fundo inſtructo*, quod tamen intelligas verum eſſe quoad vim comprehenſiuam, & non quoad iuris determinationem ad textum *in l. his iuncta gloſa C. de reuocand. donat.*

COLLECT. 2874.

Super l. à filio §. teſtator ff. de aliment. & cibariis legat.

¶ *Dictio, quis, quid operetur?*

PErcipitur ex iſto textu quod dictio, *quis*, eſt relatiua, & demonſtratiua, quæ refert in alio loco contenta cum omnibus ſuis qualitatibus.

Tu autem addas hanc dictionem habere naturam reſtrictiuam, per quā præcedentia reſtringuntur ad caſum relatum, quando ſine copula eſt adiectum, Surd. *deciſ.* 282. Monach. *deciſ. Lucenſ.* 57.

Item hæc dictio eſt generalis comprehendens maſculum & fœminam maiores, & minores, liberos, & in poteſtate conſtitutos, *l.* 1. §. *de pupillo ff. de conſtitut. pecunia. l.* 4. §. 1. *ff. de in ius vocand.* & iuncta verbo futuri temporis facit conditionem, *l. Stichum qui meus erit ff. de legat.* 1. Seſſa *deciſion. Aragon.* 124. vbi aſſerit *numer.* 18. quod relatiuum hoc debet intelligi tantum de expreſſis in referente.

COLLECT. 2875.

Super Jaſon. in l. 3. §. ſi rem ff. de acquir. poſſeſſ.

¶ *Contrectatio an ſit de furti ſubſtantia? quid in filio cōtrectante, an poſſit condemnari?*

COntrectatio de loco ad locum de ſubſtantia furti eſt, h. d. Jaſ. *n.* 1. & ita Anton. *deciſ. Macer.* 20. *lib.* 1. quod tamen eſt verum, ſi animo furandi fiat, aliàs ſecus ad text. *in l.* 1. *l. ſi iuſſu* §. *ſi rem meam l. qui vas* §. *qui ex voluntate ff. de fur.* in tantum quod hac ceſſante, furtum nullatenus committitur, §. *placuit inſtit. de furt.* §. *ſed tamen inſtit. de vſuc.* Cornazzan. *deciſ.* 14. *Rotæ deciſ. Lituan.*

Sed num ſi filius contrectet rem paternam animo furandi, furtum committat, ita tamen quod actio criminalis detur patri in eum? & quidem negatiuè reſoluendum eſt ad text. *in l. ſerui, & filij l. qui ſeruo* §. *Item placuit, & l. ſi quis vxori ff. de furt. l.* 1. §. *habet itaque ff. ſi quis teſtam. lib. eſſ. iuſſ. fuer.* Cabal. *reſolut. crim. caſu* 204. vbi quod nō poteſt iudex ex officio intromitti, & per inquiſitionē aduerſus filium procedere, ſed pater ipſum punire poterit moderatè etiam ad verbera, & pœnas ſimiles ex *l. reſpiciendum* §. *furta ff. de pœn. l. ſi filius, & l. cōgruentius C. de patria poteſt.* & nouiter ad materiam videndus eſt Giurba *deciſ. ſine conſ. crim.* 68. vbi latè tractat ſi furti actio ad pœnam detur contra filium patris bona ſurripientem, & contra eū, qui furto illi opem præſtitit pro domeſtico furto etiam magno filius eiuſque Auxiliator ad mortem fuerint à iudice condemnati, an rectè id iudex egerit, vel ineptè potius, vt dignus ſit pœna? & recenſet pronunciatum per M. R. C. facto prius verbo D. Proregi, quod condemnetur Iudex in caſtrum à D. Prorege eligendum per annos ſeptem, & non cōcurrat amplius ad officium, ſicque ait executum de anno 1610.

COL-

COLLECT. 2876.

Super Gloſ. in his ſolis ff. de condict. indebiti.

¶ *Pecunia ſoluta illi, qui non eſt ſoluendo, poteſt repeti ab illo cui profuit ſolutio.*

DOcet hæc Gloſa, quod ſi ille, cui fuit pecunia ſoluta non ſit ſoluendo poteſt repeti ab illo, cui profuit ſolutio, vnde tu inferas, quod penſio domus conductæ per patrem, vel maritum obligat vxorem, & filium, qui vnà ſimul illic habitauerunt, vt apud Manent. *deciſ.* .... & latius conſtat ex Nouari *forenſ. quæſt.* 122. *lib.* 1. qui inter alia adducit text. *in l. ſi eum ſeruum ff. ſi cert. petatur.* per quem probatur, quem cogi reſtituere, quod ad eum peruenit ex re alterius, & tandem ait non ſolum filium, ſed vxorem teneri in ſubſidium vbi maritus non eſt ſoluendo, & iuxta hanc ſententiã deciſum refert in quadam Curia inferiori noſtri Regni, dum ibidem caſus accidiſſet in facto.

COLLECT. 2877.

Super cap. vt lex. continentiæ 27. quæſt. 1.

¶ *Clerici nomen an ſit generale comprehendens quemcunque ordinem?*

COlligitur ex iſto tex. Nomen clerici eſſe generale comprehendẽs omnes ſpecies. & in quocunque ordine, & tam maiores, quam minores, & ita Rubin. *deciſ.* 284.

Quamuis clericatum fictè dici in eo qui ad ſacros ordines non fuit promotus, nam finis clericatus eſt ſacerdotium. pleniſſimè iuxta morem eleganter probat, & tenet Nouarius *in lib.* 1. *quæſt. forenſ. deciſ.* 1. vbi propterea infert legatarium ſub conditione, quod clericus efficiatur non debere habere legatum, ſi clericalem habitum aſſumat, ſed recuſat ad ſacerdotium peruenire, & ita iuxta hanc ſententiam ſenſiſſe quoque V.I.D. Dominum Jo. Dominicum Nouarium ſuum genitorem fatetur, cuius quidem ſcripta cum ad meas peruenerint manus prætetire nolui, quin hac occaſione promentur, ne tanti viri labores fruſtratorij eſſent. Allegationes autẽ ſunt quę ſequuntur.

Pro confirmatione voti V.I.D. Nouarij filij contra clericum in minoribus conſtitutum nolentem, ſeu procraſtinantem ordines ſacros ſuſcipere, quod excludatur à legato infra ſcripta in tanta temporis anguſtia ſuccinctè, & concluſiuè per V.I.D. Nouarium patrem in medium adducuntur cum plura alia potuit ſubtiliter cõſiderare, & allegare ſupradictus Nouarius Junior iuxta illud adagium, quanto iuniores tanto perſpicaciores, omittendo plura cum non fuerint viſa allegata, quia de facili poſſet contingere, vt ambo dicamus idem.

LEgatum factum legatario ſi clericabitur neceſſario intelligi debet, quod peruenerit ad ordines ſacros, vel ſaltem per ipſum non ſteterit ad ordines ſacros non peruenire poſtquã ſemper verba intelligenda ſint cum effectu, *l.* 1. *§. hæc verba ff. quod quiſque iuris l. pen. § pen. ff. ne quis eum qui in ius vocat. eſt. l. idem prætor ff. de ſuis & legitim. capit. petenti de officio deleg. & cap. in noſtra de iniur.* cum conſiderandus ſit effectus, & non verba, ſecundum Bart. *in l.* 3. *C. de inſtitut. & ſubſtit.* quia effectus præualet verbis, Innocen. *in cap.* 1. *de bigam.* & idem Bart. *in l. Cotem ferro §. qui maximos ff. de public.* & ſic illa verba, *ſi clericabitur*, vt intelligantur cum effectu cogunt omnino clericum ad aſcenſionem ſacrorum ordinũ, ex quo verus finis perfectio, & effectus clericatus

eſt ordinum ſacrorum ſuſceptio, non enim dicitur quis cauſam egiſſe niſi ad finem peruenerit, & vſque ad finem perrexerit, *l. 2. ff. ad l. Iul. de adult. l. quis cum maior §. accuſaſſe ff. de bon. libert. & l. alia C. de his quib. vt indign.*

Nec dicitur aliquid actum, donec aliquid ſupereſt ad agendum, *vulgata l. Sillanianum C. de his quibus vt indignis,* maximè quia verba ſunt in naturali ſenſu, & in potiori ſignificatu accipienda, *l. 1. §. 1. ff. ſi ager. vectig. vel emphyt. pet. l. non aliter ff de leg. 3.* & accipienda ſunt verè, & propriè, & nō impropriè, *l. 1. § ſi quis nauem ff. de exercit. act.* & vt intelligantur verba propriè in potiori ſignificatu, & naturali ſenſu, coactè dicere debemus, legatum aliter non deberi, niſi ille fuerit effectus presbyter argum. notatorum *in l. fin. C. de his qui ven. atat. impetr. in l. ex parte § ſi inſula ff. de verb. oblig.* & ſecundum latè tradita per Tiraq. *in l. ſi vnquam verſ. ſuſceperit liberos n. 17. C. de reuoc. donat.*

Eò magis quia hic clericus fraudulenter dilatat ordines ſacros ſuſcipere, & non obſeruat optatam teſtatoris voluntatem ſacrorum ordinum, & completam perfectionem, vnde cum non ſequatur totum adimplementum conditionis ex ſua voluntate mora vel impotentia, dicitur cōditio defeciſſe, & diſpoſitio euaneſcit *l. fin. ff de condit. inſt. l. pen. § 1. ff. de cond. & demonſtr.* & eſt optimus tex. *in l. in teſtamento la 2. in fin. ff. cond. & demonſt.* vbi iure cōſultus, ſubdit formalia verba, ſiquidem ipſe noluit ducere vxorē, quia ipſius facto conditio deficit nihil ex legato cōſequitur.

Facit à ſimili, quod ſi ſit legatū monacho, ſi intrauerit in monaſterium, intelligitur cum tacita cōditione, ſi profeſſionem emiſerit, cum ante profeſſionem non dicatur monachus ſecundum tradita per Magon. vltra alios *in deciſ. Flor. 141. num. 2.* per Surd. *deciſ. 303.* per Paſcal. plures referentem *in tract. de vir. patr. poteſt. cap. 3. n. 81. cum ſeqq.* latiſſimè D. Riccius qui omnia ſciuit *in deciſ. Archiep. 77. part. 2.* cum animi deſtinatio in hoc non habeatur pro opere deſtinato, & habitus non faciat monachum, vt ex infinitis doctrinis, & deciſionibus cōprobat idem D. Ricc. *in prax. var. reſolut. 138.* vbi decidit quod dos data puellę intranti monaſterium, & mortuæ ante profeſſionem non acquiritur monaſterio, ſed tranſit ad hæredes ſuos, quia ante profeſſionem ſemper poterit exire ſuo arbitrio.

Et ſi clericus in minoribus conſtitutus antequam ſuſcipiat ordines ſacros, ſemper poteſt exire, videtur æquiparari nouitio ſecundum Graſſ. *de effect. cleric. in prælud. n. 396.* ergo nouitius priuatur legato, ita & clericus cum in æquiparatis diſpoſitum in vno habet locum in alio, *l. ſi quis ſeruo, cum concordantibus C. de furt.* & non dicitur clericus conditionem adimpleuiſſe, ſi ad ſacros ordines non peruenit, cum etiam ad ſui libitum recedere poſſit, & cum ipſe deficiat integram conditionem adimplere ex ſua mora & voluntate ſibi eſt imputandum, quia cum conditio ſecundum temporis, & perſonæ qualitatem non durat impleta facto voluntario debentis adimplere, ſemper habetur pro defectu *l. 1. §. verſum autē ff. de in rem verſo,* & ſecundum plura allegata per Angel. *in conſ. 36.* ibidem videnda, & non deſcribenda.

Nec eſt in poſſe clerici in tantum dilatare ordinum ſuſceptionem, nam ſi verum eſt quod quando clericus ordinatur coniungitur eccleſiæ tanquam ſponſus ſponſæ ſecundum relata per Graſſ. *loc. cit. n. 38.* & videmus, quod legatum factum mulieri, vt nubat ita conditio debet adimpleri infra triennium poſt pubertatem ſecundum doctrinam Bar. *in l. 2. § ad filiorum C. quando, &*

do, & quibus quart. part. lib. 12. quam refert Anton. Corſet. *in ſuis ſingul. in verb. conditio*, ergo, vt matrimonium ſpirituale reguletur ſecundum matrimonium carnale, non debet eſſe in poſſe clerici pro cōſequutione legati aſcendere ad ordines ſacros, ſed infra triēniū poſtquam peruenit ad legitimam ætatem debuit illos ſuſcipere, ſed adimplere totam, & integram cōditionem, vt dicatur durare, & non defeciſſe.

Præterea, vt vltima Primis correſpondeant, clericus Joannes Antonius alter filius, hodie generalis Vicarius Caſtellanetenſis, vt detur honor cui conuenit, & qui laborauit adduxit optimum conſ. Decij valde ſimile 176. relatum à Paſchale *de vir. patr. poteſt ca.* 3. *n.* 84. quod ſi fiat legatum alicui ſub conditione, ſi legibus ſtuduerit, intelligitur dūmodo ſtuduerit debito tempore, ita, vt ad Doctoratus gradum aſcendat, & ſic ſubintelligitur tacita cōditio, ſi ſtudium perficiatur, & ad gradus Doctoratus perueniatur, vt finis verus ſequatur ſecundum quem credendum eſt teſtatorē voluiſſe, hic caſus eſt valde ſimilis, & decidens quæſtionem, de qua agitur, & ſic ſemper iudicarem quia clericum in hac malitia exiſtens cum nemini ſuus dolus prodeſſe debeat vulgatis iuribus remittendo me ſemper ſaniori iudicio.

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2878.

Super cap. 1. de duobus fratribus.

¶ *Inueſtituræ tenor debet ad vnguem ſeruari, cum det ei formam, ſicut priuilegio, reſcripto, & contractui?*

TEnor inueſtituræ debet ad literā ſeruari, & attendi, ita percipitur ex iſto text. *in verſ. propter tenorem inueſtituræ*, & ita Boer. *deciſ.* 263. Cacher. *dec.* 23. Marta *deciſ.* 15.

Amplia quod tenor priuilegij, & reſcripti quoque attendi debet, Franc. *deciſ.* 166. Viuius *deciſ.* 326.

Et nota quod huiuſmodi tenor dat legem, & formam inueſtituræ priuilegio, reſcripto, & contractui Viuius *d. deciſ.* 326.

COLLECT. 2879.

Super l. 1. §. ait prætor, & ibi Bar. ff. ne quid in loco publico.

¶ *Qualitas à lege, vel ſtatuto requiſita ab actore an ſit probanda?*

QValitatem in lege, vel in ſtatuto exiſtentem, & ab eo requiſitā, qui agit vigore ipſius legis, vel ſtatuti, debet ante omnia probare h. d. & ita Cach. *dec.* 88. *& dec.* 165. Mag. *deciſ. Luc.* 27. vbi pulchrè loquitur Caualc. *deciſ.* 11. *part.* 1. Rota *Lucenſ. deciſ.* 11. 29. *&* 94. Caball. *reſolut. crim. caſu* 125. Grat. *deciſ. Rot. Marchiæ* 224. *& deciſ.* 228 & vide Seraph. *deciſ. Rotæ Romanæ* 326. *& deciſ.* 332. *& deciſ.* 538. vbi loquitur de fundante ſe in ſcriptura qualificata.

Et qualem quis ſe facit, vel alium alieno nomine dum agit, probare debet ſe talem iuxta text. *in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ.* Caualc. *deciſ.* 12. *pa.* 1. & latius nos comprobauimus *in deciſ. Curiæ Archiepiſco. p.* 149. *part.* 1.

Quare ex hac firmata concluſione inferas, quod oppoſita legitimationis exceptione in iudicio, & ipſa non legitimata tunc adulteriora procedi minimè debet, ex traditis per Franc. *deciſ.* 692.

COLLECT. 2880.

Super l. 2. C. ſi in cauſ. iud. pign. capt. fuer.

¶ *Creditor an & quando ad licitationem admittatur?*

Digitized by Google

CReditorem admitti debere ad licitandum notatur in hoc textu, & ita pronunciaſſe Romanam Rotam teſtatur Ludouiſius in Romana vineæ de vicecomitibus Veneris 11. Menſis Januarij 1601. vt conſtat ex eodem *deciſ.* 12. & ita pariter voluit eadem Rota in Romana de Roncionibus 5. Decembris 1608. coram R.P.D. Ottembergo.

Declara tamen hanc concluſionem eſſe veram, & ſolum procedere in ſubſidium, videlicet exempli gratia quando non inueniretur emptor qui iuſtum valorem, & ſolum procedere in ſubſidium, videlicet exempli gratia quando non inueniretur emptor, qui iuſtũ valorem, & precium offerret, quia in tali caſu eſſet admittendus creditor, ita voluit Rota in Mediolanen. euictionis 4. Februarij de anno 1600. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Mellino.

Verum aliquando hanc declarationem non ſequutus fui, ſed contraria verior ſemper viſa eſt, ſaltem ex æquitate, quoniam non videtur iuſtum, vt creditor in pari caſu ſit deterioris conditionis, quam tertius, & extraneus, qui nihil intereſſe, & incommodi habet.

COLLECT. 2881.

Super Doctrina Felin. in cap. ad aures de reſcriptis.

¶ *Valor beneficij an probandus de tempore impetrationis? & plura de valore probando.*

FElin. *hic num.* 16. eſt in opinione valorem beneficij debere probari de tempore impetrationis, & ita quoque cenſuit Rota *in antiquis deciſ.* 10. *de prabendis.* Verallus *deciſ.* 320. *part.* 3. & ita pariter voluit in vna Conchen. Archipreſbyteratus 11. Decembris 1592. coram R.P.D. Penia, & in Clodien beneficij Veneris 12. menſis Januarij 1601. coram Ludouiſio, vt apud eum *in deciſ.* 419. *& in deciſ.* 15. vbi etiam firmat verum valorem ex libro taxæ cameræ non probari, prout affirmauit Caſſado. *deciſ.* 19. *ſuper regul. Cancellar.* & quoque voluit eadem Romana Rota in vna Cameracen. vnionis 19. Januarij 1575. coram bonæ memoriæ Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Lancellotto, aſſerens pariter, quod valor obtentorum probatur ex leuioribus probationibus ex Bellamer. *deciſ.* 764. Veral. *deciſ.* 277. *part.* 1. dummodo tamen ſit in ſuo genere perfecta, & concludens, vt decreuit eadem Rota in vna Abulen. beneficiorum 30. Octobris de anno 1595. coram R.P.D. Blanchetto.

Sed num valor beneficiorum ſit difficilis probationis affirmauit Rota in vna Auximana bonorum 7. Junij de prout refert Ludouiſius *deciſ. eiuſd. Rota* 245. & huiuſmodi valor iuſtificandus ſit, & probetur per teſtes, qui anno 1591. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino, debeant percutere tempus Ludouiſ. *deciſ.* 357. aliàs valor non dicitur iuſtificatus, idem *deciſ.* 419. Item, vt valor probetur per teſtes, debent deponere deductis oneribus, Idem *deciſ.* 357. aliàs illum non probant, vt in einſdem *deciſ.* 411. affirmantis *deciſ.* 273. quod teſtis deponens de valore cenſetur deponere de illo deductis oneribus, quod etiam confirmat *deciſ.* 277.

Et an huiuſmodi valor probetur, & iuſtificetur ex ſemiplena probatione? affirmant Cæſar de Graſſ. *deciſ.* 43. & *deciſ.* 91. & an ex publica voce, & fama? affirmant quoque Puteus *deciſ.* 29. *lib.* 1. Veral. *deciſ.* 277. *part.* 1. ſicque declarauit Rota in vna Rauennaten. Cappellaniæ 1. Julij 1594. coram R.P.D.

Penia,

Penia, & vide Ludouiſ. *deciſ.* 35. *deciſ.* 84. *& deciſ.* 471. qui *in deciſ.* 540. ait illum non probari ex impoſitione penſionis, & quando à mala expreſſione valoris non excuſet Taxa, vide eundem *deciſ.* 490. & multa alia, quibus iuſtus valor non dicatur iuſtificatus, vide eundem *deciſ.* 419.

COLLECT. 2882.

Super Doctrina Abb. in cap. dilectus de Cappell. Monach.

¶*Subiectio vnius Parochialis ad alteram plene probari debet, & qualiter probetur?*

ABbas *in hoc tex. n.* 1. eſt in opinione, quod ſubiectio vnius Parochialis eccleſiæ ad alteram debet plenè probari, & ita voluit Rota 10. Decembris de anno 1608. coram R.P.D. Mazanedo.

Et nota, quod cũ ſubiecto ſit quid iuris illa non probatur per teſtes, niſi reddant rationem, Bellam. *dec.* 64. Puteus *deciſ.* 281. *lib.* 1. Verall. *deciſ.* 34. *lib.* 1. *in manuſcr.* & voluit alias Rota in Bergomen. liberationis à ſubiectione Lunæ 19. menſis Febr. de anno 1601. corã Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Card. Ludouiſio Gregorio XV. vt apud eum *deciſ.* 17. vbi etiam firmatum fuit ſubiectionem quoad certos actus non inferre ſubiectionem quoad alios, & ratio eſt nam in materia ſeruitutis ſtrictè procedendum eſt, nec fit extentio de caſu ad caſum, quare merito, & rationabiliter quidem quod habens ius paſcendi in aliquo prędio vigore ſeruitutis, in eodem aquare, ſiue potum, & aquam ſumere, & ibidẽ pernoctare non poteſt, vt fuit deciſum per Sacrum Cõſilium Neapolitanum iunctis conſiliariis duarum aularum in cauſa Venerabilis Monaſterij Sancti Laurentij prope padulam cum vniuerſitate terræ Montiſani, quod latius proſequitur, & optimè comprobat Nouarius *forenſ. queſt. lib.* 1. *queſt.* 23.

Sed quod tempus requiratur, ad effectum, vt ſubiectio præſcribatur. Rota in vna Caietana præcedentiæ die 1. menſis Martij 1563. coram R.P.D. Robuſterio decreuit requiri ſpatium quadraginta annorum, de qua meminit idem Ludouiſius *memorata deciſ.* 17. *circ. fin.* vbi pariter aſſeuerat, & concludit ſubiectionem non habere certam formam à iure, ſed eam ſumi à conſuetudine, prout etiam nonnullis vicibus in caſibus occurrentibus in Curia Archiepiſcopali, & præcipuè in anno 1626. de menſe Aprilis, & propriè quando in hac ciuitate Vicariatus officio fungebar.

COLLECT. 2883.

Super l. libellorum ff. de accuſat.

¶*Tempus in criminalibus concludenter an ſit probandum? & quid in ciuilibus?*

IN hoc text. & propriè *in verſic. vtique enim*, ſuadetur illa concluſio iuris, quod in criminalibus vbi tempus, puta Annus, & menſis eſt de ſubſtantia libelli, illud præcisè debet probari aliàs ſuccumbet, & ita Boer. *deciſ.* 321. Gail. *obſeruat.* 62. *lib.* 1. *& obſeruat.* 64. Myſinger. *obſeruat.* 32. *Cent.* 2.

Declara tamen, quod in ciuilibus, ſi actor tempus non probet, vel teſtes in tempore varient non ſuccumbit, ſed nihilominus ſi actum alias ſufficienter probauerit obtinere debet, *l. ob carmen §. ſi teſtes ff. de teſtibus.* Guid. Pap. *deciſ.* 544. vbi tamen id declarat niſi tẽpus locus ſit de ſubſtantia actus, quod pariter ſequitur nouiſſimè Berlicchius *deciſ.* 97. vbi ſimiliter declarat, niſi quis ſe fundat in certo tempore, & tempus ſit fundamentum ſuæ inten-

Digitized by Google

tionis,vel aſtrinxerit, ad certum tempus,quia in tali caſu licèt tempus non ſit de ſubſtantia actus,tamẽ,ſi de tempore non probat,obtinere non poteſt, quoniam quis ex illa neceſſitate, in quam ſponte ſe coniecit,ſe tueri, & iuuare non poteſt §.*item tria. inſtit. de excuſat. tutor.*

Bene verum limita vbicunque,quis ſimpliciter ad tempus probandum ſe aſtrinxit,ſecus ſi in libello poteſtatem illam non aſtringens ſe ad ſuperflua appoſuerit,nam virtute huius clauſulæ meritò excuſatur, ſi tempus non probauerit, vt deciſum refert Berlicchius *d.deciſ.97.in fin.*

COLLECT. 2884.

Super Doctrina Ioan.Andr. in cap. fin.de iur.patron.

§ *Præſentatio de abſente,an,& quando ſit nulla?*

FIrmat hic Jo.Andreas *in verbo præſentatio*, eſſe nullam præſentationem factam de abſente, & non exhibitam ordinario,& ita Rot. *deciſ. 2. de iur. patron. in nouis*, & in vna Regien. prioratus 26.Iunij 1586.coram R.P.D. Pamphilio deinde Illuſtriſſimo, Ludouiſius *deciſ.34.*

Et quod præſentatio facta de abſente ſit nulla, voluit eadem Rota in Regien.prioratus 26.Iunij 1587.coram Illuſtriſſimo,& Reuerendiſſimo Cardinali Pamphilio, & in Hiporegien. plebaniæ 28. Iunij 1610. coram R.P. D.Ottembergo.

Bene verum vbi perſona præſentata eſſet nota ordinario, adeo quod certũ ſit,quod examine non indigeat, in tali caſu tenet præſentatio facta de eo abſente,vt fuit dictum in dicta Regien. prioratus coram Cardinali Pamphilio, & in Salamantina Cappellaniæ 17.Iunij 1605. coram R.P.D. Ottembergo.

Licèt non ſufficeret quod præſentatus eſſet notus ordinario, vbi examẽ eſſet omninò neceſſarium,puta quando ageretur de eccleſia parochiali, & adeſſet concurſus plurium præſentationum,vt dictum in dicta Regien.coram Pamphilio, & in Aurien. parochialis 22. Aprilis 1611.

Imò hodie cum virtute Concilij Tridentini *ſeſſ. 7.c.13.* non poſſit præſentatus inſtitui etiam in ſimplicibus, niſi præuio examine, ideò videtur quod præſentatio de abſente facta ſit nulla,quamuis præſentatus ſit notus ordinario,vt fuit dictum in Calaguritana beneficij de Legarda 22. Iunij 1587. coram R.P.D. Orano, quamuis velim aduertas ſufficere, quod præſentatus abſens infra quadrimeſtre ſe exhibeat coram ordinario ad effectum ſe examinandi.

COLLECT. 2885.

Super l.etiam ff. de compenſat.

§ *Compenſatio an, & quando locum habeat? plures caſus recenſentur.*

COmpenſatio habet locum ex obligatione naturali, qua debitor ſoluere tenetur h.d. Ibi etiam quod natura debetur venit in compenſationem.

Sed compenſationis exceptio quãdo admittatur aduerſus Inſtrumentũ, & quid in contractu Bullati, vide nouiter Caſtill. *deciſ. Rot. Sicil.* 118. vbi etiã firmat compenſationem non admitti ſuper debito ciuili,& naturali,quando eſt interpoſitum iuramentum, & neq; admittitur compenſatio quotieſcunque debitum, cum quo petitur fieri compenſationem, eſſet anterius Cacher. *deciſ.92.* Afflict. *deciſ.* 381. Capic. *deciſ.*

Digitized by Google

*deciſ.*167.*in fine*, vbi etiam Maſullus in addit.

Et num ipſo iure compenſatio admittatur? negat Sard *deciſ.*191. de quo ipſemet Caſtillus *d.deciſ.* mentionem facit, firmans tandem compenſationē non admitti in Regno Siciliæ in cenſu debito iuxta formam Bullæ, & Regiæ pragmaticæ ſicque aſſerit iudicatum fuiſſe, & ante eum ſcripſit Milanenſ. *deciſ.eiuſdem Aot.Sicil.*14.

Et compenſatio an admittenda ſit ſuadente æquitate, vbi alias non eſſet admittenda? affirmat Ludouiſius *deciſ. Rot.*342. vbi principaliter concludit compenſationem opponentem dici ſatisfacere clauſulæ, *parito iudicato*, cum compenſatio habeat vim ſolutionis, & poſſit quandocunq; opponi, quãuis in hoc contrarium alias determinauerit eadem Rota, cum huiuſmodi clauſula, *parito*, requirat realem paritionē, prout ita fuit tentum in Romana de Ruſticuccis 7. Junij 1619. coram R.P. D. Remboldo, vbi enim requiritur vera ſolutio, non admittitur compenſatio, & ideo quoad effectum acquirendi quaſi poſſeſſionem exigendi, requiritur vera ſolutio, nec ſufficit compenſatio, Rota *diuerſ.deciſ.*389.*part.*1.

Et compenſatio an opponi poſſit poſt terminum ſuſceptum? Rota in deciſione huius articuli variauit, nam in Romana pecuniaria coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Sacrato dixit, poſſe opponi dictã exceptionem compenſationis, etiam aduerſus terminum ſuſceptum, & in alia cauſa Romana pecuniariæ 16. Nouembris 1613. totum contrarium determinauit coram eodem, & hanc vltimam opinionem ſecuta fuit Rota *deciſ.*773.*part.*2.*in recent.* vbi conſideratur, quod per termini ſuſceptionem cenſetur renunciatum exceptioni compenſationis.

Et an admittatur compenſatio aduerſus obligationē cameralem quando creditum, cuius compenſatio opponitur, ſuperuenit poſt dictam obligationem generalem? affirmatiuè tenuit Rota in vna Veneta donationis 17. Nouembris 1617. coram R.P.D. Buratto.

Et compenſatio debiti illiquidi, an intret cum eo, quod eſt liquidum? negatiuè Ludouiſius *deciſ.*552. *in fin.* aſſerens *deciſ.*568. illam admitti in materia quamtumuis fauorabili, & etiam in dote.

Et an admittatur cum debito alieno? negatiuè Rot. *deciſ.*634.*part.*1. *in recent.* & ideo debitor ſocietatis non poteſt opponere compenſationem cum credito, quod habet cum vno ex ſociis in particulari, quia ſocius tunc cenſetur quid diſtinctum à ſocietate, Rota Januen. *deciſ.*26. Ludouiſ. *deciſ.*366. Rota apud Zacchiam *de obligat. camer. deciſ.*35. & ita in facto determinauit Nouarius I.C. Lucanus, prout ex infra ſcriptis apertè apparet.

DOminus Anellus Guidonus, qui etiam ſocietatem cuiuſdam negociationis inierat cum D. Marcello Riatto, in libro ſuarum rationum ſe debitorem conſtituit dicti Riatti, per conto à parte in ſumma ducatorum trecentum pro totidem habitis ab eo occaſione mercantiæ ſerici, dictoſque ducatos promiſit ſe ſoluturum ad omnē eius voluntatem, cumque ſoluiſſet eidem quandam quantitatem & reſidui ſolutionem in dies protraheret, conuentus in foro mercatorum fuit condemnatus ad reliquum ſoluendum ducatorum ducentum, pro quibus relaxata fuit executio; quam quidem ſententiam confirmaui ego, cauſa appellationis interpoſitæ nomine Guidoni per ſpeciale reſcriptum mihi cõmiſſa. Nam cum Guidonus partitam

illam propria manu conſcriptam recognouerit in iudicio, non eſt dubium quin plenè contra eum probarit, argumento *l. Publia* §. *fin. ff. depoſiti l. cum de indebito ff. de probat. l. fin. C. de fid. inſtru.* Bal. *l. fin. C. ſi cert. pet.* latè ſcrib. *in l. admonendi* vbi Rip. *n. 162. ff. de iur. iur.* Pariſ. *conſ. 83. nu. 2. lib. 1.* Bellon. *deciſ. Genuenſ. 11. n. 1. 37. num. 14. 126. in princ. 196. nu. 1. 1. 207. num. 1. 2.* vt certe nullæ videantur fuiſſe partes D. Iudicis à quo in d. D. Anellum tanquam conuictum propria confeſſione præterquam in condemnando, *l. 1.* vbi Bart. *ff. de confeſſ.* Bal. *l. fin. prima quæſt. C. de execut. rei iudic.*

Nec mihi viſum fuit dictum Guidonum conqueri poſſe, quod per iudicem reiecta fuerit exceptio compenſationis ab eo oppoſita, de qua breui appariturum eſſet, ſi Riattum coegiſſet ad calculum faciendum altius petito principio, nam præterquam quod ſingulis annis inter eos calculus initus fuerat, fruſtra admiſſus eſſet Guidonus ad probandum, ad quod probatum nihil eidem profuiſſet, ad euitandam executionem petitam nomine Riatti, *l. hac ſtipulatio* §. *Diuus ff. vt legat. nomine caueatur l. aliquando* §. *ſub conditione ff. ad Velleian. c. 2.* vbi Ioan. Andr. *extra de probat.* Bart. *l. ita ſtipulatus la grande nu.* ..... *ff. de verb. obliga.* Mariag. *dec. 133.* Quamuis enim ex calculatione procurata per Guidonum apparere potuiſſet, Riattū in aliquo debitorem eſſe ſocietatis, (quo caſu non tam Guidoni quam ſui ipſius debitor fuiſſet) non tamen locus eſſe potuiſſet compenſationi petitæ, cum non admittatur compenſatio debiti particularis cum credito ſociali, ad tradita per Bal. *in l. eius quod num. 3. C. de compenſat.* vbi talem quæſtionem proponit: contracta erat ſocietas inter plures, qui præerat adminiſtrationi, vnum ex ſociis interpellauit, vt certam quātitatem iuxta conuenta conferret in ſocietatem, excepit iſte ſe creditorem petentis, & locum eſſe compenſationi, Bal. reſpondit imò non eſſe locum, ea potiſſimum ratione, quod compenſatio non admittatur, ſi quod prætenditur compenſari non debeatur illi, qui conuenitur, cenſeri autem eum, cui particulariter debetur aliquid extra cauſam ſocietatis, quaſi nec ſociū quia duplicem perſonam gerat, vt per Soc. *conſ. 149. ſub num. 5. verſ. demum, & 3. li. 1.* & habetur *in deciſ. Rotæ Genuenſ. 26. num. 30.* Couar. *conſ. 172.* & alij apud Beltramin. *in addit. ad Ludouiſ. deciſ. 366.*

In propoſito autem, ex quo Guidonus ſe debitorem conſtituit in ſumma prædicta per conto à parte, ſatis apertè ſignificare viſus eſt, quod vellet hoc creditum Riatti penitus ſeparatū eſſe à cauſa ſocietatis, & eius rationem haberi, quaſi crediti particularis, vt merito nulla videatur obiici poſſe exceptio compenſationis debiti deſcendentis ex ſocietate, præſertim nec dum liquidi.

Nec obſtat quod hæc partita per quam Guidonus ſe debitorem conſtituit relationem habere videatur ad rationes, de quibus in libro incertę ſitici, & ideo ex ipſa tanquam relatiua aliarum non debere ſumi fundamentum, niſi plene conſtet de partitis relatis per calculum rationum, argumento eorū, quæ tradunt Bal. *in l. 2. C. de error. aduocat.* Alex. *conſ. 3. lib. 2.* Roman. *conſ. 294. n. 2.* Jaſo. *in l. admonendi in 1. lect. n. 36. de iur. iur.* Felin. *in c. ex parte il 1. n. 13. de reſcript. in c. cum venerabilis n. 24. de except.* Decian. *conſ. 106. ad finem, & conſ. 118. n. 6.* ſcilicet non nocere confeſſionem eius, qui ſe debitorem aſſerit prout in tali libro, vel inſtrumento niſi quatenus appareat ex libro vel inſtrumento cum relatum ſit in referente, *l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit.* Tuſc. *concluſ. 129. lit. R.* & relatio reſtringitur ad illud quod in

relato

Digitized by Google

relato continetur tantum, *Seſſ. deciſ. Arag.* 125.*n.* 41.& referenti ſi non conſtet de relato non creditur. Auth *ſi quis C.de hared.inſtit.* Surd.*conſ.*5.*n.*57. Antonin.*reſolut.*38.*n.*5.*lib.*1. & confert etiam quod dicitur non plene reſpondiſſe poſitionibus, eum qui reſpondit ſe referendo ad aliquam ſcripturam, niſi dicta ſcriptura edatur Bal. *in l.*1. §.*editionis ff.de eden.*Soc.Iun.*conſ.*3.*lib.*2.Dec. *d.conſ.*118. Nam ex verbis quibus hæc partita conſcripta fuit facile deprehendi poteſt, eam extinctiuam magis eſſe, quam relatiuam partitarum, de quibus in libro ipſius incertæ, cum appoſita fuerint illa verba *per parreggiare detti conti*, quæ ſignificant rationes calculatas,& plene ſatisfactum, quo loquendi genere vtitur etiam Scæuola *in l.Sticho* §. *fin.* ibi *pariaque fecerit* iuncta expoſitione glo. *ff.de ſtatu.liber.*& Calliſtratus *in l. ſemper* §.*conductores* ibi.*niſi paria cum fiſco feciſſe dicatur ff.de ſtatu libe.* eſtque hoc verbum vſitatum latinis authoribus, quos citat Bud. & animaduertit Jacob Spiegel. *in ſuo lexico iuris in verbo facere paria*, vt ſenſus ſit, ideo relatum eſſe creditum Riatti in librum rationum Guidoni, vt hæc ipſa relatio eſſet loco cuiuſdam ſatisfactionis,per directionem enim ſcripturæ in libro ſoluere debentis, cenſetur quis ſibi ipſi ſoluere.*l.qui fine ff. de negoc. geſtis deciſ Genuenſ.*1.*n.*8.

Accedit etiam, quòd Guidonus nõ modò conſtituit ſe debitorem Riatti per conto à parte, ſed etiam obligauit ſe ad ſoluendam dictam quantitatem ad omnem Riatti voluntatem: quorũ verborum ſenſus non alius fuit, niſi quod omni mora, & dilatione reiecta ſoluturus eſſet, alioqui nec diceretur ſoluere ad omnem voluntatem creditoris, ſi in eius facultate poſitum eſſet retardare ſolutionem prætextu compenſationis faciendæ, & moram inijcere creditori ſuas pecunias repetenti, donec liquidaretur creditum aduerſarij, cum nunquam compenſatio fiat nõ liquidato prius credito compenſando *l.fin.C.de compenſ.* vt enim iſta verba vniuerſalia ſuum effectum operentur, eadem latiſſime interpretari oportet, nempe vt ille etiam caſus comprehenſus intelligatur, qui in generali ſermone aliàs non veniret, argumento eorũ, quæ tradit Bart.*in l.generali* §.*vxori ff. de vſufruct. legato*, concludens ex vi dictionis, omnium, venire etiam venales in legato vſufructus omnium bonorũ vxori relicto,& ſimile eſt quod tradit Salic.*in l.hac edictali quaeſt.*6.*C. de ſecund. nupt.*& Dec.*in auth. praeterea C. vnde vir, & vxor*,ſcil.maritum lucrari dotem vxore præmortua, quamuis ſuperſtitibus liberis primi matrimonij, quoties ſtatutum de lucro dotis ita conceſſum fuit, vt vxore præmoriente omni caſu lucretur dotem, ſic igitur & in propoſito, ex vi iſtorum verborum ad omnẽ eius voluntatem, videtur id actum vt omnino ſoluere teneretur omni dilatione remota, omni exceptione, ſiue compenſationis, ſiue alterius generis reiecta.

Vltra quod, cum hæc verba adiecta fuerint verbo ſolutionis certæ ſummæ pecuniæ, adeo ipſam ſolutionem qualificant, vt non niſi in vera, ac naturali ſolutione verificari poſſint, ad tradita per Bart.*in l ſolutionis ff.de ſolut.* vbi concludit verbum *ſolutionis* ratione adiuncti ſtricte capiendum eſſe, veluti quia promiſerit quis ſoluere pecuniam, & Bart.ſequitur Alex.*conſ.*96.*ad finem lib.*3.Natta *conſ.*60.*n.*3.4.Bero.*conſ.*136.*n.*6.*lib.*2.vnde ſuppoſito, quod Guidonus promittendo ſimpliciter ſoluere, non diceretur excluſiuè compenſationem,& ſic factam ſolutionem, ad tradita per Bart.*in l.diuortio* §.*ob donationes ff.ſolut.matr.in l.aufertur* §. *qui compenſa-*

Digitized by Google

tionem ff. de iur. fiſci per Bal. *in l. tam mandatori C. de non num. pecun.* quia tamen addidit eiuſmodi verba, quæ præciſam, ac veram ſolutionem præ ſe ferât, promiſit enim ſoluere pecuniam ad omnem creditoris voluntatem, non videtur poſſe obiicere compenſationem crediti præſertim illiquidi, quia quoties requiritur vera ſolutio, non admittitur compenſatio, Bal. *l. fin. ad finem C. de compenſ.* Natta *d. conſ.* 60. *n.* 3. necenim dici ut vere, & propriè ſoluere qui compenſat, *l. ſi cum filiofam. ff. de compenſat.* imò non ad alium finem compenſationem quis procurat, niſi vt ſolutionem euitet, *l.* 3. *ff. eod.* facit tex. *in l. Iulianus ait ibi quaſi dederit ff. de condit. & demonſtr. in l. Vranius ff. de fideiuſſor.* & hinc fit vt qui promiſit ſoluere cum iuramento non euitet periurium compenſando cum credito, tametſi liquido, ex communi, de qua per Bero. *conſ.* 155. *n.* 27. 28. *lib.* 1. *p....* Alex *conſ.* 91. *lib.* 2.

Denique cum Guidonus poſtea debitum iſtud pro parte ſoluerit abſque vlla proteſtatione, videtur ſe adſtrinxiſſe ad ſolutionem reſidui, & ſibi præiudicaſſe reſpectu totius reliquæ ſummæ, ita vt eius ſolutionem retardare non poſſit prætextu compenſationis forſitan faciendæ, cui renunciaſſe videtur ſoluendo parte ſimpliciter abſque vlla reſeruatione, argumento eorum quæ tradit Bal. *in l. cum fidem nu.* 1. *C. de non num. pecun.* quem ſequitur ibidem Salic. Alex. *in addit. ad Bart. in l. cũ de indebito in prima oppoſ. liter. A. ff. de probat.* Natta *conſ.* 77. *n.* 7. Caſſan. *conſ.* 17. *ad finem.*

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

Et contra poſitio partium an inducat compenſationem, & debiti extinctionem? affirmat Rota Ianuæ *dec.* 60. & voluit Rota in Romana pecuniaria 22. Ianuarij 1611. coram R.P.D. Caualerio, & in Romana precij Fundici 20. Februarij 1611. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato, & in Bononien. pecuniaria 28. Ianuarij 1611. coram R. P. D. Marquemontio.

Verum notabis in hac materia, quod ſi debitor in partitis ad eius fauorem creatis reperitur deſcriptus pro creditore, non autem partita creatur pro ſoluta in diſſolutionem debiti, iſta contrapoſitio non inducit compenſationem, ſed eſt in poteſtate debitoris compenſare cum eo credito, quod ſibi magis placet Surd. *deciſ.* 117.

Sed num talis compenſatio præſumatur oppoſita ad euitandam ſolutionem, ſi debitor ex alio capite fuiſſet creditor? affirmat Ludouiſius *dec.* 439. & exceptio compenſationis, quæ poteſt opponi contra cedentem an poſſit opponi contra ceſſionarium? affirmat Theſaur. *deciſ.* 221. vbi tamen dupliciter limitat.

COLLECT. 2886.

Super l. vnum C. de teſtam.

¶ *Notarius an & quando poßit extrahere proceſſum?*

NOtant hic DD. quod Notarius poteſt ſine citatione, & aliis ſolemnitatibus extrahere proceſſum, & ita Rot. *deciſ.* 1. *de fide inſtrum. in nouis, & deciſ.* 4. *eod. tit. in antiquis* Verall. *dec.* 170. *part.* 1. & ita fuit tentum in vna Calagaritana beneficij de Narboſa 15. Ianuarij 1595. coram R.P.D. Corduba, & in Burgenſi beneficij coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato 7. Febr. 1600. & nouiter Ludouiſius *deciſ.* 38. vbi latè fundat Notarium poſſe extrahere Acta ab ipſo ſcripta, vel coram ipſo producta, & inſtrumenta, de quibus eſt rogatus abſque nulla citatione, vel alia ſolemnitate, quamuis talia acta non ſint ab ipſo ſcripta, ſed tantum ſubſcri-

Digitized by Google

ſubſcripta, quoniam ſubſcriptio Notarij id operatur, vt ſcriptura dicatur ab ipſo facta, prout tenuit Rota in vna Ariminen Caſtrorum 13. Martij de anno 1600. coram R.P.D. Lancellotto deinde Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali, & ad materiam vide aliam eiuſdem Rotæ deciſionem factā in vna Dertuſen iuris conferendi 24. Januarij 1596. coram R.P.D. Pamphilio deinde Illuſtriſſimo Cardinali, & tunc temporis Rotæ Auditore.

COLLECT. 2887.

Super Concil. Trident. ſeſſ. 20. cap. 6. de reformat.

¶ *Epiſcopus habet facultatem abſoluendi ſubditos à caſibus occultis in foro conſcientia, & hæc facultas extenditur, & delegatur.*

DIſponitur hic quod epiſcopus poſſit quoſcunq; ſubditos ſuos abſoluere à caſibus occultis in foro conſcientiæ.

Amplia quod hæc facultas quoque tribuitur capitulo ſede vacante Sayr. *deciſ. 31. de Temporibus ordinat.* quamuis illam non habeant inferiores prælati vt deciſum per ſacram Congregationem Illuſtriſſimorum Cardinalium teſtatur Garzia *de beneficiis p. 7. c. 11. n. 13.*

Amplia etiam, vt valeat epiſcopus abſolutionem hanc facere extra ſuam diœceſim, de quo vide Sayr. *deciſ. 6. de offic. deleg.*

Amplia quoque vt hanc facultatem poſſint aliis delegare idem Sayr. *deciſ. 11. de priuil.* & ita declaraſſe ſacram congregationem, & practicari in noſtra Curia ait eiuſdem Curiæ praxis *cap. 66. n. 17.* quia imò etiam ſi ipſe epiſcopus incideret in aliquod delictum, de quibus in concilio, adhuc poſſet alteri delegare, vt decidiſſe Sacram Congregationem teſtatur Nouarius in ſuo iure pontificio nouo *in titulo de abſolutione à caſibus occultis com luſ. vnica n. 11.* apud quem cum viderim hanc abſolutionis materiam optimè, & ſubtiliter tractatam ideo immorari in eà viſum non fuit, ſed ſolum vnam adduco limitationem ad regulam, ne illa procedat quotieſcunque delicta, ſiue crimina eſſent deducta ad forum contentioſum Graffius *in deciſ. aur. cap. 13. lib. 1. part. 1. n. 42.*

COLLECT. 2888.

Super l. ſi procurator la 2. ff. de dol. except.

¶ *Dolus tertij quando noceat? & plura de dolo, & metu.*

COlligitur hic Doctores, quod quando dolus tertij fuit cauſa immediata acquiſitionis alicuius, ille dolus nocet illi, quod etiam probatur *in l. 1. §. ſi quis tamen, & §. ſi filius ff. de vi, & vi armat. & in l. 1. C. ſi quis aliquem teſt. prohibue.* & ad materiam latè Dominus Regens Carolus Tapia Marchio Belmontis *deciſ. ſupremi Senatus Italiæ 16.* vbi quod dolus tertij regulariter non nocet, & quod dolus per coniecturas probari poteſt, nec non fundat dolum argui ex nimia perſuaſione, & ex præcedentibus argui poſſe, & quod dolus præſumitur, ſi fuerit alius inſtitutus, quam qui inſtituendus erat, quamuis *n. 23.* affirmet dolum, & metum ſimul concurrere non poſſe, tractans quoq; *n. 46.* ſi dolus, vltra metum requiratur ad nullitatem teſtamenti? & num dolus malus requiratur ad nullitatē teſtamē. i ex precibus, importunis? & metu prouenientem, & tandem in eadem deciſione pondeꝛat media quibus inducitur dolus.

COLLECT. 2889.

Super l. 1. de Apoch. public. lib. 10.

¶ Requiſita inſtrumenti ad hoc vt dicatur in publicam formam ſumptum.

FIrmant per hunc textum Doctores, quod inter alia requiſita adhoc vt inſtrumentum ſit in forma Publica ſumptum ad effectum vt deindè liquidari poſſit, requiritur dies, ac menſis quo dictum inſtrumentum conficitur, & ita Rubin. *deciſ.* 209. firmans pariter, quod ſi dies non eſſet in inſtrumento appoſitus, ſed in protocollo annotatus valeret inſtrumentum.

Item addit requiri quoque, vt apponatur indictio, quā appellat numerum annorum, ſic etiam nomen Regis Regnantis in Regno, vbi fit inſtrumētum ex Auth. vt præponatur Nomen Imperatoris, nec non appoſitionem annorum Domini noſtri Jeſu Chriſti requiri affirmat, illius quoque inuocationem apponi debere ſcribit, de quo videndus eſt Gratianus *deciſ. Rota Marchia* 1.

Item requiritur vt apponatur locus in quo inſtrumentum conficitur Rot. *deciſ.* 738. *in anquis*, quamuis id non eſſe neceſſarium in Regionibus Hiſpaniæ teſtetur Verallus *deciſ.* 98. *part.* 2.

Et aduerte quod neceſſariò debent interuenire Notarius publicus, iudex ad contractus, & teſtes vt in conſtit. Regni inſtrumentorum Robur, qui quidem debent eſſe rogati à partibus, vt eſt notum, & in hoc velim notes, quod eo ipſo quod Notarius ſcribit, & cum eo teſtes ſubſcribuntur, vtique præſumuntur rogati, vt apud Bellam. *dec.* 267. & Capp. Tholoſ. *deciſ.* 183.

* * *

COLLECT. 2890.

Super l. 2. §. quod diximus ff. ſiquis cautionibus.

¶ Impedimentum vt excuſet an & qualiter probandum?

DOctores hic, & præcipuè Bartolus firmant concluſionem quod vt impedimentum excuſet non ſolum eſt in ſpecie probandum, verum etiam requiritur quod probetur diligentia de illo remouendo, & ita Verallus *deciſ.* 72. *num.* 2. & voluit Rota in Placentina parochialis coram R.P.D. Bubalo, & alias coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Lancellotto.

Amplia quod huiuſmodi probatio debeat eſſe clara, & liquida, vt decidit eadem Rota pariter in Placentina parochialis de malpartida Mercurij 4. Maij 1611. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Ludouiſio tunc Rotæ Auditore, & deinde Gregorio XV. vt apud eundem *in deci.* 501. vbi in ſpecie tractat, vt impedimentum excuſet quænam concurrere debeant.

Et nota quod non dicitur quis impeditus, qui de facili poteſt impedimentum tollere, atque illud remouere argum. text. *in l. qui poteſt facere ff. de regul. iur.* Rota Romana *diuerſ. deciſ. Peruſina* 36. vbi in fine ait, quod impedimentum non poteſt excuſare, quotieſcunque aliquo modo tolli poſſet, Verallus *deciſ.* 72. *in fin. part.* 2.

Nec non aduertas, quod allegans impedimentum debet probare illud fuiſſe cauſam non faciendi id, quod facere debebat, id eſt quod illud impedimentum fuerit immediata cauſa, quod illud non fecerit Boer. *deciſ.* 40. & Rota in vna Toletana parochialis coram Achille de Graſſis.

Imò

Imò non ſufficit impedimentum probare, quando poſt impedimentum potuiſſet executioni mandare id quod agere debebat, ſi fortè diligentiam adhibuiſſet Verall. *deciſ.* 41. *part.* 2.

Sed cóceſſiones, ſiue reſcripta principum, quæ ad iudices diriguntur antequam præſententur an ſortiantur effectum, vbicunque illi, qui ipſa impetrauerunt fuerunt impediti illa iudicibus præſentare, & quęnam ſint neceſſaria pro probatione allegati impedimenti, magno cum apparatu declarat nouiſſime Nouarius *in lib.* 2. *quæſt. forenſ. cap.* ..... ad quem lectorem remitto, cum multa in materia impedimenti cumulata reperiet.

COLLECT. 2891.

Super Concil. Triden. ſeſſ. 15. cap. 1. de reformat.

¶ *Appellatione interpoſita à diffinitiua an & quando debeat exprimi cauſa?*

Concilium Tridentinum hic, in §. in cauſis mandat quod quando appellatio fit à ſententia diffinitiua, non eſt opus aliquam cauſam exprimere.

Vnde ſi appelletur à ſententia interlocutoria requiritur expreſſio cauſæ pro forma Gratian. *deciſion. Rota Marchiæ* 34.

Limita tamen vbicunque appellaretur à ſententia continente actum viſitationis, vel correctionis, vel inhabilitatis, quia in hoc caſu non poteſt appellari niſi expreſsè exprimatur cauſa, Sayr. *deciſ.* 1. *de appellat.* & latius ad materiam omninò videas Nouarium in ſuo opere quod inſcribitur ius pontificium nouum *in titulo de appellationibus concluſ.* 5. vbi plura reperies optimè cumulata, quæ per te ipſum videre poteris, quandò caſus occurrerit.

COLLECT. 2892.

Super cap. præcipimus 34. diſtinct.

¶ *Illiterati non poſſunt aſcendere ad clericatus gradum.*

Percipitur ex iſto textu, quod penitus illiterati non poſſunt aſcendere ad clericatus gradum, & meritò quidem, cum illiterati æquiparentur cæcis, *cap. poſt tranſlationem* §. *item ſiquis de renunciat.* & ſint nulli in eccleſia Dei, *cap. congregato de elect.*

Sed quæro quiſnam ad hunc effectum dicatur illiteratus. Rota voluit illum talem appellari poſſe qui prima Grammaticæ rudimenta non didicit, vt apparet ex Rot. *diuerſ. deciſ.* 16. *part.* 2. & ita practicatur in noſtra Curia Archiepiſcopali huius inclitæ, & fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis, in qua ſtrictè proceditur in examine puerorum clericandorum.

COLLECT. 2893.

Super Doctrina Bar. in l. liberorum ff. de verb. ſignificat.

¶ *Liberorum appellatione an veniant nepotes?*

Credo, quod in hac materia, de qua hic Bar. tractat ſi ſcilicet appellatione liberorum veniãt Nepotes, in aliis collectaneis tractauerim, verũ quia nonnulli moderni deciſionarij typis dati ſunt, hac occaſione illorum ſententiam hic reponere non omittere volui.

Dicit igitur Bar. nepotes venire appellatione filiorum in legatis, quæ ſunt ſpecies donationis, §. 1. *inſti. de leg.* & ita Rot. *diuerſ. dec.* 47. vbi etiam quod appellatione hæredis veniunt omnes in infinitum, & ſic etiam nepotes ad textum *in l. hæredis appellatione, & l. ſciendum ff. de verb. ſignif.*

Verum ne alibi dicta repetamus circa hunc articulum ex nouiſſimis videas Caſtillum Rot. Sicil. *deciſ. 112. par. 2.* & Manent. *deciſ. Rot. Mantuæ 3.* apud quos reperies quando filiorum appellatione veniant Nepotes, & videas *deciſ. Curiæ Archiepiſc. apud nos 64. part. 4.* vbi tractatur, ſi præſuppoſita concluſione, quod pater poteſt carcerare filium, ſub iſta filiorum appellatione veniant etiam Nepotes, ita vt patruus illos carcerare poſſit, & negatiuam partem Curiam fuiſſe ſecutam oſtendimus, quoniam in odioſis appellatione filiorum non veniunt Nepotes.

COLLECT. 2894.

Super Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. matrim. cap. 1.

¶ *Denunciationes eorum, qui matrimonio iungi volunt qualiter faciendæ?*

DIſponit hic Sacrum Concilium fieri debere denunciationes eorum, qui matrimonio iungi volunt.

Declara tamen quod poſſunt Ordinarij locorum ex cauſa prætermittere huiuſmodi denunciationes Sayr. *deciſ. 7. de ſponſal.*

Et aduerte illas debere fieri diebus feſtiuis, etiam ſi ſimul ſibi ſuccedant continuè vna poſt alteram in tantum quod diebus ferialibus fieri non poſſunt, etiam cum epiſcopi diſpenſatione, quia ſuper hanc conciliarem diſpoſitionem non habeat diſpenſandi poteſtatem, prout ita deciſum fuiſſe per Sacram Illuſtriſſimorum Cardinalium Congregationem teſtatur praxis noſtræ Curiæ Archiepiſcopalis *cap. 26. num. 10.*

Et nota, quod nullo modo poteſt parochus quoties timetur malitioſè matrimonium impediendum huiuſmodi denunciationes omittere, vt fiat antequam conſumatur, niſi diſpenſatio difficillimè obtineri poſſit, Sayr. *deciſ. 1. de clandeſt. deſponſ.* Anton. Macer. *deciſ. ſiue reſol. fin. caſu 4. lib. 1. variarum.*

Amplia vt hæc facultas conceſſa epiſcopo circa diſpenſationem extenditur quoque ad eorum vicarios, qui pariter poſſunt huiuſmodi denunciationes ex cauſa remittere Caualcan. *deciſ. 29. part. 1.*

Amplia etiam, vt habentes iuriſdictionem quaſi epiſcopalem nullique Diœceſano ſubditi poſſunt huiuſmodi denuntiationes remittere cum ordinarij appellatione veniant, Sayr. *dec. 5. de ſponſal.* vbi idem dicit in Abbatibus, qui ordinarij ſunt, & habent iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, poſſuntque omnia regulariter, quæ epiſcopi in ſua diœceſi circa ea, quæ ſunt iuriſdictionis, & vide eundem *deciſ. 9. de ſponſ.*

Sed quæ ſint cauſæ iuſtæ ad effectũ, vt valeat epiſcopus diſpenſare in remittendo huiuſmodi denunciationes vide Graſſium *in deciſ. par. 1. lib. 2. a. 86.* & latius nos enumerauimus *in praxi fori eccleſiaſtici reſolut. 225. part. 1. in ſecunda editione,* vbi poteris videre.

COLLECT. 2895.

Super l. Baliſtam, & ibi DD. ff. ad Trebellian.

DOctores hunc textum firmant, quod geminatio verborum inducit enixam legiſlatorum voluntatẽ. Et ita Seſſa *deciſ. Rot. Arago. 250.* Anton. Macerat. *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 3. & lib. 2. reſolu. 35.* Rota Romana apud Farinac. *deciſ. 266. part. 1.* quod etiam procedit, quamuis geminatio ſit facta in eodem inſtanti.

Amplia vt actus geminatus inducat maiorem firmitatem, & plus operatur, quam ſimplex, Surd. *deciſ. 21. & deciſ.*

*deciſ.*232. Antonin. *variar. reſolut. lib.*1. *reſolut.*61.

Pro cuius confirmatione concinit illud Poëtæ, ſcilicet Forſitan hæc aliquis (nam ſunt quoque) parua vocabit; ſed quæ non proſunt ſingula iuncta iuuant. Tu tantum numero pugna, præceptaque in vnum Contrahe, de multis grandis aceruus erit.

Et confert ſimiliter illa iuris Regula, qua cautum eſt quem ligari magis duplici vinculo, quam ſimplici funiculo, quoniam funiculus duplex difficilius rumpitur, quam vnicus ad text. *in l. diſcretum C. qui teſtam. facer. poſſ.* Surdus *deciſ. Rot. Mantuæ* 154. Anton. *variar. reſolut. lib.*1. *reſolut.*81.

COLLECT. 2896.

Super Doctrina Bar. in l. Paulus ff. de ſolutionibus.

¶ *Solutio ſi pecunia mutetur de qua pecunia ſit facienda?*

FIrmat hic Bar. quod quotieſcunq; pecunia mutatur in pondere, & bonitate intrinſeca ſolutio fieri debet de pecunia antiqua, ſi poteſt, ſin autē de noua moneta fieri debet ſolutio ad valorem tamen antiquæ, & ita poſt Afflict. *deciſ.*90. & alios Antiquiores Ludouiſius *deciſ.*42.

Verum eadem Rota in hac materia mutationis monetæ perpetuò ſeruauit hanc diſtinctionem, quod aut eſt mutata bonitas intrinſeca, & eſt attendendum tempus obligationis, aut eſt mutata bonitas extrinſeca, & attendendum eſt tempus ſolutionis, vt latè per Rot. *deciſ.*597. *part.*1. *in recent. & deciſ.* 149. *part.*2. *in recent.* in quibus duabus deciſionibus aliæ deciſiones eiuſdem Rotæ cumulantur.

Et quando obligatio eſt in certa ſpecie monetæ, quæ reperitur de tempore ſolutionis, tunc nulla adeſt difficultas, hoc enim caſu, vel ſoluenda eſt eadem ſpecies in corpore, aut altera quantitas alterius monetæ, cum qua tamen emi poſſit illa moneta deducta in obligatione vt voluit eadem Rota in Mantuana penſionis 12. Junij 1617. coram R.P.D. Dunozetto, vbi fuit dictum, quod penſio reſeruata in ducatis de camera, quia dicti ducati adhuc hodie in corpore reperiuntur, licet in modico numero, eſt ſoluendū, vel in dictis ducatis in corpore, vel in tot aliis nummis, quaſi totidem ducati de camera iuſti ponderis emi poſſint, quod idem fuit dictum in Capuana penſionis 6. Martij 1617. coram R.P.D. Vero'p.o, & in Placentina Vicariæ 10. Janu. rij 1620. coram R.P.D. Rembol.do, & alias.

COLLECT. 2897.

Super Doctrina Jaſ. in l. ſi duo patroni §. idem Julianus ff. de iur. iur.

¶ *Poſitiones & capitula debent pertingere cauſam, nec debent eſſe in infamatoria, quod declaratur.*

IAſon *hic columna* 5. *nu.* 34. eſt in opinione, quod poſitiones, ſeu capitula debent facere ad cauſam, & non debent eſſe infamatoria, alias ſunt reiicienda.

Ratio autem eſt, nam capitula impertinentia admittenda minimè ſunt, Giurba *deciſ. Rot. Siciliæ* 47.

Declara tamen quod capitula infamatoria pro fundanda intentione actoris benè debent admitti vt per Caſtillum nouiſſimè *in deciſ. eiuſdem Rotæ Siciliæ* 136. *part.*2. *circa finem*, vbi quod licet capitula ſint infamatoria, tamen quia in tali caſu non apponuntur animo iniuriandi, ideò admitti debent, cum videamus quo licet quis infamā

ſeu defectus alterius detegere non debeat, id non procedit, vbi adeſt cauſa, quia tunc etiam cum infamia alterius deteguntur, vt probatur *in l. 2. C. quando & quibus quarta pars lib. 10. & in cap. 1. de colluſ. detegend.* ſicque tradit Grammaticus *deciſ.* 37.

COLLECT. 2898.

Super Doctrina Abb. in cap. bonæ de poſtulat. prælat.

¶ *Locator ſi vult pro ſe retinere minimè tenetur relocare.*

CONcludit hic Abbas *ſub num.* 28. *verſic. hoc dictum ego limitarē*, quod locator, quando vult pro ſe retinere minimè tenetur locare. Et iuxta hanc opinionem voluit Verall. *deciſ.* 304. & *deciſ.* 309. *part.* 1. & decreuit Rota in vna Rauennaten. bonorum 20. Nouembris 1587. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Mantica, & in alia Rauennaten. bonorum 20. Nouembris 1597. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, in Bononien. bonorum emphyteoticorum 19. Junij 1600. coram R.P.D. Penia, & in alia ciuitatis Caſtelli bonorum 21. Maij coram R.P.D. Dunozetto.

Quod autem Inquilinus finita locatione teneatur dimittere domum, & Dominus teneatur eam relocare, maximè ſi velit pro ſe retinere, niſi eſſet conſuetudo in contrarium, affirmat Ludouiſius *deciſ.* 45. vbi tamen firmat hanc conſuetudinem eſſe probandam ſpecialiter, & ita ait deciſum in dicta cauſa Rauennaten. & latè fuit dictum in alia ciuitatis Caſtelli bonorum 23. Januar. 1615. corā R.P.D. Dunozetto.

COLLECT. 2899.

Super Doctrina Salic. in l. 2. C. de generali abolitione.

¶ *Indulgentia, & decretum liberatorium an ad futura delicta porrigatur?*

PEr iſtum textum firmat Salicetus, quod decretum liberatorium nō porrigitur ad futura delicta, & iuxta hanc opinionem deciſum fuiſſe teſtatur Oldradus *in l. cum lex ff. de leg.* & rationabiliter quidem quoniam, ſi huiuſmodi decretum extenderetur ad futura aperiretur via fraudibus, & delictis, quia facilius homines delinquerent, Marta *deciſ.* 143.

Amplia, vt nec princeps poſſit facere gratiam in remittendo delictum futurum, ad tex. *in l. ſi vnus*, & ibi ſcribentes *ff. de pactis*, vnde Rubin. *deciſ.* 131. firmat concluſionem, quod ſaluus conductus generaliter conceſſus pro omnibus, & ſingulis delictis, non prodeſt pro futuris, neque illa comprehendit aſſignans rationem, quia licèt dolus præteritus poſſit remitti, non poteſt tamen remitti dolus de futuro, allegat textum *in l. Aurelius §. Caio ff. de liber. leg.* vnde merito in abolitionibus generalibus concedi ſolitis ob matrimonia principum, vel vel natiuitatem filiorum maſculorum, vel ex aliis cauſis de quibus recenter mentionem facit Nouarius *in commen. ad pragmatica regni 5. ſub rubr. de abolitionibus* expreſsè, & ſpecialiter apponitur illa clauſula, dum loquitur de delictis C. ab hodierna die retrofactis, vel commiſſis, & perpetratis.

COLLECT. 2900.

Super Doctrina Abbat. Panorm. in ca. cum cauſam extra de teſtibus, & atteſtationibus.

¶ *Teſtis an teneatur detegere turpitudinem ſuam?*

ABbas hic recenſet ſex opiniones, circa illum articulum an reſpōdere de-

dere debeat teſtis ſi interrogatur de iis, quæ eius turpitudinem detegunt, puta an ſit adulter, fur, fornicator, latro, excommunicatus, vel aliter infamis, & criminoſus.

Tu tamen pro ornatu nota communem opinionem eſſe vt in tali caſu teſtis non teneatur reſpondere, Hartman. *lib. 2. obſeruat. tit. 15. obſeruat. 12. incip. teſtis interrogatus*, & nouiſſimè plures allegans pro hac opinione Berlicchius *deciſ. 16.* vbi aſſignat rationem, quia nemo tenetur dicere ſuam turpitudinem argum. text. *in l. qui iuraſſe §. ſi pater ff. de iur. iurand.* & teſtes debent ſolum teſtari de his, quæ aguntur in iudicio, & propterea iuxta hanc ſententiā communiter à Doctoribus receptam teſtatur deciſum præfatus Author *dicta deciſ. 16. in fine.*

COLLECT. 2901.

Super Doctrina Bartoli in extrauaganti ad reprimendum.

¶ *Repulſatio teſtium, an & quando ſit denegata? & quid in impugnatione inſtrumenti ſeu ſcripturæ?*

Dicit Bartolus hic in verbo ſine figura.

Quod repulſatio teſtium ſi denegatur, defenſio videtur denegata, vt ſequitur Matthe. de Afflict. *in deciſ. 351. n. 3.* dicens quod iuri naturali repugnaret, reprobantur ſcripturæ productæ, reprobantur & teſtes.

Verum aduerſus ſcripturas non datur terminus ad repulſam, nec repulſatio, & ita habemus Magnæ Curiæ Vicariæ Ritum 281. item ſeruat ipſa Curia non concedere. Hoc tamen rationabiliter cauetur; conceditur enim repulſatio contra teſtes doloſè fortè deponentes, cum dolus ſit delictum, & puniri debeat ſaltem crimine ſtellionatus, *l. 3. ff. de crimine* & in reprobatione teſtium opponuntur fortè delicta, quod ſit blaſphemus quis, falſarius, fur, latro, infamis, coniunctus, & alia ſimilia quæ perſonis conueniant tanquam in patientibus benè diſpoſitis, quæ in repulſa opponi, & probari poterunt, quæ contra ſcripturas applicari nequeunt, tamquam in patientibus non diſpoſitis cum dici nequeat, quod ſcripturæ, vel inſtrumenta ſint blaſphemæ, latrones, vel ſimilia opponi, & ideo hæc eſt ratio, qua conditus fuit Ritus 281. ſupra allegatus, quia inſtrumenta, & ſcripturæ cum tunc productæ in iudicio ſolet peti, quod per partem quæ produxit fuit declaratio ſuper illarum vſu, aut dilatio petitur ad impugnandum, Capic. *dec. 68.* Afflict. *deciſ. 115.* Caſtill. *deciſ. Sicil. 57.* Francus *deciſ. 631.*

Recuſatio, repulſatio, reprobatio itaque ſeu potius ſcripturarum impugnatio fit, quod ſit vetuſtate conſumpta, quod legi non poſſit, quod ſigillū ſit incognitum, quod non ſit authenticum, quod ſcriptura ſibi ſit contraria, vel impugnantur quia falſæ, & falſitas puta per raſuram in loco ſubſtantiali circa indictionem, circa annum Domini, circa nomina contrahentium adſint cancellationes, additiones diuerſitas atramenti, & alia ſimilia, de quibus Franc. Marc. *in deciſ. 151. num. 1. & in deciſ. 699. vol. 1.*

Poſt publicationem infra decem dies numerandos à die conſignationis copię actorum poteſt peti terminus ad repulſam, cauetur *Ritu 73. incipit item quod facta publicatione*, verū per pragm. *incip. curſu dilationum tit. de ordine iudic.* Publicato proceſſu, & illius copia habita currunt dies octo, intra quos aduocatus partis proceſſum inſpicit, ſiue percunctatur ſiue didicit teſtificata, quo elapſo die ſequenti peti debet re-

Digitized by Google

pulſa, & petita conceſſa intelligitur, ſed in regno petitur quocumque tempore, & conceditur.

Eadem pragmatica incip. *curſu dilationum*, dicit terminum, qui datur ad repulſam eſſe medietatem primi termini dati ad probandum, textus verò *in dicto ritu* 73. conſtituit quod detur iuxta materiam cauſæ, & locorum diſtantiam, quo in loco dicit ſeruari in practica potius ritum, quam pragmaticam, ea ratione, quod omnes termini ſunt arbitrio iudicis, ſed ego vidi ſemper dari medietatem primi termini, ſiue dilationis datæ ad probandum ſeruata pragmaticæ forma, & ſic cum petitur repulſa repulſæ, datur medietas dilationis datæ ad repulſam, puta terminus primus probatorius fuiſſet dierum viginti dabitur ad repulſam decem, & ad repulſam repulſæ erunt quinque. vide declarantem illam Nouar. *in comment.*

Sed quæro in hac materia repulſæ, num in cauſis ſummariis poſſeſſoriis detur huiuſmodi repulſa? & negatiuã ſententiam amplectuntur Capic. *deciſ.* 55. licèt benè ante concluſionem in cauſa ſemper concedatur indiſtinctè repulſa, vt deciſum per Sacrum Conſilium, & Regiam Cameram ſummariè teſtatur Gramat. *in ritu* 51. & in regno habemus *Ritum M.C.V.* 93.

Item quæro num repulſæ terminus poſſit dari à magiſtratu ex officio, an vero debeat à parte peti?

Et quidem eſſem ſententiæ, quod ſi eſſemus in criminali iudicio, iudex poterit non per viam termini reprobatorij, ſed ex officio videre an teſtibus aliquibus credendum ſit, vel non, quia eſſet ſibi ipſi dare terminum, ſed poteſt hoc iudex facere non per viam repulſationis, ſed iuxta terminos text. *in l.* 3. *ff. de teſtib.* vbi committitur, quod ipſe magis ſcire poſſit, quanta teſtibus ſit fides adhibenda, & hoc ex officio viſo, illis fidem adhibere, vel negare.

Si verò eſſemus in ciuilibus iudicem repulſam, & terminum repulſæ dare non debere, cenſerem, cum quia *Ritum M.C.V.* 73. aſſerit, quod ſi aliqua ipſarum voluerit petere terminum ad repulſam, & ſic præcedente petitione, concedendum eſſe ſtatuit, cui legi ita mandati ſtandum eſt, *l. proſpexit ff. qui, & à quibus*, & peti debere repulſam, alias non dari ſequitur Giurba *deciſ. Rot. Sicil.* 26.

Tandem quæro an in primo termino probationis cauſæ ciuilis, & capitalis fieri poſſint articuli reprobatorij, ita quod fieri valeat repulſa in termino probatorio, & ſi ante publicationem in cauſa quoad diſpoſitionem de iure ciuili, & Criminali obſtaret text. *in dicto cap præſentium*, verum tamen in hoc regno Neap. ex diſpoſitione Ritus 281. habemus non repulſari teſtes in primis articulis cum habeat terminum repulſæ, niſi velit repulſari ex capite inimicitiæ.

Nihilominus in primo termino dato ad probandum ex capite inimicitiæ, ſolet permitti repulſa teſtimoniorum. nunquam vidi tempore meo repulſa præcedente, tamen renunciatione futuræ repulſæ Scaglion. *in dicto ritu* 73. 74. *n.* 6. 7. 8. dicens fuiſſe iudicatum referente tunc temporis conſiliario Nicolao de Coſtatio.

COLLECT. 2902.

Super cap. cum in tua de decimis.

¶ *Vna, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.*

COlligitur ex iſto text. regula illa, vt iure diuerſo vna, eademque res cenſeri non debeat, quod axioma quoque probatur *in l. cum qui ades ff. de vſucap.*

Digitized by Google

vſucap. cap. cognouimus 12. *quæſt.* 2. *cap. quia circa de priuilegijs*, & ita Rota Romana apud Farinac. *deciſ.* 669. *tom.* 2. *part.* 1. & Monach. *deciſ. Rota Lucenſ.* 21. *& dec.* 67.

Bene verum notare non deſinas, quod reſpectu diuerſorum è contra quoque diuerſo iure cenſeri debet, idem Monachus *deciſ. Rot. Florent.* 28. cum diuerſorum diuerſum ſit iudiciũ, *l. inter ſtipulantem §. ſacram §. de verb. oblig.* Grat. *deciſ. Rot. March.* 32. *& deciſ.* 42. & à diuerſis non fit illatio *l. fin ff. de calumniator.* Monach. *deciſ. Bonon.* 5. *deciſ.* 6. *& deciſ.* 19. & diuerſa ratio reformat actum, *l. interpoſitas C. de tranſact.*

COLLECT. 2903.

Super Doctrina Abbat. in cap. paſtoralis de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.

¶ *Petitorium in iudicio adipiſcendæ an poſsit ſuſpendi?*

AFfirmat hic Abbas *num.* 2. petitorium in iudicio adipiſcendę poſſe ſuſpendi, & ita voluit Rota *in nouis deciſ.* 6. *ſub n.* 1. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Rota *diuerſ. deciſ.* 43. *n.* 3. *par.* 1. Caputaq. *deciſ.* 70. *in manuſcr.* & deciſ. Rotæ coram R.P.D. Bubalo in vna Senogallien. prædij 27. Aprilis 1583. & habetur per Rot. *diuerſ. deciſ.* 44. *n.* 5. *part.* 1. *& deciſ.* 54. *part.* 2.

Amplia primò quod etiam ſi fuerint ſuper petitorio publicatæ atteſtationes, & ſuper illis eſſet diſputatum dum tamen non ſit concluſum in cauſa, Puteus *deciſ.* 29. *lib.* 3. *& deciſ.* 341. *lib.* 2.

Amplia ſecundò quod etiam ſi pars conſenſerit ſuper petitorio cognoſci, Rota *diuerſ. deciſ.* 9. *lib.* 2. *part.* 3.

Amplia tertiò quod ſi quis commiſſionem obtinuerit, vt ſuper vtroque procedatur, poterit non ſolum ſemel, ſed etiam pluries in eadem inſtantia petitorium ſuſpendere, veluti poſt primam ſuſpenſionem denuo paſſus ſit ſuper petitorio cognoſci, Rota *in nou. deciſ.* 8. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & deciſ.* 4. *in antiq. eod. tit.* & per Rot. *diuerſ. dicta deciſ.* 1. *n.* 1. *part.* 3. *lib.* 2.

Amplia quartò quod poteſt ſuſpendi, etiam ſi in cauſa principali non poſſit, vt puta quia eſſet concluſum in cauſa, Rota *in antiquis deciſ.* 4. *de cauſ. poſſeſſ. & proprie.* Capic. *deciſ.* 35. *n.* 7. Caputaq. *deciſ.* 432. *part.* 2. & fuit reſolutum in Rota coram R.P.D. Bubalo in dictis Senogallien. prædij Veneris 26. Aprilis 1583. *deciſ.* 15. *n.* 2.

Amplia quintò quod facta ſuſpenſione proceditur in cauſa cum eiſdem terminis ante ſuſpenſionem ſeruatis, vt apud Rubin. *deciſ.* 133.

Amplia ſextò, quod ſuſpenſio petitorij facta ab vna parte operatur effectum etiam quoad aliam partem non petentem in Rota *in antiq. deciſ.* 12. *de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.*

Amplia ſeptimò, quod quando facta eſt ſuſpenſio petitorij, eo caſu dicitur nulla, etiam ſuſpenſa iudicis authoritas quoad omnia concernentia petitorium, & eius acceſſoria, ita quod ſuper ea geſta dicuntur nulla, Verallus *deciſ.* 322. *part.* 2. & voluit Rota in vna Romana vineæ 21. Aprilis 1589. coram R.P.D. Comitulo, vnde, videmus, quod ſtante ſuſpenſione petitorij non admittuntur teſtes ad diſcolorandum titulum, nec ad petitorij probationem Puteus *deciſ.* 76. *part.* 1.

Hanc eandem concluſionem firmatam, & ſic ampliatam nunc limita primò non procedere quando ex malignitate, vel calumnioſè peteretur ſuſpenſio, veluti quia videns ſe deficere in petitorio illud ſuſpendere vellet, & intentare poſſeſſorium, Mohed. *deciſ.* 198. *alias* 14. *de reſtit. ſpol.* Rot. *diuerſ. dec.* 118. *n.* 1. *lib.* 3. *part.* 2.

Limita ſecundò quod poſt concluſum in cauſa, non datur ſuſpenſio Rot. *in nouiſ. deciſ. 8. ſub num. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.*

Limita tertiò quod quando ita proceſſum eſſet in petitorio, quod legitimè conſtaret de bono iure illius, contra quem peteretur ſuſpenſio petitorij, quia eo caſu diceretur etiam calumnioſè, vt per Rotam *diuerſ. dicta deciſ. 9. lib. 2. part. 3.*

Limita quartò quod quando ageretur de aliquo Caſtro, ſeu Fortilitio quia ſunt difficilis recuperationis, & ſi quis obtineret in poſſeſſorio, ſi poſtea in petitorio ſuccumberet non poſſet ita de facili conſequi, prout ita aliquando dicebamus in Curia Archiepiſcopali.

Limita quintò in tertio veniente ad cauſam, quia ei non obſtaret huiuſmodi petitorij ſuſpenſio, Rot. *in nouiſ. deciſ. 3. de cauſa poſſeſſ & propriet.* Bilignett. *deciſ. 7. de reſtit ſpoliat.*

COLLECT. 1904.

Super Doctrina Bartoli in l. 2. C. de ſentent. quæ ſine certa quantitat. profer.

¶*Liquidatio an, & quando fieri poſſit?*

AFfirmat hic Bartolus *num. 2. & 5.* quod liquidatio fieri poteſt poſt ſententiam ante eius executionem, & ita Cacheranus *deciſ. 129.* Ludouiſius *deciſ.* 120. aſſerens ſic deciſum fuiſſe in Romana nullitatis obligationis Lunæ 20. Junij 1605. per quam fuit dictum pro quadam ſumma eſſe relaxandum mandatum aduerſus creditores.

Et quod huiuſmodi liquidatio ante executionem prolatæ ſententiæ valeat fieri, multoties diximus in noſtra Curia Archiepiſcopali, & ego practicaui in cauſa Joannis Angeli Piſani, & Marcelli Lombardi, tempore quo Vicariatus officio fungebar ob mortem Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini mei bonæ memoriæ Cardinalis Caraſæ, & ita alias conſului ſæpè ſæpius, & præciſè quibuſdam preſbyteris Caſalis Viſciani Nolanæ diœceſis in anno 1621.

COLLECT. 1905.

Super l. Julia ſub fin. ff. ad l. Jul. de vi public. vbi Gloſ.

¶*Iniuria Doctori illata an ſit perpetua? quid in iniuria illata Magiſtratui?*

GLoſa hic *in verbo oratores verſic. doctores artium*, affirmat, quod iniuria doctori illata eſt perpetua, & ita Guid. Pap. *dec.* 88. Sed iniuria magiſtratui illata quanto tempore præſcribatur, declarat nouiſſimè Berlicchius *deciſ.* 86. qui *in deciſ.* 79. tractat ſi iniuriæ antiquæ, & præſcriptione, vel alio modo extinctæ ad aggrauandam pœnam cum nouis accumulari poſſint.

Et præſcriptio Annalis in cauſa iniuriarum, quando obſtet, ità quod poſt illum iniurians moleſtari non valeat? declarat latiſſimè, & multum prudenter Nouarius *lib. 1. quæſt. forenſ. quæſt.* 152.

Sed quia in hac materia peruenerunt allegationes editæ per Joann. Antonium dicti Nouarij patrem hodie Vicarium generalem Caſtellanetenſem, volui illas hic imprimi facere, tanto magis quia ſecundum illas fuit iudicatum. Allegationes autem ſunt tenoris ſequentis videlicet.

PEruenit ad aures Notarij Joannis Thomæ Beluaſi, ipſum fuiſſe ad informandum citatum per Curiam

tiam terræ Piſtitij ob informationem captam ad inſtantiam magiſtri Franciſci Martiano de quibuſdam prætenſis iniuriis realibus, vt ex informatiuo, cui impugnatiue tantum relatio habeatur; de quibus prætenſis, & in aëre figuratis iniuriis eſt penitus Innocens, & Innocentiſſimus, ſed quatenus verè (ſine tamen veri præiudicio, & non animo confitendi aliquod delictum, ſed pro ſua notoria innocentia) non eſſet innocens, prout eſt innocentiſſimus d. Magiſtro Franciſco querelanti nulla competebat, nec competere poteſt querelandi actio duplici ex capite, primò quia omnis iniuriarum actio, ſiue prætoria, ſiue ciuilis anni circulo tollitur, ita, vt poſt annum iniuriatus nullo modo audiatur Gloſ. *in §. ſed, & lex Cornelia inſtitut. de iniuriis in gloſ. ſecundo, & in §. primo inſtitut. de perpetuis, & tempor. actionibus.* Azo *in ſumma numero decimoſeptimo, alias 26. Codic. de iniuriis*, Jacobus Butrigarius *in l. ſi non conuicij Cod. de iniuriis*, vbi paſſim doctores, Marianus Soccinus Senior *in capit. fin. numero trigeſimo de iniuriis*, vbi aſſerit quod ita tenent communiter doctores, prout etiam teſtari videntur addentes ad Speculatorem *in titulo de iniuriis §. primo, numero tertio, in fine litera E.* hancque etiam communem eſſe opinionem ſiue ſit prætoria, ſiue ciuilis, quod idem eſt; ac ſi diceretur ſiue iniuria ſit verbalis, quæ prætoria appellatur, ſiue ſit realis quam doctores ciuilem nuncupant, vt poſt Decium, & alios, quos allegat, aſſerit Joannes Baptiſta Plotus *in conſil. 131. numero decimonono, tomo primo, diuerſorum conſil. criminalium*: quibus adde gloſ. communi conſenſu admiſſam *in l. b. 2. in verbo triginta Codic. de conſtituta pecunia*, prout aſſerit Joann. Baptiſta Kperchonius Megapolenſis *in lib. Syntagmatum iuris titulo decimoquinto, numero 32. circa medium tomo ſecundo*, & adeo vera eſt concluſio iſta, quod etiam poſt annum, & diem tollitur actio libelli famoſi, tam prætoria, quàm ciuilis, Plotus in allegato *conſil. 131. dicto numero decimonono*, quem referendo ſequitur Baiar. ad Clarum *in praxi criminali quæſt. 68. numero 68.* & principalem concluſionem à nobis ſupra firmatam etiam iniuriam realem anni circulo præſcribi aſſerit Antonius Gomez *titulo de iniuriis numero decimoquinto, verſic. dubium tamen eſt.*] Rota Romana *deciſion. 2. alias 240. titulo de de iniuriis in nouis*, vbi quod ita ſemper eo tempore fuit in Rota ſeruatum, etiam in reali iniuria, hanc quoque communem appellat Petrus à Placa *capit. 6. prope finem*, eamque communiter, & magis communiter DD. frefrequenter appellant *in ſupra allegata l. ſi non conuicij C. de iniuriis.*

Secundo ſupradicto Magiſtro Franciſco querelandi actio ex alio non competit, ac denegari debebat, & debet, quoniam tacitè remiſit per actus amicabiles, vt per allocutionem computa amicabiliter faciendo concurrente etiam mutua ſalutatione, vnde per dicta ſigna, & coniecturas remiſſa cenſetur, prout voluit Bar. & communiter doctores *in l. in ipſius Cod. famil. erciſcundæ.* & coniectura reconciliatus, & remiſſionis eſt mutua ſalutatio, vt ſupra dixi ſecundum Alex. ad Bar. *in l. non ſolum §. iniuriarum actio num. 2. litera B. ff. de iniuriis* Fabius de Monteleone *in prax. Arb. part. 4. quæſt. 9. n. 45.* Tiberius Decianus *in tractatu criminali cap. 25. n. 8. tom. 1.* Maſcard. *in tractatu de probationibus concluſione 902. n. 19. & concluſ. 1156. nu. 14.* Viuius *in deciſ. 330. n. 2. & 3.* & communiter omnes doctores nemi-

ne, quos viderim, diſſentiente, & hoc non ſolum procedit in iniuria prætoria, ſiue verbali, ſed etiam in iniuria ciuili, ſiue reali, ſecundum Angelum *in l. non ſolum §. iniuriarum n. 2. verſ. quod intellige ff. de iniuriis*, dummodo non ſit cum ſæuitia, ratio, quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, §. *ſiquis itaque inſtitution. de bonorum poſſ ff.* ſecundum Farinac. *quæſt.* 105. *inſpectiue* 8. *nu.* 545. & iſta tacita iniuriæ remiſſio ita ſufficit, ſicut expreſſa, vt accuſatio fieri non poſſit ſecundum Joannem Fabiũ, & Aret. *in* §. *fin. inſtit. de iniuriis*, & Lucam de Penna *in l.* 1. *C. de publica lætitia lib.* 12. vnde ſtante ſupraſcripta præſcriptione, ſeu diſſimulatione pro vt ſic eã appellat Iodocus Damhouderius *in prax. rerum criminalium cap.* 136. *n.* 20. *&* 21. quam aduerſus querelam expoſitã per viam exceptionis opponit, ac ſtante etiam prædicta tacita remiſſione prædictus querelans nullo modo poterat querelam prædictam intentare per regulam dictantem quod renunciantiius ſuum non eſt amplius dandus regreſſus, *l. liber homo ff. ad l. Aquiliã*, vnde ipſe Notarius Joannes Thomas ex vnoquoque prædictorum nullo modo eſt moleſtandus, ſed licentiandus, prout inſtat, & ad aliquem actum non procedi, niſi ad ipſius liberationẽ, cum indebitè vexetur ſtantibus ſupra narratis, & ita dicit, & inſtat, alias de contrario quod non credit prouocat, & appellat informa ad legitimos ſuperiores de indebita citatione, ac moleſtatione omni meliori modo.

Miſerabilis perſona, ac pauperrimus Magiſter Franciſcus de Martiano alias de Turſo conflictus & offenſus realiter ac atrociter à N. Joanne Thoma Beluaſo ærario, & curiæ coadiutore terræ Piſtitij iniuriis non modo verbalibus, ſed realibus in eius apotheca in informatione deducta, cum ob eius potentiam neque per querelam exponere potuiſſet in prædicta Curia ab anno 1619. in quo tempore iniuria prędicta dicitur illata, & ſemper expectaſſet Dominum de terræ pro iuſtitiæ cõplemento prout ſemper exclamauit, & exclamat, & ob eius aduentum preces expoſuiſſet, & prouiſum capi informationem in anno 1623. dictus notarius Joannes Thomas duobus modis iniuriatus fuit, & pœnam debitam, & condignam prædicta atroci iniuria curauit effugere, primus eſt quod elapſus eſt annus à die patratæ iniuriæ iuxta text. *l. ſi non conuicij C. de iniuriis*, cum nõnullis coacernatis iuribus, & authoritatibus ſecundi Aduocati, quòd ex dictatura cognoſcitur. Secundus eſt diſſimulatione, ſeu tacita remiſſione prætenſa per dictum magiſtrum Franciſcum In alloquendo, & tractando cum eo quædam computa ſimiliter deducta, & per fidem præſentatam ſub die 11. Februarij 1623. quibus currenti calamo reſpondendo, ac concluſiuè loquendo omiſſis diſputationibus, ac ambagibus vt ex more, etiam moderno conſuetum eſt, totum contrarium de iure dignoſcitur eſſe obſeruandum in caſu, de quo agitur, pro vt ſic obſeruari, & prouideri maxima, & cum inſtantia petitur per iuſdicentes d. Curiæ iuxta mentem Iuſti patroni Illuſtriſſimi Domini vim fieri non patientis à potentibus perſonis villicis, & auxilio deſtitutis, pro vt etiam prouiſum eſt, & verificatum eſſe etiam per decretum dictæ Curiæ magiſtrum Franciſcum per decretum ſub die 13. Febr. 1623. *fol.* 11. Non valenti agere non currit perſcriptio, text. eſt *in l. in rebus* §. *omnes autem C. de iure dotium cum concordantibus*; Cum euidenter miſerabilis magiſter Franciſcus non potuit ob potentiam dicti ſui aduerſarij inuenire neque aduocatum, neque procuratorem in

Digitized by Google

dicta Curia pro exponenda dicta querela, neque etiam Capitaneus eius pro tempore iuſtitiam adminiſtraret cum etiam ex officio poterat in caſu prædicto ex iniuria reali, *vt per cap. Regni, ne ſuorum ſtatutum extat*. Nimirum, ſic iura, quæ nunquam relinquunt pauperé derelictum prouiderunt non currere præſcriptionem non valenti proinde agere, nec in iudicio iura ſua exponere, & querelam facere, provt ſtatim ob aduentum deſideratum Illuſtriſſimi Domini cum effectu fecit, & querelã expoſuit in animum reuocando, pro vt reuocauit dictam iniuriam per ſupplicationem porrectam *fol. 1.* à quo tempore currit, & non aliter, nec alio modo ex duobus motiuis reſpondendo in medium adductis, dicitur neque in caſu noſtro locum habere text. *in l. ſi non conuitij C. de iniuriis* quod anno perſcribitur actio iniuriarum; Cum dictus tex. locum habeat ſolum in actione prætoria, & non in tribus caſibus, ſcilicet quando quis eſt pulſatus, vel verberatus in eius domus introitu, quia in his caſibus actio iniuriarum eſt ex l. Cornelia, & non ciuilis ex lege deſcendens, *l. lex Cornelia ff. de iniuriis, & inſtit. eod. §. ſed & lex Cornelia*, & ibi etiã gloſ. *in verbo introduxit*, quanto autem tempore duret, vt ſcilicet an anno, an continuo, & in prætoria diffinitum eſt anno durare: in dictis autem tribus caſibus videtur quod ſit perpetua, nã actiones ex lege deſcendentes vt iſtæ, ſunt perpetuæ & durant perpetuo, *inſtitut. de perpetuis, & temporalibus act. in princ.* & ita tenuit Martinus vt per gloſ. *in dicta l. ſi non conuitij in verbo Annus in fine*, & eſt gloſ. *in dicta l. lex Cornelia in prima gloſ. in verbo dicat ibi*, item erit hæc perpetua ex *gloſ. ſ. d. verbo introduxit*, & per gloſ. *in l. ſi cum exceptione §. poſt annũ ff. quod metus cauſa*, & ſi dicetur quod in gloſis prædictis reiiciuntur opiniones ſcilicet Martini, & aliorum, reſpõdetur quod vltima opinio videtur tenenda, cum neutram videátur approbare, & ſic ſtatur opinioni vltimæ, quę eſt Martini. in dicta gloſ. eſt doctrina Angeli Aretini *in dicto §. pœna autem in finalibus verbis inſtit. de iniuriis*. & quod caſus noſter ſit non in prætoria actione, ſed in tribus caſibus expoſitis ex informatione, quæ clarificatione dignoſcitur, quod fuit offenſus & pulſatus realiter, & atrociter prædictus magiſter Franciſcus vltra quod eſt pœna arbitraria, quando ſumus in arbitrariis, donec pœna non fuerit arbitrata delictum iudicatur ſemper, ac ſi eſſet imponenda pœna corporalis, eſt notabilis doctrina Car. *in ritu 68. poſt n. 6. & ritu 41. n. 16.* inſuper cum tractetur de iniuria facta prædictæ miſerabili perſonæ per dictam allegatam Conſt. regni *ne tuorum* ex officio procedi poteſt, prout procedi debebat, & debet contra dictum Notarium Beluaſum. Nec obſtat diſſimulatio cum non legitime conſtet in actis, nec fides aſſerta facit fidem, & habet alia iura etiam in facto in contrarium adducenda, proinde inſtatur procedi ad litis conteſtationem contra dictum Notarium Joannem Thomam, & impinguari informationem eumque debita pœna affici, ſecundum quod iura, & regni conſtitutiones capitula, & pragmaticæ dictant, & mandant, ad hoc vt ipſius ſit condigna pœna.

In cauſa Notarij Joannis Thomæ Beluaſi fuit tam ſufficienter in iure allegatum, vt non opus ſit vlterius de aliquo dubitare, ſed ne ſilentio pertrãſeam, & vt veritas magis eluceſcat, dico quod à die prætenſorum verberum magiſtro Franciſco Martiano illatorũ annus eſt elapſus, quo iniuria etiã realis tollitur, & præſcribitur, pro vt concludunt Joan. Aldeno. *libro act. Garoni. tit*

de act. iniur. ex leg. Cornel. Azo, Hoſt. Joan. Andr. & Speculator cum aliis grauibus authoribus, iuxta quam opinionem fuit per Rotam Romanam iudicatum vt apparet *ex deciſ. 1. de iniur. in nouis*, & ita communiter tenere Doctores, affirmat Socin. *in cap. fin. nu. 30. de iniur.*

Nec videtur obſtare dictum magiſtrum Franciſcum non potuiſſe agere, & tanquam non valenti agere non debuiſſet currere præſcriptio, Nam reſpondetur hoc intelligi in non valente penitus agere vt eſt in ſubdito ab officiali iniuriato, quia propter elapſum anni adhuc habet actionem querelandi Garrab. *ſing.* 3. ſed prædictus magiſter Franciſcus poterat per ſpatium illius anni querelam exponere, nec fuit ab aliquo impeditus ſaltem libellum offerre, quem cum in iudicio illo medio tempore non porrexit, affirmo prædictum Notarium Joannem Thomam fore, & eſſe liberandum.

Et ſi replicaretur dictum Magiſtrũ Franciſcum eſſe perſonam miſerabilem, & non potuiſſe ob potentiam dicti Notarij Joannis Thomæ inuenire aduocatum, neque procuratorem, reſpondetur pariter hoc totum contrarium eſſe, quoniam non dicitur perſona miſerabilis tanquam pede mutilatus, nam ad hoc, vt appelletur quis miſerabilis perſona neceſſe eſt quod ſit vtroque pede mutilatus ad inſtar monoculi, qui non dicitur perſona miſerabilis, argumento text. *in l. 1. C. qui morb. ſe excuſ. lib.* 10. quem allegat D. Nouatius *in praxi elect. & variationis fori quæſt. 9. n. 4. ſect.* 1. vbi quam plura à ſimili adducit, prout eſt videre, ibi me remittendo. Et dato, & non conceſſo quod ſit perſona miſerabilis in accuſando, & querelando aliquem, non requiritur aduocatus, neque procurator, nec erat neceſſarius libellus, ſed ſufficiebat verbis abſque editione libelli prædictum Notarium Joannem Thomam querelare, ex quo videtur friuolas has eſſe replicationes.

His tamen omiſſis, ac relictis arbitrio Domini iudicantis, querela expoſita per magiſtrum Franciſcum videtur nullius efficaciæ, eo quia poſt prętenſa verbera, & ante libellum porrectum ad inuicem ſe ſalutauerunt, vt legitur in proceſſu *fol.* 9. & in iure clarum eſt per ſalutationem, & alloquutionem omnem iniuriam remiſſam eſſe, per text. *in l. non ſolum* §. 1. *l. ſed vnius* §. *ſi à te ff. de iniuriis, & damno dato*, voluit Capp. Tholoſ. *deciſ.* 234. & Aufr. ad eam *deciſ.* 233. Maſuer. *in pract. tit. de iniur. n.* 9. & alij, quos refert, & ſequitur Maſcard. *de probat. concluſ.* 903. *nu.* 19. & quando inimici ad inuicem inter ſe ſalutant, & ſic pileum, & biretum detecto capite educunt, præſumitur inimicitia, & iniuria remiſſa, ſecundum Bal. Imol. & Alex. *in l. filio quem ff. de liber. & poſthum.* Menoch. *conſ.* 431. & quod per ſalutationem, & alios actus inter amicos fieri ſolitos dicatur tacitè iniuria remiſſa, vltra doctores citatos videri poteſt Afflict. *in cap.* 1. §. *iniuria n.* 107. *verſ. nunc videamus n.* 118. Crauett. *conſ.* 661. *n.* 3. & plures alij cumulati per Farinac. *in practica criminali quæſt. 5. num.* 10. *ampliat.* 2. vnde cum fuiſſet quæſitus Notarius Ioannes Thomas Magiſtro Franciſco poſt perſonarum iniuriam, & ante libellum expoſitum, vt redderet rationem caſei, quam amicabiliter reddidit quod apparet ex proceſſu *d. fol.* 9. colligitur non fuiſſe inter eos malum animum, & conſequenter iniuriam fuiſſe remiſſam ex ſupradicta ratione, quia redditio ratio[num] non fit niſi inter amicos, & dicitur actus ſolitus fieri inter familiares ob quod ſequitur iſtam tacitè remiſſionem per diſſimulationem tactam ſuffeciſſe ad tollendam prorſus

protſus accuſationem, quemadmodũ expreſſam, quæ fit verbis expreſſis, ſiue iniuria ſit verbalis, ſiue realis, pro vt in caſu noſtro, iuxta tradita per Fabr. *in §. finali inſtit. de iniuriis in fin.* & Car. *in ritu M.C.V. 275. n. 3.* vt ſicut is, qui ſalutare conſueuit, & non ſalutat, præſumitur inimicus, & malum animum habere, è contrario qui non conſueuit ſalutare, & poſtea ſalutat ex coniecturis præſumitur reconciliatus, per quam reconciliationẽ dicitur ſublata inimicitia, & iniuria, Alex. *conſ. 99. & 159. n. 11. vol. 1.* Innoc. & Joannes de Anan. *in cap. cum oporteat. extr. de accuſ.* Jaſ. *in l apertiſſimi n. 2. C. de iudic.* Marſ. *in l 1. § præterea nu. 102. ff. de quæſt.* etiam ſi inimicitia eſſet capitalis, Idem de Anan. *in conſ. 44.* & Nouell. *in tract. de defenſ. tit. an indic. pro reo danda ſint nu. 43. cum ſeq.* qua de re ſi adeſſet inimicitia capitalis, & poſtea ſequeretur reconciliatio non faceret indicium ad torturam, Giam. *conſ. 3. n. 16.* Gomez. *lib delict. c. 13. num. 12.* Carrer. *in pract. criminali fol. 19. & 20. num.* 18. & quod per reconciliationem dicitur iniuria remiſſa, ſiue ſit verbalis, ſiue realis, affirmat Farin. *conſ. 127.*

Et vt omnino pars aduerſa quieſcat adducitur fides Reuerendi D. Joannis Antonij Ruſſi, qui anno 1620. 21. & 22. confeſſus eſt prædictum magiſtrũ Franciſcum accipiendo Sanct. ſſ. Euchariſtiæ Sacramentum, & per confeſſionem peccatorum, ſumptionẽ Sanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ tolli tur inimicitia, ac iniuria, nam dicitur odium remiſſum, & facta reconciliatio, vt per Burſat. *conſ. 20. n. 16.* Eugen. *conſ. 27. n. 23.* & plures alios relatos per Farinac *conſ. 127. n 27. & 25.* & vide eundem *in ſuo tractatu quæſt. 49. nu.* ..... & Canalc. *deciſ. 10. part. 5. n. 11.*

Nec replicari poſſet ſupradicta omnia eſſe correcta per pragmat. 7. de compoſit. per quam fuit ſtatutum remiſſionem partium fieri debere præſentibus iudicibus, nam pragmatica loquitur de remiſſione expreſſa, eo quod ſæpius remiſſiones fiebant fieri metu, & minis, & ideo ad hoc obuiandum fuit ſic ſancitum, ſed nõ cõprehendit expreſſam, prout optimè declarat ibi Foll. omninò videndus *n.* 79. ſubdens verba ſemper eſſe intelligenda in potentiori ſignificatu ex tex. *in l. 1. ff. ſi ager. vectig.* gloſ. *in l. 1. §. biduum ff. quando app. ſit cap. olim. de teſt. l. dicere ff. de arbitru.* & alij, quos breuitati ſtudendo remitto.

Quibus denique addo, nam cum Magiſter Franciſcus diſtulerit querelam, & accuſationem proponere, demonſtrauit ſuſpicionem falſitatis, *l. ſi quis forte § 1. ff. de pœn.* vbi differens proponere longo tempore, ſi poſtmodum proponeret ipſam querelam, vtique longum tempus pareret falſi ſuſpicionem, Crauet. *conſ. 75. n. 9.* Foll. *in pract. criminali in rub. Item quod committit falſum n. 18.* quos referens ſequitur Viuius *deciſ.* 55. dicens hoc generaliter in offenſo quod ſit in dolo, & ſi per annum offenſus diſtulerit querelam proponere, deletur iniuriarum actio tanti temporis taciturnitate. Vnde venit dicendum nullam actionem habuiſſe, nec habere ſupradictum magiſtrum Franciſcum aduerſus Notarium Joannem Thomam quem liberandum eſſe cõcludo, remittendo me ſemper ſaniori iudicio domini iudicis, & ita fuit iudicatum.

Io. Antonij Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2906.

Super Doctrina Bald. in l. ſi. non ſimſimpliciter C. de ædil. act.

¶ *Pecude vel iumento morboſo vendito competit redhibitoria.*

AFfirmat Bald. *hic n. 3. verſic. contra,* quod vendens pecudem mor-

Digitized by Google

boſam actione redhibitoria, vel quanto minoris teneatur ad reſtitutionem precij, neç eum excuſat ignorantia, quæ non minuit damnum emptoris, & conſequenter nec actionem, quæ formatur ad damnum, ceſſare facit, & ita quandoque determinauimus in noſtra Curia Archiepiſcopali in anno 1623.

Amplia hanc concluſionem procedere, etiam ſi plures pecudes in vnã quamlibet certo precio conſtituto vendantur, quoniam tot ſunt contractus, quot ſunt res, *l. cum plures ff. de euictionibus*, & pluralitas precij facit eſſe plures contractus, ſicque in his terminis ſcribit nouiſſimè Berlicchius *deciſ.* 77. vbi etiam, quod ſi plura iumenta, ſimul precio vniuerſaliter non in ſingula, ſed in vniuerſa conſtituto veneãt, quod tunc propter vnicam rem nulla reſtitutio precij fiat, niſi in toto contractu læſio vltra dimidiam contingat.

COLLECT. 2907.

Super Doctrina Felini in cap. ſi diligenti de Foro competenti.

¶ *Filia non poteſt doti renunciare, & aliqua de renunciationibus declarantur.*

FElinus *hic n. 7. verſic. textum corollarium*, affirmat, vt filia nõ poſſit doti renunciare, quoniam alimentorũ loco ſuccedit, & ita tradit Reuſner. *deciſ. Rotæ Germaniæ* 5. vbi tamen principaliter tractat articulum, ſi filię paragium, ſiue ſupplementum dotis ſaltem vſque ad legitimam ex feudo debeatur.

In tantum, quod hæc Felini doctrina affert limitationem ad text. vulgatum *in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis*, vbi probatur illa iuris regula quod fauori ſuo quilibet renunciare poteſt, de qua vide Anton. *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. final. caſu* 13. & Rotam Romanam apud Farinac. *deciſ. 265. tom. 1. part. 1.* & Phœbum *deciſ. Rot. Luſitan.* 10. latè Viuius *deciſ.* 316.

Sed an priuilegium electionis fori poſſit renunciari? negant Franch. *deciſ.* 187. *& deciſ.* 191. Theſaur. *deciſ.* 177. Viuius *deciſ.* 526. Giurba *deciſ. Rot. Sicil.* 82. &, an cap. *Odoardus* beneficio renunciare clericus valeat? negatiuè deciſum in Curia Archiepiſcopali retulimus *deciſ. 160. part. 2.*

Sed num in dubio renunciatio præſumatur facta? negatiuè reſoluendum eſt, quoniam renunciare idem ſonat, quod donare ad text. *in l. ſi quis delegauerit ff. de nou. & l. hoc iure* §. 1. *ff. de donat.* in dubio non præſumitur *l. cum de indebito verſic. ſi verò ff. de probationibus l. fin. C. de nouat. l. campanus ff. de operis libertorum* Seſſa *deciſ. Rot. Arag.* 182. vbi firmat potius errorem debere præſumi, quam donationem, cum donare ſit perdere, vt fundauimus *in deciſ. Curiæ Archiepiſc.* 297. *part. 2.*

Sed quando, & per quoſnam actus renunciatio priuilegij præſumatur facta? optimè declarat Nouarius I. C. Lucanus *de elect. & variat. forenſ. quæſt. 8. ſect. 3.* vbi deciſiones cumulat.

Et renuncians parentum hæreditati, vel fratrum, an ſimul auitæ hæreditati renunciaſſe cenſeatur, vel non? latè declarat Reuſner. *deciſ. 9. lib. 3. Rotæ Germaniæ.*

COLLECT. 2908.

Super l. iubemus, C. de erogat. milit. Annon. lib. 12.

¶ *Graſciæ appellatione quid veniat?*

PEr iſtum text. firmari poteſt concluſio, quod graſciæ nomine venit quoque, & vinum, & ita dixit Rubin. *deciſ.* 305. vbi voluit, quod ſtante ſtatuto, vt deferentes bona comeſtibilia ad

ciuita-

ciuitatem pro graſcia ipſius ciuitatis, ſint immunes, portans vinum erit quoque immunis, quod Regnicolæ notare deben: pro ornatu pragmaticæ Regni 1. incip. *Commiſſario ſub rubrica de Annon.* vbi cautum eſt, quod deferentes comeſtibila Neapolim pro graſcia ciuitatis ſint immunes à gabellis, ſi habeant literas electorum, & ibi videas Notarium in commentario, qui tibi vtilia iuxta morem cumulat.

Sed num appellatione graſciæ veniat, & lana declarat Minadorus *deciſion.* 23.

Et ad materiam annonæ videat Regnicola cõſtitutionem incip. *Magiſtros Mechanicarum artium*, nec non videat Cabed. *deciſ. Rot. Luſit.* 92. *part.* 2. vbi tractat, ſi conferat ad fertilitatem annonę imponere taxam rebus vendendis certo precio, quod ſecundum me non ſapit difficultatem, quia certum eſt, hanc taxationem precij poſſe fieri à principe, ne dum pro rebus comeſtibilibus, ſed generaliter pro qualibet alia re, quamuis non deſint tenentes hoc admitti in rebus neceſſariis ad quotidianum vſum, ſecus in aliis.

An autem reſpectu harum rerum comeſtibilium pertineat actis iam imponere ad Baronem, vel potius ad electos ciuitatis, declarat Anna *ſing.* 60. quamuis in Regno ſciam eſſe in poſſeſſione electos vniuerſitatis imponendi actis iam his rebus comeſtibilibus, & ita quotidie ſeruatur, & ſeruatum fuit.

COLLECT. 1909.

Super l. 1. §. vir vxori ff. de acquir. poſſeſſ.

§ *Poſſeſſio an transferatur ex actu nullo?*

NOtant hic Doctores, poſſeſſionem per actum facti transferri etiam ex contractu nullo, & ita Puteus *deciſ.* 277 *lib.* 3. Rota in vna Bononien. de Pepulis 28. Februarij 1578. coram R.P.D. Rubeo, & in cauſa Axina prædij 21. Nouembris 1585. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio.

Et quod ex actu nullo transferatur poſſeſſio, quando deuentum eſt ad actum facti, firmauit pariter Rota *deciſ.* 611. *part.* 1. *in recent.* & *deciſ.* 768. *part.* 2. *in recent.* & in Placentina, & Caurien. beneficiorum 6. Junij 1605. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio.

Hæc tamen regula non procedit, quando nullitas procederet ex defectu conſenſus, ſed ſolum habet locum, quando nullitas prouenit ex defectu ſolemnitatum, vt diſtinxit Rota *deciſ.* 93. *n.* 2. *par.* *diuerſ.* & *deciſ.* 768. *in recent.* Seraph. *deciſ.* 638.

Et ad materiam vide ſequentes iurium allegationes editas à I.C. Lucano, quæ ſunt tenoris ſequentis videlicet.

PRo defenſione Magnificæ vniuerſitatis terrę Roccæ Monſinę, inter alia quæ diſcuſſimus oppoſuimus vltimam prætenſionem procuratorum Sanctæ Mariæ magnæ dictæ terræ volentium locare emolumenta tumuli per caſalia, & extra dies nundinarum eſſe nimis vanam vigore inſtrumenti, in quo fiebat tantum mentio de loco Mercati, & in diebus mercati, quod cum ſit probatio probata, & veritas apparens, imò dicatur Noli me tangere, vt poſt alios habetur per Maſcard. *de probat. concluſ.* 906. Muta *in conſuet. Pan. cap.* 16. *verſ. quia hodie*, & *in cap.* 53. *n.* 3. & *in cap.* 68. *n.* 7. Iſern. *in conſtit. regn. inſtrumentorum robur.* Bal. *conſ.* 399. *vol.* 5. quos refert idem Muta nouiter *in deciſ.* 6. *n.* 21. vbi tradit habentem inſtrumentũ, dici habere caſum expreſſum legis, & quod inſtrumentum non cantat nec nos cantare debemus, nec poſſumus addere nec detrahere quicquã,

Digitized by Google

Borell.*conſ.*38.*ſub n.*11.Campanil. *in diuerſ.iur.Canon rubr.*11.*cap.*20.*n.*38.& in contractibus cum ſint ſtricti iuris, maximè donatio,ſtrictè debet fieri interpretatio,*l.quicquid aſtringenda ff. de verb. oblig.l.veteribus ff. de pact. cap. cum dilecti de donat.* fuſe Tiraq.*de retract lignag.* §.1. *gloſ.*9.*nu.*182.*cum ſeq.* Rol. à Vall.*conſ.* 100.*n.*9 *lib.* 4.dicens quod contractus non recipiunt interpretationem ampliatiuam,ſed arctatiuam, & ſuos terminos non excedunt idem Roland. à Vall.*conſ.*59.*n.*32.*vol.*3.quia ex partium conuentione legem accipiunt,& limitantur *l.contractus ff.de regul.iur.cap.contractus eod.tit.lib.*8. *l.* 1. §.*ſi conuenerit l. Lucius infr.in fin.ff.depoſiti l.fin.verſic.ſancimus C.de iur.dom. impetr. cap. Eleuterius* 18.*quaeſt.*1.*l.*1.C.*de commod.* Io. Guttier. *conſ* 43.*n.*1. Burgos de Pazo *conſ.*14.*n.* 60.dicens non extendi de re ad rem, Medic. *de compenſ.part.* 1.*quaeſt.*16.*n.*2. Sarmiento *lib.*1.*ſelectar c.*11. Boer.*conſ.* 13.*n.*10.

Et licet procuratores ipſius Eccleſię prętenderent eius conductores,ſeu affictatarij aliquando exegiſſe emolumenta tumuli per Caſalia,& extra dies mercati,ego tamen replicabam iſtam fuiſſe vſurpationem,& actum clandeſtinum,& nullum,ex quo aliqua poſſeſſio acquiri non poteſt cum ex actu nullo non transferatur poſſeſſio, Angel.*conſ.*48.*n.*1.argum. text. *in l. imaginaria ff.de reg. iur.* Vndè ex contractu nullo non transferri poſſeſſionem cõcludunt paſſim DD. de quibus apud Alex.*in conſ.*69.*n.*14.*lib.*5. per text. *in l. ſi quis ante,verſic. quidem de acquir. poſſeſſ.* Menoch.*conſ.*1013.*num.*12.Burſat.*conſ.* 140.*n.*18 *lib.* 2.aſſerens *in conſ.*10.*n.*24. *lib.*1. hoc procedere quamuis in tali contractu fuiſſet appoſita clauſula cõſtituti,ſeu precarij, Bar. *in l.ſi rem aliquã ff.de acquir poſſeſſ.* Onded. *conſ.*10.*nu.*6. *lib.*1.qui tamen *in conſ.*23. *n.* 26. *eod. lib.* hoc declarat quando contractus eſt cauſa immediata poſſeſſionis, vt precarij contractus, tunc enim ſi non tenet contractus neque tranſit poſſeſſio, at ſecus quando contractus non eſt immediata cauſa poſſeſſionis, nam in tali caſu ex contractu nullo tamquam ex cauſa proxima,imò ex ſola traditione tranſit poſſeſſio, quia ſola cauſa proxima eſt illa, quæ principaliter operatur in effectu, quæ cauſa proxima ſtat per ſe, & ideo non vitiatur vitiata cauſa remota, ſequuntur Gratianus *conſ.*90 *n.*18.*lib.*1. Tiraq. alios allegans *de vir.conſtit.limit.*17.*n.*24. Idemque eſt quando in contractibus nullis, & inutilibus non interuenerit actus facti, id eſt realis traditio, ſed iuris tantum, vt conſtitutum, & precariũ aut retentio vſusfructus,vel aliud ſimile, quia tunc nec transfertur poſſeſſio ex contractu nullo,ſed quando vltra actũ iuris fuit deuentũ ad actũ facti ſcil. ad realẽ traditionẽ poſſeſſionis nulliter cõtractus minimè impedit naturalis poſſeſſionis acquiſitionem, Sal.*in l.traditionibus nu.* 14.C.*de pact.* vbi quod transferrur dominium.& poſſeſſio, quamuis titulus ſit fictus ſi adfuerit vera traditio, quicquid aliud ſit quando erit fictus titulus & traditio,quia tali caſu nec dominiũ, nec poſſeſſio transfertur, Vſil.ad Affl. *in deciſ.*231.*n.* 4.Rot.*diuerſ.deciſ.*612.*n.*2. *part.*3.ante eos Dyn.& Bellaper. *in l.* 1. §.*ſi vir vxori ff.de acquir.poſſeſſ.* Idemque eſt in contractu ſimulato,ex quo tranſit poſſeſſio ſi interueniat traditio,quãdo veritas tendebat ad tranſlationem poſſeſſionis, nam alias non eſſet tranſlata poſſeſſio iuxta doctrin. Bal. *in cap. Imperialem* §.*callidis n.* 3. *de prohib. feud. alienat.per Federic.*per text.*in l.emptor. ff. de aqu.pluu.arcend.* vbi etiam hoc notat Bar.*nu.*1. ſcribens quod licet in dubio traditio ſimulata præſumatur ſicut cõtractus, tamen transfertur poſſeſſio ſi

hoc

Digitized by Google

hoc agatur, cum cauſa non ſit neceſſaria ad tranſlationem poſſeſſionis ad ad text. *in d.l.1.§.ſi vir vxori ff. de acquir. poſſeſſ* Hæc autem ceſſabant in caſu noſtro, & ideò nullatenus obſtare videbantur, dat. Ne.p. die 10. Maij 1625.

Io. Maria Nouatius I.C. Lucanus.

COLLECT. 1910.

Super Oldrad. conſ. 229.

¶ *Effectuatio prouiſionis probatur ex ſucceſſiua vacatione.*

VVlgatum eſt iſtud conſilium Oldradi, in quo probari effectuationem prouiſionis ex ſucceſſiua vacatione ex perſona dicti prouiſi concludit, & ita ſæpe ſæpius fuit tentum in Rota, quæ d. conſilium canonizauit, vt apud Ludouiſ. *deciſ.* 215. & ita Seraphin. *deciſ.* 299. Rot. *deciſ.* 154. *part.* 2. *in recent.* & in Bononien. iuriſpatronatus 4. Decembris 1606. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato.

Amplia firmatam concluſionem procedere non ſolum in vacatione per obitum, ſed etiam per reſignationem Seraph. *deciſ.* 337. Rota *deciſ.* 167. *part.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 423. *part.* 2. *in recent.* & in Lucana iuriſpatronatus 26. Iunij 1619. coram R.P.D. Dunozetto, & in Romana iuris patronatus, ſeu beneficiatus 9. Decembris 1619. coram R.P.D. Vbaldo.

Et licet eadem Rota aliquando cõtrariũ ſenſerit, prout in Albanen. prioratus 29. Aprilis 1598. coram R.P.D. Orano, & in Tudertina prioratus 22. Maij 1587. coram Illuſtriſſ. Card. Pamphilio, ea de ratione quia poteſt reſignans ius cedere tale quale habet; Tamen eademmet Rota deinde illas non approbauit, vt patet *in deciſ.* 423. *part.* 2. *in recent.* vbi dicitur quod poſſunt illæ deciſiones locum habere, quando reſignans nõ erat in poſſeſſione, & ſecus vbi conſtat accepiſſe poſſeſſionem.

Sed ego puto neque eſſe admittendam iſtam declarationẽ, quia alias pro vento deſeruiret firmata concluſio, nã quando conſtat de poſſeſſione reſignantis, non eſt aliàs quærenda effectuatio, cum de ipſa ſatis conſtet ex ipſa poſſeſſione reſignantis.

Vnde dicas cum eadem Rota in Reatina prædij 2. Maij 1603. coram R.P.D. Coccino Decano, quod aut beneficium reſignatur poſt modicum tempus factæ prouiſionis, & talis reſignatio non probat effectuationem prouiſionis ipſius reſignantis ob rationem ſupra poſitam, quia ſcilicet potuit reſignare, & cedere tale quale ius habebat, aut verò poſt longum tempus, & hoc probat effectuationem, quia in tali caſu præſumitur reſignans fuiſſe in poſſeſſione, de quo diſtinctionis fœdere vide eandem Rotam *deciſ.* 224. *n.* 7. *in fin. part.* 1. *in recent.*

COLLECT. 1911.

Super Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 4. de reformat.

¶ *Parochia erigenda ob locorum diſtantiam ex quibus fructibus dotanda?*

QVando epiſcopi interdum nouas parochias ex aliqua cauſa, puta ob locorum diſtantiam erigunt illis Sacerdotibus, qui præficiuntur eccleſiis nouiter erectis competentem portionem arbitrio eorũ ex fructibus ad eccleſiam Matricem quomodocumque prouenientibus aſſignare debent, & ſi neceſſe fuerit compellere poſſunt populum ad ſubminiſtranda alimenta dictis Sacerdotibus, h.d.

Pro cuius ornatu quatenus loquitur de fructibus ad eccleſiam matricem, intellige ſi eſſet cathedralis, & quæ-

Digitized by Google

cumque matrix, licet epiſcopo aſſignare ſacerdotibus, qui erunt præfecti nouis parochis ſecundum tale decretum conſtitutis competentem portionem arbitrio ſuo ex omnibus fructibus, ad matricem pertinentibus, non diſtinguendo magis decimas, quam alia corpora redditutum, prout ita declarauit ſacra Illuſtriſſimorum Congregatio.

Et nota quod eadem ſacra Congregatio reſpondit non licere epiſcopo loco erectionis faciendæ potius certã populi partem ſeparare ab antiqua parochia, & alteri ſub commodiori applicare, ſi vel exiguus numerus populi, vel inopia, vel alia cauſa impediat, aut certè non poſtulet erigi nouam parochiam.

Nec non aduertas per eandem ſacram Illuſtriſſimorum Congregationẽ fuiſſe decretum, quod in defectum populi, puta quia eſſet pauper teneatur ipſemet epiſcopus ſuis expenſis alimentare ſacerdotem, qui aſſiſtere debet in noua parochia erecta.

Et alia ad ornatum huius materiæ vide in ſequenti iuris allegatione I. C. Lucani, quæ his complectitur verbis videlicet.

VNiuerſitas Villæ Portici obtulit Illuſtriſſimæ Dominationi veſtræ propriis ſumptibus fundare, ædificare, & in annuis duc. 72. dotare nouam eccleſiam Parochialem in ſuo territorio illique inſtantiſſimè ſupplicauit dignaretur prædictis aſſentire, vt ipſi ſupplicanti ius Patronatus in eccleſia præfata acquiratur, ob quod obtinendum concluſit facere dictam oblationem excedentem vires ipſius pauperculæ ſupplicantis, non tamen, vt ſuos preſbyteros præſentet, vt Illuſtriſſimo dominatio veſtra (Deo fauente) videbit, ſed, vt meliores extraneos, quos poſſit procurare valeat, & vt ſui Ciues, qui id cupiunt, magis alliciantur ad benefaciendum eccleſiæ prædictæ.

Circa quod videtur duplex caſus conſiderandus. Primus nempe, quid iuris (& ſi omnia ſupplicentur humiliter Illuſtriſſimæ dominationi veſtrę ex gratia) ſi nulla ad hoc neceſſitas concurreret, ſed ſola deuotio ſupplicantis, & amplius Parochus eccleſiæ antiquæ non conſentiret. Secundus verò ſi vrgentiſſima adeſſet neceſſitas nouę erectionis, & Parochus prædictus etiam conſentiret.

Quo ad primum fundatur, quod etiam inuito Rectore materies eccleſiæ poteſt infra illius fines fundari noua eccleſia, etiam ſi ex hoc matrici inferretur aliquod damnum, dummodo ſit modicum, & non magnum, ex hac ſola ratione, quia ex prædicta fundatione, ſeu erectione nouæ eccleſiæ augetur cultus diuinus, cui Canones quantum poſſunt fauent ſpreta etiam particularium vtilitate temporali, vt patet ex text. *in cap. ex parte de conſtit.* quia in dubio magis fauetur religioni, quam alteri, *l. ſunt perſonæ ff. de relig. & ſumpt. funer. cum ſimilibus*, & diuinum cultum etiam ſummi Pontifices maximè augeri cupiunt, vt habetur *in cap. finali de reſtit. in 6. ibi, minuitur cultus diuinus, quem deſideramus augeri*, & ita prędicta omnia fundat Paulus de Citadinis *in tract. de iure patronatus in 3. part. in 34. quæſt. 1. cauſa*, quem ſequuntur Lambertinus *in eodem tract. in 15. art. 3. quæſt. principalis primæ partis primi libri*, qui *in finalibus verbis*, addit, quod tali caſu abſq; dubio nouę Eccleſiæ fundator acquiret ius patronatus illius accedente tamen diœceſani conſenſu in fundatione prædicta, quæ procedunt ceſſante neceſſitate erigendi nouam eccleſiam, vt tenet pręfatus Paulus *in loco citato verſic. Amplies etiam hoc procedere ceſſante neceſſitate ædificandi*, & Lambert. *ibid. verſ. & hoc Ampliat*

pliat procedere ceſſante neceſsitate ædifi-candi.

Et quod in præſenti caſu Parocho antiquo aut nullum damnum, vt eſt verius, aut nedum modicum, ſed valde modicum ex noua erectione reſultet, deducitur in facto, prout etiam idcirco expreſſus illius conſenſus circa nouam erectionem prædictam, tantum abeſt quod diſſenſerit quod vtiq; feciſſet, ſi ex illa damnum, & non modicum ſibi reſultaret.

Quoad ſecundum prouidet S.Cõcil. Trid. *in ſeſſ. 21. c. 4. de reformat.* quod etiam inuito Parocho antiquo erigatur noua Parochia iuxt. formam cap. 3. *de Eccleſ. ædific.* ſed nouo Parocho aſſignetur Portio arbitrio epiſcopi ex fructibus quomodocumque pertinentibus ad eccleſiam matricem, & ſi neceſſe fuerit, & iſta eſt ſecunda prouiſio, cõpellat populum ea ſubminiſtrare, quæ ſufficiant ad vitam, latè Mandoſ. *in praxi ſignaturæ in tit. erectiones* Rebu. *in tract. de decim. quæſt. 6. n. 21.* Leo *in Theſaur fori eccleſ. part. 2. cap. 2. n. 68.* Azor. *inſtit. Moral. part. 3. lib. 3. cap. 12. quæſt. 7.*

Cumque in præſenti caſu ſupponatur eccleſiam matricem non aliter abundare fructibus, ſed eſſe valde tenuem, ceſſante idcirco diſpoſitione prædicti cap. 3. *de eccleſ. ædific.* & prima prouiſione S.C. præcitata, remanet præſens caſus ſub ſecunda, qua ſtante,

Obiicitur ipſi vniuerſitati ſupplicanti quod cum ipſa compelli poſſit ad dotandum nouam Parocchiam pro vita noui parochi, id facit ex neceſſitate, non autem ex liberalitate, & proinde non debet acquirere ius patronatus iuxt. notata in puncto per Add. *ad deciſ. Rotæ* 397. *num.* 2. coram Ludouiſio, vbi quod ex dotatione neceſſaria non acquiritur ius patronatus Lambert. *de iur. patron. art. 7. quæſt. 4. princ. part. 1. lib. 1.* Rot. *deciſ.* 167. *part. 2. diuerſ.*

Sed huic obiectioni replicari poſſet multipliciter, & Studendo breuitati, dato, & non conceſſo quod ipſa vniuerſitas teneatur, & compelli poſſit dotare, ſufficit de iure, vt acquirere valeat ius patronatus, quod antequam cogant per ſuperiorem, ipſa ſponte offerat id, ad quod per eundem ſuperiorem compelli poſſet, prout hæres, quem teſtator grauauit quod fundaret, conſtrueret, vel dotaret Eccleſiam ſi facit id, ad quod tenetur, antequam iudex illum compellat, acquirit ius patronatus, ſi vero differt donec à iudice compellatur, non acquirit, ita tenet incidenter Paul. de Citadinis *in 6. tract. de iure patronatus in 3. parte in fine 22. quæſt. prima cauſa.* quem ſequitur idem Lambert. *in eod. tract. in 7. art. 4. quæſt. princip. prima partis primi libri,* in cuius authoritate ſe fundant Addent. ad ſupradictã *deciſ.* 397. Rot. coram Ludouiſ.

Et in puncto, quod ſi Populus, qui pro habendis Sacramentis tenetur ædificare Eccleſiam illam ædificat antequam compellatur à ſuperiore, vel etiam compulſus acquirit ius patronatus tenet idem Lambert. *in 8. art. 4. quæ. principalis primæ partis primi libri per totũ,* & ſignanter *num. 1. verſ. & licet compulſi,* quod comprobatur per Signorol. de Homod. *in conſ. 83. incip. iuſſu Domini Papæ* loquentem in vniuerſitate ædificante de ordine Summi Pontificis, non autem ex delicto, quo tantum caſu ipſe tenet, quod acquireret iuſpatronatus.

Præterquam ſi ipſi præſenti caſu ſupplicanti non competeret ius patronatus ex dotatione illi competeret ex fundatione, & conſtructione, ſed ex *eod. c. 3. de eccl. ædific.* optimè colligitur quod non per hoc, quod quis teneatur dotare id faciendo non acquirat iuſpatronatus, ſiquidem in caſu illius cap. 1. teneatur Rector Eccleſiæ anti-

Digitized by Google

quæ,& in defectum illius populus, vt dicit Abb. ibidem, & nihilominus ex ex dicta dotatione,ad quam ipſe compelli poteſt acquirit ius patronatus vnà cum fundatore vt ibi.

Plus dico quod tantum abeſt, vt Populus dotans in caſu neceſſitatis non acquirat ius patronatus,quod minori ratione, & magis debetur ei ius prædictum quando dotat ex neceſſitate,quam illa ceſſante,& magis expedit quod alliciantur laici ad erigendũ nouas Eccleſias in caſu neceſſitatis in quo poſſunt compelli, quam extra prædictum.Probo ſic,Eccleſia matrix, ſeu Parochialis quando ſponte dat Parochię,quę de nouo erigitur infra ſuos limites,obuentiones,quæ deinceps ad ipſam pertinerent,ſi noua ibi non erigeretur,certum eſt quod non acquirit in illa iuſpatronatus, ita cenſuit Congregatio Concilij relata per Garciam *de benef.part.5.cap.9.n.57.* & ita fundat poſt Felin.& cęteros,quos refert Lambert.*in primo art.8.quæſt.principalis primæ partis primi libri tract.de iur. patronat.* ſed ſi id facit in caſu neceſſitatis populi, in quo ipſa tenetur,& poteſt compelli ad prædictas obuentiones relaxandum Eccleſiæ,quæ de nouo erigitur, ſi non reperiatur,qui illam congruè dotet, & ipſa præter illas poteſt ſe conuenienter ſubſtentare,vt in caſu *cap.3.de eccl.ædific.* tali caſu ex ſpeciali fauore prædictæ neceſſitatis illæ obuentiones erunt loco dotis,& ex illis, tanquam ex dotatione, ex qua alias non conſequeretur ius patronatus,vt ſupra fundatum fuit, illud conſequitur, ne dum nõ obſtante neceſſitate, ſed ex ſpeciali fauore ipſius neceſſitatis,ob quam ipſa poteſt compelli ad illas relaxandum Eccleſiæ nouæ vnà cum alio dotatore, qui aliã partem dotis de ſuo tribuit,vt ſimiliter cenſuit prædicta congregatio Concilij *in loco ſupra citato in verſic. immediatè ſequentibus*,quia ſi in caſu prædictæ neceſſitatis populi etiam abſque dote deberet erigi Eccleſia ad euitandum periculum animarum,quando non reperitur, qui dotet, nec alius modus illam dotandi,dum Eccleſia antiqua nõ habet quid conferat de ſuo ad victum noui Parochi, vt poſt Hoſtien. dicit Abb.*in d.c.3.de eccl.ædif.n.7.* multo magis illæ obuentiones, quæ aliàs non poſſent deſeruire pro dote, erunt loco dotationis, ex qua Eccleſiæ antiquæ acquiritur ius patronatus quod alias nullo modo acquireretur, cum aliter acquiri non poſſit tam Eccleſiaſticis, quam laicis niſi ex fundatione, conſtructione,& dotatione,vt decreuit S. Conc.Trid.*ſeſſ.14.cap.12.de reform.*

Nec retorquendo in odium quod fuit inductum in fauorem, dicatur in caſu noſtro etiam Parochialem antiquam remittere erigendæ aliquales obuentiones,& proinde non ſolum vniuerſitati dotanti in ſupraſcriptis annuis ducat. 72. acquiri iuſpatronatus, verum etiam Rectori antiquæ, quia iã dictũ eſt illud procedere in defectum veræ dotis,vt dicit Abb. *in loco ſupra citato.* Illa enim Rectoris antiqui non eſt propria, ſed impropria & ſubſidiaria dotatio,quæ ceſſat, quando adeſt qui propriè, & congruè dotet, vt in caſu noſtro,nam ſi incongruè,& non integrè dotaret,aliter fortè eſſet dicendũ, quia illæ obuentiones eſſent neceſſariæ pro complenda dote, & tunc poſſet Rector prætendere quod vterque deberet præſentare cum vterque dotet, vt dicit congregatio Concilij *in loco ſupra citato in finalibus verbis in caſu cap. 3.de eccl.ædific.* ſed in caſu noſtro,in quo vniuerſitas ſola integrè, & ſufficienter propriè dotat,ceſſat dotatio Rectoris, & conſequenter iuſpatronatus quod ideo ipſi ſoli acquiritur.

Præterea obuentiones *in dicto cap.3.* acqui-

acquirunt iuſpatronatus Rectori Eccleſiæ antiquæ ſolum in caſu illius c. in quo non cogitur populus ſubſtentare nouum Parochum, ſed Rector Eccleſiæ antiquæ cum illis obuentionibus, vt declarat Garzia *de beneſ.* & congregatio Concilij *in loco ſupra citato*. Ideoque in illo caſu poteſt Rector prætendere ius patronatus, quando obuentiones ſunt tales, quæ valeant ſaltem pro maiori parte ſuſtentationis noui Parochi, vt ibi, ideoque non eſt mirum quod eidem Rectori acquiratur iuſpatronatus in defectum integrè, & verè dotantis, nos autem non ſumus in caſu prædicti cap. 3. ſed in caſu ſecundæ prouiſionis Concil. Trid. *ſeſſ. 21. c. 4. de reformat.* in quo non Rector Eccleſiæ antiquæ & populus habet ſubſtentare nouum Parochum, ideoque nimirum ſi populus, & non Rector acquirat ius patronatus.

Ac demum in caſu noſtro obuentiones, quas relaxat Eccleſia antiqua nouo Parocho, ſi tamen obuentiones dici poſſunt, ſiquidem non ſunt decimæ prædiales, nec perſonales. nec oblationes, de quibus *in gloſ. c. 3. de eccl. ædific.* nec primitiæ, ſeu ea, quæ offeruntur pro ſeptimis, vel trigeſimis, vel alia, de quibus *in cap. cum inter de verb. ſignif.* ſed ſimplex carolenus pro quolibet defuncto ſepeliendo, cuius caroleni relaxatio reſpectu quartæ partis tantum Parochianorum, quam facit Villa Portici, & Clamani, vt patet ex publicis ſcripturis, quæ in promptu producuntur, eſt tamen modici præiudicij, adeo vt minus conſiderari nequeat, ideoq; in conſideratione eſſe non debet etiã in primo caſu ſupra propoſito, nempe quando erigitur noua Eccleſia ſolum pro augendo cultu diuino, excluſa omni neceſſitate, vt ſupra fundauimus, tanto magis quod prædictum exiguũ lucrum non æquiualet maximo labori, quod pro illo impenditur in tam longinquo acceſſu, & receſſu, ideoque Parochus præſens antiquæ Eccleſiæ, qui per menſes, & annos, antequam eſſet Parochus reſedit in illa, confeſſus ſuit iterio, & ex profeſſo coram Reuerendiſſimo Vicario, & partibus, meliorem eſſe, & ſe potius acceptare, prout de facto coram Illuſtriſſima dominatione veſtra libentius acceptauit, Parochiam Villæ Reſinæ tantum abſque ipſa Villa ſupplicante, quam cum illa, quia nõ æquiualet lucrum labori, vt ſupra dictum eſt, cumque igitur tale lucrum non ſit redditus Eccleſiæ, ſed ſtipẽdium laboris, quod ſoluitur propter operam perſonæ Parochi, ſicut ſoluitur alijs presbyteris, non auget, nec minuit redditus Eccleſiæ, vt benè aduertit Oldrad. *conſ. 118. incip. ex virtute gratiæ n. 1. verſic. quotidianæ autem diſtributiones, & per totum*, & in Garzia *de beneſ. part. 1. cap. 9. n. 58.* tenet quod etiã obuentiones, de quibus *in gloſ. ſupradicti c. 3. de eccl. ædific.* non dantur propriè ab Eccleſia antiqua nouo Parocho erigendæ, quia eo ipſo quod noua erigitur ad illam de iure pertinent. & non ad antiquam, & ideo excluſo caſu neceſſitatis, in quo non reperitur qui propriè, & ſufficienter dotet, non poſſunt aliquo modo deſeruire loco dotis, & conſequenter acquirere Rectori antiquæ iuſpatronatus, quanto minus in caſu noſtro ſupradictum exiguiſſimum lucrum, quod non eſt obuentio, ſeu redditus Eccleſiæ, ſed ſtipendium laboris perſonæ Parochi, qui cum ex abundanti illi ſponte libenter, ac ſimpliciter renunciauerit coram Illuſtriſſima dominatione veſtra videtur etiam ex abundanti adimpletus modus poſitus in caſu difficilioris erectionis per Petrum Rebuffum *in praxi beneficiorum ſub titulo de erectione in curatam, & Parochialem folio mihi 197.* & melius *in deciſ.*

X X

Rota 239. *n.* 5. *& n.* 6. *in recent.* Farinac. *part.* 1.

Et quando adhuc Illuſtriſſima Dominatio veſtra vellet exercere ſuã maximam benignitatem tam erga ipſam ſupplicantem, quam etiam erga prædictum parochum Eccleſiæ antiquæ poſſet conferre aliquod ſimplex beneficium ducat. 7. in circa, ad quos non aſcendit dictum paruum ſtipendium tam magni laboris perſonæ Parochi iuxt. tradita per Sacr. Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 13. *verſic. in parochialibus*, non enim obſtat quòd cap. prædictum loquatur in parochijs erectis, & nõ in erigendis, quia præterquam vtroque in caſu militat eadem ratio nihilominus etiam in caſu noſtro beneficium prædictum applicaretur eccleſiæ antiquæ iam diu erectæ, & non erigendæ: quæ antiqua ne dum ita, ne modiciſſimum quidem damnum ſupradictum pateretur, ſed eſſet in lucro.

Et ſi tale paruum beneficium fortè non vacaret, vel non videretur Illuſtriſſimæ dominationi veſtræ illud eccleſiæ prædictæ cõferre, & adhuc vellet habere rationem de tam modico damno eccleſiæ antiquæ ſi damnum appellari poteſt, tali caſu ipſa pauperrima ſupplicans offert ſupra vires proprias emere annuum cenſum perpetuum conſimilis quantitatis ad beneficium illius.

Et ſi cum fundatum fuerit, quòd excluſa dicitur neceſſitate ſolum ad augendum cultum diuinum debet erigi noua Eccleſia infra fines antiquæ etiam ſi antiquæ aliquod damnum ſequeretur, dummodo non magnum, ſed modicum, & tali caſu nouam fundanti, conſtituenti, vel verè, & ſufficienter dotanti acquiritur iuſpatronatus: & quòd etiam acquiritur ei, qui id facit ex neceſſitate, maximè ſi ſpontè ſe offerat paratum antequam à ſuperiore compellatur, & adhuc ipſa ſupplicans, quę ſpontè obtulit verè, & ſufficienter in ſupradictis annuis duc. 72. dotare, proprijſque ſumptibus fundare, ac etiam conſtruere, dummodo tamen ipſi ſoli, tanta reſpectu ſuæ paupertatis facienti acquiratur iuſpatronatus, nihilominus in acquiſitione illius aliquam haberet difficultatem.

Ceſſent, Illuſtriſſ. Domine, ſuæ oblationes conditionatæ ad iuſpatronatus prædictum, & illis habitis pro non factis prouideat benigniſſimus & vigilantiſſimus Paſtor, vt æquius, ac melius ei videbitur maximo periculo, & vrgentiſſimæ neceſſitatj animarum ipſius ſupplicantis patientis famem, ac ſitim Sanctiſſimorum Sacramentorũ: de quo maximo periculo, & vrgentiſſima neceſſitate (Illuſtriſſ. domine) dubitari non poteſt, cum ex deductis in proceſſu conſtet ſpecificè per nomina, & cognomina fuiſſe mortuas ferè 20. perſonas abſque Sacramentis ob maximam diſtantiam, & alias difficultates Parochiæ antiquæ quæ maxima diſtantia patet ad ſenſum.

Immo pendente expeditione huius nouæ erectionis accidit, quòd quædã miſerabilis mulier ex illis, quæ in acceſſu prædicti Reuerend. Vicarij exclamabant quod prouideret earũ neceſſitati, vt mori poſſent, tanquã Chriſtianæ cum omnibus Sacramentis; ob dictam diſtãtiam, & difficultates, ſine communione, ac eccleſiaſticæ ſepulturæ electione deceſſit, vt ex fidibus Parochorum nuper exhibitis euidenter patet: Prouideat igitur Illuſtriſſ. dominatio veſtra tam maximo periculo, & vrgentiſſimæ neceſſitati animarũ ſupplicantis, quæ nullo modo oblationes, ſuas tenues vires excedentes feciſſet, ni periculum maximum, ac neceſſitas vrgentiſſima foret; ne interim aliqua alia anima patitur, vt probabiliter

Digitized by Google

liter euenire poteſt; Sed prouiſo per Illuſtriſſ. dominationem veſtram, vt ſperant & anhelant, poſſint omnes vtriuſque ſexus, & cuiuſlibet ætatis eorum peccata ſtatim proprio Parocho confiteri, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, qui ætatis, ſumere, omneſque deuotiſſimè orare, ac deprecari diuinam maieſtatem quod pro tanto beneficio retribuat Illuſtriſſ. dominationi veſtri abundantiam, & plenitudinem gratiæ ſuæ in hoc mundo, & gloriæ in alio.

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2911.

Super l. ſiquis ab alio in fine ff. de re iudic.

¶ *An quis ad factum proprium teneatur, vel ſoluendo intereſſe liberetur.*

EX hoc textu deſumitur iuris regula, qua cauetur, quòd ad factum proprium quis non tenetur, ſed præſtando intereſſe liberatur, quę ſanè cōcluſio adhuc probatur *in l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig.*

Declara tamen hanc regulam non procedere, nec habere locum ſtante iuramento, quia tunc tenetur quis pręſtare factum, quando poteſt illud præſtare Seraph. *deciſ.* 805. & voluit Rota in Peruſina deciſ. 15. Ianuarij 1607. coram R.P.D. Ottembergo.

Amplia hanc declarationem procedere etiam in hærede iurantis, nam, & ille ſimiliter tenetur factum præſtare, prout dixit Rota in Tiburtina Caſtri Sancti Angeli de Viſinis 26. Nouembris 1616. coram R.P.D. Andrea & ſcribit Seraph. *d. deciſ.* 805. *n.* 3. *&* 4.

Quamuis huiuſmodi ampliatio nō fuerit admiſſa per eandem Rotam in allegata Peruſina Dotis coram R.P.D. Ottembergo, in qua fuit dictum hæredem iurantis non compelli præcisè ad factum.

Sed quando promittens factum alienum liberetur adhibendo omnem diligentiam, & conatum ſe fact... rum, & curaturum vide Rotam *in deciſ.* 38. *inter impreſſas apud Zacchiam de oblig. camerali*, vbi fuit dictum quòd promittens factum alienum liberatur adhibendo omnem diligentiam, etiam nō obſtante iuramento, & etiamſi factum alienum directè promittatur, quod pariter affirmauit eadem Rota in Peruſina dotis coram R.P.D. Ottembergo, vt apud Marcheſan. *de commiſſionibus fol.* 588. *tom.* 2. & vide Verallum *deciſ.* 239. *part.* 2.

Circa quod aduertendum eſt, quòd huiuſmodi diligentiæ non ſint colluſiuæ, ſed bona fide factæ, prout in dubio pręſumitur, niſi colluſio probetur, Rota *d. deciſ.* 38. *n.* 9.

Beneuerum, hæc concluſio recipit aliquas limitationes, inter quas illa eſt vna, vt non procedat quoties poſt promiſſionem facti alieni additur clauſula (*alias de proprio*) quia in tali caſu tenetur promittens ad intereſſe non ſecuto effectuali implemento, vt firmauit Rota in Peruſina ratificationis Lunę 6. Martij 1606. coram Ludouiſio.

Quamuis contrariam opinionem ſectata fuerit eadem Rota *d. deciſ.* 38. vbi expreſsè dictum fuit promiſſionē intereſſe eſſe conditionalem ſi promittens fuerit moroſus in adhibendo omnem diligentiam, & conatum.

Sed licet in puncto iuris hæc vltima opinio verior appareat, quia ſi promiſſio facti alieni importat ſolam promiſſionem de adhibendo diligentiā, ſequitur quod obligatio de proprio in caſu non impletæ dictæ obligationis non operetur, niſi in caſu quo non adhibita fuerit dicta diligentia, nih lominus eſt veriſimili mente contrahen-

Digitized by Google

tium æquitas ſuadet non eſſe recedendum à prima opinione, quia per clauſulam, *Alias de proprio*, veriſimiliter contrahentes volunt, quod factum alienũ omni modo adimpleatur ſaltem per præſtationem intereſſe ipſius promiſſoris, aliàs dicta verba eſſent omninò ſuperflua, nam etiam quod non ſint expreſſa dum quis promittit factum alienum ſimpliciter ſuccedit obligatio ad intereſſe non ſecuto implemento, & videntur cõtrahentes per hanc clauſulam idem voluiſſe dicere, ac ſi dixiſſent, quod faciendo omnem ſuum conatum promittens non liberaretur, quo caſu ſine dubio non ſuffragaretur diligentia Ludouic. *deciſ. Peruſin*. 27.

Nota tandem, quod quando promittens factum alienum vult ex dicta promiſſione deducere actionem aliquam, tunc non liberatur adhibendo diligentiam, niſi cum effectu ſubſequatur implementum promiſſionis, & ideo promiſſio dotis facta marito, cum hoc quod faciat renunciare vxori ſuæ iura ſibi competentia non ſecuta dicta renunciatione nequit maritus agere ad dotem, vt reſoluit Rota in Bononien. dotis 1. Iunij 1609. coram R.P.D. Caualerio, vbi conſideratum fuit, quod non eſt veriſimile fuiſſe tantam dotem promiſſam, ſi cum effectu renunciatio non fuiſſet facta, & ita quoque dixit Rota in Anconitana dotis Maij 1606. coram R.P.D. Pamphilio.

COLLECT. 2913.

Super Soccin. in l. Nemo prohibetur ff. de except.

¶ *Reus quando pluribus exceptionibus vti poſſit etiam contrariis?*

FIrmat hic Soccinus *n*. 1. quod Reus non prohibetur vti pluribus exceptionibus licèt contrariis.

Circa quam concluſionem vltra latius adducta per Doctores vide deciſionem Rotæ in Auſculana Grani. 2. Decembris 1608. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Sacrato.

Et nota pro limitatione huius regulæ quod illa ſibi locum non vendicat in exceptione, cuius contrarium excipiens obtinuit in iudicio canonizari, Rota *deciſ*. 78. *part*. 1. *in recent*.

COLLECT. 2914.

Super Bar. in l. Mæuia ff. ſolut. matrim.

¶ *Cedens non liberatur donec ceſſio non eſt ſortita ſuum effectum.*

COncludit hic Bar. Actionem primæuam remanere firmam contra cedentem, donec ceſſio nõ eſt ſortita ſuum effectum, & ita Amatus *deciſ. Rot. March*. 6. *n*. 8. Theſaur. *forenſ. quæſt*. 10. *lib*. 4. vbi etiam quod debet præſtare nomen verum, & debitorem ſoluẽdo tranctans principaliter, ſi ceſſione facta de credito, illaque per ceſſionarium acceptata, An pro facto principis teneatur cedens, qui euictionem promiſit, & quando ſtipulatio euictionis in huiuſmodi caſu poſſit locũ habere.

Et cedens vtrum facta ceſſione poſſit in præiudicium ceſſionarij exigere creditum ceſſum ad ornatum text. *in l*. 3. *C. de Nouationibus*, & an poſſit etiam tranſigere, declarat idem Theſaur. *forenſ. quæſt*. 12. *lib*. 4.

Et periculum pecuniæ datę ad cenſum num ſpectet ad emptorem, vel ad venditorem reſoluimus *deciſ. Curiæ Archiepiſc*. 39. *part*. 4.

Nonnulla autem ad materiam de qua in principali concluſione, vide in ſequenti iuris allegatione edita à I.C. Lucano in cauſa Marchionis Petrellę, quæ hodie vt audio pendet in Sacro Regio Conſilio, & expectatur deciſio, ejus

eius autem tenor eſt, vt ſequitur videlicet.

Contracto Matrimonio, inter quondam Hieronymam Caputam, & Antonium de Dura, Paſchalis Caputus Pater in dotium ſatisfactionem his verbis ſe obligauit.

Et per contemplatione, & causa del detto matrimonio, & per li peſi di quello, il detto Signor Paſchale promette aßignare per le doti della detta Signora Geronima al detto Signor Antonio ſuo futuro ſpoſo ducati 2000. correnti, cioè ducati 19000. & ſequitur.

Et ſodiſfarnelo nel modo infraſcritto cioè ducati mille in mobili & d'altri ducati 5000. in danari liberi, & eſplicitiv al tempo ſi contraherà il matrimonio d'altri ducati 1000. all'iſteſſo tempo, per li quali l'aſſegnerà l'infraſcritte annue, entrate ch'eſſo Signor Paſcale tiene con il Patto de retrouendere dall'infraſcritti mediante cautele per li capitali, & rate ſottoſcrite cioè annui ducati 490. per capitale di ducati 7000. dal Signor Fabricio Lanario Duca di Carpignano, & ſequitur quoad alias partitas.

Et in fine dicitur, *& dell' aſſegnamento d'eſſe intrate promette cautelarne il detto Signor Antonio per Inſtrumento con promeſſa della defenſione, & euittione generale d'ogni perſona in ampla formo, con riſerba della raggione di liquidare gl' Inſtrumenti contro li debitori à beneficio, & ad ogni richieſta d'eſſo Signor Antonio.)*

Cumque fuiſſet facta graduatio in bonis dicti Ducis Carpignani prætendit Antonius ad ſolutionem teneri, Marchionem Petrellæ filium, & hæredem Paſcalis.

Quod autem Marchio non modò ad tertias verum nec ad capitale ſit obligatus luce clarius demonſtratur.

Duplici quidem ratione, primo, quia Paſcalis in ſatisfactionē duc. 20000. debitorum nomina aſſignare promiſit, illaque deſcripſit quo caſu inſolutū dediſſe dicitur, itaque ſi poſt receptiones nomen non ſoluendo eſt effectum periculum eſt ipſius mariti, etiam ſi abſque ipſius mariti culpa hoc contingat, *l. ſi pupilli debitor. §. ſoror ff. de ſolut.* Paul. de Caſtr. notabiliter *in l. Meuia n. 4. ff. ſolut. matr. & in d. § ſoror.* quem ſequitur Cuman. *conſ. 4. in fin.* eſtque ratio, quia dum debitoris nomen acceptauit ſatisfactus cenſetur Bald. *in l. pro debito C. de author. iud. poßid.* Alex. *conſil. 242. in fin. vol. 6.* Barbat. *conſ. 37. vol. 1.* & quod in datione in ſolutum nominum debitorum, non exactorum periculū ſpectet ad ceſſionarium non autem ad cedentem, nullam habet difficultatē, *l. ſi nomen ff. de hæred. vel action. vendit.* Bal. *conſil. 72. vol. 3.* Cacher. *in deciſ. Pedemont. 62. n. 10. verſ. non obſtat,* & latè Surd. *cōſ. 22. n. 33. vol. 1.* vide Theſaur. *forenſ. quæſt. 10. lib. 4.*

Quod ſecus eſſet quando ſimpliciter fuiſſet in dotem datum, nam tunc non imputatur viro ſi non exegit, ſi exigere non potuit ſine ſua culpa, & ita procedit text. *in l. Meuia ff. ſolut. matr.* & tam ſi fuerit non ſoluendo à principio, quam ex poſt facto tam ſi ſciuerit vir, quam ignorauerit poſt Bart. *in d. l. meuia.* notabiliter idem Caſtrenſ. *loc. cit.* & latè Bald. *in l. promittendo ff. de iur. dot.* vbi loquens in dote, vt Paul. Caſtr. tres diſtinguit caſus, quod aut datur nomen ſimpliciter in dotem, & periculum ſemper ſpectat ad cedentem, non autem ad virum, & procedit text. *in d. l. Meuia,* aut ſecundo datur in ſolutum, & periculum ſemper ſpectat ad virum ceſſionarium, & habet locum text. *in d. l. ſi nomen,* prout quando datur æſtimatum 3. aut delegatur debitor qui dotem promittit, & tunc ſi vir ſcit non eſſe ſoluendo ſibi præiudicat ſin autem ignorat, ſibi non præiudicat.

Secundò quia cum fuerit datum tale nomen pro ſumma promiſſa cenſe-

Digitized by Google

tur extimatum, & ſimiliter periculum ſpectat ad virum poſt Iacobum de Aret. Bald. & Imol. & Caſtr. *in d. l. Mania* *Ioannes Campeg. de dotibus part. 2. quaſt. 79. in fin.* Guib. *ſuper conſuet. Meſſan. cap. 10. gloſ. 8. part. 1. nu. 6.* & alij quos conſulto omittimus.

Quod etiam procedit quod vir nec impenſas in litigando pro illius recuperatione factas repetit poſt Bart. *in l. 1. ff. de impenſis in reb. dotalib fact.* Pinell. *in l. 1. part. 2. n. 96. C. de bon. matern.* idem Campeg. *loc. cit. quaſt.* 48. Guib. vbi cæteros allegat *eodem loco.*

Quod autem expreſsè ſic inter partes fuerit conuentum, probatur eadem inſtrumenti lectura: Primò quia idem Paſcalis pro faciliori exactione ius liquidandi inſtrumenta contra debitores aſſignans ad beneficium eiuſdem Antonij reſeruauit, Ad quid enim reſeruatio, ſi Paſchalis ipſe ann. Introitus ſoluere tenebatur? Secundo quia pro ſatisfactione ducatorum quatuor mille de contantis aſſignauit annuos ducat. 980. percipiendos anno quolibet à Ducibus Montis Leonis, quos non modò veros, & non exactos promiſit, verum expreſſis verbis exigibiles, quo caſu procedit regula, quod incluſio vnius eſt cæterorum excluſio, *cap. nonne bene dicimus, de præſumptionibus, l. cum prætor, de iudiciis.* Nam vna pars contractus aliam declarat arg. notatorum *in l. talis ſcriptura ff. de leg. 1.* Gozadin. *conſ. 58. num. 16.* & ſic vbi partes voluerunt Paſcalem exigibile debere præſtare expreſsè dixerunt.

Et concluſio prædicta locum ſibi vindicat etiam ſi promiſſio inceperit ab annuis introitibus Roderiq. *de ann. redditibus lib. 2. quaſt. 21. n. 14. & ſeq.* & ſi dotans ſe obligauerit de euictione, & indemnem ſeruare promiſerit, eſtque ratio, quia clauſulæ illæ non alterant naturam contractus ſed ſecundum eā verba poſita intelliguntur, & ſic non tenetur eum locupletem, & ſoluendū præſtare, ſed dumtaxat verum, & non exactum, & ſi ceſſionarius cauſam amiſerit non tenetur cedens etiam vocatus poſt Caſtr. *conſ. 170. vol. 2.* Gozad. *conſ. 58. n. 16.* Bec. *conſ. 105. n. 13. & ſeque.* cum aliis recentioribus.

Prout nec etiam ex promiſſione euictionis Paſchalem ſe anteriorem creditorem promiſiſſe præſumitur, ſed tantum ipſum ius redditus modo quo ſupra ceſſiſſe Faber C. Fabr. *de hæred. vel actio. vend. diffinit. 15.* & latè idem Rodr. *loc. cit.*

Vnde non obſtat deciſio præſidis de Franch. *deciſ. 108.* loquitur enim diuerſo caſu, quando nomen aſſignatū erat tempore aſſignationis decoctum, & non ſoluendo, & hac ratione hæredes viri à reſtitutione fuerunt abſoluti, & nulla cadit in hoc difficultas, vt late Barboſ. *in l. æſtimatis, n. 9. ff. ſolut. matrim.* quod ſecus in caſu noſtro dum tempore inſolutum dationis erat Dux taliter ſoluendo, quod Antonius non modò tertias exegit quotannis, verū, & maiorem partem capitalis, & ſic in claris verſamur, & dum in dies hoc hoc iure vtimur debet Marchio ab imperiis abſolui, vt à Peritiſſimis Dominis obtinere non ambigit.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2915.

Super l. 3. ff. locati.

¶ *Locator debet præſtare patientiam, vt conductor poſſit frui re locata.*

ADornatum huius textus notabis, quod locator tenetur præſtare ſucceſſiuam patientiam, & conductor poſſit frui, & vti re locata, vt dixit Rota in Imolen. molendini Lunæ 3. Junij 1606. coram Gregorio XV. Surd.

Surd. *deciſ.* 326. *n.* 17. vbi dicit, quod tenetur præſtare ſucceſſiuam, & continuatam patientiam.

Amplia, quòd non ſolum locator teneatur præſtare patientiam, ſed etiã tenetur remouere omnia impedimenta, & ita facere, vt conductor vti valeat re locata, *l. ex conducto in princip. ff. locati.* Rota in Romana penſionis domus 16. Nouembris 1616. coram R.P.D. Pirouano.

Sed an in dubio præſumatur præſtita patientia ſucceſſiua? affirmatiuè reſolutum fuit in Rota Romana in vna Romana Affictus 17. Maij 1609. corã R.P.D. Ottembergo; quod tamen dicas eſſe verum quando ab initio conſtat de traditione, & de patientia, tunc enim conductor allegans poſtea ſuperueniſſe impedimentum, & nõ fuiſſe præſtitam ſucceſſiuam, patientiam per locatorem tenetur probare, ſecus autem eſt, quando non conſtat de traditione, nec de patientia ab initio, quia tunc incumbit onus locatori probandi implementum, & patientiam ex parte ſua, vt dixit Rota 399. *part. 1. in recent.* & in Theatina Affictus 20. Nouemb. 1615. coram R.P.D. Coccino Decano.

Aduertendum tamen eſt, quod in caſu, in quo conſtaret de aliquo impedimento conductor non poteſt prætendere niſi intereſſe, interim autem donec illud liquidatur non poteſt retardare ſolutionem penſionis, prout decidit Rota in Romana Affictus 5. Nouembris 1612. coram R.P.D. Caualerio, & in allegata Theatina Affictus coram Decano.

COLLECT. 2916.

Super Bald. in l. parentes poſt num. 5. C. de teſtibus.

¶ *Scripturam producens, an videatur fateri omnia in ea contenta?*

Dicit hic Bald. quod regula illa quod producens ſcripturam videtur fateri omnia in ea contenta eſſe vera iuxta diſpoſitionem text. *in l. cum precum C. de liber. cauſ. & in cap. cum olim de cenſ.* procedere etiam in fiſco, & quando per iudicem inquirentem fit exhibitio, & ita dixit Rota in Lucana prætenſæ confidentiæ Lunæ 27. Februarij 1606. coram Ludouiſio.

Et quod producens ſcripturam in iudicio cenſeatur fateri, & approbare omnia in ea contenta Rota *deciſ. 2. n. 1. & deciſ. 142. n. 3. & deciſ. 349. n. 3. & deciſ. 455. n. 3 part. 2. in recent. & par. 1. in recent. deciſ. 108. n. 3. & deciſ. 149. nu. 6. & deciſ. 555 n. 9. & deciſ. 624. n. 7.* & dicta tacita confeſſio non admittit reuocationem ſub prætextu erroris, Rota *deciſ. 249. in fin part. 1. in recent.* Mohed. *deciſ. 3. in fin. de regul.* & dixit Rota in Caſalen. Penſionis 13. Junij 1608. coram R.P.D. Caualerio, & in Romana fideicommiſſi. De Goriis 16. Nouembris 1598. coram Gypſio, & in Romana aſſecurationis dotis 12. Maij 1605. coram R.P. D. Marquemontio, ſed hæc ampliatio habet multos contradictores, qui tenent quod producens ſcripturam cenſeatur fateri contenta in ea ſolum quoad diſpoſitiua, ſecus quoad enunciatiua in ea, quam etiam tenuit Rot. penes Cæſ. de Graſſ. *deciſ. 6. n. 2. de ſente & re iudic.* ad quod facit, & reſpondit Rota ſæpius firmauit vt patet ex allegatis deciſionibus & præſertim dicta opinio habet locum in verbis enunciatiuis prolatis à partibus, inter quas negotium geſtum eſt, item etiam in verbis enunciatiuis neceſſariis ad actum, qui geritur vt bene per Cacher. *deciſ. Pedemontana* 58. *n.* 30.

Prædicta concluſio quod ſcilicet producens ſcripturam, & inſtrumentum cenſeatur fateri in eo contenta, procedit quatenus inſtrumentum ſit

authenticum, & probet, aliàs productio non operatur approbationem cōtentorum in inſtrumento. Verall.*deciſ.* 199.*part.*1.Rota *deciſ.*4.*&* *deciſ.*159.*n.*1. *part.*2. *diuerſ.*& Ludouiſius *deciſ.*437.

Limitatur ſecundò non procedere quando eſſet facta productio per cōpulſum in parte, & partibus, tunc enim non præiudicat producenti quo ad ſibi præiudicialia, latè Rota *deciſ.*3 *de fide inſtrum. in nouis, & deciſ.*354.*nu.*12. *in fin.* & fuit dictum in Baren. iuriſdictionis 16. Februarij 1606. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato, & apud Ludouiſiũ *in deciſ.*432.& ideò cauti procuratores paſſim ſolent in productione iurium vti dicta cautela producendi per compulſum, & pręſertim ſeruatur in Curia, verum iſta concluſio producens per compulſum non ſuffragatur, niſi in iuribus alienis, nō autem in iuribus propriis Verall.*deciſ.*93.*n.*5.*part.*1. Rota in Meliten. Abbatiæ coram Gypſio, & in vna Auellina Vnionis 10. Junij 1599. coram Corduba & in Romana repetitionis indebiti 25. Junij 1607. coram Penia. Item non ſuffragatur dicta cautela, quando quis in ſcripturis productis fundat ſuam intentionem, vt fuit dictum in Anconitana computorum 9. Decembris 1616. coram R.P.D. Veroſpio, quia non poteſt quis ſe in illis fundare, quin etiam teneatur contra ſe approbare Rota Januæ *deciſ.* 72.*nu.*4. Cacheranus *deciſ. Rot. Pedem.*38.*n.*29.

COLLECT. 2917.

Super Imol. in Clem. in literis de probat.

¶ *Papæ narranti factum proprium quando credatur?*

SCribit hic Imola in fine, quod Papæ narranti factum proprium, vel etiam alienum ſecum geſtum creditur & ita voluit Rota in Salamant. iuriſdictionis 17. Maij 1577. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino, & in Caputaquen. iuriſdictionis 9. Aprilis 1601. coram R.P.D. Ottembergo.

Quæ quidem Rota paſſim ſequitur diſtinctionem quod aut Papa atteſtatur de facto proprio, ſeu alieno ſecū geſto, & illi creditur Creſcent. *deciſ.*2. *de renunc.* Verall. *deciſ.*286.*part.*2. Rot. *deciſ.*361.*part.*2. *in recent.* & fuit dictum in Calaguritana, ſeu nullius 16. Junij 1606. coram R.P.D. Ottembergo, adeo quod in tali caſu nec etiam admittitur probatio in cōtrarium, Caputaq. *deciſ.*387. Hinc eſt quod Papę creditur aſſerenti ſibi fuiſſe ſupplicatum, Creſcent. *d. deciſ.*2.*n.*1. *de renunc.* Rota *deciſ.* 171.*n.*3.*part.*1.*diuerſ.* item ſi narret reſignationem fuiſſe in eius manibus factam, dixit Rota Placentina Parochialis 21. Maij 1610. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, item ſi narret aliquem eſſe ſuum familiarem, Rota *deciſ.*832.*part.*3.*lib.*3.*diuerſ.* & fuit dictū in Rauſlauien. beneficij 11. Januarij 1616. coram R.P.D. Pirouano.

Aut verò Papa atteſtatur de facto alieno non ſecum geſto, & tunc Papæ aſſerenti non eſt ſtandum etiam ſi ſuper illa aſſertione fundaret ſuam diſpoſitionem, Mohed.*deciſ.*7.*in fin.* Rota *deciſ.*154 *n.*5.*part.*2.*diuerſ.* & fuit dictum in Segouien. Penſionis 22. Martij 1604. coram R.P.D. Ottembergo, vbi vlterius dicitur, quod talis narratiua, nec etiam transfert onus probandi in contrarium.

Hoc tamen non procedit quando aſſertio de feudo alieno eſſet facta motu proprio, tunc enim illi ſtandum eſt, Puteus *deciſ.*110.*lib iuxta nouam impreſsionem.* Seraph. *deciſ.*10.*ibi.* Rota *dec.* 516.*n.*3 *part.*2.*in recent.* & *deciſ.*522.*nu.*1. & *deciſ.*524.*part.* 4. *in recent.* etiam ſi Papa vius fuiſſet verbis, *vti accepimus,*

Achill.

Achill.*deciſ.*10.*de proba.* latè Rota *deciſ.* 656.*n.*3.*part.*2.*in recent.* admittitur tamen aduerſus dictam aſſertionem factam motu proprio probatio in contrarium Puteus *d.deciſ.* 100. *in fin. lib.*3. Rota *deciſ.*523.*ſub n.*9. *part.* 3. *in recent.* Caputaq. *deciſ.*41. *lib.*3. & fuit dictum in Portuen.beneficij 27. Martij 1596. coram Cardinali Millino.

Et generaliter extra iſtos caſus ſtatur narratiuæ Papæ, circa idoneitatem ab ab eo prouiſi, & ideo narratiua Papæ de idoneitate prouiſi non eſt iuſtificanda, Rota *deciſ.*101.*n.*2.*& deciſ* 140. *ſub n.*3. & de aliis habilitatibus, & *deciſ.* 613.*n.*5.*part.*2.*in recent.* item ſtatur etiã aſſertioni Papæ in cõcernentibus præiudicium proprium ipſius Papæ *deciſ.* 390.*n.*4.*part.*1. *in recent.* in præiudiciũ verò graue tertij regulariter non ſtatur aſſertioni Papæ, Mohed.*deciſ.*7.*n.*2.*de probat.* & fuit dictum in Viterbien. Campi Maioris 15.Martij 1591. coram Orano, hoc tamen fallit concurrentibus adminiculis Seraphin.*deciſ.*454.

COLLECT. 1918.

Super Bal.in cap. quoniam contra de probat.

¶ Citatus an, & quando debeat perſonaliter comparere.

AFfirmat hic Baldus quod regulariter citatus debet perſonaliter comparere. Verum quando huiuſmodi concluſio ſit vera, & quando non, in aliis collectaneis repoſtauimus.

Vnum tamen quæro, ſi in cauſa excommunicationis & ſic ad illam impediendam poſſit quis comparere per procuratorem, vel teneatur perſonaliter comparere: quem articulum cum tractauerim *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop.* 321.*part.*4. ad illum relego beneuolum lectorem.

COLLECT. 1919.

Super Conſuet.Panormitana 29.in tit.de prohibitis Ædificiis.

¶ Aedificare in præiudicium vicini quando quis poſſit?

HÆc conſuetudo diſponit, quod nullus inuito vicino ſuo infra ciuitatem de nouo fundicum hoſpitale, aut buttillariam, ſiue tabernam conſtruere poſſit, vel faciat in præiudicium, aut iniuriam alicuius vicini.

Pro cuius ornatu videndus eſt Caſtill.*deciſ.Rot.Sicil.*191.*part.*3. vbi huiuſmodi conſuetudo declaratur quando habeat locum.

Sed catterias, ferterias, Baccinderias, ſiue mallearia pannorum, vulgò *Malleatoria* in præiudicium antiquorum, quando liceat ædificare habes explicatum in ſequenti allegatione I.C. Lucani, quæ eſt vt ſequitur.

IN præiudicium, & detrimentum antiquarum catteriarum, Ferteriarum, Malleatiorum pannorum, vulgo (Malcatuti) non dubitauimus, quin nemo poſſit ædificare ſimilia noua, intelligendo tamen, quoties diminueretur aqua primorum, ſecus reſpectu frequentioris concurſus ad malleandum, quia tale damnum conſiſtens in volũtate illorum minimè conſideratur, nã cuilibet licitum eſt accedere ad alia malleatoria, vnde huiuſmodi locum primi non poteſt dici radicatum tanquam dependens ab alieno arbitrio Bal,*in l.vnic.oppoſit.*13. *C. de ſent. quæ pro eo*, per text.*in l. libertus ff.de oper.libert. & in l.Proculus ff.de damno infecto.* Alex.*conſ.* 194.*n.*7.*lib.*2. Jaſ.*in l.quominus n.*85. vbi etiam Ripa teſtatur de communi *n.*82. *de flumin.*

Prout regulare eſt, ne ſint in conſideratione quod per nouum ædificium diminuatur lucrum, quod a ius antea

Digitized by Google

faciebat, quia in dubio pręferendus eſt ædificans in ſuo tanquam præſumatur facere pro vtilitate propria, non vt alij noceat ad tradita per Bar. *in l. fluminum §. fin. ff. de damno infecto.*

Amplius ſi mixta ratione ædificare, vt vicino noceat, & ſibi proſit, ædificium eſt potius ſu[illegible] i[illegible]endum ex cauſa, quæ prodeſt; Etenim debemus iudicare ex effectu non ex affectu, cum non lædatur ex conſilio, qui non offenditur re Bald. *in ſpecie in cap. cum Eccleſia Vulterana 31 nu. 5. col. penult. in fine verſ. ſed quid ſi fuit de elect.* quod multũ notabile & ſingularem dicit Jaſ. *in l. quominus nu. 34. col. 5. verſ. 5. principaliter ſupleas* [illegible] Rip. *nu. 29. de flumin.* Surd. *conſ. 15. n. 14. lib. 2.* & alij recentiores, q[illegible] concordant.

Nec refragari dicebamus parem eſſe rationẽ lucri radicati, & damni, Gloſ. *in l. 1. §. ſi quis propter in verb. per in integrũ de itin. actuque priuat.* Bald. *in l. cum te in princip. C. de donat. ante nupt.* Caſſan. *conſ. 1. n 89.* Alex. *conſ. 89. n. 13 lib. 2.* Surd. *in ſuo tract. de aliment. quaeſt. 39. tit. 9.* cum amittens lucrum quæſitum dicatur pati damnum *l. non amplius § fin. ff. de leg. 1. l. 2. §. merito ff. Ne quid in loco public.* niſi lucrum illud reuertatur ad eundem, à quo prius proceſſerat, quia tunc non diceretur pati damnũ aliquod, Mont. *deciſ. 47. n. 55.* Tiraquel. *in l. ſi tanquam in verbo donatione largitus, n. 192. C. de reuoc. donat. ante cos* Gloſ. *in l. ſi ita ſtipulatio de verbor. obligat.* quam ibidem Jaſ. notandam aſſeuerat.

Si quidem reſponſum dabamus in caſu, de quo agebatur minimè poſſe dici lucrum radicatum, tanquam ab alieno arbitrio dependens, *l. inde Neratius §. 1. verſic. quod ſi vno.* vbi Gloſ. *in verbo quia retrorſum ff. ad l. aquil.* cum liberũ ſit accedere ad quæ[illegible]n[illegible]què Ferreria, & malleatoria, & Bald. *l. 1. col. 2. C. de ſeruit. & aqu.* nam nemo poteſt prohibere, ne vadat quis ad alia Ferreria, Molendina, Malleatoria, & Carterias, niſi ad ſua, vt Barones non poſſunt prohibere Vaſallis, ne coquant panem, niſi in ſuis furnis vel ne molant, niſi in ſuis Molendinis, iuxta pragmaticam Regni 14. *ſub rubr. de Baronibus*, & [illegible]eò ipſi benè poſſunt furnos, & Molendina ad eorum libitum conſtruere Guid. Pap. *deciſ. 298.* Franc. Marc. *deciſ. 223.* Boer. *deciſ. 125.* Afflict. *deciſ. 388.* Capic. *deciſ. 209.* Clar. *in §. feudum quaeſt. 30.* adeò quod licèt inueſtitura ſit conceſſa cum Molendinis, furnis, hoſpitijs, nam per hanc clauſulam videtur conceſſa Baroni facultas prohibendi conſtructionem, & vſum conſtructorum: priuilegium enim non præſumitur cõceſſum in tertij præiudicium, vulgata *l. 3. §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loco public.* interpretatur enim dicta clauſula factã eſſe cõceſſionem prædictorum, ſi feudo inſunt, vt dictat pragm. 15. *ſub rubr. de Baronibus*, & tradit Viſill. *deciſ. 388.* quicquid dixerit in contrarium Guid. Pap. *in deciſ. 289.* contrarium aſſerens cum Jaſon. *conſ. 161.* quos confutat, & bene Crauett. *de antiq. tempor. 4. par. §. circa*, dicens cum communi opinione, quod iſta Clauſula nihil inducat nec ius probandi tribuat, Princeps enim ſeruitutem inducere non poteſt, nec ius quęſitum tollere, Gabr. latè *concluſ. 1. tit. de iure quaeſito*, Petra *de poteſt princip. cap. 26.* licet poſſit impedire futuras cõſtructiones, Brun. *conſ. 131.* Neque per indirectum licebit hoc Baroni, ſi quid enim pro iure furni & Molendinorum ſolui ſolet, non poterit ipſe hoc tributum relaxare in præiudicium aliorum, vt vices concurrant ad ſua Ripa *l. quominus ff. de fluminibus n. 131.* Anchar. *conſ. 105.* Cacher. *deciſ. 17.* nam ſtatuta, ſeu banna debent eſſe iuſta, honeſta, & rationabilia, *cap. erit autem lex 4. diſt.* & deficiente vno ipſorũ dicentur iniuſta,

Hoc

Hoc caſu deficit iuſtitia cum bannum alterum lædat, falſque colluſio, & fraus arguitur, quæ cuiquam patrocinari nõ debet, *l. itaque fullo ff. de furt. cap. dictum 30. quaſt. 1. cap. intelleximus de iudic. cap. tua 12. de cleric. non reſid. cap. ſedes capit. ex tenore de reſcript. cap. 2. de dolo capit. 2. de cognat. ſpirituali cap. 1. de colluſione detegenda, cap. tuas de vſur.* Tuſc. plenè *in concl.* 474. *liter.* F. & ſi non licet relaxando ſuum alteri præiudicare alterádo ius molituræ, furnagij, vel tappeti, nam ſolitam quotam exigere debet; Nec poſſe Dominum vnius molendini minuere cenſum in damnum alterius molendini, niſi eſſet elapſum tempus immemorabile, Guid. Pap. *deciſ.* 398. Boer. *deciſ.* 125. quinimò etiam ſi Baro habeat ius prohibendi in furnis, molendinis, & cæteris, intelligimus intra territorium, ſecus ſi aliò vaſalli velint accedere, quo loci habeant forſan meliorem farinam, tunc acceſſus eis non prohiberi poteſt, Anna *ſingul.* 68. ante eum Soc. *conſ.* 172. Ripa *de remediis ad conſeruandam vbertatem n.* 301. tamen declarant non procedere, ſi fieret in euidentem æmulationem, ſed quando hoc fieret ob cauſam, quia molendina Baronis non ſunt ita commoda, vel faciant peiorem molituram farinæ, vel ius molituræ eſt maius, vel aqua nõ eſt ſufficiens, maximè æſtiuo tempore ad molendas tantas quãtitates, tunc quia ad æmulationem fieri videtur, ſed quia quilibet tenetur ſibi vtilius procurare, non ſunt prohibendi vaſalli F. ecc. *de ſubfeud. author.* 41. Ann. *in rubr. de vaſallo decrepitæ ætatis n.* 69. *& ſing.* 557. & etiam ſi Baro legitime habeat ius prohibendi, id nõ extenditur, quod vaſalli pro vſu ſuo non poſſint habere centimula furnos, & tappetos in ſuis domibus, vt pluries noſtrum Sacrum Regium Conſilium decidit, & tradunt Marul. *ſingul.* 86. Bertac. de Gabell. *part.* 8. *artic.* 2. Guid. Pap. *deciſion.* 4.

Sed ad caſum noſtrum regrediendo præfatum lucrum, de quo plura verba eff... ſimus, tunc eſſet conſiderabile quando quis ex conſuetudine præſcripta, aut priuilegio obtinuiſſet, vt ipſe ſolus haberet Cartetias, Ferretias, Malleatoria Pannorum, Molendina, & ſimilia, tunc enim poſſet de iure prohibere, ne quis ædificet alia huiuſmodi conditionis, *l. venditor comm. prædior.* Bald. *conſ.* 463. *lib.* 4. Jaſon *in l. cominus n.* 85. vbi Ripa *n.* 81. *ff. de flumin.* quod etiam videmus in Baronibus, qui bene poſſunt prohibere, ne ſimilia ædificentur, ſi ex priuilegio appareat ipſis eſſe factam conceſſionem cum iure prohibendi ſuper furnis, Molendinis, & ſimilibus, vt cautum eſt *in dict. prag. regni* 14. *de Baronib.* & fatetur Anna *in ſing.* 586. quo in loco firmat quod, & ſi priuilegium deficiat conceſſioné iuris prohibendi præſumi ex releuio Curiæ, & aliis, vt ibi, Franch. *deciſ.* 103. *num.* 2.

Vnde rationabiliter in cauſa Magnifici Marcelli Petra fermæ, & Nicolai Martiani fuimus voti, licuiſſe ipſi Marcello prohiberi ædificium noui Malleatorij Pannorum ſtante præſuppoſita conſuetudine, quod nullus præter eum poſſit in illo loco huiuſmodi malleatoria facere, & cõſtruere, prout etiam per eandem conſuetudinem poteſt acquiri p... ſi..., vt ciues veniant ad meum Molendinum & non ad illud, Bald. *in cap. ſignificanti 69. in 1. not. n. 1. verſ. nota quod cernes, de appellat. in l. de quibus col. 9. in fin. n. 31. verſ. circa rationem ibi ſed an valeat conſuetud. de legibus.*

Et licèt opponeretur nullam potuiſſe in hoc induci poſſeſſionem, aut conſuetudinem, nam ex quo conſiſtit in libertate eius, qui vadit ad malleatorium, non acquiritur aliqua ſeruitus, licet per mille annos ita fuerit ſeruatũ,

Digitized by Google

Abb. *in cap. quod tranſlationem n. 4. de offic. leg.* Cyn. *in l. 2. quæſt. 3. C. quæ ſit longa conſuet.* quod plena manu confirmauimus *in tract. de priuil. miſerab. perſonarum priuil.* 24.

Replicabamus tamen, quia in facto adducebatur quod volentes ire ad malleatorium alterius fuerunt prohibiti, & illi prohibitioni acquieuerunt per longiſſimum tempus, quo caſu à tempore prohibitionis naſcitur præſcriptio, aut conſuetudo, Viſil. ad Afflict. *in deciſ.* 388. Capic. *deciſ.* 209. quæ facit, vt prohibitus tunc gerat actum non gratuitum, ſed meræ ſeruitutis, vt loquitur Bal. *in c. ſignificante de appell.* & ibidem declarat Abb. *notab.* 1. ſequitur Natta *conſ.* 106. *n.* 9. *& conſ.* 107. *lib.* 1. & ſequuta patientia continuatur poſſeſſio, DD. *in l. 1. C. de ſeruit.* quia in huiuſmodi ſeruitutibus negatiuis acquiritur poſſeſſio, dum quis conatur aliquid facere, & alius vetuit, & prohibitus deſtitit, cum in ſeruitutibus affirmatiuis poſſeſſio facto acquiratur, *l. 1. & 2. de ſeru. & aqu.* Bal. *in l. 2. C. eod. tit.* vbi quod acquiritur poſſeſſio iuriſdictionis per obedientiam, quando ſubditus deſtitit, ſi fuerit prohibitus à ſuperiore, dũ aliquid agere conabatur, cũ aliàs abſq; prohibitione nequeant acquiri iſtæ ſeruitutis negatiuę per cõſuetudinem, ſiue per præſcriptionem, *l. qui luminibus de ſeruit. Vrban. præd. l. ſequitur. §. ſi viam ff. de vſucap.* Franc. *in d. cap. ſignificante n. 2. & ſeq. de appell.* vnde euenit, quod ſi fuerit impoſita gabella, & à multis exacta, non ſoluentes conſtituit in quaſi poſſeſſione libertatis, Crauett. *conſ.* 112. *num.* 21. quem in facto ſequebamur in anno 1622. aduerſus ſententiam Alex. *in conſ.* 136. *n.* 18. *lib.* 2. qui requirit interpellationem communitatis, nam iſta interpellatio eſt neceſſaria, in actibus voluntariis, in quibus non acquiritur poſſeſſio, niſi poſtquam interpellatus recuſauit, vt fatetur Surd. *in conſ.* 133. *n.* 34. datum Neap. die 10. Auguſti 1625.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 1920.

Super Aretin. in l. clam. poſſidere de acquir. poſſ. ff.

¶ *Cauſa quæuis etiam iniuſta excuſat à dolo.*

AFfirmat hic Aretinus *not.* 1. quod cauſa quælibet etiam leuis, & iniuſta excuſat à dolo.

Amplia hoc non ſolum excuſare à dolo, ſed etiam à pœna, Rubin. *deciſ.* 119. vbi etiam quod excuſat à contumacia, & conſequenter à mulcta, quæ propter contumaciam imponitur.

Amplia, vt tanto magis ſupradicta locum ſibi vendicant in cauſa iuſta, quæ ſine dubio excuſat à contumacia Caſtillus *deciſ. Rot. Sicil.* 188. vbi etiam ait, quod quæ dicantur cauſæ iuſtæ excuſantes à contumacia remittitur arbitrio iudicis, affirmans etiam quod licèt aliqui dicant non excuſare cauſam leuem, ſiue iniuſtam à pœna pecuniaria, tamen hoc eſt intelligendum, quãdo diſpoſitio pœnalis, ſeu ſtatutum loquitur de imponendo pœnam pecuniariam abſque vlla doli expreſſione, quia tunc cum lata culpa æquiparetur dolo, non ſufficit cauſa leuis, ſiue iniuſta, ſecus autem ſi ſtatutum, ſiue diſpoſitio pœnalis tacitè, vel expreſsè dolum requireret, quia in tali caſu cum dolus requiratur, nec lata culpa dolo ęquiparetur, cauſa iniuſta etiam in pœna pecuniaria excuſat.

COLLECT. 1921.

Super l. penult. ff. de arbitr.

¶ *Dominus loci an comprehendatur ſub ſtatutis loquentibus de excluſione fœminarum?*

Per

Digitized by Google

PEr hunc text. firmant DD. quod Dominus loci non comprehenditur ſub ſtatutis loquentibus de excluſione fœminarum, & ita voluit Rota Balneoregien. bonorum 11. Februarij 1594. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, & in ciuitatis Caſtelli hæreditatis Veneris 1. Decembris 1606. coram Ludouiſio.

Aduerte tamen quod licet Dominus loci non comprehendatur ſub ſtatutis excluſiuis fœminarum tamẽ eius filiæ, & nepotes comprehenduntur, quia illæ ſunt dominæ, ſed ſubditæ, prout latè fuit dictũ in Balneoregien. bonorum 18. Maij 1588. coram Litta. Item ſciendum eſt, quod licèt ſtatutũ loci non afficiat dominum loci id intelligitur in partibus præiudicialibus, ſed ſi dominus loci in partibus fauorabilibus vellet vti dicto ſtatuto, poteſt ad inſtar quod dicitur de eccleſia, quæ licet non ligetur ſtatutis laicorum poteſt tamen in partibus fauorabilibus eis vti, & fuit dictum in Mediolanen. hæreditatis 15. Martij 1595. coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, & in Papien. bonorum 17. Februarij 1578. coram Card. Lancellotto ſeniore.

COLLECT. 2922.

Super Gloſ. in l. Pomponius §. rati ff. de procurator.

¶ *Citatio facta vni ex procuratoribus an inducat illius approbationem?*

AFfirmãt hic Gloſa, & DD. quod citans vnum ex pluribus procuratoribus cenſetur illum approbare pro procuratore in ſolidum.

Ita quod approbans in iudicio perſonam alicuius vti procuratoris, puta ſi faciat illum citare vti talem, nõ poteſt amplius opponere de defectu mandati Surd. *deciſ.* 104. *n.* 11. Rota *deciſ.* 169. *n.* 3. *par.* 2. *in recent.* fuit dictum in Pampilonen. de ſtella 15. Martij 1602. corã R. P. D. Coccino Decano, & in Bononien fideicommiſſi de Mauris 24. Nouembr. 1596. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & in Toletana decimarum de Cappella 6. Aprilis 1615. coram R. P. D. Andrea, & propterea non eſt amplius neceſſe producere mandatum poſtquam quis tanquam procurator fuit citatus, quia ex hac citatione adeo cenſetur approbata perſona procuratoris, vt amplius reprobari non poſſit, vt fuit dictum in Vrbinaten. penſionis 18. Junij 1619. coram R. P. D. Buratto, ideo Cautela eſt, quæ paſſim ſeruatur à cautis procuratoribus, quod in citatione non citetur quis ſimpliciter vti procurator, ſed cum clauſula, *aſſertus ſeu prætenſus.*

Hæc tamen omnia notabiliter limita non procedere quando in actis appareret de minus ſufficienti mandato, tunc enim non obſtante præ enſa approbatione poſſet opponi de defectu mandati, ita fuit dictum in Verolana ſupplementi legitimæ 18. Martij 1588. coram Illuſtriſſimo Cardinali Blanchetto.

Item non procedit quando approbatio eſſet facta à procuratore, quia procurator non poteſt approbare perſonam non legitimam in præiudicium domini, vt fuit dictum in dicta Verulana coram Cardinali Blanchetto *per deciſ. Biſigneti* 6. *de procurat.* Vlterius de recto contra iſtam deciſionem dum firmat per citationem vnius ex pluribus procuratoribus cenſeri approbatam illius perſonam pro procuratore in ſolidum eſt dicta deciſ. Verulana coram Blanchetto, quæ mouetur ea ratione, quia cenſetur quis citatus talis qualis eſt, & vt citanti minus præiudicatum cenſeatur, ſed hanc deciſionem quoad hoc caput in ſpecie ſecuta eſt

Digitized by Google

Rota in Toletana decimarum de Cappella 6. Aprilis 1615. coram R.P.D. Andrea.

COLLECT. 1923.

Super Caſtrenſ. in l. poſthumus §. ſi quis ex his ff. de inofficioſo teſtamento.

§ Res inter alios acta an, & quando alijs proſit, vel non proſit?

CAſtrenſis hic *n.5.* limitat regulam illam, quod res inter alios acta alijs non proſit, minimè procedere, & habere locum vbicunque de validitate teſtamenti contendatur, quia in tali caſu probationes contra aliquos in alio iudicio factę, & receptę plenam faciunt fidem, & iuxta hanc ſententiam deciſum refert Amat. *conſ. deciſ. 76. cent. 1.* vbi firmauit ſententiam, inter alios latam ſuper validitate teſtamenti alijs prodeſſe, & nocere.

Et quemadmodum ſententia aliis prodeſt, ita ſimiliter, & acta Afflict. *dec. 396.* in tantum, quod in ſingulis caſibus, in quibus res inter alios iudicata præiudicat, vel prodeſt eodem modo, & acta inter eoſdem habita etiam ſi nõ ſit res iudicata, proſunt eis, & nocent, quibus res iudicata prodeſſet, vel noceret, vt aliquando fuit dictum in Curia Archiepiſcopali præcipuè in anno 1626. in qua affirmabatur id eſſe verũ etiam quando agens proteſtaretur, quod non intendit ex geſtis per ipſum ius aliquod tertio quæri, nam adhuc effectus ſententiæ ad alios traheretur, cum hoc veniat ex facto legis, & non hominis, quod pariter reperio affirmare Amat. *in cit. conſ. 76. n. 3.* vbi ex hoc firmauit illatiuè inter alia, non poſſe litigantes in præiudicium iuris alteri quæſiti aliquid paciſci, nam ius quæſitum etiam ex pacto tertij non poteſt tolli ignorante, vel inuito eo, cui fuit quæſitum ad text. *in l. ſi poſt mortem §. fin. ff. de contr. tab. l. fin. ff. de pact.*

COLLECT. 1924.

Super Felin. in ca. cum cauſa col. 8. verſic. reſpectu autem fructuum de re iudicata.

§ Titulus ſi reducitur ad non titulum an fructus ſint reſtituendi?

ASſeuerat hic Felinus, quod vbi titulus reducitur ad non titulum res eſt cum fructibus reſtituenda.

Quare pro ornatu notabis, quod quando donatio cauſa mortis reuocatur reducitur ad non cauſam, & ideo res cum fructibus perceptis à tempore donationis reſtituitur, vt ex *l. cum quis ff. de condict. ob cauſ. l. videamus §. Idemque ff. de vſuris*, diximus in Curia Archiepiſcopali.

Et firmandum eſt, quod quando verè titulus non reducitur ad non titulum, ſed reuocatur, in tali caſu res abſque fructibus reſtituitur, vt fit in caſu *l. ſi vnquam C. de reuocand. donation.* nam reuocata donatione natiuitate liberorum, fructus non veniunt, niſi à tempore natiuitatis filiorum, & ſcientiæ donatarij Rubin. *deciſ. 232.* vbi aſſignat rationem, quia fructus non comprehenduntur cum re donata, vt cum ipſa reuocentur.

Et licet quidam Doctor ſit in opinione, quoad fructus reſtituendos nõ ſufficere ſcientiam donatarij de ſuperuenientia liberorum, ſed requiri pariter quod donator declaret ſe velle ex dicta cauſa donationem reuocare.

Tamen ego in hoc concurrere non poſſum, quia ex eo quod ſcit donatarius reuocatam eſſe donationem natiuitate liberorum, ſcit abſque titulo poſſidere ſaltem nullo, quia paria ſunt nullum

Digitized by Google

nullum titulum habere, vel ſaltem, qui ſit ipſo iure nullus, *l. nec vllam in princ. ff. quod metus cauſa.* Affl. ct. *deciſ.* 128. & ſic poſſidet cum mala fide, & fructus non facit ſuos, & conſequenter reſtituere tenetur ad tex. *in l. ſi nauis § fin. & l. fructus ff. de rei vendic. §. illorum inſtitut. de offic. iudic. l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ.*

COLLECT. 1925.

Super Angel. in l. hæreditas ex die ff. de hæred. inſtituend.

§ Diſpoſitio l. hæreditas ex die de hæred. inſti. non habet locum dato coherede.

COncludit hic Angelus diſpoſitionem præſentis legis non habere locum, nec procedere quando eſt datus cohæres.

Ad cuius ornatum, & confirmationem tu nota idem fuiſſe dictum per Rotam Romanam in vna Spoletana hæreditatis Veneris 10. Martij 1606. coram Ludouiſio deinde Gregorio XV. & aliàs dixit eadem Rota in Sabinen. ſeu nullius hæreditatis coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Pamphilio, quæ in hoc caſu regulam huius text. limitauit.

COLLECT. 1926.

Super Gloſ. in cap. ſi propter tua in verbo ſpecialis gratiæ de reſcr. in 6.

§ Onera qui, & quando, & quæ ſint deducenda in ſolutione penſionis?

COlligitur ex doctrina huius gloſæ, quod onera voluntaria, & arbitraria non ſunt deducenda, prout ita fuiſſe dictum à Rota Romana reperio in vna Cremonen. penſionis 28. Maij 1618. coram R.P.D. Caualerio, & in alia Romana penſionis Nouembris 1619. coram R.P.D. Baratto, in quibus deciſionibus fuit conſideratum non poſſe Rectorem ad libitum imponere onera voluntaria in præiudicium penſionariorum.

Vnde infertur, quod onus, quod poteſt per ipſummet titularem ſubiri minimè detrahendum eſt, Rota *deciſ. 158. n. 19. part. 1. in recent.* & fuit dictum in allegata Romana penſionis 6. Nouembris coram Baratto.

Hinc etiam eſt, quod onus vnius coadiutoris, ſeu Cappellani, & Vicarij non eſt detrahendum, vt fuit dictum in dicta Cremonen. penſionis, quia regulariter in parochiali vltra ſacerdotē ſufficit vnus ſimplex clericus, Caſſad. *deciſ. 19. de prabend.* Rota *deciſ. 56. part. 2. diuerſ.* fuit dictum in Valliſoletana ſeruitij 11. Ianuarij 1619. coram R.P.D. Andrea.

Bene verum ſi probaretur quod vnus Rector ſolus ſine alio ſacerdote coadiutore non poſſent ſupplere, tunc benè coadiutor diceretur neceſſarius, ſed ad iſtum effectum probari debet, quod ob defectum miniſtrorum, & multitudinem incolarū Infantes abſq; aqua baptiſmi, & homines ſine Sacramentis ab hac diceſſerint vita, Verall. *deciſ. 240 part. 2.* & fuit dictum in allegata Valliſoletana ſeruitij coram R.P. D. Andrea, vbi fuit quoque conſideratum non ſufficere probare; quod tempore quadrageſimali, & paſchalis non ſufficiat vnus Rector in audiendis cōfeſſionibus, & in ſubminiſtrando Sanctiſſimo Sacramento, quia tunc pro illo tempore tātum poteſt Rector vocare in auxilium alios ſacerdotes, & non opus eſt toto tempore anni huiuſmodi coadiutores retinere.

Et redeundo ad principalem concluſionem notabis eadem ratione non eſſe detrahendum ſalarium vnius factoris vti merè voluntarium non neceſſarium, vt dixit Rota in citata Cre-

monen.penſionis 1618. coram R.P.D. Caualerio, vbi cõſideratur, quod prædia poterant locari colonis portionariis, & ſic ceſſabit neceſſitas factoris.

Onera autem neceſſaria detrudenda ſunt, at ſalarium vnius clerici in minoribus conſtituti, qui inſeruiat miſſis, & cæteris neceſſariis iuxta diſpoſitionem text. *in cap. vt quiſque de vita, & honeſt. cler.* Caſſador. *deciſ.* 19. *de præb.* & fuit dictum in dicta Cremonen. vbi ſalariũ dicti clerici fuit taxatum ad ſcuta viginti quatuor, & in dicta Romana penſionis, vbi fuit ſolum taxatum ad ſcuta duodecim, ex eo quia eccleſia non erat parochialis inſignis, prout erat in dicta Cremonen.

Item ſunt ſubducenda onera expenſarum pro cultu diuino, ſcilicet pro cera, Hoſtiis, Vino, Oleo, pro luminaribus Sanctiſſimi Sacramenti, & pro muſica, & Feſto eiuſdem Eccleſiæ, & ſimilibus, vt fuit dictum in dicta Cremonen.

Et notabis, quod penſionarij concurrere debent pro rata ad refectionẽ domorum Eccleſiæ, & Fabricæ Eccleſiæ, vt dixit Rota in dicta Romana penſionis coram R.P.D. Buratto.

Prout quoq; ſunt deducenda cambia, quæ pro trãſmiſſione pecuniarum à loco beneficij ad locum, vbi ſoluenda eſt penſio titularis patitur, vt dixit eadem Rota in vna Monopolitana penſionis 5. Aprilis 1598. coram R.P. D. Orano.

COLLECT. 2927.

Super Bar. in l. ſingular a ff. ſi certum petatur.

¶ *Solutio coram Notario, & teſtibus an probetur ex fide ipſius Notarij?*

COlligitur ex dictis per Bart. *hic n.* 22. quod ſolutionem fuiſſe factã coram Notario, & teſtibus probatur ex fide eiuſdem Notarij atteſtantis in inſtrumento numerationem fuiſſe factam, & ita in materia venditionis cenſus pro ornatu Bullæ Pij V. nouiter fatetur Monach. *deciſ. Florent.* 9. ea ratione quia huiuſmodi inſtrumentum facit rem certam, & manifeſtã, ita quod hanc probationis ſpeciem eſſe releuantem firmauit Rota in vna Bononienſi cenſus 15. Februar. 1599. coram R.P.D. Penia, in alia Romana cenſus 23. Februarij 1608. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Ludouiſio, poſtea Gregorio XV. & coram eodem in alia Romana cenſus 8. Martij 1610.

Diceretur autem Notarius facere fidem de reali numeratione, ſi dicat quod Ioannes dedit, & numerauit, nam verbum numerauit actum hominis deſignat, ideſt numerationem, vt dixit Rota in Bononienſi cenſus 15. Februarij 1599. coram R.P.D. Penia, & coram eodem aliàs in Aſſiſienſi cenſus 29. Nouembris 1604.

Quæ probatio clarior reſultaret, ſi Notarius illis verbis, dedit, & numerauit adderet dictionem realiter, vel dictionem cum effectu, vt placuit Rotæ in vna Ianuenſi cenſus 28. April. 1603. coram R.P.D. Manzanedo, vel ſi addidiſſet dictionem manualiter: eadem Rota in allegata Ianuenſi cenſus, & abſque dubio ſi adderet illa verba coram me Notario, & teſtibus Antonin. *variar. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 44. quia in tali caſu verba dicuntur omnino reſtricta ad viſum Notarij, & teſtium, & verificari nullo modo poſſunt in confeſſione partium Surd. *deciſ. Rot. Mantuæ* 284.

Quæ clarius inſurgeret, ſi Notarius in inſtrumento confecto ſuper venditione cenſus diceret, quod venditor cenſes habuit, & recepit ſcuta tot in ſui, & teſtium præſentia in prompta pecunia in tot tarenis, quæ ad ſe attraxit, vt

xit, vt dixit Rota in Bononienſi cenſus 15. Februarij 1599. coram R.P.D. Penia, & aliàs.

Prout etiam ex verbis Notarij probata diceretur numeratio precij, ſi ipſo actu contrahendi, ſi in inſtrumento dixerit Joannes habuit, & recepit à Sempronio dando, & ſoluendo, & ſic loqueretur per gerundium, quia ita gerundia ſonāt in factum, quod ipſius Notarij viſui ſubijcitur, vt aliquando fuit dictum in Curia Archiepiſcopali.

Sed ad ornatum hic dictorum, & pro coronide memoratæ bullæ Pij V. vide ſequentem diſcurſum in quadam facti contingentia editum à iure Conſulto Lucano cuius tenor eſt, vt ſequitur videlicet.

HOdie ſtante bulla felicis recordationis Pij V. ſuper cenſibus, nulla cadit dubitatio quod precium cenſus debeat ſolui in pecunia numerata, cum in ea expreſſe hoc cautum reperiatur, & ideo DD. omnes affirmant id de ſubſtantia eſſe, ac de forma fuiſſe per talem bullam ſancitum, vt per Surd. *in conſ.318.n.8.& ſeq.lib.3.* Lopez *in tract. de contract. lib. 1. c. 59. verſic. adhuc*, & alia Intriglol. *de cenſibus quaſt. 97.* Anton. *variar. reſolut. lib.1. cap. 44.* & Gratian. *in deciſ.26.*

Et ſi precium cenſus ſoluatur in pecunia numerata contractum eſſe nullum tam in foro exteriori, quam in interiori dicit Molin. *in tract. de contract. part.2. diſput.390.n.1. in fin.* etiam ſi precium conſiſtat in auro, vel argento rudi, & elaborato, non autem excuſſo gratia expendendi, vt deducit Felicia. *de cenſib. tom.2. lib.1. c.4. n.4.* & non diſſentit Roder. *in tract. de annuis redditibus quaſt. 13. n.* ... ex quo Rebell. *de oblig. iuſtit. lib.10. quaſt. 1. n.21.* firmauit poſt præfatam bullam Pij V. non cenſeri perfectū contractum cenſus antequam preciū in pecunia numerata ſolutum fuerit, & Salon. *in tract. de contract. & commerc. human. in tit. de cenſib. art.3. controuerſ. 7.* aſſerit dictæ bullæ verba iſtud apertè habere, neque in alium ſenſum transferri debere, & hanc Pij V. diſpoſitionem eſſe ad vnguem obſeruā iam aliàs cenſum eſſe nullum multoties cenſuit Rota, & præciſè in vna Calaguritana cenſus 11. Decembris 1601. coram Litta, & in vna Romana cenſus eadem die coram Sacrato, & in Romana precij palatij 15. Januarij coram Juſto, & in vna Aſſiſienſi cenſus 5. Maij 1608. coram Coccino.

Quare cenſus, pro cuius precio datur in ſolutum aliqua quæuis res omninò eſt nullus, vt per Rebell. *de oblig. iuſtit. lib.10. quaſt.6. n.9.* Bonacin. *de contract. diſp.3. quaſt.4. puncto vnic. n.21.* prout etiam nullus eſt ille, qui emitur per delegationem nominum debitorum, vt firmat. Felic. *de cenſibus tom.2. li.1. c.8. n.10.* ſicut etiam eſt nullus ille, in quo loco precij dantur in ſolutum fructus aliorum cenſuum decurſi, & non ſoluti Nauar. *de vſur. n.94.* Boccac. *de cenſibus part.1. n.10.* Felician. *in d. tract. tom. 1. lib.1. c.9. n 16.* Intriglol. *in eiuſdem nominis tract. q.48.* Leſſ. *in tract. de iuſtit. & iur. lib.2. c.22. dubit.12. n.87.* quidquid dicat Auendanus, quem in cauſa Antonij Sabulli reſpui *in ſimili tract. de cenſibus cap.28. n.11. & 12.*

Et ſi pecuniæ fuerint depoſitatę penes aliquem ea conditione, ne poſſint amoueri abſque conſenſu puta Joannis, ſi Joanne non conſentiente conuertantur in emptionem cenſus, contractus erit nullus ea ratione, quod emptus fuerit cenſus abſque precio, vt declarauit Rota in vna Peruſina, ſeu Eugubina cenſus 27. Martij 1596. coram Illuſtriſſimo olim Card. Bianchetto.

Et hinc eadem ratione nulla, & inualida eſt emptio cenſus conſtituti ab eo, qui cum emit fundum, & non ha-

Digitized by Google

bens pecunias in promptu, quibus precium fundi ſoluat, imponit cenſum ſuper ſuis bonis illum dat venditori prædij loco precij cenſus, vt per Lopez *in tract. de contract. lib. 1. c. 89. verſ. ſecundum corollarium*, vbi poſt Garz. & Medin. quos citat, aſſerit in vim cenſus talem contractum ſuſtineri non poſſe, quod pariter approbauit Rota in vna Senogallien. cenſus 26. Aprilis 1597. coram Penia, & in alia Romana nullitatis cenſus 9. Decembris 1602. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, quamuis cõtrarium defendat Guttier. *pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 162.* quem ſectatur Cæual. *commun. contra commu. quæſt. 163. n. 51.*

Verum ſi ex ipſomet inſtrumento venditionis prædij appareret de integra precij illius ſolutione facta in pecunia numerata, licèt illicò eædem pecuniæ forent datæ ad cenſum ipſimet emptori cenſus talis contractus, & cõſtitutio cenſus ſuſtineretur non ſecus ac ſi cenſus fuiſſet conſtitutus, & venditus præſenti pecunia, nam cum iſta numeratio pecuniæ facta ad computũ præcij prædij empti afferat emptori illius vtilitatem, & commodum, quia conſequitur liberationem ab obligatione ſoluendi illud precium, licèt dictæ pecuniæ penes venditorem prædij momento tantum temporis permanſerint, ex iſta tamen momentanea ſolutione dominium acquiſiuit ille, qui ſtatim eas reſtituit ad cenſum emptori prædij, vt conſiderat Bart. *in l. qui ſic ſoluit in fin.* & ibi Caſtr. *ff. de ſolut.* Bal. *in l. ſi ſibi pecuniam n. 1.* vbi etiam Alex. *n. 5.* & Dec. *in fin. ff. ſi cert. pet.* & ideò potuit illicò pecuniam illam reſtituere in emptionem cenſus, nam iſti duo actus ſolutionis precij fundi empti, & emptionis cenſus ſunt conſiderandi tanquam ſeparati, vt animaduertebat in iſtis terminis Rota in illa Romana nullitatis cenſus 9. Decembris 1602. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto.

Et in tantum precium cenſus debet ſolui in pecunia numerata, quod neq; ſufficit ſolui partem in pecunia numerata, & partem in alia ſpecie æſtimata, aliàs cenſus indiſtinctè nullus, & inualidus in totum redderetur, vt per Caſſad. *in conſ. 63. n. 14.* vbi id multipliciter cõprobat Nauar. *de vſur. n. 78. & in conſ. 1. de empt. & vendit. lib. 3.* Honded. *conſ. 25. n. 34. lib. 2.* Lopez *de contract. lib. 1. c. 59. poſt princ. verſic. veruntamen*, Molin. *in ſimil. tract. part. 2. diſp. 390. n. 1.* Azor. *inſti. moral. part. 3. lib. 10. c. 8. quæſt. 2.* Rota in vna Foroliuienſi cenſus 13. Nouembr. 1589. coram Orano, ſicque dicebam in cauſa Natalis de SanctoSeuerino cum Jo. Baptiſta grande in anno 1623. nam actus contra naturam contractus inualidat totum contractum *cap. fin.* vbi DD. *de condit. appoſit. l. per ſeruum §. fin. ff. de vſu, & habitat.*

Nec turbabat, quod contrarium in hoc ſectabatur Boninſig. *in tract. de cenſibus c. 5. n. 4.* & ex traditis per Felician. *in eiuſdem nominis tract. lib. 1. tom. 2. c. 4. n. 6. verſic. quam reſolutionem*, vbi cogitur defendere ſuſtinendum præfatũ cenſum ſaltim pro parte, pro qua precium fuit ſolutum in pecunia numerata, quia vtile per inutile non debet vitiari, ad text. *in l. pecuniæ ff. de vſur.* vbi Gloſ. & DD. *l. 1. §. item quæritur ff. de aqua quotid. & æſtiu. l. pedius ff. de recept. arbitr.* late Tuſc. *concluſ. 573. lit. V.*

Si quidem conſiderabam primò, quod vbicunque in totum alteratur natura contractus, qui geritur etiam in indiuiduis vtile per inutile vitiatur, quia in tali caſu intereſt partis contrahentis non valeat pro parte, ſed in totum corruat, & vitietur, Viuius *deciſ. 369. n. 22. lib. 2.* antè eum Seiſel. *in tit. qui feud. dat. poſſ. col. 2. verſic. tertio poteſt*, ſed in caſu noſtro ſuſtinendo contractum

cenſus

cenſus, in quo precium fuit ſolutum partim in pecunia numerata, partim in alia ſpecie alteratur in totum natura contractus cenſualis, quæ eſt, vt integrum precium ſoluatur in pecunia numerata, & intereſt venditoris cenſus, vt totus contractus vitietur, quia liberatur penitus, & omninò ab onere ſoluendi fructus, & annuas reſponſiones ex dicto contractu.

Propterea quod cum habeamus pro forma ſubſtantiali huius cenſualis cõtractus, quod totum, & integrum previum cenſus ſolui debeat in pecunia numerata, vt ſupra deductum fuit, ſi committatur contra dictam formam vtile per inutile vitiatur, vt fatetur ipſemet Felic. *dict. n.6. verſ. nec obſtat* poſt Alciat. quem allegat *in l.1.§. ſedes ſi mihi Pamphilio in verbo neque vitiatur vtilis n. 6. & ſeq. ff. de verb. obligat.* & per conſequẽs ex vitio minimæ partis formæ totus contractus vitiatur, cũ forma licet in minimo deficiat, actus corruit *l. cum hi §. ſi pretor ff. de tranſact.* Azeued. *in lib. 18. nu. 4. tit. 21. noua recopil. lib. 4.* Tuſc. *concluſ. 415. lit. F. non eſt indiuiſibilis l. ſi veritas C, de fideicom.* Molin. *de primog. lib. 1. c.9. n.17.*

Et quamuis Felician. ex Alberico *in dicta l. pecuniæ ff. de vſufructu*, neget hoc procedere quando vitium non eſt in forma, ſed in materia, quale dicit eſſe in caſu propoſito, in quo contractus dicit ipſe habet integram formam emptionis, & venditionis, vnde ex accidenti vitiari non debet, nõ tamen exiſtimo à præcedenti concluſione eſſe recedendum, cõtractus enim emptionis, & venditionis ſubſtantia, & integritas æquè conſiſtit, & coniunctim requirit rem quæ venditur, precium, quo venditur, & conſenſum ipſorum contrahentium gl[illegible] *in l pacta conuenta in princ. in verb. ex precio ff. de contr. empt.* Roman. *in l. Titia n.16. verſ. tu aduerte ff. ſolut. matrim.* Jaſon. *in l iuris gentium §. adeo n.1. ff de pact.* Bertaz. *in tract. de clauſul in proœm. n.18.* & alij p[illegible] licet autem in emptionibus aliarum rerum ſolui poſſit precium in aliis rebus æſtimatis, vt dictum fuit, & not. Fab. de Monte *in ſuo tract. de empt. & vendit. quæ. 8. n.2.* ſpeciali tamen ratione conſtitutum fuit in cõtractu cenſus, vt in illius venditione pro forma ſubſtantiali ſolui debeat integrum precium in pecunia numerata, vt dictum eſt, & propterea quo ad hoc non ex regulis iuris cõmunis, ſed ex ſua propria forma celebrandus eſt, & vitium reſpectu ſolutionis precij tanquam contra formam, non contra materiam ipſius contractum illum in totum vitiare debet.

Quod quidem precium in pecunia numerata debet ſolui tempore contractus cenſualis coram Notario, & teſtibus ad euitandas fraudes, & ſimulatas ſolutiones, & omnem prauam vſurarum ſuſpicionem ex cit. bulla Pij V. animaduertunt Boccac. *in tract. de cenſibus p.1. n. 44. & ſeq.* Felician. *in eiuſdem nominis tract. tom. 1. li. 1 c. 9. n* 10. voluitque Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio 29. Martij de anno 1593. & in Rauennatenſi Saluiani interdicti 12. Januarij 1607. coram R.P.D. Manzanedo, quæ declarauit contractus ſub alia forma factos eſſe nullos, & fœneratitios, quia cũ fuerit hoc pro forma ſubſtantiali diſpoſitum debet adimpleri Mathil. *deciſ. 94. n.3. & ſeq. lib. 1.* Anton. *var. reſolut. lib. 1. d. reſolu. 44. nu.3.* & benè colligitur ex Rota in vna Bononienſi cenſus 15. Februarij 1599. coram R.P.D. Pena, & in Romana precij palatij 15. Januarij 1607. coram R.P.D. Jatto, ſicque dicebam requiſitus de voto in cauſa Magnifici Salutij Saluelli cum Matthæo Maricoda, & hoc in anno 1624. dum firmabam nullum eſſe cenſum, in cuius

emptione precium fuerat ſimpliciter oſtenſum non autem numeratum coram teſtibus, & notario, vt apud Nauar. *de vſur. n.* 88. Mond. *conſ* 15. *num.* 36. *lib.* 1. Salon. *de contractib. & commerc. human. in tit. de cenſib. controu.* 7. *nu.* 6. *art.* 3. & ita pronunciauit Rota in Romana ſimulationis cenſus 6. Aprilis 1601. coram R.P.D. Iuſto, bulla enim dicti Pij V. *in verſ. rurſū niſi verè*, voluit quod precium cenſus verè ſolueretur coram teſtibus, & Notario, quæ particula, verè importat veritatem numerationis, & effectualem numeratione, vt apud Marchesi. *de commiſ in cap. de commiſſ. appell. in cauſ. camer oblig. p.* 1. §. 2 *n.* 58. vnde impropriam, & non veram numerationem excludit, cum talis dictio excludat omnem fictionem Gonzal. *in regul.* 8. *Cancel. gloſ.* 15. *n.* 5.

Et hæc ſolutio taliter facta probabitur ex fide Notarij atteſtantis in inſtrumento venditionis cenſus, talem numerationem factam fuiſſe ad tradita per Bart. *in l. ſingularia n.* 22. *ff. ſi cert. petatur*, & ita in terminis ſcripſit Auendanus *in tract. de cenſibus hiſpan. c.* 44. *n.* 1. & poſt Monach. *deciſ. forenſ.* 9. *n.* 9. quam probationis ſpeciem eſſe releuantem firmauit Rota, vt apud Cardinalem Illuſtriſſimum Manticam *deciſ.* 302.

Quæ probatio clarior redderetur, ſi Notarius illis verbis dedit, & numerauit, adderet dictionem realiter vel dictionem, cum effectu, Corn. *conſ.* 61. *n.* 13. *lib.* 3. Soccin. ſen. *conſ.* 143. *n.* 4. *lib.* 1. vel ſi adderet dictionem *Manualiter*, Caſtr. *in ſingul. ff. ſi certum petatur n.* 9. vel ſi adderet dictionem, *vere*, Felin. *in cap. ſi cautio extra de fide inſtrumentorum numero* 50.

Et hæc breui manu in hoc diſcurſu adduxiſſe ſufficiat in tam arcto tempore, quod conceditur. dat. Neap. die 19. Auguſti 1625.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2918.

Super Bald. in cap. ad audientiam il 2. num. 9. de reſcript.

Cenſus impoſitio eſt ſpecies alienationis.

AFfirmat hic Baldus cenſus impoſitionem alienationis ſpeciē eſſe, & ita dixit Rota in Romana inualiditatis cenſus 24. Maij 1591. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, & in alia Leodienſi cenſus 29. Ianuarij 1596. coram R.P.D. Orano, & in eadē cauſa 15. Ianuar. 1597. coram R.P.D. Corduba & in vna Rom. reſtitutionis dotis 17. Martij 1600. coram Sacrato.

Vnde infertur, quod ſicuti prodigus alienare nequit Gratia *deciſ.* 35. ita pariter neq; poteſt imponere cenſum, vt deciſum in Rota Romana refert Nouarius *in ſummula, ſiue tractatu de priuilegiis legatorum, & donationum pro incertis, & malè ablatis factorum priuilegio* .... vbi etiam affirmauit, quod ſicuti eſt inualidus quilibet contractus alienationis à prodigo celebratus *l. is cui bonis*, & ibi DD. *ff. de verb oblig.* ita quoque inualida, & nulla cenſenda erit cenſus impoſitio, ita vt nec etiam iuramento firmetur ex Franc. *deciſ.* 672. qui voluit id axioma eſſe, verum, & procedere poſtquam prodigo ratione ſuæ prodigalitatis interdicta ſit adminiſtratio ſuorum bonorum, & propterea curator ei datus ad text. *in l.* 1. *C. de curat. furioſi* §. *ſi furioſi inſtit. de curat.* nam ſicuti antequam illi interdicatur rerum ſuarum adminiſtratio, eique curator detur, poteſt validè bona ſua alienare, eodē etiam modo conſtitutio cenſus à prodigo ſuper ſuis bonis facta antequam illorum adminiſtratio ſit ei interdicta, & curator datus ſuſtineri, & pro legitime facta haberi debet, aliquando fuit dictum in Curia chiepiſcopali.

COL-

COLLECT. 2929.

Super Alberic. in l. Imperator ff. de tutel. & rat. diſtrahend.

¶ Ruſticus litigans cum vniuerſitate an ſit cogendus ſoluere gabellam quæ imponitur pro expenſis litis.

PEr hunc text. firmat hic Albericus, Ruſticum litigantem cum ſua vniuerſitate non eſſe cogendum ad ſoluendam gabellam, quę imponitur pro expenſis dictæ litis, & ita dixit Rota in Seguntina expenſarum Lunæ 12. Junij 1606. coram Ludouiſio, in qua etiam fuit dictum, beneficiatum non teneri ad contributionem expenſarum; quas faciunt alij beneficiati cum ipſo litigante, quod per prius confirmatum fuerat 7. Februarij 1594. coram Illuſtriſſimo Cardinali Mantica.

Nec non notabis non poſſe capitulum ex maſſa communi deſumere pecunias pro ſuſtinenda lite mota contra dignitates, vt reſoluit eadem Rota in vna Burgenſ. ſeruitij 20. Nouembris 1595. coram R.P.D. Litta.

Verum eadem Rota ſemper ſequuta fuit hanc diſtinctionem, quod aut lis reſpicit vtilitatem, & intereſſe eccleſiæ, & tunc fieri debet expenſis cõmunibus, & conſequenter ex burſa communi, aut nullum verſatur intereſſe eccleſiæ, ſed potius priuatum, & tunc expenſæ non ſunt faciendæ de communi, Rota *deciſ.* 138. *par.* 1. *in recent.* & fuit dictum in Tiraſonen. iuris votandi coram R.P.D. Manzanedo, & in Pampilon. de Sangueſta 3. Aprilis 1609. coram R.P.D. Ortembergo, & in Burgen. ſeruitij 20. Nouembr. 1595. coram R.P.D. Litta.

Dicitur autem agi de intereſſe eccleſiæ, quando lis eſt cum extraneis, ſecus autem ſi ſit inter eoſdemmet de eccleſia, Rot. *d. dec.* 138. *ſub n.* 1. *p.* 1. *in rec.*

COLLECT. 2930.

Super Bar. in l. 1. C. de pactis.

¶ Renunciatio an trahatur ad ius de futuro?

AFfirmat hic Bartolus, quod renunciatio non trahitur ad ius de futuro, & ita dixit Rota in Romana cenſus ſcutorum decem, & octo millium Veneris 16. Junij 1606. coram Gregorio XV.

Amplia, hanc concluſionem procedere quod etiam ſi ſit renunciatũ iuri de futuro intelligitur de iure de futuro habente tamẽ cauſam de præterito, Rota *deciſ.* 549. *part.* 2. *in recent.* vbi teſtatur de cõmuni Doctorũ ſententia.

Et de hac materia renunciationis vide ea, quæ cumulauit Nouar. *in ſua praxi dationis in ſolutum queſt.* ..... *& in praxi elect. & variationis fori quæſt.* 8. *& quæſt.* 9. *&* 10. *ſect.* 1. *in ſecunda impreßione Neapolitana.*

COLLECT. 2931.

Super Couar. in cap. ſi hæredes de teſtamentis.

¶ Heres non conficiens inuentarium tenetur probare non extare alia bona ex quibus detractiones facere poßit.

INter cætera, quæ notat hic Couar. *n.* 9. affirmat quod hæres qui adiuit hæreditatem non confecto inuentario propter malam præſumptionem ſubtractionum bonorum hæreditariorum tenetur probare non extare alia bona, ex quibus poſſit facere ſuas detractiones, & ita etiam voluit Rota apud Card. Seraph. *deciſ.* 609. *n.* 6. *&* 7. Surd. *deciſ.* 316. *ſub nu.* 13. *& ſeq.* Rota in Romana de Herculanis 7. Junij 1581. coram R.P.D. Blanco, in qua fuit dictũ quod alia deciſio in eadẽ cauſa facta, quæ reperitur impreſſa *deciſ.* 110. *part.* 2.

diuerſ. fuerat facta cum præſuppoſito, quod extaret inuentarium, quo non exhibito ibi reſoluitur onus probandi non extare alia bona, ex quibus fieri poſſet ſufficiens detractio præter fideicommiſſo ſubiecta, & particulariter legata incumbere hæredi, & ita etiam fuit dictum in Romana legati 29. Aprilis 1616. coram R.P.D. Caualerio, & in Bononien. de poëtis 4. Maij 1615. coram R.P.D. Vbaldo, & in Romana de Stefanellis 24. Aprilis 1617. coram R.P.D. Remboldo.

Nota tamen quod aſſerenti extare alia bona, ex quibus dos detrahi poſſit incumbit onus probandi, Mantic. *deciſ.*152.*ſub n.*5.

Et ſic etiam fideicommiſſario opponenti extare alia bona libera, ex quibus fieri poſſit detractio legitimæ, & Trebellianicæ præter fideicommiſſo ſubiecta incumbere onus probandi, firmauit Rota *deciſ.*210.*part.*2.*diuerſ.*

COLLECT. 2932.

Super Rip. in capit. cum M. Ferrarienſis de conſtitutionibus.

¶ Proteſtatio contraria facto an ſuſtineatur, & quando?

RIpa in hoc textu multa quidem cumulat in materia proteſtationis, quibus tu adde quod proteſtatio non habenti ius minimè afficit Magon. *deciſ. Rot florent.*150.*n.*15. quæ conſeruat ius proteſtantis Garzias *deciſ. Bononia.*86.*n.*48. tamen actus contrarius tollit proteſtationem, Viuius *deciſ.* 251. quod maximè verum eſt, quando actus proteſtationi contrarius cum alio geritur.

Sed quando proteſtatio per contrarium actum non tollatur, vide Theſaurum, qui id declarat dec. Rot. Pedemont. *deciſ.*227.

Nec non notabis, quod proteſtatio in confirmatione ſufficit ad conſeruandum ius quod quis habet, vt in facto vigore regulæ text. *in l. non ſolum* §. *morte ff. de noui oper. nunciat.*

Et proteſtatio declaratoria vbi de præiudicio tertij agitur debet fieri vel ante, vel poſt actum, ante tamen confirmationem, & non ex interuallo maximè quando præſumptio eſt contra declarantem, vt dixit Rota apud Ludouiſ. *deciſ.*7.*n.*10. qui *in deciſ.* 44.*n.*8. affirmat in iudicialibus illam repeti debere in quolibet actu, & *deciſ.* 399. affirmat, quod partis aduerſæ proteſtatio, quod cauſa ſit cognoſcenda coram vno auditore iuncta declaratione Rotæ operatur, vt ſuſtineantur geſta coram dicto Auditore.

COLLECT. 2933.

Super Clement. 1. de præbendis.

¶ Clauſula appoſita executioni contractus, an nullum reddant effectum?

PEr iſtum textum firmant Doctores, quod quando clauſulæ apponuntur executioni ipſius contractus, nullum reddunt effectū, ita vt nullam dicti contractus proprietatem remoueant, & ita dixit Rubin. *deciſ.*189. vbi propterea infert *num.*33. quod clauſula conſtituti poſſeſſoria cum recipiat executionem, propterea verba appoſita in verbis executiuis non immutant principalem diſpoſitionem, de qua materia, cum viderim aliqua notata per I.C. Lucanum volui illa pro vtilitate hic reponere, & ſunt tenoris ſequentis videlicet.

QVamuis vbi clauſulæ apponuntur executioni ipſius contractus nullius ſint effectus, nec diſpoſitionis, ſeu contractus naturam mutent ad

textum

text. *in Clem.1.de præbend.* cum notanter conſideratis à Felin. *in conſ.43.n.15.cum ſeq.* vbi plura recenter exempla Dec. *in l.non omnis ff.ſi cert.pet.* Pereira *in tract.de nomin.emphyt.quæſt.22.n* 30.

Vndè cum clauſula conſtituti poſſeſſoria reſpiciat executionem Berous *conſ.184.num.7.& 17.lib.1.* Cacher. *de ciſ.174.num.4.* ideò verba appoſita in verbis executiuis inueſtituræ, in qua deſcendentes fuerunt vocati non mutant principalem diſpoſitionem, nec admittuntur hæredes tantum, niſi ſint deſcendentes, vt probat Rub *conſ.110. col.fin.* Menoch. *conſ.62.num.33. & conſ.160.nu.38.lib.2.* Parıſ. *conſ.5.num.5.lib.1.* vbi affirmauit, quod quando in inueſtitura in clauſulis executiuis non dicitur feudum eſſe hæreditarium, & nihil refert ad alteram vocationem maſculorum, quod in executiuis fœminæ videantur vocatæ, vt dicit Cephal. *in conſ.26.num.49.* & verba, *heredibus, & ſucceſſoribus, & ab eis deſcendentibus* appoſita in executiuis nihil operantur iuxta ſententiam Siluan. *in conſ.98.num.3.*

Et ideò videmus, quod licèt regulariter relatiuum importet conditionem *l.nuper ff.de legat.3.* latè Coſta *ſelect interpret.lib.1.cap.6.* vbi quod propterea impedit tranſmiſſionem, vt dicit *in cap.7.* hoc tamen non procedit, quando relatiuum reſpicit executionem legati, & ſolutionem, non autem ſubſtãtiam, quia tunc nõ impedit tranſmiſſionem *l.ſi Titius §.cum ita* vbi Bald. *ff de leg.2.* Zanch. *in l. hæredes mei §.cum ita nu.77. part.4.ff.ad Trebell.* & quando vnus vocandi modus tantum eſt expreſſus in Bulla, & in executoriis literis omnis modus, non venit alius modus, quia literæ executoriæ minimè ampliant, vt per Rebuff. *in ſua prax.benefic. in forma ſignatur.ſimplic.prouiſ.nu.7.* & ideò clauſula, *non obſtãtibus*, minimè ampliat diſpoſitionem, Bald. *in l.eam quam num.3. C.de fideicommiſſ.* Ruin. *conſ.29.nu.5.lib.1.* ita quod clauſulæ derogatoriæ appoſitæ in executione literarum Apoſtolicarum non ampliant gratiam Cardin. *conſ.16.in tit.de præbend.* Pariſ. *conſ.4.nu.36.lib.1.* Rebuff. *in ſua praxi benefic.in 3. part.ſign.in verbo cum derogatione ſtatutorum num.6.* & verba appoſita in fideicommiſſo acceſſoriè, & ad executionem etiam per modum rationis, non ampliant fideicommiſſum, Dec. *conſ.377.num.7.* & gerundium minimè facit conditionem, quando reſpicit exercitium, & executionem, Bald. *in l. & ſi poſt res ff ſi quis caut.* & fratres renunciantes primogenituram in clauſula exequutiua non ita ſibi præiudicant. Zaſ. *in conſ.10.nu.34.lib 2.* Zanch. *in d.l.hæredes mei §.cum ita part.4.nu.150.*

Quid... nota Abb *in cap.cum veſtris de conceſſ.præbend.* firmat, quod ea quæ ponuntur in executione gratiæ nõ firmant gratiam vitio ſubreptionis, Domin. *conſ.36.* Simbil. *de liter.gratiæ in titulo de vi, & effect. clauſul. verſic. vlterius ſciendum eſt.* & clauſulæ poſitæ in executione diuiſionis non augent diuiſionem, Ruin. *conſ.137.num.10.lib.2.* vndè inquit Soccin. iun. *in conſ.116.num.33. lib.1.* quod ſi inter fratres eſt facta diuiſio bonorum communiũ, & fuit promiſſum de non reuocando talem diuiſionem, talis promiſſio non ampliat diuiſionem vltra id, quod principaliter importat diuiſio, nec cenſetur renunciatum fideicommiſſum, ſequitur Sim, de Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib.3.dubit.6.ſolut.5 num.13.* Menoch. *de præſumpt. lib.3.præſumpt.115.num.43.* & verba poſita in priuilegio in verbis exequutiuis non alterant ſubſtantiam priuilegij, Siluan. *conſ.4.nu.17.* & conſtitutum in verbis executiuis ad tempus mortis non ſuſpendit quodlibet aliud tempus appoſitum in verbis executiuis Bald. *in l.2.C.de iur.dot.* Alex. *in l.*

quod dotis fallent.7.ff.ſolut.matrim. Natta *conſ.453.num.2.*

Verum ego Nouarius puto verba ſcripturarum, & mentem concedentium vel contrahentium in omnibus iſtis cōſiderari debere per regulam tex. *in l.in conuentionibus ff.de verb.ſign.* ex quo dico, quod clauſulæ conſuetæ additæ in executiuis operantur iuxta opinionem, Simon de Præt. *in conſ.121.num.4.* Burſat. *conſ.183.num.24.lib.2.* Natt. *conſ.582.lib.3.* Gabriel. *concluſ.4.num.5. & 6. de conſuet.* & clauſulæ executiuæ ampliant, & extēdunt diſpoſitionem, quando aliàs tales clauſulæ nihil operarentur, ſi credimus Rip. *in l.qui Roma §.duo Fratres nu.84.ff. de verb.oblig.* Soccin. *in conſ.93.num.27.lib.3.* Cephal. *conſ.40.num.14.* Menoch. *conſ.333.num.24.lib.4.*

Et aduertendum dico quod licèt clauſulæ executiuæ non amplient diſpoſitionem iuxta ſuperius relata, declarant tamen intentionem diſponentis Bert. *in l.centurio verſic.quid enim ſi dicit, ff.de vulg. & pupill. ſubſtit.* Bal. *in l.eam quam verſ.pone quidam C. de fideicommiſſ.* Alciat. *reſponſ.259.num.3.* Ruin. *conſ.84.num. 11. lib. 1.* qui id ſcribit in clauſula *non obſtante*, & in quadam ſucceſſione primogenituræ hoc tradit, & declarat Cephal. *in conſ.312.num.45.& 144.lib.3.* Mandoſ. *de ſignat.grat.part.3.de ſubrogat.regul.* Menoch. *conſ.197.num.15.* Sim.de Præt. *de interpret.vltim.volunt.lib.2.interpret.3.dubit.2.ſolut.3.num.12. & 13.* quos in facto ſequebar in cauſa Ioannis Dominici Saffelli in Anno 1622.aduerſus Marcum Antonium Solanum.

Quando tamen clauſulæ apponuntur in diſpoſitionis corpore tūc de vera mente præſumuntur expreſſæ, & conſequenter naturam contractus, & diſpoſitionis mutant, illāmque augēt, vt tradiderunt Franc. *in deciſ.66.num.6.* De ponte *in conſ.54.num. 6. & conſ.57. num.99. & conſ.87.num.10.lib.1.* qui dicit oportere clauſulas apponi ante finem illius partis, pro quibus omnibus, & ita ego conſultus reſpondi nonnullis quippe vicibus.

Quod adeò verum eſt, vt renunciationes, quæ fiunt ſub ampla forma in actus explicatione minimè operantur data læſione, iuxta ea quæ ſcribit, & cumulat idem De ponte *in conſ.30. nu. 25.lib.1.* cuius ſententiam ego ſectabar in cauſa, & lite vertente inter Io. Angelum de Lambucchio & Nicolaum Sambellum in Anno 1621.

Pro cuius corroboratione confert, nam videmus verba delegationis operari in verbis diſpoſitiuis, vt tradunt Felin. *in cap.licet num.11.de offic.ordin.* Alex. *in l.mortuum num.17.* vbi etiam Iaſ. *num.46.ff. de iuriſdict. omn.iud.* & ideo clauſula, *Amoto exinde quolibet iniuſto detentore*, ſi ſit poſita in principali gratia, & in verbis diſpoſitiuis ſuum operatur effectū, Gem. *conſ.86.* Men. *de Arbitr.Iudic.lib.2.cent.2.caſu 201.num.141.* qui aſſerunt è contra nihil operari, quando eſſet appoſita in verbis exequtiuis, vt pariter fatetur Rebuff. *in ſua praxi Beneficiali in declaratione nouæ prouiſ. pag.mihi 221.*

Et hæc breuiter adduxiſſe ſufficiat pro diſcuſſione huius articuli. Dat. Neap.die 10. Martij 1623.

Io. Maria Nouarius I.C.Lucanus.

COLLECT. 2934.

Super l. Meuius §.fin. ff. familiæ herciſcund.

§ Aeſtimatio eſt facienda, ante quam hæreditas diuidatur.

PRobatur *in hoc textu & in l. ſeruorum ff.eod.tit.* quod æſtimatio facienda

Digitized by Google

ſcienda eſt prius, vt commode diuidi poſſit, & ita in facto pluries ſeruatum vidi in Curia Archiepiſcopali, in qua fuit dictum æſtimationem faciendam eſſe ab æſtimatoribus à partibus nominatis, & quod ſi æſtimatores non reperiantur à partibus nominati de earũ communi conſenſu debent eſſe periti, probi, ac omni exceptione maiores, quia licèt huiuſmodi æſtimatores non dicantur teſtes, neque videantur teſtimonium ferre, ſed potius iudicis nomine quam teſtium veniant, nihilominus omnis exceptio, quæ poteſt repellere teſtem, poteſt ſimiliter huiuſmodi æſtimatores repellere, Rubin. *deciſ.* 101. vbi quoque firmauit, quod tales æſtimatores debeant eſſe in arte periti, vt ſi agatur de æſtimatione agrorum ſint agricolæ, ſi de æſtimatione ædificiorum ſint Architecti, & ſic de æſtimatione aliarũ rerum in forma.

Nec non æſtimatores iurare debent ſe facturos æſtimationem ex bono & æquo, vt *in l. hac edictali §. hic illud C. de ſecundis nuptiis*, iuxta cuius diſpoſitionem viget cõmunis Doctorũ opinio.

Circa vero alia reſpicientia huiuſmodi materiam ſcripſimus in aliis collectaneis vbi beneuolum lectorem relegamus.

COLLECT. 2935.

Super l. omnia §. cum ita ff. de leg. 2. vbi Bartol.

¶ *Bonorum appellatione an veniant ſerui, & quæ veniant?*

AFfirmant vigore illius text. Bartolus, & alij quod appellatione omnium rerum, vel bonorum mobilium veniunt ſerui, & ita latius probauit Caſtillus *deciſ. Rot. Sicil.* 128. *part.* 2. vbi etiam quod in legato omniũ mobilium exiſtentium in domo comprehenditur ancilla, etiam quod ancilla ſit fugitiua, quia cum per accidens abſit dicitur eſſe in domo.

Sed num ſegetes, ſeu victualia ſeminata, & adhuc nõ recollecta ſub legato mobilium veniant? negatiuè Theſaur. *forenſ. quæſt.* 27. *lib.* 1. licèt affirmatiuè deciſum in Rota Aueniomenſi demõſtret Hieronymus de Laurentiis *deciſ.* 16. cum quo concurrere videtur I.C. Lucanus D. Jo. Maria Nouarius *in ſuo tractatu quem edidit de incertis, & malè ablatis priuileg.* .... vbi latiſſimè hanc fundauit ſententiam, reſpondendo omnibus, & ſingulis oppoſitionibus in contrarium adductis, firmans tanto magis ſuam opinionem habere locũ, & ſic ſegetes, & victualia ſeminata ſub mobilium appellatione venire, quia ibi agebatur de legato facto pro exoneratione conſcientiæ pro reſtitutione malè ablatorum, & incertorum relicta à teſtatore, & ſic agebatur de fauore animæ, quæ cunctis rebus præponi debet, *l. ſancimus C. de ſacroſ. eccleſ.* Surd. *deciſ.* 196. *n.* 12. Anton. *variar. reſol. lib.* 2. *caſu* 37. & vbi agitur de ſalute animæ non debent attendi apices iuris, & tutior pars eſt ſequenda cap. conſilium de obſeruat. ieiuniorum.

Et nota quod legatum mobilium comprehendit non ſolum ſuppellectilia domus, verum etiam vaſa argentea, & etiam omnia, quę de loco ad locum moueri poſſunt, vt latè reſoluit Rota in Fulginat. legati 6. Nouembr. 1610. coram R.P.D. Pamphilio, vbi id maximè dicitur procedere ſtante affectione teſtatoris erga legatarium, & hoc habet locum etiam ſi teſtator expreſſiſſet nonnullas ſpecies mobilium, nam talis expreſſio cenſetur facta demonſtratiuè non reſtrictiuè Rota *deciſ.* 261. *part.* 2. *diuerſ.* Rota in Romana legati de Vitellis 13. Januarij 1583. coram R.P.D. Gyptio.

Prout regulare eſt, quod expreſſio

ſpecierum non reſtringit genus, niſi expreſſio ſpecierum fuiſſet facta per verba limitatiua, videlicet, ſcilicet, & ſimilia, vt aliquando fuit dictum in noſtra Curia Archiepiſcopali.

COLLECT. 2936.

Super Innocent. in cap. cum ſuper de re iudicat.

¶ *Tertius veniens ad cauſam in ſtatu in quo reperitur quando faciat ſua acta, & probationes?*

TErtius veniens ad cauſam in ſtatu, & termino, in quibus reperitur facit ſuas omnes probationes, & acta iam facta perindè ac ſi eſſent cõtra ipſum facta, h. d. hic iſte author *n. 6. verſic. ſi autem* & ita Puteus *deciſ.* 71. *li.* 3. Achil. de Graſſis *deciſ.* 15. *de appellat.* Rota in cauſa Cathan. legitimitatis coram bonæ memoriæ Clement. VIII. & in cauſa montis Regalis iuriſdictionis Junij 1602. coram R. P. D. Rodiem. Rota *deciſ.* 431. *n.* 5. *& deciſ.* 705. *part.* 1. *in recent.*

Et quando tertius non vult facere acta ſua debet venire tanquam in prima, & debet committere cauſam de nouo, Rota *deciſ.* 98. *part.* 1. *in recent.* Seraphin. *deciſ.* 1241. nec dicitur venire tanquam in prima, ex eo quod veniat principaliter deducendo ius ſuum, ſed requiritur quod expreſſè committat cauſam de nouo tanquam in prima, vt dixit Rota in Montis regalis iuriſdictionis 10. Junij 1602. coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Mellino, vbi fuit dictum contrariam opinionem aliàs in Rota fuiſſe reprobatam.

Hanc tamen electionem veniens prout in prima non habet, niſi ille tertius, qui venit ex proprio iure independenter à iure colligantium, ſi enim veniat ad defendendum alterum ex litigantibus non poteſt venire niſi in ſtatu, & terminis, Rota in Hiſpalen. decimarum 26. Martij 1607. coram Ludouiſio, vt *in eius deciſ.* 203. Ludou. *deciſ. Peruſ.* 26. *n.* 25.

Sed ad effectum, vt acta, & probationes iam factę afficiant tertium opus eſt quod tertius fuerit per iudicẽ cauſę expreſsè admiſſus, & non ſufficeret tacita admiſſio, vt reſoluit Rota in Toletana penſionis coram R. P. D. Litta.

Item tertius non afficitur ex illis actis, & probationibus, quæ de directo eius intentioni repugnant Seraph. *dec.* 906. Rota *deciſ.* 705. *n.* 5. *part.* 1. *in recent.*

Nec non ſcias quod quando tertius venit ad cauſam excludendo ius vtriuſque colligantis, tunc acta, & probationes iam facta illum non afficiunt nec pro, nec contra, Rota in Nolana penſionis 13. Junij 1611. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato.

Et appellans à ſententia, vel dicens de nullitate ſententiæ facit ſuam illam ſententiam, & omnia acta per prius geſta, Achil. de Graſſis *deciſ.* 12. *de appell.* Puteus *deciſ.* 71. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 98 *part.* 1. *in recent.* & fuit dictum in illa Montis regalis coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Mellino.

COLLECT. 2937.

Super Bart. in l. cum ſeruus ff. de verbor. oblig.

¶ *Factum præſumitur ab eo factum, qui facere tenetur.*

COncludit hic Bartolus quod factum præſumitur ab eo factum, qui facere tenetur, & ita dixit Rota in Romana fructuum dotis Venetis 2. Aprilis 1606. coram Ludouiſio deinde Summo Pontifice optimo maximo Gregorio XV.

Ex qua quidem regula tu inferas, quod

quod ſi teſtator grauet heredem ad aliquid faciendum, puta ad ædificandã eccleſiam, ſi actus reperiatur factus, & eccleſia conſtructa, & dotata præſumitur factum ab hærede, cui teſtator iniunxerat, Verall. *deciſ.* 10 *part.* 2.

Hinc Romana Rota ſæpe ſæpius reſoluit conſtare de iure patronatus ad fauorem hæredum, quando reperitur in teſtamento ordinatum, quod aliquã eccleſia, ſeu Cappella debeat ędificari, ſeu dotari, & poſtea reperitur ædificata, ſeu dotata, vt fuit dictum in Senen. beneficij 12. Martij 1586. coram R.P.D. Litta in Salamantina Cappellaniæ 17. Junij 1605. coram R.P.D. Ottembergo, & in Agrigentina iuris patronatus 4. Februarij 1609. coram R.P.D. Ottembergo.

COLLECT. 2938.

Super Bal. in l. cunctos populos C. de ſumma trinit. & fide Catholica.

¶ Statutum excluſiuum fœminarum an porrigat effectum ſuum ad bona ſita extra territorium?

AFfirmat hic Bald. *n.* 9. quod ſtatutum excluſiuum fœminarum non porrigit ſuum effectum ad bona ſita extra territorium, & ita Puteus *deciſ.* 351. *lib.* 1. & ita pluries dixit Rota, & ſignanter in vna Romana, ſeu Terracin. bonorum 10. Maij 1576. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Pamphilio, latè in Colen. hæreditatis 10. Junij 1616. coram R.P.D. Buratto, & in ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ 11. Decembris 1617. coram R.P.D. Pamphilio, vbi Rota teſtatur de communi Doctorum opinione, vt pariter fatetur Theſaur. *forenſ. queſt.* 5. *lib.* 2.

Amplia hanc concluſionem procedere, ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in perſonam, vt reiecta diſtinctione Bart. tenuit Rota in allegata Colen. hęreditatis, & in dicta ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ.

Sic etiam huiuſmodi ſtatutum non ligat forenſes, vt dixit eadem Rota in Balneorigien. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio in Camerinen. hęreditatis 29. Januar. 1588. coram eodem, quia vt ſit locus excluſioni requiritur ſubiectio tam reſpectu bonorũ, quam reſpectu perſonæ late Theſaur. *forenſ. queſt.* 4. *lib.* 2. vbi ſex diſtinguit caſus, prout plures caſus quoque diſtinxit Rota *deciſ.* 196. *part.* 1. *diuerſ.*

Et in caſu, quo tam defunctus, quã fœmina, & maſculi ſunt forenſes indubitatum eſt ſtatutum non ſuffragari maſculis, prout plenè reſoluit Rota in allegata Colen. hæreditatis, & cum hac opinione tranſiuit quoque Senatus Pedemontanus, vt teſtatur Theſaur. *d. queſt. forenſ.* 4. *n.* 21.

Sed difficultas eſt ſi maſculi ſint ciues, & fœmina forenſis, & in tali caſu licèt Rota in Recanaten. ſucceſſionis 26. Junij 1617. coram R.P.D. Buratto videatur ſenſiſſe, quod fœminæ forenſes non ſint excluſæ, tamen ego crederem eſſe cogitandum, quia cum ſtatutum emanatum fuerit in fauorem ciuium maſculorum, & ſolum ſecundario excludat fœminas, videtur quod intentio principalis ſtatuti ſit fauere ſuis ciuibus maſculis non minus aduerſus fœminas ſubditas quam forenſes, & ita fauore maſculorum in hoc caſu conſuluiſſe reperio plures Doctores, & ita ſentit Theſaur. *cit. queſt.* 4. *n.* 19. vbi affirmat hanc caſum apud ſe eſſe indubitatum.

COLLECT. 2939.

Super Aretin. in l. ſi quidem C. de tranſactionibus.

¶ Reſidui appellatione an & quando veniat totum?

SCribit hic Aretinus *notab.* 2. quod appellatione reſidui totum continetur vigore text. *in l.* 2. *C. de hered. inſtituend.* & ita tradit Affl. ct. *deciſ.* 285. *num.* 3. voluit Rota Romana in Romana legati mobilium Veneris 12. Maij 1606. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Ludouiſio tunc Rotæ auditore, & deinde Pontifice, & in alia Romana bonorum 30. Januarij 1584. coram R.P.D. Bubalo, & alias in Fauentina fideicommiſſi 19. Januarij 1596. coram R.P.D. Litta.

Declara tamen hanc firmatam cõcluſionem non procedere in obligationibus, in quibus appellatione reſidui non venit totum, vt reſolutum fuit per eandem Rotam Romanam, vt *in dec.* 84.*n.*9.*inter impreſſas apud Zacchiam de obligat. Cameral.*

COLLECT. 2940.

Super Cuman. in l. Pomponius §. quæſitum ff. de acquir. poſſeſſ.

¶ *Continuatio poſſeſſionis in hæredem ex ſtatuto an, & quando ceſſet?*

CVmanus hic *ſub num.* 3. *verſic. ego dixi*, firmat, quod ceſſat continuatio poſſeſſionis in hæredem ex ſtatuto, quando ab alio fuit effectualiter apprehenſa, & ita reperio dixiſſe Rotam in Beneuentana parochialis Mercurij 17. Maij 1606. coram Gregorio X V. bene Rota *deciſ.* 263. *part.* 2. *in recent.* vbi tamen non firmatur an hæc concluſio procedat in ſuo hærede, ſed quod nullo modo apprehenſio poſſeſſionis poſt mortem defuncti impediet continuationem in hæredem vigore ſtatuti, ex eo quia in illo momento temporis, quo decedit poſſeſſor ex vi dicti ſtatuti, ſtatim eſt tranſlatum in hæredem, nec datur medium aliquod temporis inter poſſeſſionem defuncti, & hæredis, vt dixit eadem Rota in Signina bonorum 22. Junij 1615. coram R.P.D. Andrea.

Sed num poſſeſſio ciuiliſſima, quæ ex ſubrogatione transfertur ſit ad inſtar illius, quæ in hæredem ex ſtatuto continuatur? affirmat Mohedan. *deciſ.* 11. *Vt lite pendente*, & voluit Rota in allegata Beneuentana parochialis.

COLLECT. 2941.

Super l. obligatione generali ff. de pignoribus.

¶ *Bona alienari prohibita an veniant ſub obligatione generali?*

SVb obligatione generali non veniunt bona alienari prohibita, h.d. & ita Rota *deciſ.* 426. *part.* 1. *diuerſ. deciſ.* 44. *part.* 1. *in recent.*

Amplia hanc concluſionem procedere etiam ſi verba obligationis eſſent valdè vniuerſalia, Rota *d. deciſ.* 426. Theſaur. *deciſ.* 193.

Et ex iſta regula inferas, quod cenſus cenſetur impoſitus ſuper parte rei, quæ libera eſt, dummodo ſit capax, vt dixit Rota in Perúſina fideicommiſſi de Amerinis 26. Februarij 1586. coram R.P.D. Orano in alia Romana centũs de Palatiis 20. Nouembris 1608. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato.

Declara tamen firmatam concluſionem non habere locum, nec procedere, quando obligans non haberet alia bona, quam alienari prohibita Rota *d. deciſ.* 426. & *deciſ.* 17. inter impreſſas apud Pacificum de Saluian. *interdict.* vbi etiam fuit dictum, onus probandi obligantem non habere alia bona incumbere neganti.

COL-

COLLECT. 2942.

Super l. omne delictum §. qui ſe vulnerauit ff. de re militari.

§ Miles ſe ipſum vulnerans qualiter puniatur?

FIrmant per hunc text. DD. quod miles ſe ipſum vulnerans pœna capitis puniatur, de quo tu videas Grammatic. *deciſ.* 44. & latius Caſtill. *deciſ. Rot. Sicil.* 169. vbi tractat propriè hunc articulum qualiter ſcilicet puniatur miles ſe ipſum percutiens adducens rationem, quare puniatur pœna mortis, quia parantur milites, vt inimicos occidant & patriam tueantur, qui autem ſe occidit Rempublicam offendit, & prodit, & militiam deſerit, quod immane delictum eſt, & capitis pœna expiandum *l.* 3. §. *qui ſtationem l. non omnes* §. *deſertor ff. de re militari.* licet in illo caſu relato per eum fuerit impoſita pœna extra ordinaria.

Sed Miles, qui manum intulit in præpoſitum qualiter puniendus ſit? declarat idem Caſtillus *deciſ. Rot. Sicil.* 170. vbi refert deciſum prædictum Militem, qui id egerat non pœna capitali, ſed ſuper regiis triremibus per triennium condemnatum fuiſſe.

COLLECT. 2943.

Super Bal. in l. 1. C. ſi quis omiſſa cauſa Teſtament.

§ Legatum ſolutum in vita à teſtatore, an poßit repeti?

DIcit hic Bald. *numer.* 8. *colum. fin.* quod quando teſtator ſoluit in vita legatum poteſt illud à legatario repetere etiã cum fructibus perceptis.

Declarauimus tamen hanc opinionem procedere in noſtra Curia Archiepiſcopali, quando teſtator qui legatum ſoluit in vita expreſſit ſimpliciter ſe ſoluere illud ex cauſa legati, ac ſecus ſi non fuerit facta talis expreſſio, & ita reperio fuiſſe allegatum, & notatum per I. C. Lucanum, vt apparet ex ſequenti allegatione, vbi etiam deciſionem habes.

EX vrbe Panormi tranſmiſſa fuit facti ſpecies tenoris ſequentis videlicet.

Joannes Franciſcus de Fiorillo tempore ſui teſtamenti legauit Marco Antonio Zanfino quoddam prædium modiorum viginti quinque, cumque deinde conualuiſſet teſtator; & poſt duos menſes tale prædium conſignaſſet præfato Marco Antonio, qui illud retinuit per ſpatium duorum annorũ cum dimidio, poſtea mutata voluntate prætendit præfatus Jo. Franciſcus teſtator ſibi reſtitui dictum prędium vnà cum fructibus, quos ipſe Marcus Antonius perceperat illo medio tẽpore.

Quæritur quid Iuris?

Et ego Nouatius intrepidè opinatus ſum, prout opinor nullatenus poſſe ipſum Jo. Franciſcum teſtatorem prædictum prędium aſſignatum reuocare in ſuum dominium, ſtante quod tempore aſſignationis dicti prædij legati minimè expreſſerat, ſe illud dare ex cauſa legati facti, & pro illius executione, ſed ſimpliciter illud conſignauerat, non referendo cauſam.

Mouebar quidem, prout ſic hodie moueor ad hanc ſectandam ſententiam, nam licet regulariter quoties teſtator ſoluit in vita legatum poſſit illud à legatario repetere etiam cum fructibus perceptis iuxta opinionem Bal. *in l.* 1. *col. fin. poſt princip. num.* 8. *C. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. & in l fin. C. de vſur. & fruct. leg.* quam ſequuntur Cremenſ. *in ſing.* 16. Sim. de Præt. *in ſuo tract. de interpr. vlt. volun lib.* 4. §. *ad quartum dico n.* 9. Coſta *in ſuis memorabilib. lit.* L. *in verbo*

legatum factum à teſtatore, qui ita in facti contingentia obtinuiſſe aduerſus Fabricam Matricis ciuitatis Mediolani.

Cuius opinionis ratio eſt, quia titulus reuocabilis facto teſtatoris non parit fructuum acquiſitionem Angel. & Alex. *in l. cum quis mortis cauſa ff. de condict. cauſ. dat.*

Vltra quod iſtud legatum ſolutum in vita æquiparatur donationi cauſa mortis, illiuſque naturam propter traditionem aſſumit *l. Lucius, & l. legatum ff. de leg. 1.* Bal. *in d. l. fin. C. de vſur.* & in re donata cauſa mortis, & tradita in vita donantis benè datur fructuum repetitio vltra rem principaliter donatam, *d. l. cum quis ff. de condict. cauſ. dat.* Bal. *conſ. 293. lib. 3.* vbi firmat hoc tam veritatis habere, vt procedat, & habeat locum, quamuis interuenerit iuramentum, quia donatio cauſa mortis redigitur ad inſtar vltimæ voluntatis, quæ licet ſit iurata, tamen cenſetur caduca ex ſuimet natura, *l. fin. C. de non numer. pecun.* quidquid aliud ſit ſancitum in donatione inter viuos, qua reuocata in caſibus de iure permiſſis fructibus percepti minimè reſtituuntur ad Gloſ. doctrinam *in l. generaliter §. proinde ff. de fideicommiſſariis libert.*

Tamen prædicta ſunt vera, & procedunt, quoties teſtator, qui ſoluit legatum in vita expreſſit ſimpliciter ſe ſoluere illud ex cauſa legati, & pro illius executione, quia tunc tunc nõ obligaretur promittendo ne poſſet reuocare, nec etiam tradendo, quaſi tunc non tranſeat in donationem inter viuos, ſed remaneat legatum, vnde datur reuocatio.

At ſecus eſt quando non facta præfata expreſſione ſoluit in vita, legatumque præſtitit, pro vt in caſu iſto, pro cuius reſolutione deſiderabatur noſtrum votum, quia in tali facto benè tranſit in ſpeciem donationis inter viuos, paritque effectum non reuocationis, & teſtator ipſe remanet obligatus, ita in terminis, vt aiunt terminantibus optimè diſtinguit Bar. *in l. legatum n. 2. in fin. ff. de leg. 2.* cuius diſtinctione vtitur illam ſectando Caſtr. *in l. Lucius Titius n. 3. ff. eod. tit.* & ſic pariter ſcripſerunt Florian. *in l. legatum n. 4. ff. de leg. 2.* vbi etiam ante eum Dyn. cum Bald. & poſt ipſos tradidit Gabriel *in conſ. 103. n. 14. lib. 1.*

Nec me turbabat, quod de prædictis dubitet Coſta *in ſuis memorabilibus in tit. verbo legatum n. 2. verſic. ex his redditur dubium.*

Si quidem non viſum fuit recedere à prima opinione Bar. & Caſtrenſ. quæ communiter eſt recepta, boniſque rationibus eſt fulcita.

Vnde meritò cum caſus iterum eueniſſet in anno 1623. & ego pariter fuiſſem inſtatus, vt votum meum in determinatione talis difficultatis aponerem in eandem deueni ſententiam, & ſic votum firmaui, iuxta quod deinde fuiſſe exequutum audiui ab vna ex partibus die 2. Iunij 1624.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2944.

Super Dec. in l. cum proponas la 2. C. de pactis.

§ Implementi defectus etiam in minimo agenti an obſtet?

DEcius *hic ſub n. 5. verſic. 4. ampliatur* firmat, quod implementi defectus etiam in minimo obſtat agenti, & ita Puteus *deciſ. 357. lib. 3.* benè Rota *deciſ. 242. part. 2. in recent.*

Verum hanc cõcluſionem duobus modis limita, & primò, vt ſibi locum vendicet reſpectu contentorum in eodem capitulo, vel in capitulis connexis, ſecus autem in ſeparatis Mantic. *deciſ.*

*deciſ.*238. & Rota in vna Romana de cangiis 25. Junij 1621. coram R.P.D. Buratto.

Limita ſecundò non procedere, neque habere locum, quando defectus implementi in minimo non læderet in ſubſtantia ius alterius, quia tunc talis defectus neque obſtaret, vt aliquando fuit dictum in Curia Archiepiſcopali.

Et ratio eſt, quia minima non ſunt in conſideratione, neque de eis habetur aliqua ratio, quia de minimis non curat prætor, *l. Scio ff. de in integrum reſtitut.* cum latius adductis per Nouariũ *forenſ. quæſt.*54. *lib.*1. vbi concordantia multa habes, vt apud dictum authorem videri poterit.

COLLECT. 2945.

Super l. penultim. C. commun. diuid. & ibi DD.

¶ *Diuiſio an præſumatur, & quando?*

AFfirmant hic Doctores, quod diuiſio, cum ſit facti non præſumitur, vnde potius præſumi fratres poſſidere gratia commodioris vſus, quam diuiſionis, affirmauit aliquando noſtra Curia Archiepiſcopalis, per quam fuit dictum id declarari debere, niſi decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes ſint elapſi, quia in tali caſu dictum fuit ex diuturnitate temporis diuiſionem præſumi, vbi tamen fratres partes ęquales poſſiderent aliàs ſtante inæqualitate diuiſio non præſumeretur.

Sed vtrum domus, quæ non fuit infra decem annos, per quam vnus frater poſſedit, ſi deinde ab vno ex fratribus proteſtetur de diuiſione facienda, & poſt proteſtationem alij decem anni currant, an diuiſio præſumatur? pro negatiua parte ſcribit Rubin. *deciſ.*400.

COLLECT. 2946.

Super Bar. in l. 1. C. vbi de crimin. agi oport.

¶ *Delictum commiſſum extra territorium an poſſit cognoſcere iudex Domicilij?*

DE delicto commiſſo extra territorium poſſe cognoſcere iudicẽ domicilij hic affirmat Bartolus de quo tu videas Viuium *deciſ.*303.

Verum quia circa hanc materiam plura tradidimus in aliis collectaneis vnum tantum hic tangam, num ſcilicet Baro poſſit facere gratiam ſuo vaſſallo de delicto commiſſo extra territorium ſuæ terræ, circa quem articulũ, cum ad manus peruenerint quædam annotationes factæ per I.C. Lucanum Jo. Mariam Nouarium, placuit hic pro ornatu Doctrinæ Bartoli ad vnguem illas inſerere, & ſunt tenoris ſequentis videlicet.

DElictum cognoſcitur per quatuor iudices regulariter originis, domicilij, delicti, & loci, in quo quis plurimum conuerſatur, vt eſt text. *in l.* 1. *C. vbi de crim. agi oport.* vbi DD. communiter *cap. licet, & cap. poſtulaſti,* vbi Abb. *de For. Compet. cap. Oſius,* vbi Bart. *de elect.* Jo. And. *in cap. cum nullus, in fin. de temp. ordin. in* 6. Iodoch. *in practica crim. capit.*55. *in fin.* Couar. *pract. quæſt. cap.*10. & alij recentiores.

Et de delicto commiſſo extra Territorum poſſe iudicem domicilij cognoſcere, apparet ex textu *in cap. cum contingat de foro comp.* vbi habetur, iudicem ratione domicilij, ſeu epiſcopum poſſe punire ſuum ſubditum pro delicto commiſſo extra diœceſim, ſeu ſui Territorium *d. l.* 1. vbi Bar. *C. vbi de crim. agi oport.* Abb. *in cap. fin. n.*38. *de for. comp.* Socein. *in regul.*12. Anan. *in cap. vt animarum de conſt. in* 6. vbi fatetur ſiue ſubditus delinquat extra diœceſim, & ſic

extra Territoriũ, ſiue in loco exempto poſſe ratione delicti conueniri coram Iudice ſuo poſt alios Viuius *in ſua deciſ.* 303.*nu.*8. & hæc eſt vera, & communis opinio, quoties ad criminis punitionem ageretur per accuſationem, vt Iudex domicilij, vel originis poſſit cognoſcere de delicto extra territorium commiſſo, vt poſt alios, quos citat refert Couar. *pract. queſt. cap.* 2. *num.* 6. quibus addo Auiles *in cap. ſi pretor. gloſ. la tierras.* immo & quilibet alius iudex illius loci, vbi inuẽtus fuerit delinquẽs, prout ibidem fatetur Couarru. optimam reddens rationem, idem tradens *nu.*10. de vagabundo, vt à quocunque iudice loci, vbi ipſe moram fecerit, vel per quem tranſierit viator, poſſit abſq; illius inſtantia punire, allegans illud, vbi te inuenero, te iudicabo Sequitur Ferret. *in* 3. *part. ſuarũ obſeruat. cap.* 100. qui aſſerit iuxta hanc ſententiam tranſiuiſſe Senatum Chatalioniæ.

Et licet argeretur ad criminis punitionem ex officio, & ſic per Inquiſitionem adhuc Iudices domicilij, & originis poſſe cognoſcere, tenuit Abb. *in d. c. cum contingat num.* 7. vbi etiã Felin. *in princ.* Butr. *in cap. fin. de foro comp.* Bart. poſt Cyn. *in l. cunctos populos C. de ſumma trinit. & fide Catholica*, idem Bar. *in l. relegatorum* §. *interdicere de interdict. & releg.* quam ſententiam communiter à canoniſtis eſſe receptam, teſtis eſt Couar. *in memor. cap.* 11. *nu.* 6. *verſ. his equidem*, & ita tradunt quoque Becc. *in conſt.* 93. Clar. *in pract. Crim queſt.* 39. *n.* 4. Gama *deciſ.* 53. Rot. Lucenſ. *deciſ.* 41. *nu.* 16. Theſaur. *in deciſ.* 90. *nu.* 5. & ita decidit ſacrum Conſilium noſtrum, vt fatetur Franc. *in dec.* 66. de qua *deciſ.* memores ſunt Baiard. ad Clar. *in cit queſt.* 39. *nu.* 12. Capiblanc. *de Author. Baron. numero* 253. *pragmatica* 8. & Regens *in conſt. Regni Capitaneorum nu.* 6. & ita in alio caſu fortiori ſic quoque fuiſſe deciſum per M.C.V. & per S.C. recenſet Petra *in add. ad Gram. in deciſ.* 26. *num.* 10. & Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep.* 111. *part.* 1. ita quod de hoc hodie non eſt dubitandum maximè in Regno.

Occurrit tamen dubitari, num ſicut Iudex domicilij vel originis poteſt cognoſcere de delicto per ſubditum extra territorium commiſſo, poſſit dictũ delictum remittere dicto ſubdito.

Et quidem requiſitus de voto deſcendi in opinionem negatiuam, ſiquidem præfata concluſio quod iudex domicilij, ſeu originis poſſit cognoſcere de delictis per ſubditum extra Territorium commiſſis procedit ad effectum puniendi delinquentem, ſecus ad effectum eſſe veniam delicti cõcedendam, ex notatis per Bar. *in l. pen. queſt.* 6. *C. de exec. rei iud.* qui docet præuentionem non habere locũ, quoties aliquis in loco domicilij, ſiue originis non fuit bene punitus, quin tunc poterit puniri in loco perpetrati delicti refert, & ſequitur de Monte *in ſuo tract. de fin. regund. cap.* 25. *nu.* 10. 11. & 12. Franc. *d. dec.* 66. vbi in terminis memoratam concluſionem ſic declarat.

Iuuatur hæc opinio, nã ſi id eſſet licitum dareturanſa delinquendi, & eſſet aperta via fraudibus, nam tales delinquentes confeſtim cõfugerent ad eorum domicilium, & antequam detruderentur, in carceres poſſent ſe componere cũ iudice domicilij pro re minima, & ſic conſequerentur delicti impunitatẽ, ita conſiderare viſus eſt Bellug. *in ſecul. princip. Rubric.* 235. *dicamus verſicul. & ſcias nu.* 4. & tradit Gama *in d. deciſ.* 53. *nu.* 21. vbi firmat de delicto alràs punito, iterum cognoſci ſi per colluſionem, vel dolum ſententia lata fuerit, ac nihil magis colluſionem ſapere poteſt, quã ex graui delicto leuiſſimã pœnam imponi, cum pœna ſit delicto commenſuranda *l. ſancimus C. de pœnis*, & pu-

& puniendus eſt quis in eo, quo deliquit *l. qui crimen C. qui accuſ. non poſſ. cap. poſtulaſti de cleric. excom.* Perez *ad extrauag. ambit. de rebus eccleſ. non alien. verbo illu exceptu num.* 81.

Quare in facti contingentia conſului multis officialibus, vt quoſdam, qui in eorum territorio, & iuriſdictione delinquerã: per Barones domicilij quadam pecuniæ parua quãtitate liberatos, & aggratiatos, vbi eos in ſuo territorio reperirent, licet dictam liberationem, & gratiam oſtenderent carceribus manciparent, & punirent, firmando opinionem, Barones nequire eorũ vaſallis gratiã facere de delictis commiſſis extra territorium & ipſorum iuriſdictionem.

Sicut è contrario cenſuimus, quòd ſi iudex loci delicti cepiſſet delinquẽtem, & delictum parte læſa ſatisfacta, & conſentiente, aut aliàs legitimè remiſiſſet, & condonaſſet, quod iudex domicilij, ſiue originis amplius de delicto cognoſcere non poſſet, quia iudex loci delicti eſt proprius iudex delictorum in ſuo territorio commiſſorũ *d. l. 1. C. vbi de. Crimin. agi oport. Auth. qua in prouincia C. eod. titulo Pragm. Regni 1. ſub. Rubric. vbi de delict. quis conuen. deb.* plenè Peguer. *deciſ.* 66. Laurent. *in deciſ. Auen.* 114. & forus delicti eſt principalio, iuxta relata per Franc. *in deciſio.* 37. & ſecundum ea quæ cumulat Ricc. *in praxi reſolut.* 88. *part.* 2. quia iuriſdictio, in qua delictum committitur afficitur ſpeciali iniuria, & illius officiales maximo pere offenduntur, quorum intereſt iuriſdictionem eorum malis hominibus purgari, & ſic eorum eſt propria dictorum criminum cognitio, argum. tex. *in l. 3. & l. congruit ff. de offic. præſid. & clem. paſtoralis de re iudic.* & ſi ille remittat iudex domicilij vel originis, de hoc conqueri minimè poſſet, cum ipſi non ſint offenſi, nec eorum iuriſdictio turbata, neque præſumi poteſt fraus in iudice delicti, cum ob prædicta non præſumatur, rem ſuam (ſic enim dici poteſt) ipſum iactaſſe argum. *l. cum de indebito ff. de probat.* quam ſententiam, viſus eſt probare Clar. *in §. fin. q.* 57. *num.* 9.

Ex quibus poſſumus libéter annuere, quod ſi gratia ſit facta delinquenti à Barone loci, ſeu Terræ, in qua delictum perpetratum eſt, Baro domicilij illum tanquam ſuum Vaſallum ex hac cauſa moleſtare nequit, & ita requiſitus de voto reſpondi Illuſtriſſimo Domino, principi Roccæ Aſpidis, dũ vellet aggratiare quendam delinquentẽ ciuitatis Caputaquenſis, qui homicidiũ perpetrauerat in dicta Terra Roccæ, & hoc in Anno 1623.

Et cum aliàs caſus accidiſſet in eodẽ Anno, & ego pariter fuiſſem cõſultus in eandem deueni ſententiã, iuxta quã fuiſſe exequutũ audiui à clientulo, qui articuli reſolutionẽ expetiuit, quamuis ſciam nonnullos in eodem caſu totum contrarium dixiſſe, nulla tamẽ, ſuffultos ratione nec lege, quoniam veris exiſtentibus ſupradictis (prout veriſſima eſſe quilibet fateri debet) opinio noſtra verior, & probabilior videtur, ita quod cauillari minimè poteſt, niſi à Iuris tramitibus diſcedere vellemus obſcura ſectando, & veridica dimittendo prout à pleriſque ſolet fieri, vt Ingenij acumen mũdo demõſtretur: quod an ſit laudabile, & dignũ hominibus, & Iuriſconſultis arbitrio boni viri relinquimus. Vnum tamen dicimus, quod veritas ſemper eſt patefacienda clientulo, & nunquam obũbranda ſub ſpe futuræ numerationis, quia veritas, quando non defenditur, opprimitur, *cap. error* 83. *diſtin.* & ſecũdum Corn. *in conſ.* 178. *nu.* 10. *vol.* 4. veritas eſt Iudicis oculus, cui pro poſſe debet inhærere, quæ quidem veritas

facilius inuenitur quærendo, opponendo, & diſputando *l. munerum circa fin. ff. de muner. & honor. l. ſi pro fundo* C. *de tranſact. l. officialius ff. de leg.* 3. latè Viuius multa cumulans *in ſua deciſ.* 189.

Et hæc breui, vt aiunt manu adduxiſſe ſufficiat in huius articuli reſolutione, in quo plura quidem cumulaſſem, & pari paſſu conſideraſſem, niſi temporis anguſtia, & morbus quartanæ, quo moleſtari reperior me detinuiſſent. Datum Neapol. die 19. Aprilis 1621.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2947.

Super Butr. in cap. cum ſuper de re iudicat.

¶ *Executio non impeditur per tertium, qui non poßidet etiam ſi non adeſſet cameralis obligatio.*

NOtat hic Butrius, imò aſſeuerant omnes Doctores quod executio minime impeditur per tertium, qui non poſſidet, quamuis etiam non adeſſet cameralis obligatio, & ita dixit Rota in Bononien. ſucceſſionis 10. Decembris 1597. coram R.P.D. Corduba, & in Giennen. Cappellaniæ 21. Maij 1614. coram R.P.D. Caualerio Cæſar de Graſſis *deciſ.* 3. *de verb. ſign.*

Amplia eò magis prædicta procedere, quando ſumus in tertio veniente ad cauſam, cum clauſula docto de ſuo intereſſe, quæ verba ſunt ablatiui abſoluti, & important conditionem, *l. euictis agru ff. de euict. l. à teſtatore ff. de condit. & demonſtr.* & ideò non auditur, niſi probato ſuo intereſſe, *l.* 1. *in princ ff. de appellat. recipiend. & cap. non ſolet* 2. *quæſt.* 6.

Item neque tertius cenſeretur admiſſus ad cauſam, nec declaratum eius intereſſe propter citationes de eo facta non ſimpliciter, ſed cum illa clauſula, *quatenus ſua putauerit intereſſe*, tunc enim non habilitatur citatus, nec debet audiri in cauſa niſi aliunde ſuum intereſſe probauerit, & de eo legitimè conſtiterit, Capic. *deciſ.* 8. *nu.* 2. Giurba *deciſ.* 1. *n.* 20. & 50.

Quare ad probandum iſtud intereſſe erit citanda pars, prout in vnoquoque actu, in quo quis poteſt lædi & de eius præiudicio agitur, ſemper citatio debet præcedere, aliàs omnia ſunt nulla, *l. nam ita diuus ff. de adoptio.* & latè vide adducta per Nouar. *in pragm.* 1. *de citationib.* vbi multas deciſiones cumulat.

COLLECT. 2948.

Super l. cum mandati in fine C. mandati.

¶ *Ratificatio an idem operetur quod mandatum.*

PRobatur ex iſto text. concluſio illa, quod ratificatio idem operatur, quod mandatum, de qua vide ſimiliter text. *in l. ratihabitio ff. de reg. iuris*, & ita dixit Rota Romana in Romana cenſuum Veneris 16. Februarij 1607. coram Gregorio XV. tunc Rotæ auditore.

Amplia hanc concluſionem, quod ratificatio æquiparetur mandato procedere, & habere locum etiam quando requiritur ſpeciale mandatum, Surdus *deciſ.* 159. vbi reprobat contrarium tenentes, & vide eundem *deciſ.* 231.

Declara tamen, quod ſi lex, vel conſtitutio requireret mandatum à principio in tali caſu vtique ratificatio non ſufficeret, quod eſt verum in commodum ratificantis, quia in eius præiudicium, & damnum vtique valeret, & ita ego dicebam conſultus à Reuerendiſſimo epiſcopo Caputaquenſi in anno 1615.

Declara

Declara pariter nec etiam ſufficere ratificationem, quotieſcunque mandatum requireretur pro forma, Surd. *deciſ.*159. ea ratione, quia forma ad vnguem eſt ſeruanda, & illi nec addi, nec detrahi poteſt, ad text. *in l.*1. *§. opus nouũ ff. de nouis oper. nunciat.* probat Nouarius *forenſ. quaeſt.*71. *li.*1. vbi etiam quod forma in minimo non ſeruata actus dicitur nullus, quia forma eſt de genere indiuiſibilium, Monach. *deciſ. Lucenſ.* 18. Nouarius iterum *forenſ. quaeſt.*78. vbi etiam affirmat formam in minimo neque eſſe tranſgrediendam, quia forma mutata res non dicitur eadem, ſed diuerſa cum forma data in dubio cenſeatur ſubſtantialis.

COLLECT. 2949.

Super DD. in l. 1. ff. de verb. ſign.

¶ Maſculinum an & quando concipiat fœmininum?

FAciunt regulam hic Doctores quod in materia indifferenti in maſculis, & fœminis, maſculinum ſemper concipit fœmininum, & ita voluit Rota in Toletana hæreditatis Mercurij 7. Februarij 1607. coram Ludouiſio, vbi etiam quod materia ſucceſſionis eſt indifferens ad maſculos, & fœminas, *l. maximum vitium C. de liberis præteritis.*

Vt è contra quando materia eſt differens, tunc maſculinum non concipit fœmininum, latè Rota *deciſ.*663. *part.*1. *in recent.*

Et regulam ſimpliciter in abſtracto quod ſcilicet maſculinum concipiat fœmininum conſtituit Theſaur. *deciſ. Senatus Pedem.*263. *& deciſ.*269.

Dicitur autem materia indifferens, & fœminæ non ſint omninò incapaces, dummodo tamen materia magis congruat maſculis, quam fœminis, Rota *d. deciſ.*663.

Rurſus materia dicitur indifferens quando ratio conſiderata ita viget in fœmina, ſicut in maſculo, vt tenuit Rota in allegata Toletana hæreditatis, vbi propterea pro Regula infallibili traditur, quod ſemper maſculinum concipiat fœmininum, quando in vtroque ſexu habet locum ratio diſpoſitionis.

COLLECT. 2950.

Super Bal. in auth. litigioſa C. de litigioſo.

¶ Beneficium vt dicatur litigioſum quid requiratur?

DOcet hic Baldus, quod vt beneficium dicatur litigioſum debet peti non tanquam ſuum, ſed tanquam debitum, & vti collatum, non vti conferendum, & ita dixit Rota in Caſalen. præpoſituræ 9. Junij 1597. coram R.P.D. Gypſio, & in Romana Cappellaniæ 3. Aprilis 1620. coram R.P.D. Coccino Decano, & in Leodien. canonicatus 9. Junij 1621. coram R.P. D. Vbaldo, in quibus deciſionibus fuit latè reſolutum, beneficium non eſſe litigioſum, quando gratia Apoſtolica eſt expedita non in forma gratioſa, ſed per viam mandati de prouidendo, ex eo, quia non dicitur facta collatio, ſed beneficium petitur vti debitum, & ibi ponderatur quod huiuſmodi mandata de prouidendo ſolum dant facultatem implorandi iudicis officium, quod videtur quædam actio perſonalis, in qua non contrahitur vitium litigioſi.

Quamuis aduertendum ſit Gloſ. *in cap.* 2. *vt lit. pendent. in* 6. *in verbo finita*, affirmare quod ſi quis petit alium priuari, & ſibi conferri beneficium, eo ipſo cenſetur litigioſum, quam gloſam

Digitized by Google

communiter DD.ſequuntur, & Rota etiam *in dictis deciſionibus* ab ea non recedit, ſed reſpondit dictam gloſam loqui, quando præcedit titulus tribuens ius in re, ſcilicet collatio, ſeu prouiſio in forma gratioſa, quę reſponſio habet maximam difficultatem, quia gloſa loquitur quando agitur ad priuationem; nunquam autem dantur prouiſiones in forma gratioſa quando quis venit priuandus, & impetratio eſt certo modo, ſed tunc ſolum proceditur per viam mandati de prouidendo directè executori, qui cognoſcit, an ſit locus priuationi, & ſucceſſiue confert, & in ſpecie quod quando beneficium petitur etiam vti debitum ſit ligigioſum, dixit Rota in Gerunden. beneficij 8. Junij 1612. coram R.P.D. Penia & eſt optima deciſio Putei 485. vbi agit plenè de hac materia, & hinc etiam videmus, quod lis inter præſentatos facit beneficium litigioſum, Seraphin. *deciſ.* 990. Rota *deciſ.* 306. *num.* 1. *part.* 1. *in recent.* & ideò præſentato ſuperſtiti vigore regulæ de ſubrogando eſt debita ſubrogatio, vti de litigioſo, Sarnen. *reg. de ſubrogan. queſt.* 13. prout etiam lis inter electos facit beneficium litigioſum, vt eſt text. expreſſus *in cap.* 1. *&* 2. *vt lite pendent.* & nihilominus neque præſentati, neque electi ante inſtitutionem, & confirmationem dicuntur habere titulum aliquem in re, & petunt beneficium vti debitum non vti collatum cum præſentatio, & electio ſolum tribuant ius ad rem, Rota *deciſ.* 8. *de iure patronatus in nouis* Seraphin. *deciſ.* 1446.

Et ad Baldi Doctrinam reſponderi poteſt, illam propriè loqui de literis commendatitiis, ſeu etiam Monitorialibus, quæ antiquitus ſolebant per Papam concedi directè collatoribus, etiam antequam vacarent beneficia, quarum vigore non competebat niſi quædam imploratio officij iudicis, de quibus literis habetur per Rotam *deciſ.* 636. *n.* 1. *part.* 1. *in recent.* vel etiam quando agitur de mandato de prouidendo ad beneficium incertum vacaturum, prout videtur ſenſiſſe Rota in Burgen. Canonicatus coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, quando verò verſamur in mandato de prouidendo de certo beneficio gratia in ſubſtantia cenſetur perfecta, & ſolum executio eſt dilata, Rota *deciſ.* 711. *ſub nu.* 2. *nam quicquid part.* 1. *in recent.* & plenè Rota in Burgen. Canonicatus coram Cardinali Pamphilio, vbi dicitur, quod ſtante gratia in forma dignum beneficium habetur pro collato, cum paria ſint quod alicui beneficium ſit collatum, vel quod illi debeatur, ſi in rei veritate eſt habilis, dicta enim gratia continet conditionem de pręterito, & non impedit acquiſitionem iuris, ſed ſolum ſuſpenſio eſt circa executionem, & propterea ibi dicitur non poſſe beneficium interim alteri conferri, ad contraria autem reſpondet procedere in mandato de prouidendo ad beneficium incertum vacaturum.

COLLECT. 2951.

Super Bartolo in l. ſi expreſſum nu. 10. ff. de appellationibus.

¶ Appellationis cauſa licèt ſit deſerta non videtur deſerta cauſa nullitatis?

LIcet ſit deſerta cauſa appellationis, non tamen videtur deſerta cauſa nullitatis, ita affirmat hic Bartolus.

Et ita reſoluit Rota in Placentina parochialis de Malpartida 6. Nouembris & 12. Decembris coram R.P.D. Litta, & meminit in Beneuentana parochialis Veneris 30. Martij 1607. coram

Digitized by Google

ram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Ludouiſio deinde Gregorio XV. vide pariter Seraph. *deciſ.* 1485. & Rot. *deciſ.* 512. *& deciſ.* 591. *part.* 2. *in recent.*

Et nota quod cenſetur commiſſa cauſa nullitatis æquè principaliter, eò ipſo, quod reperitur commiſſa non ſolum cauſa appellationis, ſed etiã cauſa nullitatis, vt dixit Rota in Toletana decimarum 5. Junij 1613. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Sacrato.

Declara tamen firmatam cõcluſionem procedere, & habere locũ, quando conſtat de aliqua nullitate, ſecus autem quando non conſtat, vt declarauit Rota in Cæſaraugustana penſionis 15. Martij 1619. coram R.P.D. Coccino, & in ciuitatis Caſtelli bonorũ 15. Martij 1621. coram R.P.D. Veroſpio, vbi dictum fuit conſtare debere notoriè denullitate, & ideò quando reuera non adeſſet aliqua nullitas, tũc eò magis de plano procederet, quod deſerta cauſa appellationis cenſeretur etiam deſerta cauſa nullitatis, vt patet apud Achillem de Graſſis *deciſ.* 15. *de reſcriptis.*

Et nota quod cenſetur commiſſa cauſa nullitatis æquè principaliter, eò ipſo quod reperitur commiſſa non ſolum cauſa appellationis, ſed etiam cauſa nullitatis, vt dixit Rota in Toletana decimarum 5. Junij 1613. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Sacrato tunc Rotæ auditore.

COLLECT. 2952.

Super Bal. in l. eum in fine verſic. caue tamen ff. ſi certum petatur.

¶ *Mandatum reciprocum inter ſocios mercatores quando datum cenſeatur?*

COlligitur ex dictis hic à Baldo, quod quando in partitis mercatorum legitur mercedes pro ſocietate aliquando vni, & aliquando alij conſignatas fuiſſe, & promiſcuè modò vnum, & modò alterum geſſiſſe inter ipſos cenſetur datum reciprocum mãdatum ita quod in ſolidum conuenire poſſunt, & ita poſt alios affirmat Surd. *dec.* 213. & voluit Rota in Romana pecuniaria Veneris 23. Martij 1607. coram Ludouiſio, vbi eò magis eſſe verum fuit dictum, quando eſſent ſocij in negotiatione mercium venalium.

Et iuxta principalem concluſionem fuit quoque dictum in Rota, vt *in deciſ.* 61. *inter impreſſas apud Pic. de contractibus ad ſtatutum Vrbis* 151.

COLLECT. 2955.

Super Gloſ. in cap. in quibuſdam de decimis.

¶ *Decimarum quantitas an, & quando ex conſuetudine minuitur, & augetur?*

AFfirmat hic iſta Gloſa quod licèt decimarum certa ſit quantitas ad ratam decimæ partis à iure diffinita iuxta text. *in cap.* 1. *extra eod. tit.* tamen per conſuetudinem introduci poteſt, vt plus, vel minus pro iis præſtetur.

Quare tu firmabis pro ornatu concluſionem, quod ſi nulla in contrarium oſtendatur conſuetudo, vel compoſitio, decimas deberi ad ratam decimæ partis, & ita ſoluendas eſſe, prout ita reperio deciſum à Senatu Pariſienſe videlicet in ſolemnibus Natalis Domini pronunciationibus annorum 1559. & 1561. vt apud Charon. *lib.* 1. *pandect. tit.* 13 & Choppin. *in lib.* 3. *de Sacra polit tit.* 4. *n.* 24.

Nec non declarabis gloſæ opinionem procedere dummodo per tantum tempus, quantum ad inducendũ in cenſu cõſuetudinem exigitur paro-

chianos vniformiter ſoluiſſe probetur, quia ſi difformiter puta vno anno plus, & altero minus ſolutum fuerit, vel vnus parochianorum plus, & alter minus ſoluerit aliud dicendum eſſet, vt deciſum refert Addit.ad Papon. *tit.* 12. *Arreſt.*3.*lib.*1.

Et firmabis opinionem quod etiam ſi decimæ ipſæ à parochianis præſcribi non poſſint, quota tamen decimarum ab eis rectè præſcribitur, vt teſtatur Guid.Pap.*deciſ.*284. nec non meminit Papon.*tit.*12.*arreſt.*3.*lib.*1.

COLLECT. 1954.

Super cap.omne decretum in fin. 10.quæſt.1.

¶ *Collatio beneficiorum de iure communi ſpectat ad epiſcopum.*

PRobatur in hoc text. quod collatio beneficiorum de iure communi ſpectat ad epiſcopum in ſua diœceſi, & ita dixit Rota in Meleuitana beneficij Sancti Marci Lunæ 29. Januarij 1607. coram Ludouiſio, in qua fuit reſolutum id eſſe verum in omnibus menſibus, *cap.* 2. *de conceſſ. prebend. cap. ſede de prebend. in* 6. Verall. *deciſ.* 214. *part.*2. Puteus *deciſ.*496.*lib.*2. Ludouiſ. *deciſ.*99.

Et quod epiſcopus habeat de iure communi fundatam intentionem cōferendi omnia beneficia ſita in ſua diœceſi, voluit Rota *deciſ.*756.*part.*2.*in recent.* & *deciſ.*416.*eadem part.* 2.*in recent.* vbi fuit dictum quod ex hac ſola iuris aſſiſtentia erat dando epiſcopo manutentio, & hoc procedit non ſolum reſpectu beneficiorum ſecularium, ſed etiam regularium, quod eſt verum in beneficiis regularibus non exemptis, ſecus autem in exemptis, quia iſtorum collatio ſpectat ad prælatos regulares, vt voluit Rota in Ferrarien. prioratus 18. Aprilis 1611. coram R.P.D. Ottembergo.

COLLECT. 1955.

Super l.quæ omnia in fin.ff.de procur.

¶ *Procurator ſi velit vti retentione an ab eo, ſit lis transferenda?*

DEciditur in hoc tex. quod ſi procurator velit vti aliqua retentione nullo modo ab eo lis eſt transferenda.

Declara hunc text. intelligi in retentione pro ſumptibus, quos fortaſſe fecit in lite, vt apud Boer. *dec.*15. vbi quod hæc eſt vera interpretatio iuxta *l. qui proprio* §. *procurator in fin. verſic. litis impendia ff. de procur.* Gail. *obſeruat.*12.*lib.*2. Rota in Placentina nullitatis reuocationis procuratoris 23. Januarij 1598. coram R.P.D. Litta, & in Oueten. mercedis 5. Maij 1606. coram R.P.D. Coccino, quæ eſt *deciſ.*172.*par.*2.*in recent.* & in Gerund. vnionis 2. Decembr. 1615. quæ eſt *deciſ.*691.*part.*1.*in recent.*

Quare concludendum eſt pro ſalario procuratorem non poſſe retinere ſcripturas, & inſtrumenta clientis, vt dixit Rota in Gerunden. vnionis 2. Decembris 1615. coram R.P.D. Veroſpio, vt apud Rot. *deciſ.*691. *part.* 1. *in recent.* & aliàs in Burgen. mercedis 4. Junij 1604. coram R.P.D. Juſto, vbi fuit denegata retentio ſcripturarum pro ſalario, cum vna res pro alia retineri minimè valeat, *l. ſin. C. commodat. l. ſi non inducta C. quibus cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contrahatur*, & iuxta hanc eandem ſententiam dixit aliàs Rota in Oueten. Mercedis ſupra allegata, & Regnicola videat Capic. *deciſ.*11. & ibi addentes.

COLLECT. 1956.

Super regula reſeruatoria menſium.

¶ *Reſerua-*

Digitized by Google

¶ Reſeruatoria menſium an excipiat Cardinales? aliqua de indultu tractantur practicabilia

HÆc regula 8. reſeruatoria menſium expreſsè excipit Illuſtriſſimos Cardinales, & ita voluit Rota in Reatin. præpoſitur. 23. Januarij 1615. coram R.P.D. Coccino Decano.

Quæ tamẽ exceptio Illuſtriſſimorũ Cardinalium de qua in hac negatiua non habet locum, niſi quo ad Cardinales ordinarios collatores, licèt comprehendat Cardinales ordinarios collatores nedum ſi ſint epiſcopi ſed etiã ſi ſint Abbates, & inferiores collatores, prout latè fuit deciſum in dicta Reatina præpoſituræ *per deciſ. Seraph.* 980.

Nota autem quod quando excipiũtur Cardinales ordinarij à regula reſeruatoria, nihil de nouo illis conceditur ſed obſtaculum tantum, & impedimentum remouetur Put. *dec.* 496. *lib.* 2. prout etiam indultum conceſſum ordinario collatori nihil de nouo tribuit, ſed tantum remouet obſtaculum reſeruationum, Rota *deciſ.* 530. *lib.* 3. *diuerſ.* adeò quod collatio, facta vigore indulti cenſetur facta authoritate ordinaria, vt fuit dictum in allegata Reatina præpoſituræ 23. Januarij 1605. coram R.P.D. Coccino, & ideo vigore iſtius indulti ordinarius non poteſt cõferre ea beneficia, quæ aliàs remotis reſeruationibus conferre non poſſet, & collatio ad alios ſpectaret, Mohedan. *deciſ.* 1. *n.* 3. *de priuil.* Rot. *deciſ.* 642. *par.* 2. *in recent.* fuit dictum in Argentina Canonicatus 9. Maij 1611. coram Cardinali Pamphilio, imò ſufficeret ſola quaſi poſſeſſio conferendi alterius ad effectum, vt Epiſcopus vigore indulti conferre non poſſet, Put. *deciſ.* 206. *lib.* 1. iuxta antiquam impreſſionem Mohedan. *deciſ.* 8. *de priuil.* Rot. *deciſ.* 702. *n.* 2. *part.* 4. *in recent.*

Verum quia indultorum materia eſt valdè frequens, ideò nonnulla hac occaſione ductus placuit cumulare notabiliora.

Et primò præſupponendum eſt indulta de ſui natura eſſe fauorabilia, quia obſtaculum tollunt reſeruationum, & reducunt ad ſtatutum primæuum, quæ reductio ad primæuam naturam reputatur in iure fauorabilis Caſſad. *deciſ.* 4. *n.* 2. *in princ. de priuil.* Creſcent. *deciſ.* 3. *n.* 5. *& eod. tit.* ideò quæ etiã ſunt latè interpretanda, maximè contra Pontificem concedentem. Creſc. *d. deciſ.* 3. *n.* 1. Caſſad. *deciſ.* 3. *nu.* 3. *eod. tit.* præſertim verò reputantur fauorabilia indulta conceſſa ordinariis collatoribus, quæ propterea non veniunt ſub generali derogatione indultorum Put. *deciſ.* 17. *de priuil. & deciſ.* 412. *lib.* 2. Rot. *deciſ.* 537. *n.* 7. *&* 9. *cum ſeq.* & præcipuè *ſub n.* 11. *part.* 3. *lib.* 3. *diuerſ.* in præiudiciũ tamen tertij non ſunt latè interpretanda, Caſſad. *deciſ.* 3. *n.* 3. *de priu.* & fuit cõſideratum à RR. PP. DD. Vbaldo, & Veroſpio in eorum voto dato in cauſa Cæſenaten. 1615. vbi dicitur, quod licèt reſpectu Papæ cõcedentis ſint latè interpretanda, tamen cum agatur etiã de intereſſe illorum, qui prouidendi ſunt à Papa attento hoc reſpectu dicunt indultum eſſe reſtringendum ex hoc quod ſcilicet in præiudicium tertij indultũ non ſit extendendũ. infertur quod indultum conceſſum Cardinalibus conferendi beneficia intra alienam diœceſim non comprehendit beneficia, quorum collatio ſpectat ad ordinarium ne aliis ordinariis fiat præiudicium, & hoc adeò eſt verum, vt etiam ſi ſedes Epiſcopalis vacaret, dum vacat beneficium in menſe ordinarij, non poſſet Cardinalis vigore indulti illud conferre, Rota *deciſ.* 442. *part.* 1. *diuerſ.*

Indultum non comprehendere va-

cantia in Curia,& apud Sedem,niſi de iſta vacatione expreſſa mentio in indulto habeatur Rot. *deciſ. 4. de prab. in nou. & deciſ. 17. de prab. in antiq.* & fuit dictum in Salſburgen. Præpoſituræ 7. Iunij 1621. coram R.P.D. Veroſpio.

Nec etiam comprehendit beneficia duplici reſeruatione affecta Caputaq. *deciſ.* 85. *par.* 2. Ægid. *deciſ.* 425. & latiſſimè fuit reſolutũ coram RR.PP.DD. Vbaldo,& Veroſpio in eorum voto in cauſa Cæſenaten. de anno 1615. vbi dixerunt hoc habere locum non obſtantibus clauſulis generalibus, & prægnãtibus, quia non comprehendunt ea, quæ Papa non eſſet de facili conceſſurus, ſed in fine dicti voti diſtinxerunt inter duas reſeruationes perſonales, ſeu coæquales, verbi gratia, ſi quis ſit familiaris Papæ,& Prothonotarius, & tunc dixerunt indultum non extendi ad beneficia reſeruata hac duplici reſeruatione, ſi verò reſeruationes ſunt diſpares, videlicet realis, & perſonalis, vel vtraque perſonalis, vna tamen ſit alteri inferior, nempè ſi quis ſit familiaris Papæ,& Cardinalis, & hoc caſu admiſerunt poſſe locum habere contrariam opinionem.

In hac etiam materia indultorum ſciendum eſt quod non obſtante indulto non eſt ligata manus Papæ, quin præueniendo poſſit tanquam de reſeruato, fuit dictum in Papien. Beneficij 10. Aprilis 1617. coram Andrea, in Salſburgen. Præpoſituræ 7. Iunij 1621. coram R.P.D. Veroſpio, quod procedit etiam ſi indultum tolleret gratias præuentiuas, quia non intelligitur de præuentione per concurſum, ſed de gratiis præuenientibus vacationem, ita fuit dictum in Hiſpalen. Portionis 24. Februarij 1597. coram R.P.D. Orano.

COLLECT. 2957.

Super Cagnol. in l. Papinianus §. quarta n. 8. ff. de inoffic. teſtamento.

Legitima qualiter aſſignanda, & in quibus bonis, & corporibus?

AFfirmat hic Cagnolus legitimam eſſe aſſignandam in omnibus bonis,& corporibus hæreditariis, iuxta valorem tempore obitus teſtatoris, nec diminuitur, aut augetur, quamuis illa diminuantur ſiue augeantur, de quo habemus text. *in l. cum quaritur, & in auth. nouiſſima C. de inoffic. teſtam.* iuxta quam diſpoſitionem cenſuit Rota apud Cæſar. de Graſſis *deciſ. 6. & deciſ. 10. ſub rubrica de teſtam.* Boer. *deciſ. 62.*

Quamuis in diuiſione ſoleat arbitrio iudicis aſſignari in duobus, vel tribus corporibus bonorum, quæ non ſint de peioribus, nec de melioribus, vbicumq; corpora hæreditaria nõ patiuntur commodam diuiſionem, ne illa corrumpantur, vt cenſuit Rota in Romana legitimæ 22. Maij 1616. coram R.P.D. Veroſpio.

Amplia adeò mortis teſtatoris tempus eſſe attendendum in aſſignatione legitimæ filio debitæ, vt procedat etiã ſi augmentum, vel diminutio originẽ habeat ex cauſa de præterito, Afflict. *deciſ.* 382. qui loquitur de bonis ſuperuenientibus poſt mortem teſtatoris, quæ quidem bona dum ipſe viueret erant in lite, licèt contrarium teneat ibidem Vrſill. *in addit. iuxta terminos text. in l. ſerui qui apud hoſtes ff. ad l. Falcid.* vbi ſeruus reuerſus ab hoſtibus poſt mortem teſtatoris auget hæreditatem ad fauorem legatariorum; Et paſſim iura, & actiones, quæ reperiuntur in hæreditate tempore obitus attenduntur in detractione legitimæ, Franch. *deciſ. 61.* vbi declarat id eſſe verum,& procedere, quando ex hæreditate adeſt actio, ad conſequenda illa bona, ſecus ſi nulla actio exiſteret, quia in tali caſu, neq; diminueretur, neque augeretur legitima, ſicuti quando res redit ad hæredem iure

Digitized by Google

dem iure poſtliminij, alluuionis, vel iure accreſcendi, in quibus caſibus tempore mortis teſtatoris nihil eſt in hæreditate, nec vlla adeſt actio.

COLLECT. 2958.

Super Caſtr. in l. ſi cum dotem §. ſin autem in ſæuiſſimo n. 3. ff. ſolut. matrimon.

¶ *Hypotheca præſtatur pro alimentorum præſtatione.*

Concludit hic Caſtrenſis, quod pro alimentorum præſtatione detur hypotheca, quam vxor poterit intentare cōtra tertios poſſeſſores bonorum mariti, ſeu ſoceri, firmans, quod habuit de facto huiuſmodi quæſtionem, & quod ſecundum iſtam opinionem affirmatiuam obtinuit per tres ſententias conformes.

Amplia hanc concluſionem procedere tam reſpectu alimentorum, quæ petuntur conſtante matrimonio, quā eo ſoluto, Rubin. *deciſ.* 255. vbi pariter quod procedit non ſolum in bonis mariti, ſed etiam ſoceri, Guid. Pap. *dec.* 576. Afflict. *deciſ.* 10. quia ſicuti res pro ſorte obligata pro vſuris, quæ ſunt odioſæ ita etiam, & multò magis pro alimentis, quæ ſunt fauorabilia, & acceſſoria ad dotem.

Amplia procedere firmatam concluſionem, ſiue pro alimentis competat officium iudicis mercenarium, ſiue nobile, quamuis verius ſit quod petantur iure actionis cum iudicium de dote ſit vniuerſale ex parte vxoris, in quo iudicio vniuerſali veniunt acceſſiones tanquam pars rei iure actionis, & per conſequens datur tacita hypotheca, Myſinger. *obſeru.* 64. *cent.* 1.

Amplia, quod ſicuti datur hæc hypotheca fauore mulieris, & ſic vxoris, ita pariter datur, & fauore filiorum ad eorum commodum, nam in hoc æquiparantur liberi, & vxor, cum huiuſmodi priuilegium prælationis, quod habet mulier in bonis mariti competat etiam filiis, & aliis deſcendentibus ipſius mulieris, etiam quod non eſſent eius hæredes tanquam non conſideretur in hoc caſu ius hæreditarium, ſed filiatio, vnde tanto magis quando etiam ſint hæredes, prout ita habui in facto, & determinaui die 19. Aprilis 1613. in cauſa Joannis Angeli Pollacci cum Marcello, & Jacobo Antonio Taſurnis.

COLLECT. 2959.

Super l. 3. ff. de liber. hom. exhib.

¶ *Libertati fauere nullus eſt prohibendus.*

Probatur in hoc text. quod nemo prohibendus eſt libertati fauere.

Vnde tu pro ornatu inferas quod cum petitio demanij ſit ſpecies prouocationis ad libertatem ſaltem reſpectu ſeruitiorum perſonalium, ac realium quæ debentur baroni, vt conſtat ex Franc. *deciſ.* 17. ideò quilibet de populo poteſt ad prædictam libertatem proclamare, & conſequenter valebit quilibet ciuis petere demanium, vt reperio iudicatum in Regia Camera Summariæ, & præcipuè in cauſa vniuerſitatis del Zito, vt teſtatur Medic. *conſ. dec.* 164. *n.* 3. in quo conſilio latè tractat de demanio, ſiue iure prouocandi ad libertatem, an competat ſingulis de vniuerſitate, vt vniuerſis, ſiue potius, vt ſingulis, & infra quod tempus etiam cōtra Barones titulis decoratos, & quæ verè dicatur voluntas vniuerſitatis legitimè ordinata, de reſtitutione aduerſus lapſum anni, an ſit concedenda etiam particularibus, & quanto tempore ducet, de renunciatione tam reſtitutionis in integrum quam demanij, qui-

Digitized by Google

bus fieri poſſit, & ex quibus arguatur, & an pendente nullitate venditionis currat demanium.

Et ad materiam vide eumdem *conſ.* 50. *& conſ.* 80. vbi vniuerſitas quæ ſemetipſam redemit an poſſit cogere ciues alibi habitantes ad contribuendum in ſolutione facienda?

Num autem demanium validè poſſit peti per vaſallos, quando venditur iuriſdictio criminalis, vide reſolutionẽ huius articuli in ſequenti iuris allegatione edita à Iure Conſulto Lucano Domino Nouario, ſub horum verborum formula.

IVs petendi Demanium competit vaſallis ex iuris diſpoſitione, vt plenè fundauimus *forenſ. quæſt.* 10. *lib.* 1. tũ quia vaſalli inuiti vendi non poſſunt, nec feudi dominium ipſis contradicentibus in alium dominum transferri poteſt, *cap.* 1. *§. ex eadem lege de lege Corrad. cap. Imperialem l præterea ducatus in fine de prohib. feudi alien. per* Feder. in ſpecie Gloſ. *in l. inuitus ff. de fideicomm. libert.* iate Bald. *conſ.* 326. *lib.* 1. bene Roland. à Vall. *in conſ.* 1. *n.* 34. *& ſeq lib.* 1. Gomez. alios cumulat. *in § item ſeruiana inſtit. n.* 41. *de act.* Gabriel. *concl.* 8. *de iur. quæſit. non toll.* Sard. *conſ.* 323. *vol.* 3. adeo quod nec ſupremus Princeps poteſt vnam ex ſuis ciuitatibus in inferiorem dominum alienare contradicentibus Vaſallis, Crauett. *conſ.* 54. *n.* 3. & plenius *conſ.* 241. *n.* 6. *lib.* 2. Neuiz. *in conſ.* 12. *inter conſ. feud* B. un. *à n.* 109. *cum ſeq.* Burſat. *conſ.* 160. *lib.* 2. *& conſ.* 350. *li.* 4. intereſt enim Vaſallorum æqualitatem ſeruari, ita vt ſicut ipſi prohibentur alienare feuda inuitis dominis ita etiam domini alienare non debeant non conſentientibus vaſallis, nam ex natura correlatiuorum ad imparia iudicari non dedebẽt, pro vt etiam arguendo probat, in tantum quod eo caſu vaſalli cogi nõ poſſunt ad præſtandum iuramenta fidelitatis nouo domino, tradit Iaſ. *in l. debitorum ſub n.* 7. *C. de pact.* poſt Cynum *in l.* 1. *C. de nouat.* quem refert Burſat. *in d. conſ.* 350. *ſub n.* 11. & Gabriel. *in d. concl.* 8. nihilominus ex quo eorum conſenſus tendit contra libertatem, ideo non poſſunt aliis diſſentientibus præiudicare, ſed minoris partis contradictio præfertur, vt affirmat Neuiz. *in d. conſ.* 12. *n.* 116. Duenn. *in d. reg.* 215. *in* 3. *ampli.* & Gabriel. *in dicta concluſ.* 8. *n.* 7. dum omnes ſubditi huiuſmodi alienationi intuitu literarum Principis forte conſentirent, ille conſenſus præſumeretur meticuloſus. Neuiz *in d. conſ.* 12. *nu.* 115. poſt Caſtr. *in conſ.* 70. *ſub n.* 6. qui notabiliter affirmat, quod ſi omnes ciues ſponte conſentiant, eorum tamen cõſenſus præiudicat ſucceſſoribus non nominatis tempore alienationis, & ſecundum doctrinam Iſern. *in cap. Imperialem § nec dominus n.* 48. *de prohib. feudi alien.* vaſalli, qui per triginta annos fuerunt in demanio Regis poſſunt ſe ex præſcriptione tueri, & dicere Regi promiſit ſua Catholica maieſtas nos ſemper tenere in demanio, idque ſolum probabunt ex longa poſſeſſione iuxta regulam text. *in l. rem verſa ff. de vſur.* tum etiam quia ſpecies libertatis eſt viuere ſub Rege, & nõ ſub alio Barone, vt conſiderat Idem Iſernia *in § præterea ducatus nu.* 45. *eod. tit.* quoniam dum dominium eſt Baronis multis oneribus vaſalli ſubiiciuntur iuxta notata per Bald. *in l.* 1. *q.* 32. *ff. de rer. diuiſ.* & tenentur vtili domino præſtare adiutoria, & ſubuentiones in pluribus caſibus, vt in conſtitut. Regni quam plurimum, à quibus omnibus liberantur dum admittuntur ad demanium, vt pondeſat Franch. *in deciſ.* 17. *n.* 3. & proinde dum venditur Baroni licet vniuerſitati, ac cuilibet de populo proclamare ad libertatem ex regula text. *in l.* 2. *ff. ſi lib. ingen. eſſe dicat. cum ſimilib. ſupra allegat.*

Digitized by Google

allegat. per quas regulas DD. noſtri tradiderunt de iure competere demaniũ, inter quos ſit ante ſignandus Faber. *in §. nec dominus inſtit. de noxal. act.* Franch. *in d. deciſ.* 17. Anna *allegat.* 27. *nu.* 9. allegans ad hoc gloſ. iuncto tex. *in l. inuitus ff. de fideicomm. libert.* ac denique per Saler. qui cæteros cumulat *in proœm. conſuet. Neap. fol.* 43. *lit. A.* ſublata ea diſtinctione, quam ipſe tradit, ſi venditur à Rege vel à Barone cum per plures ſententias Regiæ Cameræ, ac Collateralis conſilij ſit vterque caſus æquiparatus, dum indiſtinctè concurrentibus qualitatibus neceſſariis iuribus, & voluntate vniuerſitatis, ac tempore legitimo eas dimiſerit ad demanium, licet ab alio Barone fuerint venditæ Terræ.

His ſic præhabitis, & veris exiſtentibus cum in regno ſint multæ Terræ, quæ diuerſas habent iuriſdictiones, Nam vnus dominus poſſidet Ciuilem, & alter Criminalem: ideò vtile eſt ſcire quando eſt vendenda iuriſdictio criminalis, ſi vaſalli poſſint petere demanium, in qua quæſt. Freccia *de ſubfeud. lib.* 2. *authorit.* 2. *n.* 26. quod quando fit talis venditio iuriſdictionis criminalis non ſunt ad præfatam prælationem admittendi vaſalli, & ita ſequitur eum referendo Franch. *in ſupra citata deciſ.* 17. *n.* 14.

Cuius opinio poſſet ſuſtineri ex eo, quia in hoc caſu non poteſt conſiderari fauor libertatis vaſallorum, ſi quidem adhuc remanent vaſalli, cum verum ſit de iure, quod habens iuriſdictionem dicatur Baro, iuxta tradita per Capic. *in deciſ.* 27. & tenens iuriſdictionem criminalem potius dicatur iudex perſonarum vnde videmus, quod ille non iurat fidelitatem nec debentur ei adiutoria cum non ſit verè Dominus, Freccia *de ſubfeudis dicta auth.* 2. *num.* 20. Franch. *deciſ.* 131. *n.* 3. vbi quod Dominus, & Baro is dicitur, qui exercet iuriſdictionem ciuilem, licèt non habeat criminalem, quæ in materia adiutorij nihil operatur, quemadmodum nec in materia aſſecurationis per vaſallos faciendæ dicta iuriſdictio criminalis nihil operatur, vt per Capic. *in ſua inueſtit. feud. ſub rub. feudorum aſſecurationis col.* 2. *verſ. quod autem erit Deo*; qua propter merito Baronem criminalē prohiberi facere depingere arma in Terra percipitur, & Capic *in citat. deciſ.* 27. & refert Freccia *de ſubfeud. lib.* 2. *auth.* 47. *in princ.* dicens aliàs fuiſſe in ſimili caſu deciſum quod arma, & inſignia, apponantur ab eo, qui habet iuriſdictionem ciuilem Thor. *in compend. deciſ. Neap. in verb. arma Baronis.*

Cęterum Regia Camera Summariè cum caſus accidiſſet in facto totum contrarium iudicauit, vt teſtatur Curt. *in ſuo diuerſ. feud. fol. mihi* 10. *n.* 67. & cũ allegando nouiter Capiblanc. *in ſuo tract. de author. Baron. pragmat.* 8. *n.* 267. *verſ. adde contrarium in nouiſſimis col* 1. & hanc diuiſionem nos ſectati fuimus in anno 1621. dum eſſemus requiſiti de voto: & cum in currenti anno 1623. idem caſus nobis propoſitus fuiſſet in eandem deſcendimus ſententiam, quã ſectati fuerunt alij feudiſtæ maximi nominis, & Aduocati primarij in ſacro Regio conſilio noſtro huius Almæ ciuitatis Neapol.

Nec obſtant ea, quæ conſiderauimus pro altera opinione, ſiquidem cũ hæc ſecunda ſit recepta in Regia Camera, in qua ſic practicatur ita debent attendi, cum opinio conſuetudine, & praxi approbata ſit attendenda Dum. *in reg.* 100. *verſ. fallit.* 1. Hoied. *de incompatib. benef. part.* .... *cap.* 19 *n.* 46. vbi concordantes allegat. Praxis enim rerum magiſtra & conſuetudo eſt optima legum interpres *cap. cum dilectus de conſtit. l. ſi de interpretatione & l. minime ff. de leg.* Vndè illa opinio tenenda eſt, quod ab

obſeruantia in contrarium vigente, vt reſpondit Cephal. *in conſ* 320. *vol*. 3. quẽ referunt Ludouic. *concluſio*. 58. *illation*. 26. & Monter. *in præfat. ſuarum deciſ. numer*. 31. Coraſ. *in lib. comm. opin. tit*. 9. *caſu* 18. *numer*. 97. etiam ſi communis opinio ſit in contrarium debet teneri, & illa quæ recepta eſt in praxi, & vſu, Lopez *inſtruct. conſcient. cap*. 87. *part*. 1. Nec mirum cum conſuetudo in hoc æquiparatur ſtatuto. Gramm. *deciſion*. 92. *numer*. 4. Crauett. *conſ*. 96. *numer*. 6. imo dicimus eſſe ſtatuto fortiorem, Decius *conſil*. 690. *numer*. 8. Vnde vbi conſuetudo non valet, nec ſtatutum, Bald. *conſil*. 238. *lib*. 4. Crauett. *de antiquit. tempor. part*. 1. *in princip. numer*. 42. Et ideo eum hæc opinio in fauorem Demanij reſpiciat æquitatem, illa eſt præponenda alij reſpicienti rigorem, cum in conflictu opinionum vt ipſarum varietate, ſi commodè fieri poteſt ſemper pro æquitate contra rigorem pronunciandum eſt benigniorque opinio præferri debet *l. ea quæ* §. *in re dubia ff. de reg. iur. l. ſi fuerit in fin*. ibi. *Hoc valere benignum eſt ff. de leg*. 3. *l. proxime verſ. ſed in re dubia ff. de his, quæ in teſt. delen*. Caball. *in præfat. quæſt. numer*. 41. *&* 42. Menoch. *conſil*. 401. *numer*. 319. & tradit Natta *conſ*. 136. *numer*. 10. *& conſ*. 452. *num*. 43. Cagnol. *in l. non poteſt videri improbus num*. 5. *ff. de regul. iur*.

Æquitas enim eſt omnium plenior, & certior modus interpretandi leges, vt inquit Bald. *in l. ſi defunctus C. de ſuis & legit. colum. vlt. verſ. &* 9. *quod æquitas* & ex text. vbi notant omnes Canoniſtæ *in cap. vlt. de tranſact*. in Fel. *in cap. ex parte il* 2. *n*. 35. *de offic. delegat*.

Ex quibus omnibus, & aliis, quæ breuitatis cauſa relinquuntur patet reſolutio articuli, datum Neapoli die 19. Julij 1624.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2960.

Super cap. omne decretum in fin. 10. quæſt. 1.

¶ *Collatio beneficiorum de iure communi ſpectat ad epiſcopum in ſua diæceſi.*

EX iſto text. elicitur cõcluſio, quod collatio beneficiorum de iure cõmuni ſpectat ad epiſcopum in ſua Diœceſi, & ita tradit Verall. *deciſ*. 214. *part*. 2. & voluit Rota in Meleuitana beneficij Sancti Marci Lunæ 29. Januarij 1607. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Ludouiſio, tunc temporis Rotę auditore, & deinde Gregorio XV. Pontifice maximo, & vide Rotam *deciſ*. 756. *par*. 2. *in recent*. *& deciſ*. 416. *ead. part*. 2. vbi fuit dictum, quod ex hac ſola iuris aſſiſtentia erat danda epiſcopo hæc manutentio.

Amplia hanc firmatam concluſionem procedere, & habere locum non ſolum reſpectu beneficiorum ſecularium, ſed etiam reſpectu beneficiorum regularium ad text. *in cap. Abbate de verborum ſignificat*.

Quod tamen Rota dixit eſſe verum in beneficiis regularibus nõ exemptis, ſecus autem in exemptis, quia ipſorum collatio ſpectat ad Regulares, vt voluit in Ferrarien. prioratus 18. Aprilis 1611. coram R.P.D. Ottembergo.

Declara ſimiliter epiſcopum, non habere ſuam intentionem fundatam in beneficiis eccleſiæ collegiatæ, quorum collatio ſpectat ad capitulum, nec in canonicatibus eccleſię Cathedralis, quorum collatio eſt ſimultanea epiſcopi, & capituli, vt in facto conſultus reſpondi nonnullis vicibus, & præſertim in quadam cauſa Theanen. in anno 1622.

COLLECT. 2961.

Super Alciat. in l. 1. num. 15. ff. de acquir. poſſeſſ.

¶ *Adimi-*

§ *Adminiſtratio Regni, an & quando Rege mortuo tranſeat in ſucceſſorem?*

PRobat hic Alciatus, quod mortuo Rege prædeceſſore ſtatim in ſequentem tranſit adminiſtratio Regni, & ita poſt plures Doctores, quos allegat tradit, & ſequitur Cabedus *deciſ. Rot. Luſitan. 9. part. 2.* vbi quod ideò tota iuriſdictio Regis eſt, vt per alium abſque eius mandato exerceri nõ poſſit, nec per magiſtratus, quorum creatio ad Regem ſpectat *l. 1. §. cum vrbem ff. de offic. præfect. vrb.* & quod intra limites Regni iuriſdictio tota Regis ſit, maxima eſt iuris præſumptio.

In tantum, quod nullus in regno iuriſdictionem hanc habere poteſt, n ſi habeat donationem à rege, nec ea vti, nec quæcunque poſſeſſio, & præſcriptio, licet immemorialis illi proderit non oſtenſo titulo, vt latius conſtat apud Cabedum *memorata deciſ. 9.* vbi plura cumulat circa articulum, quod Rex Luſitaniç fundatam habeat intentionem in ſuo regno circa oppida illius, & iuriſdictionem.

Et quando regi competat adminiſtratio regni, & iuriſdictio, declarat idem *deciſ. 8. part. 2.* & de regno Luſitaniæ loquitur idem *deciſ. 7.*

Sed num iſti ſucceſſores in regno teneantur habere ratas donationes factas à prædeceſſoribus? affirmatiuè dicendum eſt, ad text *in cap. 1. de donat.* & ita Cabedus *deciſ. 19. part. 2.* vbi hunc declarat articulum.

COLLECT. 2962.

Super cap. veniens de præſcriptionibus.

§ *Priuilegium impetrans videtur renunciaſſe iure præſcriptionis.*

NOtatur hic, quod qui priuilegiũ impetrauit iuri præſcriptionis renunciaſſe videtur. Et ita Pereira *deciſ. Rota Portugalliæ 1. num. 5.* vbi etiam firmauit, quod creditor emens rem pignoratam videtur à pignore diſcedere per textum, *in l. Titius ff. quibus mod. pignus, vel hypothec. ſolua.* aduertens, quod qui paſſus eſt, vt ſuæ donationi modus, ſeu conditio adiiceretur, videtur receſſiſſe à prima forma, & acceptato nouo titulo receditur à primo, maximè quando materia ſubiecta non patitur, vt vterque ſtare poſſit, veluti quando creditor accipit in ſolutum rem ſibi obligatam, quia primo omninò extinguitur obligatio, & non reuiuiſcit, etiam ſi deindè reſoluatur datio in ſolutum per ſecutam euictionem *l. eleganter in princip. ff. de pignor. act.* Surd. *deciſ. 51.*

Sed num datis ſecundis fideiuſſoribus cenſeatur nouata obligatio priorum? declarat idem Pereira *deciſ. 17.* qui *in deciſ. 20.* tractat alium articulum in hac materia ſi prorogato termino ad ſoluendum debitori expiret fideiuſſoris obligatio.

COLLECT. 2963.

Super pragmatica regni 2. incip. querula diſpoſitione ſub rubrica vbi de criminibus agi oportet.

§ *Sententia lata in prima inſtantia contra Neapolitanos à iudice qui non ſit iudex Domicilij nulla eſt.*

DIſponitur per hanc pragmaticam regni noſtri Neapolitani, quod nullus valeat pro primis cauſis extrahi à ſuo proprio domicilio.

Amplia quod ſi reperiatur lata ſententia, ſiue prolatum decretum in prima inſtantia ab alio iudice, quam à iudice domicilij, talis ſententia prolatà tanquam nulla vires ſententiæ non habebit, vt pluries deciſum reperio per noſtrum Sacrum Regium Conſilium, & præcisè in fauorem olim

principis ciuitatis Salerni in cauſa cuiuſdam de familia Pinſi.

Et ita etiam fuit dictum in Curia Archiepiſcopali ſi reperiatur prolata ſententia à Metropolitano in prima inſtantia, & eſſet proprius epiſcopus domicilij, qui virtute Sacri Concilij Tridentini *ſect.* 24. *de reformat. cap.* 20. procedere debet, mandatur enim per illud, vt omnes cauſæ ad forum eccleſiaſticum ſpectantes coram loci ordinario in prima inſtantia decidantur, & ita tradidit Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 15. Monald. *conſil. deciſ.* 94. & vide ſcripta per nos *in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol.* 273. *part.* 4.

Amplia ſecundò, vt neque de conſenſu vaſallorum poſſit huic priuilegio renunciari, & prorogari iuriſdictio iudicis ſuperioris inuitis Baronibus habentibus iuriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum, vt conſtat ex relatis per Capic. *in deciſ.* 9.

Quinimo ex dictis à Franco *deciſ.* 529. Barones nequeunt euocare eorũ vaſallos extra diſtrictum de vna terra ad aliam, ad inſtantiam cuiuſuis perſonæ.

Sed num remiſſio per Baronem petita debeat concedi, quando in proceſſu de delicto contra perſonam ſui vaſalli minimè conſtat? vide in ſequẽti iuris reſponſo edito à iure Conſulto Lucano, vbi deciſionem articuli reperies, eius autem tenor eſt, vt ſequitur videlicet.

SAncitum eſt quod pro primis cauſis nemo extrahatur à proprio domicilio, *ad text pragm. Regni* . *ſub rubric. vbi de delict. quis conuen deb.* ita quod vaſallus remittendus eſt ſuo Baroni, etiã poſt ſententiam tribunalis ſuperioris, per quod fuerit condemnatus ex traditis per Auendan. *reſponſ. ſin. num.* 6. & iuxta plures deciſiones S. . . Regij Cõſilij, & quotidianam obſeruantiam Regiorum Tribunalium, & Vaſalli nequeunt huic priuilegio renunciare, & prorogare iuriſdictionem tribunalis ſuperioris inuito Domino, Beluiſ. *in cap. Romana* §. *contrahentes n.* 111. *de foro compet. in* 6. Capic. *deciſ.* 9. Franc. *deciſ.* 529. in tantum, quod neque regia tribunalia adire poſſunt omiſſo medio, ſi primus iudex denegauerit, vel omiſerit facere iuſtitiam, Frecc. *de ſubfeud. auth.* 11. Franc. Marc. *deciſ.* 357. *tom.* 2. Anna *ſing.* 269. & proinde licet Baronibus edicta pœnalia proclamare ne quiſquã vaſallorum audeat tribunalia regia adire, omiſſo iudice primarum, ſecundarum, vel tertiarum cauſarum, ſi fortè illas habent, quæ pœnalia banna ſunt licita ſtantibus priuilegiis, Reg. Tapia *in conſtit. regn. ſtatuimus n.* 33. aliàs pœna banni poterit à Barone exigi, cui licuit pro conſeruanda ſua iuriſdictione pœnam imponere *l.* 1. *ff. ſi quis ius dicent. non obtemper.* Foller. *in pract. crim. verſ. audiantur executores*, & ita fuit iudicatum in Sacro Regio Conſilio in cauſa vniuerſitatis Soloſtæ cum eius Domino apud de Caro actuarium, licèt ſi tractetur de cauſa criminali, & vaſallus citatus dubius de odio, & iniuſtitia Baronis, ſuorumque officialium ſe præſentaret coram legitimo ſuperiore non incideret in pœnã banni cognita cauſę veritate, & ſuſpicione, Anna *ſing.* 561. imò ſi eſſet habilitatus cum cautione de non diſcedendo, neque cautio infringeretur, licet etiam rumpere carceres pro iuſto timore iniuſtitiæ Clar. *in ſua pract. crim. quæſt.* 21. *n* 26. Maſcard. *de prob. concluſ.* 265. latè Anna *in cap.* 1. *de vaſal decrep ætat. n.* 58. nam non dicitur fugere qui vadit ad ſuperiores, *l. quis ſit fugitiuus ff. de adilit. edict.* vbi Cæpolla *n.* 1. & fugitius à carceribus ad effectũ confugiendi ad ſuperiores non dicitur fugere, nec tenetur de fractura carcerum, Alber. *in l. ſi poſt tres ff. ſi quis caut.*

Boſſ.

Digitized by Google

Boſſ. *in tit. de carcer. fideiuſſ. n.* 46. Amic. *conſ.* 7. *n.* 20. plenè Maſcard. *de probat. concluſ.* 820. *n.* 13. & ita quotidie practicatur, quia fugientes à curiis inferioribus, & confugientes ad magnam Curiam etiam eſt: actis carceribus non tenentur ad aliquam pœnam, etiam conuentionalem, nec de fractura fideiuſſionum Carrer. *in pract. crim.* §. *tertium eſt iudicium nu.* 38. & poſt alios Farinac. *de carcer. & carce. quaeſt.* 30. *n.* 172. *cum ſeq.* & per recurſum ad ſuperiorem ligentur Manus ipſorum iudicum inferiorum, Bal. *in cap. ſancimus quo tempor. mili.* Bal. *in l. ſocietatem* §. *arbitrorum ff. pro ſocio* Neuiz. *conſ.* 94. *nu.* 10. Maſtril. *deciſ.* 289. vbi latè firmat, quod Bannitus à iudice inferiori, ſe præſentare coram iudice ſuperiore poterit, & propter talem præſentationem non dicitur amplius contumax, nec in banno vlterius perſeuerare, maximè ſi pro eadem cauſa per ſuperiorem fuiſſet fideiuſſori obligatus vel carceratus *l. contra pupillum, & l. capitalium* §. *ad ſtatuas ff. de pœn.* Afflict. *deciſ.* 130. quod in dies practicatur.

Conſtat igitur remiſſiones cauſarũ, ſiue ciuilium, ſiue criminalium vaſallorum eſſe faciendas eorum Baronibus, & ſic quotidie practicatur in regiis audientiis regni, & in magna Curia Vicariæ, per quas ſtatim atque petuntur tales remiſſiones cauſarum per Barones ſolent concedi, cum comminatione ſi ſint cauſæ criminales, & inquiſiti capti ſint per magnam Curiam ſeu per aliquam ex regiis audientiis regni, vt cauſam expediant, & iuſtitiam faciant intra menſem iuxta pragmaticam regni 14. *ſub rubric. de offic. magiſt. iuſtit.* qui quidem iudices Baronales, quibus remiſſa extaret cauſa, ſi cauſam ipſam in memorato ſtabilito curriculo vnius menſis terminare neglexerint poſſet, & deberet magna Curia, vel regia audientia, per quam cauſa remiſſa ſit procedere in dicta cauſa, expedireque debitas, & opportunas prouiſiones, imò ſi ipſi inquiſiti, qui ad eorum iudices competentes remitterentur, ſi debita ſtatuta à iure pœna non punirentur, iuxta qualitatem delicti, de cætero remitti non deberent modo aliquo. *d. pragm.* 14. *in vlt. caſu refert*, & ſequitur Viuius *deciſ.* 208. *nu.* 8. vbi *nu.* 9. quod imo etiam tam magna Curia, quam Regiæ prouinciales audientiæ in decreto remiſſionis cauſarum Baronibus, ſeu aliis officialibus tenentur apponere, ſtabilireque terminum, infra quem Barones ipſi debeant ſubditos remiſſos à carceribus remittentium extrahere, & recipere copiam proceſſus, quo termino elapſo procedi poſſet, & deberet per ipſoſmet iudices magnæ Curiæ, ſeu auditores prouinciarum ex pragmatica regni quam allegat firmando infinitis quippe vicibus hoc obſeruaſſe in remiſſionibus cauſarum in regia audientia Apuleæ addendo pariter in decretis remiſſionum cauſarum, vt officialis, cui cauſa remiſſa foret certioraret quoque regiam audientiam ipſam de exitu cauſæ ſtatim prolata ſententia.

Quæſtionis tamen eſt, num remiſſioni per Baronem petitæ ſit locus, quando in proceſſu nõ conſtet de delicto contra eius vaſallum carceratum? In cuius reſolutione Angel. magnus practicus *in l. in princ. verſ. tamen iudex C. vbi de crimin. agi oport.* negatiuam ſectatur ſententiam, & ante Angel. Bald. *in l. fin. in addit.* per illum text. *ff. de rural. actionib.* Auiles *in cap. pratores* 27. *n.* 8. Sicque pluries fuiſſe iudicatum in magna Curia Vicariæ teſtatur additio ad Tartagliam *in ſua pract. crim. ca.* 8. vbi quod dum inſtatur in magna Curia Vicariæ per Baronem pro remiſſione alicuius carcerati inquiſiti, & hoc virtute ſuorũ

Digitized by Google

priuilegiorum, iudex antequam deueniat ad actum remiſſionis præ oculis habere debet, non ſolum ſi delictum, de quo inquiritur ſit commiſſum, *l. 1. §. item illud ff. ad ſillanian.* & ibi communiter omnes *l. vnde Neratius §. fin. ff. ad l. aquil. l. 1. §. ſi quis vltro ff. de quæſtionibus l. Diuus Traianus ff. de milit. teſta.* plenè Farinac. *in ſua pract. criminal. in tit. de inquiſit. quæſt. 2.* vbi quod niſi de corpore delicti iudici conſtiterit, neque poterit ad capturam deuenire ex Marſil. *conſ. 12. n. 34.* Gomez *in tit. de carcera. reorum n. 1.* Boſſ. *in ſua pract. crimin. in tit. de delictis n. 53.* Gram. *conſ. 5.* late Monticel. *in regul. crimin. 13.* Burſat. *conſ. 201. n. 33. lib. 2.* Brunor. à Sole alios cumulans, *in quæſt. 30. n. 20.* Ita quod de delicti corpore non ſufficit conſtare per coniecturas, & præſumptiones, ſed per probationes, *l. ſi quando C. vnde vi in verb. patefacta*, vbi Bald. *num. 2.* Boer. *deciſ. 88.* Cappel. Tholoſ. *deciſ. 213.* Maſcard. *de probat. concl. 830.* Myſinger. *obſeruat. 81. centur. 3.* Sed etiam ſaltem ſummariè cognoſcere debet an vaſallus inquiſitus deliquerit ex gloſſ. *in clem. Paſtoralis in verb. de more de re iudic.* Roman. *in l. fin. §. 1. ff. de public. & vectig.* Angel. *in l. fin. in fin. C. de accuſat.* Oldrad. *conſ. 124.* Guid. Pap. *deciſ. 212.*

Et licèt Regens de Tapia *in pragm. 1.* vbi de delicto quis cõueniri debeat, quam in ſua compilatione iuris Regni collocauit *lib. 3. fol. 38. nu. 6.* atteſtetur receptum eſſe in ſacro Concilio vt remittatur vaſallus etiam ſi veniret abſoluendus, quia in hoc etiam verſatur intereſſe iuriſdictionis Baronalis ſcilicet declarare per ſuum iudicem quod non adeſt delictum.

Tamen ego non recedo à ſuperiori opinone, pro qua illa viget effi ax ratio, ne inquiſitio, & accuſatio contra carceratum cuius remiſſio petitur ſit odio particularis Baronis, quare ad hoc effugiendum, & ne permittatur, vt illorum priuilegiis Barones vtantur ad necem, tutius eſt tranſire cum hac opinione, quæ fauet reis, pro quibus in dubio eſt iudicandum.

Et hæc currenti calamo dixiſſe ſufficiat, paratus tamen altiora, & fertiliora in medium adducere, ſi occaſio erit, & tempus permittet. Datum Neapoli die 12. Iulij 1623.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2964.

Super cap. ſacris de ſepulturis.

¶ *Magiſtratus an poſſint cum licentia extrahere corpora mortuorum?*

PRobatur in hoc textu, quod magiſtratus poſſunt impetrata licentia oſſa mortuorum eruere, de quo etiam habemus text. *in l. oſſa ff. de religioſis, & ſumptibus funerum*, & ita affirmauit Cabedus *deciſ. Rot. Luſit. 174. part. 1.* vbi quod iura loquentia de violantibus ſepulchra intelliguntur in perſonis particularibus, & non publicis, & quæ dolo malo id faciunt, *l. 1. & 2. ff. de ſepulcr. violat.* nec dicunt per hoc committi ſacrilegium.

In tantum quod firmat iſte author poſſe iudicē ex officio cadauera mortuorum eruere à ſepulchris ad ea inſpicienda, quando adeſt præſumptio defunctum mortuum eſſe vulnere, aut ex veneno & ſæpe cum caſus accidiſſet hoc fuit factum per iudices.

Verum tempore quo ego ob mortem Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis Carafæ exiſtente ſede vacante vicariatus munere, & officio eſſem inſignitus, requiſitus, vt impartiter huiuſmodi licentiam eruendi quoddã corpus mortuum, quod præſupponebatur veneno necatum fuiſſe ob multas rationes, quas hic tacere cogor, nolui talem concedere licentiam.

COL-

COLLECT. 1965.

Super Bar. in l. poſt legatam columna fin. ff. de quibus vt indignis.

¶ *Variatio quando permittitur ſemel fieri poteſt.*

COncludit hic Bartolus, quod in caſibus, in quibus permittitur variatio non poteſt variari, niſi pro vna vice, de quo videre poteris text. *in l. ſi quis ius iurandi C. de rebus creditis*, & vide quod ſcripſimus *in deciſ. Curia Archiepiſcopal. huius ciuitatis Neapolis deciſ.* 107. *part.* 4.

Amplia quod patronus non poteſt niſi ſemel variare in præſentando in iure patronatus vt poſt omnium ſententiam, & caterum Doctorum videre poteris *in noſtra deciſ. Curia Archiepiſc.* 54. *part.* 3.

Amplia quod via, quam quis ſemel elegit ſibi patere debet, & iudicium ſemel aſſumptum tenetur perſeuerare, Giurba *deciſ. Rota Sicil.* 55.

Amplia, quod cum variatio ſit ad inſtar electionis ſemel eligens in alternatiuis nequit amplius eligere, Capic. *deciſ.* 119. Valaſcus *deciſ. Rot. Luſit.* 102.

Amplia, quod eligens vnam viam aliam cenſetur renunciare, ita quod per electionem vnius videtur tolli, & alia, vt voluit Rota Romana apud Gregorium XV. tunc temporis ipſius Romæ auditorem *deciſ.* 270.

Declara tamen hanc firmatam cõcluſionem non procedere in materia beneficij conceſſi miſerabilibus perſonis vigore *l. vnic. C. quando Imperator inter pupil. & vid. & conſtit. regni noſtri ſtatuimus de magiſtro inſtitutario*, nam hæ perſonæ licèt elegerint vnum forum poſſunt bis, & rei de vno ad aliud variare, vt latè demonſtrat teſtans de praxi Nouar. *de elect. & variatione fori quaſt.* 4. *ſect.* 1. *in ſecunda impreſſione Neapolitana*, vbi ad ſaturitatem habebis explicatum hunc articulum.

COLLECT. 1966.

Super Baldo in cap. 1. §. hic autem qui feudum dare poſſ.

¶ *Baſtardi vt poßint ſuccedere cum legitimis, an ſtatuto caueri poßit?*

DIſputat hic Baldus, ſi poſſit ſtatuto caueri vt admittantur filij Baſtardi vnà cum legitimis ad hæreditatem paternam.

Pro cuius articuli reſolutione videre poteris Velaſc. *deciſ. Rot. Luſitan.* 51. *in fine & deciſ.* 94. *n.* 9 Gamm. *deciſ. eiuſdem Rota* 5. *& deciſ.* 319. Cabed. *deciſ. eiuſdem Rota* 106. *& deciſ.* 231.

Aduerte tamen quod in Francia nõ ſeruatur admitti filios baſtardos cum legitimis, quia contra legem diuinam eſt, teſtatur Rebuffus *in conſtit. dicti regni tom.* 1. *fol.* 32. *à n.* 68.

Et ad materiam vide quæ nouiter congerit Pereira *deciſ. Rot. Luſit.* 12. vbi quærit etiam ſi filia ſuſcepta ex propria ancilla mortuo patre libera remaneat, ita vt ſi filia pedißis ſit patri hæres exiſtat.

COLLECT. 1967.

Super Cyn. in l. vni. §. 1. C. de rei vxor. act.

¶ *Subrogatum quando ſapiat naturam ſubrogati?*

FIrmat hic Cynus illam concluſionem, quod ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, prout probatur *in l ſi eum §. qui iniuriarum ff. ſiqui caut.* Surd. *deciſ.* 35.

Declara tamen hanc concluſionem non procedere in pœnalibus, Cardinalis Seraphin. *deciſ.* 537. prout neque

procedere in priuilegiis quandoque conſultus reſpondi.

Idemque eſſet, quando ſubrogatum ſit ad rem diuerſæ naturæ, ad text. *in l. cum in fundo §. ſi fundus ff. de iur. dotium.*

Sed num ſubrogato debeatur ſalarium, quod debetur ei, in cuius locum fit ſubrogatio declarat Amatus *deciſ. Rotæ Ferrariæ* 31. vbi fuit tentum iudicem delegatum loco Rotæ poſſe recipere ſalarium eidem Rotæ debitum.

COLLECT. 1968.

Super l. matriculam C. de agentibus in rebus lib. 12.

¶ *Matriculæ an & quando inducatur præſumptio? quem forum ſortiatur habens plures matriculas.*

AD ornatum huius legis videndus eſt Seſſa *deciſ. Rot. Aragon.* 143. vbi tractat de fide matriculæ, & an per matriculam inducatur præſumptio, & de effectu proteſtationis nobilis deſcripti in matricula plebeiorum.

Sed quid ſi quis habeat plures matriculas, vel officia qualem forum ſortientur declarat Franc. *deciſ.* 175. vbi matriculati recommendati Curiæ Admiratiæ, ſi ab aliis citantur, nō teneantur comparere, nec poſſunt reputari contumaces, ſi ſuperior ſciat eſſe tales, quod limitatur, niſi quis ſit deſcriptus in matriculis ratione effugiendi munera, nam ſi non probetur ipſos non facere exercitium, & exequi qualitates artis, & exercitij, aut officij, non potientur fori priuilegio, idem *deciſ.* 481. quod eſt aduertendum pro illis, qui prætendunt exemptionem ex cauſis prædictis, & ſimilibus, nam cum præſumatur de iure in fraudem procurari *l. 1. cum ſeq. C. qui milit. poſſ. lib. 12.* & ſi actu non ſeruiant non debent gaudere; Conferunt ſcripta per Annam *allegat.* 44. vbi concluſum eſt literas familiaritatis non deſeruire actu non ſeruientibus, prout ita ſeruatur in Vrbe, & per Rotam deciſum fuit.

COLLECT. 1969.

Super Archidiac. in cap. cum perſonæ in fine de priuilegiis.

¶ *Libertas, & exemptio ab ordinarij poteſtate quo titulo præſcribatur?*

TItulus minus iuſtus ſufficit ad præſcribendam libertatem, & exemptionem ab ordinarij iuriſdictione, & ita dixit Rota in Januen. iuriſdictionis Mercurij 24. Januarij 1607. coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio.

Sed num quoad præſcriptionem ſufficiat titulus putatiuus, & inualidus dixit affirmatiuè Rota apud Verallum *deciſ.* 361. *par.* 2. eadem Rota *dec.* 91. *n.* 3. *in princ. & deciſ.* 324. *part.* 1. *in recent. & deciſ.* 662. *part.* 2. *in recent.* non enim requiritur iuſtitia tituli in præſcriptione, vt dixit Rota in Valentina decimarum de gardia 25. Maij 1607. coram R. P. D. Juſto, & in Valentina de palma 2. Junij 1606. coram R. P. D. Coccino Decano, & ratio eſt, quia quando titulus eſt verus, & iuſtus tunc ſuperflua eſt alia præſcriptio, vt dixit Rota in Tiraſonen. iuris præſentandi coram R. P. D. Litta.

Bene verum eſt neceſſe, quod iſte titulus ſit iuſto errore cauſatus Rota *deciſ.* 324. *part.* 1. *in recent.* & ideò ſi eſſet cauſatus ex iuris errore, in quo non cadit probabilis ignorantia non ſuffragaretur ad præſcriptionem Rota in Baen. iuriſdictionis coram R. P. D. Veroſpio, niſi eſſet error iuris habēs mixturam facti Rota *d. deciſ.* 228. *ſub n.* 2. vbi ita etiam dicit, ſi eſſet error iuris valde dubij.

Hoc

Digitized by Google

Hoctamen ſemper in hac materia eſt ſeruandum quod titulus putatiuus debet eſſe talis, quod ſi eſſet verus de per ſe ſolus ſufficeret, vt voluit Rota in Corduben. decimarum 18. Maij 1618. coram R.P.D.Coccino.

Item licet titulus non ſuffragetur ad præſcriptionem quando prouenit à non habente poteſtatem Guidop. *deciſ.* 85. Caſſad. *deciſ.* 7. *ſuper regu. cancell.* tamen ſufficit titulus habitus ab eo, qui probabiliter credebatur quod habeat facultatem, vt voluit Rota *in ſæpius allegata deciſ.* 228. quæ reperitur impreſſa poſt ſecundum conſilium Farinacij, quæ in ſpecie loquitur de titulo habito à Papa ſchiſmatico.

COLLECT. 2970.

Super l. Curiales la 1. C. de decurionibus lib. 10.

¶ *Decuriones an tempore officij laborantes pro vniuerſitate debeant eſſe immunes ab oneribus?*

Colligitur concluſio ex diſpoſitis in hoc textu, quod decuriones dum pro vniuerſitate laborāt, vt tempore officij debeant eſſe immunes, & franchi ab oneribus vniuerſitatis.

Pro cuius ornatu, & coronide ego dico eſſe videndum Annam *ſing.* 482. qui hanc ſententiam concludere videtur.

Verum pro contraria parte videas Guid. Pap. *deciſ.* 398. Boer. *deciſ. Senatus Burdegalenſis* 246. & Cacher. *deciſ. Senatus Pedemontani* 95. apud quos & alios huius opinionis ſectatores reperies.

Ego autem dicere poſſum tanquā Regnicola quod vidi expeditas multas prouiſiones à Regia Camera Summariæ, quod pro patrimonialibus, & mixtis muneribus non debeant eſſe exemti huiuſmodi decuriones, ſiue electi vocati in regno, ſed pro aliis perſonalibus, aut laborem requirentibus, quod debeant eſſe exempti, ita quod in hoſpitandis militibus, quia id reſpicit munus reale ad onus recipiendi in eorum domibus ſatellites, ſiue milites, minimè teneantur, prout quotidie in Regno ita practicari audio.

COLLECT. 2971.

Super Gloſ. in l. nemo poſſeſſorum C. de Annon. & tribut. lib. 12.

¶ *Iuriſdictionem habentes tenentur conſtituere officialem in loco conuicino intra prouinciam.*

Firmat hæc Gloſa per iſtum textum, in verſic. longius quod habentes iuriſdictionem tenentur conſtituere officiales intra prouinciam, & ſic in loco magis conuicino, vt minus vaſalli grauentur in expenſis, & laboribus.

Et meritò quidem, nam Barones proſpicere debent moderando eorum arbitrium, & iuriſdictionem, vt quanto minus poſſent grauent vaſallos ad vtilitatem eorum attendere ſemper debeant, ad text. *in l. mediterraneæ C. de annon. & tribut. lib.* 12. Franc. *deciſ.* 517. *in fin.*

Quare iudicem ſecundarum cauſarum teneri debere à Barone in territorio feudi iuriſdictionis affirmauit Anna *ſing.* 560. nam non debent iſti aſſumi ex remotis partibus, ne defatigentur vaſalli, & ne grauentur ſumptibus itinerando in remotioribus regionibus, vt teſtatur nouiſſime D. Iureconſultus Lucanus Ioannes Maria Nouarius *in ſua vtili praxi electionis & variationis fori quæſt.* 1. *ſub n.* 12. *ſect.* 1. *in ſecunda editione Neapolitana,* vbi pariter firmat Barones poſſe prohibere vaſallis ne appellent per ſaltum omiſſo medio ad alia ſuprema tribunalia, niſi per prius

cauſa tractata ſit coram primarum cauſarum Iudice, & ſic Capitaneo, & officiali domicilij, & deinde apud iudicem ſecundarum cauſarum, & tandem tertiarum, ſi forte Baio hanc haberet prærogatiuam.

COLLECT. 2972.

Super Felin. in cap. cæterum n.4. de reſcriptis.

¶ *Clauſula notabilis in impetratione reſcripti quæ dicatur?*

ANnuit hic Felinus eſſe relinquendum arbitrio iudicis quænam clauſula dicatur notabilis in impetratione reſcripti, & ita Rubin. *deciſ.* 109.

Et nota, quod non omnia tacita, quorum expreſſio potuiſſet mouere principem ad non concedendum vitiant gratiam, ſed ea tãtum, de quibus reperitur in iure expreſſum, quod eis expreſſis gratiam non conceſſiſſet, ita Rota apud Bellametam *deciſ.* 697.

Et confirmatur ex illa alia opinione, quod qualitas falſa, per quam ſuperior non redditur magis facilis, aut difficilis, non vitiat gratiam, & dicit Rota *in antiq. deciſ.* 35. *in ordine per text. in l. demonſtratio fal. a ff. de condit. & demonſtr.*

Quod autem ſubreptio non vitiet confirmationem ſi alias concederetur notat Puteus *deciſ.* 421. *lib.* 1. qui *in deciſ.* 397. *eod. lib.* affirmauit, quod impetrans probare debeat narrata in gratia per ſe.

COLLECT. 2973.

Super Gloſ. in cap. conquerente in verbo mortuariorum de officio ordinarij.

¶ *Quarta epiſcopalis de legatis an, & quando debeatur?*

REgula poteſt conſtitui ex doctrina huius gloſæ, quod epiſcopo debetur canonica portio de legatis relictis eccleſiis, vel locis Piis.

Declara tamen hanc quartam non deberi quando aliquid relinquitur pauperibus in genere, quia tunc nulla debetur quarta, quia in tali caſu videtur relinqui perſonis, non autem Piis locis, & de relictis perſonis non detrahitur quarta epiſcopalis iuxta text. *in cap. ex parte il 3. de verb. ſignif.* Rubin. *dec.* 203. vbi limitat id non procedere in legato facto pauperibus certi loci, quia tunc dicit legatum factum videri intuitu illius loci, & ſic factum loco pio, affirmans quoque hanc quartam non deberi, quando aliquid relinquitur pro ornamentis, cereis, fabrica eccleſiæ, luminaribus, & ſimilibus rebus, vt eſt text. *in cap. fin. de teſtam.*

Declara quoque non deberi quartam, quando legatur pro maritandis duabus puellis ſingulis annis pro vna puella cõſanguinea, quia aut ſunt pauperes, & non debetur quarta, cum legatum ſit factum perſonis, & nõ locis, aut non ſunt pauperes, & in tali caſu vitra ad ductam rationem tale legatum non dicitur Pium, & ideò ex eo quarta minimè debetur, vt voluit Rota Romana in vna Syracuſana quartæ die Mercurij 5. Martij 1586. coram Illuſtriſſimo Seraphino, vbi alij quoque caſus recenſentur, vt apud Quarantam *in ſua ſumma Bullaria in verbo quarta epiſcopalis* & vide ad materiam Franciſcũ S. phanum *deciſ. Rot. Aquenſ.* 45. vbi tractat de quarta funeraria eccleſię parochiali debita.

Sed an regulares eximantur à ſolutione huius quartæ? vide deciſionem Rotæ in vna Licien. quartæ funeraliũ Lunæ 15. Ianuarij 1618. coram R.P.D. Decano, vbi pro affirmatiua parte receniętur reſolutum.

Et an, & quando locorum ordinarij poſſint, & valeant huiuſmodi quartam ab

tam ab inteſtato decedentibus petere, habes reſolutum in ſequenti iuris allegatione edita pro defenſione vniuerſitatis Roccæ Monfinæ aduerſus Reuerendiſſimum epiſcopum Theanenſem.

PRætendit Reuerendiſſimus Epiſcopus Theanenſis de bonis decedentium ab inteſtato in Terra Roccæ Monfinæ ſuæ diœceſis deducere quartam ad opera Pia fortè diſtribuendam, vigore cuiuſdam aſſertæ conſuetudinis; aduerſus quam prætenſionem communitas, ac vniuerſitas ipſa Roccana ſemper ſe oppoſuit è contra prætendens non poſſe impedire cadauera ne ſepeliantur niſi ſoluta quarta.

Pro cuius vniuerſitatis defenſione conſiderandum eſt quod Tyrannidis ſpecies quædam eſſe videtur infeſtare pro cauſa prædicta hæredes, mœrore, & dolore affectos ſtatim morte inopinata ſic ab inteſtato decedentium illis & clero, ſub grauiſſimis cenſuris inhibendo, ne illorum cadauera, niſi prius dicta prætenſa quarta ſoluta, humi tradere audeant; afflictis afflictionem addendo, *l. iure ſuccurſum ff. de iur. dot.* res quidem iniuſta, & noſtris temporibus ab honeſtate multum aliena arg. *l. cum ſit iniuſtum auth. item qui domũ: & auth. ſed neque C. de ſepul. viol.* vnde incredibile eſt quod prætendit, & vix in ſeruili conditione procedere poſſet, argum. *l. incredibile C. de pœn.* cum Eccleſia debeat eſſe cultrix, & auctrix iuſtitiæ, & non pati cõtra iuſtitiam, aliquid in alterum fieri, *c. 1. de alien. feud.* nam ſi creditores non poſſunt impedire cadauera debitorum, ne ſepeliantur non ſoluto prius debito, *dicta auth. ſed neque*, & Gramm. *in deciſ.* 82. nec ſacerdos parochialis denegare Parochis ſepulturã, donec ei ſoluatur merces, *cap. abolendæ, & cap. non ſatis de ſepul.* Petr. ad Gramm. *in dicta deciſ.* 82. *ſub nu. fin.* multo magis hoc obſeruare debet Reuerendiſſimus Epiſcopus, & nihil innouare.

Verum ſi id allegat ex præſumpta, quadam vetuſta conſuetudine, vt ſcribit Genuen. *in praxi c.* 66. relatus à Paulo Piaceſio *in praxi epiſcopali part.* 2. *cap.* 5. *ſub n.* 36. *verſ. imo vtinam*, in illud reſcriptum RR. D.D.S.R.E. Cardinali obſeruaretur vbi illius forma? vbi modus & ordo? vbi conſuetudo?

Circa quod puto eſſe animaduertendum, quod reſcriptum congregationis Illuſtriſſimorum DD. Card. loquitur per dictionem, *vbi*, ibi, *huiuſmodi conſuetudinem retinendam eſſe, vbi viget*, quæ dictio conditionem importat *l. ſi ita ſcriptum*, §. *fin.* vbi Bar. *ff. de leg.* 2. igitur debet articulari, & probari per dictum Reuerendiſſimum Epiſcopum tanquam principale fundamentum ſuæ intentionis, *l.* 1. *ff. de prob. l. qui accuſare*, C. *de eden.* aliàs diſpoſitio nihil poneret in eſſe, & nullum produceret effectum, *l. qui hæredi* §. *fin. ff. de condit. & demonſtr. l. ei qui ita ff. de cond. inſtit. l. dedi* §. *fin. ff. de cond. cauſa data, & non ſeq.* Tiraq. *de retrac. lig. Gloſ.* 4. *n.* 44. *& ſeq. & in l ſi vnquã Gloſa reuertatur n.* 225. *de reuoc. donat.* Rol. à Valle *conſ.* 1. *n.* 2. *& conſil.* 19. *n.* 16. *vol.* 4. Menoch. *de arb. iud. lib.* 2. *caſu* 15. *n.* 3.

Conditio enim cauſam finalem importat; qua ceſſante diſpoſitio ceſſat, *l. cedere diem*, vbi Rebuff. *ff. de verb. ſignif.* Bart. *in l.* 2. §. *vlt. n.* 2. *ff. de donat.* ſequitur Jaſon *in l.* 1. §. *inſpicimus n.* 42. *ff. de acq. poſſeſſ. & in l. qui filiabus n.* 31. *ff. de leg.* 1. & formam importat Tiraq. *vbi ſupra n.* 30. extat text. *in l. prætor. in princ. ff. de collat. bonor.* Bald. *in auth. matri, & auiæ quomodo mul. tut. off. fun. poſſ.* quia forma deficiente corruit actus, & diſpoſitio *l. cum ij*, §. *prætor ff. de tranſac. l. Mæuius ff. de cond. & demonſtr.* Tiraq. *de retract. conuent.* §. 4. *Gloſ.* 6. *n.* 31. *& de retract. lig.* §. 8. *Gloſ.* 2. *n.* 6. Rol. à Valle. *conſ.* 52. *n.* 57. *& ſeq. vol.* 4. vnde cum hæc qualitas conſuetudi-

ros dictas fides feciſſe ad preces dicti Reuerendiſſimi Epiſcopi, quæ preces dicuntur præcepta, & preces armatæ, Maran.conſ.59.n.2. & rogatio domini præceptum eſt, gloſ.in l.1.in verb. quemadmodum ff.quod iuſſu, & actus non dicitur voluntarius ſi fit ab eo, qui compelli poteſt. Dec.in l.1.n.22. C. de edend. & paria ſunt aliquid fieri coactè, vel timore coactionis, Bal.per illum text. in l.nouiſſimè ff. quod falſo tutore, conferunt tradita per Regentem de Ponte conſ.44.n.15.primo vol. Gram. deciſ.18.n.16.Guttierez,conſ.16.n.5.& conſ. 40.in princ. Gomez tom.3.var.reſol.cap.12.n.6. Ant.Fab.titulo ſi quis aliquem teſtari prohibuerit,diffinitione 2.n.8.& ſeq. Regens Valenz d.conſ.4.n.84.& ſeq.

Imo dicti presbyteri videntur quodammodo deponere in cauſa propria, cum dicta quarta eſſet eroganda fortè per ipſos in beneficium decedentium, vnde non poſſunt facere fidem de iis, quæ proprium commodum tangunt, Reg.Valenz.vbi ſupra n.56.49.& ſeq.

Nec refragatur ſi fortè probatur cõſuetudo in aliis partibus eiuſdem diœceſis, nam conſuetudo eſt ſtricti iuris, & debet in ſuis terminis obſeruari, Hieron.de Rol. in ſuo ſoll. reſcrip. inter deciſ. Viu.poſt deciſ.225.num.22. idem Regens Valenz d.conſ.4.n.43. ergo ſi obſeruatur in vno non infertur quod debeat obſeruari in altero loco; cum eadem ciuitas poſſit diuerſis conſuetudinibus viuere; vnum quarterium vna aliud altera Ann.fil conſ.2.n.5.& ſeq. vol.1. & conſ.118.n.2.& 7.vol. & quod non eſt extendatur extra locum, in quo viget. Lud.Gozza.conſ.84. n. 16. verſ. & quia dico,&c.

Præterea ex fidibus fortè præſentandis ab vtraque parte bit, quod conſuetudo non fuit, nec eſt vniformis, ſed difformis,& conſuetudo, exactibus difformibus non probatur quo caſu ſicut quomodo vſus populi variat,redeundum eſt ad ius commune, optimè Myſing.ſing.obſeru.cent.6. obſer.42. Maran.cõſ.71. Regens Valenz alleg.conſ.4.n.42.& ſeq.Anell.Amat.in alleg.conſ.48.n.8.pertiſſimè Ricc. collect. 1009.conſuetudo requirit actuum vniformitatem; obſeruantia difformis interrumpit præſcriptionem, & conſuetudo interrupta nullius eſt momenti, Valenz. conſ.67.nu.35.36.37.& 38.& quando conſuetudo eſt difformis,debet attendi illa,quæ eſt conformis iuri communi, Gramm. conſil.111. in fin.

Et nuper dictus Reuerendiſſimus Epiſcopus, turbando vniuerſitatem prædictam in ſua pacifica poſſeſſione illi aliquod præiudicium inferre non valuit cum actus turbatiui poſſeſſorij non præiudicant Valenz conſ.76.n.131. & conſ.84.n.33. & aduerſus huiuſmodi actus turbatiuos dictæ vniuerſitati cõpetit interdictum Vti poſſidetis. Valenz. d conſ.84. n. 39. & propterea non debet manuteneri,ibid.n.35. & licèt aliquando per vim aliquid exegiſſet hoc fuit lite pendente ideo vniuerſitati obeſſe non potuit Valenz. d.conſil. 59.num 130.

Et licèt nouiſſimè dictus Reuerendiſſimus Epiſcopus in ingreſſu ſui epiſcopatus per cenſuras eccleſiaſticas inhibendo clero, & hæredibus ab inteſtato decedentium, ne cadauera ſepelirent, vt fetore illorum hæredes compulſi certum quid ſoluerent, aliquid ſoluerint homines dictæ vniuerſitatis in pacifica poſſeſſione libertatis turbando non poteſt dici non deliquiſſe, Caiet.part.3.variar.reſol.cap.4.n.234.& ſeq. Nec ex hoc infertur conſenſus, ſed potius diſſenſus arg.nota.in tot. tit.ff.& C.de eo quod.met. cauſa, & cum fuerit in dolo Reuerendiſſimus Epiſcopus ſic praue procedendo nõ debet ei patro-

Digitized by Google

cinari, latè Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſ.* 9. *n.* 68. & cum dolus ſit delictum, ex eo commodum ſentire non debet, Viu. *in deciſ.* 160. *n.* 10. *part.* 1. & proinde excludit conſenſum ab eo, ad quod quis dolo inducitur *l. eleganter ff. de dolo* Tiraq *in præfat. ad l. ſi vnquam n.* 67. *C. de reuoc. donat.*

Vnde cum ſit ius conſuetudinis per vim, & violentiam ereptum nullius eſt momenti, Viu. *deciſ.* 515. *nu.* 8. 12. *& ſeq.* & cum ſit præter ſolitum extortum eſſe præſumitur. Hieron. Roſ. *in alleg. reſponſo n.* 32.

Ad infringendum huiuſmodi inanem prætenſionem facit; nam quoties multi actus referuntur ad probandam conſuetudinem; ſi tamen ex iis non deprehenditur tacitus conſenſus populi, numquam ſunt cooperabiles ad inducendam conſuetudinem Bart. *in alleg. l. de quibus verſic. videamus quod actus ff. de legib.* ſed ex prætenſis, & allegatis actibus per Reuerendiſſimum Epiſcopum non probatur conſenſus, ſed diſſenſus, ideo, &c.

Nec conſuetudo huiuſmodi poteſt dici præſcripta, vt neceſſariò requiritur *cap. fin.* & ibi Roc. *de conſuet. Marc. Mant. in cap. cum omnes de conſtit.* Bart. & alij *in alleg. l. de quibus ff. de leg.* ſtante mala fide ipſius epiſcopi, & repugnantia totius vniuerſitatis arg. notat. per Bal. *l. ſi aquā prima col. in* 4. *not. C. de ſeruit. & acqua, &c.* & per Alex. & Bart. *in l. mariti* §. *quinquennium ff. de adult.* & idem Bal. *in l.* 2. *verſ. ſed quæro C. quando lib. prin. dat.*

Et quatenus dictus Reuerendiſſ. Epiſcopus prętenderet reperiri in aliqua poſſeſſione exigendi dictam quartam, quod per ea, quæ iam dicta ſunt negatur expreſsè (tamen dato, & non conceſſo) huiuſmodi poſſeſſio non poteſt dici niſi violenta, quæ nihil ei opitulari poſſet, nec ſuperioris priuilegio *l.* 3. vbi Bart. & Bal. *C. vnde vi*; Nec poſſet dici pacifica ſtante controuerſia, & lite, *cap.* 1. vbi Abb. *de conſ. vtil. vel inutil.* & quod ei non proſit vti per vim cenſurarum, occupata Bal. *in l. namque in fin. C. de lib. cauſis. l. vis eius* vbi idem Bal. *C. de prob.* Hinc violentus poſſeſſor non releuatur ab onere probandi Bart. *in l. circa ff. de prob.* Hæc ſunt, quę in fauorem libertatis (vt ita dicam) patriæ meæ totis neruis proferre laboraui, in quibus ſi aliquod rancidulum protuli, correctioni melius ſentientis ſubiicio, vt emendet charitatiuo calamo.

Franciſcus Seuerinus.

COLLECT. 2974.

Super cap. quod autem de pœnitent. & remiſſ.

¶ *Indulgentias concedere poteſt ſolus Papa, quid in Epiſcopo, & Archiepiſcopo.*

Ad ornatum huius textus conſtituas regulam, quod ſolus Papa primario poteſt indulgentias cōcedere, ſoluſque plenarias concedit, Epiſcopi verò temporales, limitatas, ſeu partiales iure communi Canonico, & ab ipſo ſummo Pontifice dependente. Ratio eſt, quia huiuſmodi poteſtas eſt iuriſdictionis, non ordinis.

Et ob id Epiſcopus etiam non ordinatus, aut non conſecratus eas poteſt conferre, dummodo ſit electus, & cōfirmatus vt diximus *in praxi reſol.* 306. *n.* 4. *tom.* 2. cum ergo hæc ſit iuriſdictionis poteſtas, & non ordinis rectè infertur illam licet penes Papam ſit iure diuino à Deo proxime accepta penes Epiſcopos vero eſſe iure communi, & ordinario, ac per conſequens proxime acceptam à Papa Rubin. *deciſ.* 283. vbi etiam quod indulgentias temporales concedendi poteſtatem epiſcopus non ſolum ſuo vicario, verum etiam clerico demandare poteſt.

Sed

Digitized by Google

Sed quæro num Archiepiſcopus habeat facultatem concedendi indulgentias per totam ſuam Prouinciam, & Archiepiſcopatum, ſi non reperiatur in actu viſitationis? vtique fatendum eſt pro affirmatiua opinione, dummodo ſtatutum generalis Concilij non excedat *ca. noſtro de pœnitentia*, & ita fuit reſolutum in Rota, nam licet Archiepiſcopus non ſit iudex ordinarius omnium de Prouincia, *cap. paſtoralis de offic. ordinarij*, nec extra ſuam diœceſim habeat contentioſam iuriſdictionem, cum tamen indulgentias concedere ſit voluntariæ iuriſdictionis, illas concedere poteſt.

Verum tamen perpetuo notabis, quod accidit in facto & eo fui conſultus, quod ſi conceſſit quadraginta dies in perpetuum, nihil amplius poteſt ſucceſſor eius pro eadem cauſa concedere, quia reputantur vnus prælatus, ſed ſuperueniens Archiepiſcopus ex commiſſione pontificis poteſt dum viſitat diœceſim ſuffraganei, cōcedere octuaginta dies præter quadraginta dies datos ab epiſcopo, totidem enim poteſt Archiepiſcopus dare in ſua diœceſi: idem poteſt Primas, aut Patriarcha, plures verò dies concedit legatus Papæ, in ſua prouincia, Cardinalis Epiſcopus, aut pœnitentiarius Papę concedit centum dies.

Vltra quę facias regulam, neminem epiſcopo inferiorem iure proprio indulgentias poſſe concedere, vt probatur apertè *in cap. accedentibus de exceſſibus prelatorum*, quamuis ſit Cardinalis, niſi ex conſuetudine, & praxi concedere ſoleat, vt aliquando (incidenter tamē) fuit dictum in noſtra Curia Archiepiſcopali in quodam diſcurſu habito coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Carrafa bonę memoriæ.

Nec non notabis quod ſubditis ſuis epiſcopus indulgentias tantum concedere poteſt, nam ſicut ab ipſo tantū ligari poſſunt, ita, & ab eodem abſolui, probat text. *in cap. quod autem de pœnitent.* Sayr. *deciſ. 18. eod. tit. de pœnitent.*

Si verò epiſcopi ſpeciatim ſuis ſubditis concederent, vt indulgentias ab alio epiſcopo conceſſas acciperent, tunc eas lucrarentur, vt in facto dicebam ex d. text. *in cap. quod autem*, vbi Abb. *n. 7. verſic. vltimo noto* ait tutiſſimū eſſe, & valdè expediens volenti peregrinari, & viſitare loca pia ipſum licentiam ab epiſcopo proprio habere capiendi alienas indulgentias, ideſt indulgentias conceſſas ab aliis.

COLLECT. 1975.

Super Bar. in l. ad probationem C. locati.

¶ Saluianum interdictum ſolam requirit probationem poſſeſſionis.

ANnuit hic Bartolus, quòd in Saluiano ſufficit probare ſolam poſſeſſionem abſque dominio ipſius debitoris, & ita cautum *in §. interdictum inſtit. de interdict.* iuxta cuius tenorem voluit Rota in Bononien. conſeruationis indemnitatis Veneris 25. Maij 1607. coram Ludouiſio, vt apud eum *deciſ. 318.*

Amplia quod locatio probet poſſeſſionem, etiam ſi non conſtet de effectuatione, dummodo concurrant alia adminicula, Rota *deciſ. 575. part. 2. in recent.* & in Placentina adminiſtrationis Sacramentorum 10. Martij 1581. coram Lauretano Cæſar. de Graſſis *deciſ. 10. in fin. de reſtit. ſpoliat.*

COLLECT. 1976.

Super cap. prudentia §. adiicimus de offic. deleg.

EE e

§ *Remiſſoria ſiue cauſa duobus commiſſa vno iudice recuſante an alter procedere poßit?*

COlligitur concluſio ab iſto textu, quod commiſſa cauſa duobus iudicibus altero ſe excuſante poterit procedere alius, de quo etiam habemus textum *in cap. plures eod. tit. de offic. deleg. in 6.*

Quare pro ornatu notabis, quòd licèt, vbi remiſſoria reperitur directa duobus iudicibus examen factum coram vno ſolo non valeat, Rot. *dec. 652. part. 2. in recent.* Rota in Calaguritana Abbatiæ 28. Februarij 1597. coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Cardinali Pamphilio, & in Tiraſonen. eleemoſinariæ 25. Februarij 1604. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & in Hiſpalen. primitiarum 16. Februarij 1618. coram R.P.D. Pamphilio, vbi quod cum iſta nullitas reſpiciat defectum iuriſdictionis non eſt ſanabilis, etiam ſtante clauſula *Arbitrio*, tamen ſtante recuſatione alterius, qui forſitan intereſſe voluit examini, in tali caſu poteſt vnus ſolus procedere, prout firmauit Rota in allegata Hiſpalen. decimarum de Aquamonte Veneris 22. Junij 1607. coram Ludouiſio in qua expreſsè fuit dictum, quod quando remiſſoria eſt directa duobus iudicibus, poteſt vnus ſolus procedere ſtante alterius recuſatione, ita quod proceſſus minimè reddatur nullus.

COLLECT. 2977.

Super Gemin. in cap. ſi annum de iudic. in 6.

§ *Minor in beneficialibus an reſtituatur?*

ANnuit hic iſte Doctor, quod in materia beneficiali in pluribus caſibus minor vigintiquinque annis reſtituitur.

Pro cuius ornatu notabis, quod minor aduerſus reſignatarium ſuum reſtituitur, ſi reſignationem abſque authoritate, & conſilio curatoris ſui fecerit, ita deciſum refert Papon. *arreſt. 1. ſub titu. de reſtitutionibus maiorum vel minorum in materia beneficiali aduerſus reſignationem lib. 3. tit. 11.*

Nec non aduertas ſimile arreſtum datum fuiſſe in ſimili materia Burdegalę 25. Junij 1544. & ſuper hoc notandum eſt, quod huiuſmodi reſtitutionis remedium, locum non habet, quando de adipiſcenda noua prouiſione beneficiorum ageretur, ſed tantum, quando tractatur de conſeruadis iis, quæ quis iam habet, & in hoc caſu iuſtas cauſas, & legitimas ſubeſſe neceſſarium eſt, vt exempli gratia metum, dolum, & alia ſimilia, ex quibus maiori pariter ſuccurreretur; omnis ſiquidem differentia inter maiorem, & minorem hæc eſt, quod in maiore tales cauſæ nõ admittantur, niſi ſint multum vrgentes, & tales, vt ab illis ſe expedire minimè potuerint, veluti ſi agatur de metu, qui poſſet mouere etiam conſtantem virum, vel ſi agatur de dolo tali, quod is, qui dolum admiſit adeò vafer fuerit, vt prudentiſſimus quiſque captus, & deceptus fuiſſet, ſed minori propter imbecillem ætatem, ſiue imbecillitatem, eiuſque ſolitam vt plurimum imprudentiam minimus, & quilibet leuis metus, & impoſtura ſufficiens eſt, vt reſtitui poſſit.

Ita quod in hoc caſu poteſt qui reſignauit interdicto reintegrandæ poſſeſſionis experiri, prout ita in facto deciſum pro quodam Canonico ſancti Martini Turonenſis fatetur, atque teſtatur Charon. *in lib. 1. ſuorum reſp. c. 45.*

COLLECT. 2978.

Super Felin. in cap. licet cauſam nu. 19. de probat.

¶Teſtes iurati infra terminum datum ad examinandum poſt terminum poſſunt examinari.

NOtat hic Felinus, quod teſtes, qui fuerunt inducti, & iurarunt infra terminum datum ad probandum, poſſunt poſt terminum examinari, & ita voluit Rota *in nouis deciſ. 3. de teſtibus,* & alias apud Verall. *deciſ.* 185. *part.* 3. & aliàs apud Seraph. *deciſ.* 857. *n.* 21.

Amplia hanc concluſionem procedere, quamuis terminus ſit datus ad recipiendum, & examinandùm teſtes, Rota *in antiq. deciſ.* 27. *de probat.* & ratio eſt, quia dies examinis trahitur ad diem iuramenti.

Amplia procedere quoque, & habere locum, quamuis nulla diligentia fuiſſet adhibita, vt teſtes infra terminum examinarentur, vt in facto dicebam ex eodem Felin. *loc. cit.* in cauſa vertente in Curia Epiſcopali Amalphitana, dum eſſem conſultus à Domino Vicario dictæ diœceſis.

COLLECT. 2979.

Super §. ei qui inſtit. de inutilibus ſtipulat.

¶Stipulari an poſſit pater pro filiis?

PAter poteſt ſtipulari pro filia, h. d. & ita voluit Rota in vna ciuitatis Caſtelli lucri dotis Veneris 22. Junij 1607. coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, poſtea Sanctiſſimo Pontifice maximo, vbi pro comprobatione huius concluſionis citatur quoque *text. in l. quodcunque* §. 1. *& in l. quod dicitur ff. de verb. obligat.*

Et quod pater pro filiis poſſit ſtipulari, tenuit Surd. *deciſ.* 322. vbi ampliat hoc procedere, & eſſe verum non ſolum reſpectu filiorum natorum, ſed etiam naſciturorum.

Declara tamen non procedere, nec habere locum quando pater ſtipularetur filiis poſt obitum ſuum, quia cum in tali caſu nihil ſibi quærere poſſit, ceſſat ratio, qua pater pro filio ſtipulari poſſit Rota *deciſ.* 489. *part.* 1. *diuerſ.*

COLLECT. 2980.

Super Jo. Andrea in cap. venerabilem ſub num. 32. de elect.

¶Abſolutionem petens ab excommunicatione an fateatur ſe excommunicatum?

ABſolutionem ab excommunicatione petens non fatetur ſe excommunicatum, quando petitur ad cautelam, h. d. & ita Rota in vna Meliten. Abbatiæ 27. Aprilis 1592. coram R. P. D. Gypſio & in Burgen. Canonicatus Lunæ 25. Junij 1607. coram Ludouiſio.

Et quod petens abſolutionem ab excommunicatione non fateatur ſe excommunicatum, dixit Rota *in antiquis deciſ.* 5. *de except. & deciſ.* 11. *de ſententia excommunicationis* Rota *deciſ.* 55. *inter impreſſas per Farinac. poſt librum primum conſiliorum.*

Et ratio eſt, quia plerumque abſolutio petitur ad cautelam.

Declara tamen non procedere quãdo in precibus narratur factum tale, ex quo reſultat excõmunicatio, prout ita declarauit Rota *d. deciſ.* 55. & voluit aliàs in Meliten. Abbatiæ 27. Aprilis 1592. coram R. P. D. Gypſio.

Nec non notabis quod nec etiam componens ſe cum fiſco cenſetur fateri delictum quia dicta compoſitio potius præſumi debet facta ad ſe redimendum à vexatione Seraphin. *deciſ.* 351.

Prout, nec etiam Bannitus ſupplicans Principi pro reſtitutione non cenſetur fateri delictum, vt dixit Rota

in Vrbeuetana hæreditatis 3. Aprilis 1610. coram R.P.D. Mazanedo.

COLLECT. 1981.

Super Salic. in l. neque tutores nu. 11. C. de procuratoribus.

¶ *Tutores, & curatores an poſſunt conſtituere Procuratorem.*

FIrmat hic Salicetus, quod tutores, & Curatores non poſſunt regulariter procuratorem ad iudicium conſtituere.

Tu autem pro huius doctrinæ ornatu notabis deciſionem Rotæ Ferrariæ apud Amatum *deciſ.* 27. per quam dicta regula tripliciter fuit limitata.

Et primò, quod volente pupillo tutores, & Curatores procuratorem conſtituere valent.

Secundò quod huiuſmodi conſtitutio procuratoris fiat poſt litis conteſtationem, quo tempore tutores, & curatores poſſunt conſtituere procuratorem, ea ratione, quia per litis conteſtationem efficiuntur Domini litis.

Tertiò quando dicti tutores, & curatores conſtituunt procuratorem ad negotia extraiudicialia, quia non prohibentur id agere, vbi enim agitur de negotiis dicitur tractari de his, quæ ad tutores, vel curatores ſpectant cum negocia dicantur tutorum cura, & ſollicitudine ad text. *in l. ſi pupilli* §. *item quæritur ff. de negociis geſtis.*

COLLECT. 1982.

Super cap. cum terra de elect.

¶ *Nominatio, & electio an debeat eſſe libera.*

PRobatur per hunc text. illa iuris concluſio, quod nominatio, ſicut, & electio de ſui natura debet eſſe libera.

Quare poteſtate nominandi, ſeu eligendi ſimpliciter conceſſa nullis limitibus, ſeu conditionibus circumuallata, intelligitur de libera nominatione, ſeu electione, ita quod conceſſa ſimpliciter poteſtate nominandi ex vi vocabuli intelligitur *de libera cap. vbi periculum* §. *cæterum de elect. in* 6. Phœbus *deciſ. Rot. Luſit.* 96. vbi principaliter tractat, ſi conceſſa poteſtate nominandi vnum ex filiis poſſit nominari fœmina, licet iunior excluſo maſculo ſeniori, & ad intellectum ordinat. *lib.* 4. *tit.* 37. §. 6. quæ loquitur in nominatione emphyteuſis, ſi procedat quoque in nominatione maioratuum.

COLLECT. 1983.

Super Hoſtienſ. in ſumma in tit. de confirmat. vtil. vel inutil.

¶ *Confirmatio quid ſit, & quotuplex?*

DEfinitionem confirmationis hic reponit Hoſtienſis dicens, quod confirmatio eſt iuris prius quæſiti per ſuperiorem corroboratio, de quo latius Cabed. *deciſ. Rot. Luſit.* 1. *part.* 2.

Sed quotuplex ſit confirmatio declarat Idem *deciſ.* 2. *ead. part.* & de confirmatione generali, quæ fit in comitiis publicis vide eundem *deciſ.* 3. & de cõfirmatione, quæ fit per ſucceſſionem loquitur idem *deciſ.* 4. & de confirmatione quæ fit per regem ſuccedentem in regno differit idem *deciſ.* 5.

Et quod fiat in regno Luſitaniæ per donatarios ante quam Rex ſucceſſor decernat velle confirmare donationes, declarat idem Cabedus *deciſ. Rot. Luſit.* 6. *part.* 2.

COLLECT. 1984.

Super Barbat. in Clement. Ne Romani de elect.

¶ *Vidua*

¶*Vidua poſt mortem viri vtitur priuilegiis viri.*

VXores viduæ poſt mortem maritorum, quamdiu manent in viduitate vtuntur priuilegiis maritorum h.d. & ita Guid. Pap. *deciſ.*379. latius declarat Nouar. *in praxi elect. & variat. fori quaeſt.* . . . . *ſect.* 1. vbi firmat vxores priuilegiatarum perſonarum gaudere eodem beneficio electionis fori, quo gaudent eorum mariti.

Amplia hanc concluſionem eſſe veram, & procedere etiam in priuilegiis exorbitantibus, vt per text. *in l. fin. C. de priuil. Scholarium lib.*12. firmat Cabedus *deciſ. Rot. Luſit.* 98. *part.*1. vbi tamen declarat procedere in priuilegiis, quæ conceduntur ratione dignitatis innatæ, qui tunc dicit priuilegia competere vxoribus mortuis maritis per text. *in l. fœmina ff. de reg. iur.* ſecus in priuilegiis competentibus marito ratione officij alicuius publici, declarans ſimiliter procedere in priuilegiis ab ipſo iure communi introductis contra regulas eiuſdem iuris communis, quia hæc tranſeunt ad vxores, ſecus in priuilegiis ſtatutorum contra ipſum ius commune, & ita recenſet iudicatum in anno 1586. in Tribunali Regij patrimonij quod vxor quædam vidua, cuiuſdam commendatarij ordinis Chriſti, quæ contendebat ratione priuilegij quod maritus habebat tanquã commendatarius gabellam non ſoluere non poterat vti, nec gaudere tali priuilegio eò quod tale priuilegium datum non erat ratione dignitatis innatæ, vt ſupra retulimus, ſed datum commendatario ab extra, & ob id fuit dictum non tranſire ad vxorem.

Sed Magna Curia Vicariæ, ſiue quilibet iudex ordinarius, an teneatur vxoris priuilegiati cauſam remittere, quando remiſſio petitur ad inſtantiam vxoris tantum, & non viri, vide in ſequenti iuris allegatione edita à I.C. Lucano.

VXor mutat proprium, & viri ſortitur domicilium, ac forum *l. cum quadam puella*, & ibi DD. *ff. de iuriſdict. omni iudic. l. exigere ff. de iudic. l. mulieres, C. de dignit. lib.*12. *l. fin C. de incol. l.* 1. *C. de mulier. & in quo loco lib.* 10. *l.*3. *&* 4. *C. de Caſtr. & miniſter. lib.*12. *l. ea quæ, & l. fin.* §. *item reſcripſerunt.* vbi Bart. *ff. ad municip.* licet ad viri domum traducta non ſit, Valalc. *deciſ.*175. *n.*23. Roland. *de Lucro dot. quaeſt.*15. & ciuis fit loci, cuius eſt vir glo. *in l. ciues*, vbi Bar. Ang. & Plat. *C. de incol. lib.*10. Surd. *deciſ.*230. *n.*14. Bimius *conſ.*260. *n.*2. Theſ. *deciſ.*123. *n.*9. Aloyſ. *de Leo in l.* 1. *n.*5. *C. de vxor. milit.* Cauagn. *in paraphraſi l. exigere n.*2. *ff de iudic.* Phanut. *de dot. gloſ.*9. *n.*5. matrimoniũ namque vxorem trahit ad originem viri, gloſ. *in l. origine, C. de municip. lib.*10. Burſat. *conſ.*270. *n.*21. Maſcard. *de gener. ſtatut. interpr. concluſ.*7. *n.*59. & viri conditionem ac familiam ſequitur, non patris *l. quicunque*, & ibi Bar. *C. de re milit. lib.*12. Surd. *conſ.*140. *nu.*10. Cauagnol. *conſ.* 49. *nu.*18. *& ſeq.* Cacher. *deciſ.*127. Viuius *deciſ.*10. *n.*7. Scrader *de feud. par.* 9. *cap.* 2. *n.*3. *&* 25. ſuique patris domicilium mutat carnali copula, nec ſecus Cannet. *cap. ſi aliquem* §. *at non eſt n.* 14. *&* 22. *de feud.* Intrigliol. *de feudis artic.* 58. *n.*8. *cent.*2 poſt glo. *in d. l. ea quæ*, in iis tamen quæ à ſeruitiis, & maritalibus obſequiis retraheretur Rimin. iun. *conſ.* 501. *n.*23. Gallin. *de verb ſign lib.* 8. *ca.* 26. *nu.* 16. Lamberteng. *de contract. mulier. gloſ.*2. *n.*39. Coſta *conſ.*19. *n.*38. Hond. *conſ.* 5. *nu.* 45. *vol.*1 Morot. *conſ.*53. *nu.*13. Laderch. *conſ.*74. *nu.*5. ſicut in iis, quæ proſunt patri, nec mutat domicilium, Marſil. *in l.* 1. *n.*46. *&* 50. *C. de Rapt. virg.* Menoch. *conſ.*1140. *n.*25. Boer. *dec.*13. *n.* 13. Cauale. *dec.*42. *n.*56. *part.*1. Carpan. *ad ſtatut. mediol. ſtat.*310. *n.*73.

Digitized by Google

In tantum, quod ſtatutum de viro loquens in vxore procedit, & contra Bar. *in l. 1. in fin. ff. quod met. cauſ.* Bero. *conſ.* 140. *n.* 21. *vol.* 2. Aldouin. *conſ.* 84. *n.* 1. Mexia *in pragm. taxe pan. concluſ.* 20. *n.* 62. Gabriel. *in concluſ.* 3. *nu.* 24. *& 11. de legibus* Surd. *deciſ.* 330. *n.* 18. vnde priuilegium ratione dignitatis, vel nobilitatis viro conceſſum vxori etiam commune eſſe, correlationis vi aſſeuerat Bar. *in l. liberorum* §. *notatur ff. de his qui notant. infamia l. non tantum in fin.* & ibi Cuman *ff. de re iudic. l. quoties, C. de priuil. Scholar. lib.* 12. Bal. *conſ.* 414. *vol.* 5. Lecier. *de primog. lib.* 2. *queſt.* 6. *n.* 7. latè Tiraq. *in l. connubial. gloſ.* 2. *à n.* 53. Otalor. *de nobilit. c.* 8. *p.* 4. & in priuilegio fori, quod marito etiam clerico datum eſt vxori competere aſſerit gloſſ. *in c. eos qui* 32. *diſtinct.* Aretin. *conſ.* 130. Bellug. *in in ſpecul princ. in tit. de propoſ. gratis* §. *videndum col.* 2. etiam quod ex priuilegio ratione artis, vel profeſſionis vir foro gaudeat *l. ne diuerſa, C. de ſilent. lib.* 12. *l. eos, C. de Fabricenſ. lib.* 10. Soccin. *in rubr. de foro compet. num.* 13. Auiles *in proœm. ll. prætor. n.* 16. *&* 17. Faber *deciſ.* 1. *C. vbi Senator.* Milanenſ. *deciſ.* 9. *li.* 1. Cacher. *dec.* 30. *n.* 14. latè noſter Franc. *in deciſ.* 363. & nos pleniſſima manu cumulauimus *in praxi elect. & variat. fori qua.* 47. *ſect.* 1. vbi omnino eſt adeundum, nam luculenter firmamus beneficium electionis fori competens marito priuilegiato competere etiam eius vxori.

Cadit tamen dubitatio, num quando tale viri forum eligitur ad inſtantiā vxoris tantum, teneatur iudex ordinarius, apud quem ipſa eſt conuenta illam remittere foro viri, ſi remiſſio pręfata non petatur per virum ipſum, ſed ad inſtantiam vxoris.

Caſus accidit in perſonam Magnificæ Iſabellæ fiolinæ vxoris Mariani Folletti matriculati in arte ſerici, quæ cum fuiſſet conuenta in magna Curia Vicariæ, ad eius inſtantiam fuit petita remiſſio ad Curiam artis ſerici tanquam vxoris matriculati in dicta arte, illamque exercentis.

Et ego, fouens partes Magnificæ Mercuriæ Sabinæ actricis oppoſui talem remiſſionem per magnam Curiā non eſſe concedendam, ex eo quia nō conſtabat ad inſtantiam Mariani Folletti eius viri peti ipſam remiſſionem, cuius inſtantia eſt omninò neceſſaria, ad hoc vt vxor remittatur, & adduxi deciſionem Sacri Regij Conſilij in terminis terminis terminātibus, per quod fuit dictum iudicium non debere intentari ad inſtantiam mulieris ſed viri habentis priuilegium, aliàs ſi ad inſtantiam mulieris intentatum fuiſſet, cauſa minimè eſſet remittenda, vt hoc in cauſa, & proceſſu agitato inter Aureliam de Vrſo, & Hieronymū de Christopharo, & alias in Aula conſiliarij Cadenę apud Bancham olim de clara, Nunc, N.

Quare magna Curia decreuit non eſſe locum remiſſioni petitæ, ſed fore ad vlteriora procedendum, à quo decreto pars aduerſa non appellauit, ſed illi acquieuit, cum deinde concordatæ ſint ipſæ partes.

Et iuxta hanc eandem ſententiam quoque cum caſus eueniſſet, & ipſe conſultus fuiſſem reſpondi die 12. menſis Decembris 1573.

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 2985.

Super Innocent. in cap. 1. nu. de fide inſtrument.

¶ *Literæ cambij ſunt recognoſcendæ ad hoc, vt fidem faciant.*

FIrmat hic Innocentius, quod recognitio literarum cambij denuo eſt facienda, quia abſque legitima recognitio-

gnitione nullam faciunt probationem.

Vnde tu notabis illam debere fieri per teſtes, qui fuerunt præſentes, quando fuerunt ſcriptæ, & viderunt illas ſcribere Affli&t. *deciſ.*181. vbi etiam Vrſillus *in addit. Gramat. deciſ.* 84. Rota *diuerſ. deciſ.* 224. *part.* 2. latius demonſtrat Amat. *deciſ. Rot. Ferrariæ* 2. vbi de literis cambij, & recognitione per literarum comparationem loquitur adducens memoratæ concluſionis rationem *nu.* 17. quia ob literarum ſimilitudinem facile teſtes decipi poſſunt, ſi per aliũ ſcribantur literæ eiuſdem formæ, præſertim, cum ſcribendi forma multis de cauſis in dies mutetur, & aliter quis in iuuentute ſcribat, quam in adoleſcentia, & aliter tandem in ſenectute, aliter ſanus, & aliter quando morbo laborat, aut quando conualeſcere incipit, vel ſi manus ex aliquo opere prius defatigata fuiſſet, vel quis diuerſis calamis vtatur, ex quibus diuerſitas facile percipitur, & oritur, Ludouicus *deciſ. Peruſ.* 7. *part.* 1.

COLLECT. 1986.

Super §. item furioſi inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtam.

¶ *Furioſus, fatuus, prodigus an teſtari poſſint?*

FVrioſus non poteſt teſtari, quia mente caret, vide text. *in l. in aduerſa ff de teſtam.* & ita affirmat Cabedus *deciſ. Rot. Luſit.* 97. *part.* 1. vbi ampliat quoque furioſum procurationem facere neque poſſe, quia talis actus voluntatem, & conſenſum requirit, *l. conſenſus ff de action. & obligat.* & ita affirmat in illo Senatu deciſum.

Sed an fatuus teſtari poſſit, declarat Idem *cit. deciſ. n.* 5. vbi negatiuè concludit, quia hi fatui non ſunt rerum ſuarum domini, & à curatoribus reguntur *l.* 2. *ff. de poſtulando l. virum ff. de curator. furioſi*, licet aliud eſſe dicat, ſi is tantum ſit ſtupidus, aut ſtolidus, & ſimplex, ſi tamen habeat aliquem rerum intellectum, & animi iudicium, quia iſte teſtari poterit, & ita ſentire omnes DD. neq; reperiri contradictorem fatetur.

Et num prodigus teſtari valeat negatiuè concludendum eſt, vt patet ex §. *item prodigus inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum l. is, qui ff. de teſtament.* Cabedus *deciſ. Rot. Luſit.* 17. *part.* 1. vbi tamen dicit hanc opinionem intelligendam eſſe poſtquam ei interdicta eſt à iudice bonorum adminiſtratio, quia nec prodigo manifeſto ipſo iure adminiſtratio interdicitur, Cappella Tholoſ. *deciſ.* 392.

Prout in ſimili, licet prodigo prohibitum ſit cenſum ſuper rebus ſuis imponere, vt pluries fuit reſolutum in Rota, & præcipuè in Romana inualiditatis cenſus 24. Maij 1591. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Pamphilio, in vna Lodienſi cenſus 29. Ianuarij 1596. coram R.P.D. Orano, tamen id intelligitur eſſe verum, & ita habere locum, dummodo illi interdicta ſit adminiſtratio bonorum, & ei datus curator tanquam prodigo, vt conſtat ex dictis per Franc. *in deciſ.* 672.

COLLECT. 1987.

Super Bellamer. in cap. per tuas num. 15. de teſtibus.

¶ *Examen teſtium abſque interrogatoriis, & interprete an ſit nullum?*

AFfirmat iſte author in hoc loco, quod licèt teſtes ſint examinati abſque interrogatoriis, non per hoc eorum depoſitio non eſt valida, & ita Puteus *deciſ.* 421. *lib.* 1. & *deciſ.* 417. *lib.* 2.

Digitized by Google

& voluit Rota in Toletana hæreditatis 6. Junij 1618. coram R.P.D. Andrea, Ludouiſius *deciſ.* 351.

Amplia hanc concluſionem habere locum, quamuis interrogatoria eſſent in actis deducta, & producta, dummodo tamen non ſit facta proteſtatio, quod teſtes non examinentur abſque interrogatoriis, vt dixit Rota in Bononien. fideicommiſſi de Mauris 24. Nouembris 1606. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Lancellotto tunc Rotæ Auditore.

Et nota ad materiam quoque, quod examen abſq; interprete eſt validum, vt fuit dictum à Rota in Toletana hæreditatis 6. Junij 1618. coram R.P.D. Andrea, vbi notatur hunc ſtilum adhibendi interpretem ſolum vigere in Curia.

Sed ego dico omninò interpretem interuenire debere, quoties examinantur teſtes linguæ exteræ, aliàs poſſet dici de nullitate, & ita vidi practicari, & mandaui quoque obſeruari in mea Curia Archiepiſcopali in anno 1626. tempore quo ob mortem Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis Caraphæ exiſtente ſede vacante Vicariatus officio fungebar.

COLLECT. 1988.

Super l. 1. ff. ſi pars hæred. petatur.

¶ *Iudicium quando metiatur ex parte actoris?*

IVdicium metitur ex parte actoris, h.d. & ita Caſſador. *deciſ.* 3. *de iudiciis*, voluit Rota in Oſcen. optionis coram R.P.D. Gypſio 4. Junij 1594. in Caſalen. canonicatus Lunæ 22. Octobris 1607. coram Ludouiſio, & benè facit *deciſ. Bellamera* 617.

Vnde ad cognoſcendam naturam cauſæ inſpici debet perſona actoris, itaut iudicium videatur eſſe inter perſonas eccleſiaſticas, quamuis ſolus actor ſit perſona eccleſiaſtica, vt dixit Rota in Peruſina hæreditatis coram R.P.D. Brauo *in impreſſ. poſt tract. de Saluiano interdicto deciſ.* 234.

Et ad effectum cognoſcendi, ſi cauſa ſit beneficialis vel ne, attendendam eſſe perſonam actoris, notat Seraphin. *deciſ.* 990. & dixit Rota *deciſ.* 212. *part.* 2. *in recent.* vnde ſi ex parte actoris agatur de titulo cauſa cenſenda eſt beneficialis, etiam ſi ex parte rei non prætendatur titulus.

COLLECT. 2989.

Super Butr. in cap. ex inſinuatione de procurator.

¶ *Poſſeſſio vigore ſententiæ nullæ an, & quando ſpoliet?*

POſſeſſio capta vigore ſententiæ nullæ eſt ſpoliatiua h.d. & ita Verallus *deciſ.* 186. *part.* 3.

Amplia, quod poſſeſſio huiuſmodi dicitur capta per vim expulſiuam, itaut competat interdictum *vnde vi*, Rota in vna Surrentina Abbatiæ 24. Martij 1586. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino.

Et exemplificari poteſt in carcerato nulliter, qui adhuc dicitur priuatus per vim ſua libertate, itaut ei competat interdictum *vnde vi*, Rota in vna Romana Duanæ ſalis 16. Januarij 1581. coram Lauretano.

Sed num poſſeſſio capta poſt appellationem ſit attentata? affirmatiuè dicendum eſt *cap. ad audientiam*, & *cap. dilecti de appellat.*

COLLECT. 1990.

Super cap. frequens de reſtit. ſpoliat.

¶ *Spoliatio facta à tertio an repellat ab agendo?*

Spolia-

Digitized by Google

SPoliatio facta à tertio non repellit ab agendo h.d.

Amplia hanc concluſionem procedere, quamuis ſpoliatio facta fuiſſet à procuratore, Rota in Romana ſpolij de Pinis Mercurij 7. Nouembris 1607. coram Ludouiſio.

Verum notabis, quod ſpolium attentatum commiſſum per procuratorem cenſetur ratificatum eo ipſo, quod principalis habita notitia de attentatis, & de ſpolio ſtatim illi non renunciauit, Verall. *deciſ.* 53. *& deciſ.* 58. *part.* 1. & fuit dictum in Mediolan. de Variſio 16. Nouembris 1616. coram R.P.D. Andrea Ludouiſ. *deciſ.* 525.

Prout in ſimili de recurſu ad iudicem eccleſiaſticum factum per procuratorē, quod cenſeatur ratificatus, eò ipſo, quod principalis habita notitia dicti recurſus non renunciauit geſtis per ſuum procuratorem, fuit dictum in Hiſpalen. attentatorum 27. Februarij 1617. coram R.P.D. Pamphilio.

Et multò magis cenſebitur inducta ratificatio, ſi habita notitia de ſpolio, & attentato commiſſo à procuratore, principalis illud in iudicio conatus fuerit defendere Rota *deciſ.* 261. *inter impreſſ. poſt tract. de Saluian. interdict.* Ludouiſ. *deciſ.* 525.

COLLECT. 1991.

Super l. 1. §. dolum ff. de repudiis.

¶ *Fraus difficilis eſt probationis, & quæ requirantur ad illius probationem?*

ELicitur concluſio ab iſto tex. quod fraudis probatio eſt difficilis.

Vnde tu notabis pro coronide, quod ad plenam fraudis probationem ſufficiunt præſumptiones, & coniecturæ Gratian. *deciſ. Rot. March.* 102. *n.* 9. Bargius *deciſ. Rotæ Bonon.* 83. *n.* 17. *&* 18.

Quare ad euendam fraudem in locatione forſitan factam ſufficiet præſumptio illa ſi locatio fuiſſet facta viliori precio inſpecto tempore contractus, vel ſi vltra ſolitum tempus, & præter neceſſitatem, vel aliàs fuiſſet facta cum perſona conſanguinea, vt in iſtis terminis declarat Surd. *deciſ.* 199.

Prout, quoque diceretur in fraudē facta locatio, ſi fuiſſet facta ab eo, qui totale rei dominium non habet, & illa ad longum tempus eſſet facta, cum ſit quædam ſpecies alienationis, itaut prohibita alienatione cenſeatur etiam prohibita locatio ad longum tempus, & per eam transfertur dominium vtile, vt apud Franch. *deciſ.* 123.

Sed num in dubio fraus præſumatur? negatiuè reſoluendū eſt, ita quod alleganti fraudem incumbit onus probandi Rota *diuerſ. deciſ.* 82. *part.* 1. *in nouiſſim.*

Quamuis fraudem, & dolum præſumi in eo, qui facit quod facere non tenetur dicendum ſit, ad text. *in l. ſi procuratorem ff. de dol.* & in faciente rem prohibitam à lege ſemper præſumi dolum, & malum animum, percipitur ex *l.* 1. *C. de ſicar.*

COLLECT. 1992.

Super gloſ. in cap. ex multiplici in verbo quandiu viueret de decimis.

¶ *Decimarum tranſactio tranſigentium vitam non excedit?*

EX notatis per hanc gloſſam firmari poteſt concluſio, quod parochi tranſactio facta circa decimas ſucceſſores non ligat, nec tranſigentium vitam excedit.

Quare pro ornatu notabis, quod imò pendente vita ipſimet tranſigentes, vel alio contractu decimas remittentes ab ea remiſſione ſaltem per reſtitutionem in integrum recedere poſ-

ſunt, quamuis remittens in beneficio ad illud regredi vlla ratione nequeat, vt iudicatum in Normanorum Senatu 21. Februarij 1570. ait Forget. *in tract. decimar. cap.* 3. *n.* 9. ſubdit enim auditum fuiſſe Thomam Bondier curionem de Bebec reſtitutum in integrum etiam aduerſus religioſos Abbatiæ de Cormeilles, quibus ab ipſo remiſſæ fuerant decimæ arreſto eiuſdem Senatus Auguſti 1531.

Et ex eodem Forget. *d. ca.* 3. *n.* 3. ſcias quod cum Nobilis Jacobus de Croiſmare Dominus de ſaint Iuſt, decimarum præſtationem ſub eo prætextu denegaret, quod prædeceſſores ſuos earum exemptionem titulo oneroſo acquiſiuiſſe à defuncto Petro Faton Curione eccleſiæ parochialis Beatę Virginis de Pauldrueil profiteretur, & pendente vita aliorum trium Curionum eadem exemptione vſos aſſereret; nihilominus ſuprema Northamanorum curia latam ſententia in fauorem Joannis Langlei eiuſdem parochiæ vltimi Rectoris confirmauit, & prædictũ Dominum de Croiſmare non obſtante octuaginta annorum lapſu præſtandis decimis obligatum declarauit 17. Januarij 1601.

Et iuxta hanc ſententiam quoque in quadam cauſa decimarum Nolanæ diœceſis reperio fuiſſe obſeruatum tempore, quo illam tanquam Antiſtes regebat Epiſcopus Gallus.

cauſa *ex pragm.* 5. §. 10. *ſub rubr. de adminiſtr. Vniuerſ.* it: Nouarius *forenſ. quaſt.* 55. *n.* 17. vbi dicit aduertendum, quod licet hæc lex procedat in eo, qui erat debitor ex adminiſtratione rerum publicarum, nam delinquere dicitur qui reſidua non ſoluit, tamen vigore pragmaticæ regni eſt correcta.

Limita tamen hanc diſpoſitionem vbi debitum eſſet modicum, vt in terminis notauit Leon. *deciſ. Valentiæ* 113. *lib.* 1. & debitum modicum reputabitur habito reſpectu ac perſonam debitoris, & ad redditus vniuerſitatis.

Sed quæri poſſet num actus facti ab iſtis adminiſtratoribus, qui ſunt debitores vniuerſitatis valeant, & reſpondetur valere quouſque opponatur ab aliquo ex ciuibus, vel intereſſe habentibus, quia cum ſint reprobati à iure actus nõ tenent parte opponente, prout ſententia lata à non ſuo iudice inualida, & nulla redditur *cap. ad noſtram de conſuet. cum aliis adductis in colle.* 1480. nam quidquid agit iudex incompetẽs tanquam priuatus agit, ita quod confeſſionem factam coram iudice incõpetenti non ſufficere ad condemnandum ſcripſimus *in deciſ. Curiæ Archiepiſc.* 80. *part.* 4. quare electionem fori debere fieri coram iudice competenti, adhoc, vt concedi illa poſſit, affirmarunt Afflict. & Vrſill. *deciſ.* 257. Franc. *deciſ.* 601. *n.* 17. vt aliàs non deciſionarios omittam.

COLLECT. 2993.

Super l. 1. C. de debitoribus Vniuerſitat. lib. 11.

¶ *Debitores Vniuerſitatis, an poſſint aſſumi ad honores?*

AMplia hunc textum in regno habere locum ſiue ſint debitores ex cauſa adminiſtrationis, ſiue ex alia

COLLECT. 2994.

Super l. 1. C. de pignoribus lib. 10.

¶ *Vniuerſitas, & cõmunitas an poſſit remittere debitum ſignificatis debitoribus?*

COlligitur concluſio ab iſto textu quod communitates, & vniuerſitates non poſſunt quidquam remittere ſignificatis debitoribus, etiam cõſentiente

Digitized by Google

ſentiente Concilio, quia non poteſt donare, nec remittere, de quo Regnicolæ habent pragmaticam quintam *ſub rubrica de adminiſtrator.*

Declara tamen hanc concluſionem non procedere, quotieſcunque debitores eſſent in magna neceſſitate Rub. *deciſ.*189. vbi allegat textum *in l. omnes*, & ibi Gloſ. *C. de Annon. & tribut. lib.* 10. firmans pariter, quod ſi tractaretur de remittendis vſuris alicuius quantitatis, quæ deberentur ex capitali ex aliqua cauſa, bene poſſent relaxari per text. *in l.* 1. *C. de his qua ex offic. lib.*12. *& in l.* 1. *in fin. C. de peric. nom. lib.*10. *l. Lucius* §. 1. *ff. ad municip.* in dictis enim vſuris non quæritur ius niſi per ſententiam, *l. aduerſus C. de vſuris*, licet ſecus ſit quando eſſent conuentæ.

Necnon notabis, quod vniuerſitates prohibentur facere tranſactiones, & aliquam prætenſionem remittere, abſque decreto, iuxta deciſionem Annæ *in allegat.*53.

Et præterea ſcias, quod vniuerſitates non poſſunt concedere immunitatem collectarum, nec in parte nec in totum niſi in certis caſibus, vt *in l. euacuatis C. de decur. lib.*10. ita Paul. Staiban. *in conſ. deciſ.*46.

COLLECT. 2995.

Super §. aliæ inſtit. de actionibus.

¶ *Iuramento probantur ea, quæ conſiſtunt in animo.*

COlligitur concluſio ab iſto textu, quod certior probatio, quam per iuramentum eius, de cuius animo agitur haberi non poteſt.

Amplia, quod in his quæ à cõſcientia dependent bene probatur dicto aſſerentis cum iuramento, vt probauimus *deciſ. Curiæ Archiepiſc.* 4. *lib.* 1. vbi retulimus deciſum, eſſe credendum dicto aſſerentis, ſe non emiſiſſe votum caſtitatis.

Amplia ſecundo quod ad probandam perhorreſcentiam ad effectum, vt perſonæ priuilegiatæ gaudere valeãt beneficio electionis fori, ſufficit iuramentum ipſarum perſonarum priuilegiatarum, Rota *in antiq. deciſ.* 23. *de prob.* vbi quod creditur iuramento perhorreſcentiæ probatione in contrarium non admiſſa, vide etiam Rotam *in nouis deciſ.* 3. *de reſcriptis.*

Amplia tertiò ſtari iuramento Mulionis forenſis aſſerentis ſe tranſiiſſe per locum, vbi ſolitum eſt ſolui gabella abſque dictæ gabellæ ſolutione, eò quia neſciebat in tali loco ſolui dictam gabellam, ita quod excuſari debeat à pœna impoſita fraudantibus gabellam, ſiue vectigal, addentes ad Gramat. *deciſ.* 52. *n.* 3. qui tamen in rei veritate fatentur debere excuſari huiuſmodi forenſem non in totum, ſed tantum ad mitius agendum, ne res, & bona, quæ aſportabat cadant in commiſſum.

Cuius opinionis, & ampliationis ratio eſt, nam ignorantia probatur iuramento illius, qui aſſerit ſe ignoraſſe, quia in cordis penetralibus latẽtia nullatenus teſtibus probari poſſunt, & ideò meritò iuramento aſſerentis non ſciuiſſe ſtandum eſt.

COLLECT. 2976.

Super Clar. in §. practic. crimin. quæſt. 45. num. 13.

¶ *Repetitio teſtium quibus ſolemnitatibus perficienda?*

COnſtituit regulam hic iſte authór, quod in teſtibus repetendis ſunt obſeruandæ omnes ſolemnitates, ac ſi nunquam fuiſſent examinati. Tu autem ad hoc videas Caballum *reſolut. crim. cent.* 1. *caſu* 33.

Digitized by Google

Et nota quod ſi hæc repetitio non fuerit facta in prima inſtantia, non poterit fieri in cauſa appellationis, Grammaticus *deciſ.* 18.

Nec non aduertendum eſt, quod confeſſio in tortura ſola non ſufficit ad plenam probationem, niſi poſtea fuerint repetiti ipſi torti citato eo, contra quem fuit facta confeſſio, Rubin. *deciſ.* 185. & in regno eſt ſancitum per pragmaticam primam incip. *Hauendo noi ſub rubrica de perſequendis malefactoribus circa fin.* ibi, *Eſſendo repetiti citato quello, contra il quale deponerà*, vbi Rouit. *nu.* 11. ſe propter hunc defectum repetitionis parte citata euaſiſſe à furcis quoſdam de ciuitate Marſici Noui, qui tanquam conuicti de receptatione delinquentium per confeſſionem plurium delinquentium fuerant à Tribunali Campaneæ condemnati ad furcarum ſuſpendia, & per magnam Curiam Vicariæ fuerat moderata pœna ad triremes in perpetuum, & interpoſita appellatione ad Sacrum Conſilium, licèt prima vice referente Regio Conſiliario Pinario fuiſſet pœna triremium impoſita per magnam Curiam reſtituta ad decennium tantum, tamen in caſu reclamationis ſtante diſformitate ſententiarum detecto huiuſmodi defectu repetitionis parte citata non factæ, fuerunt omnes abſoluti referente Regio Conſiliario Theodoro, quare aduertere debet fiſcus in ſimilibus faciendis repetitionibus.

Sed num repetitio hæc teſtium poſſit committi in partibus? vide in ſequenti iuris nota ædita à I.C. Lucano, quæ eſt tenoris ſequentis videlicet.

BReuis ero, cum agatur coram eminenti viro, in cuius pectoris ſcrinio ſingula ſunt aperta; dico igitur repetitionem teſtium per prius ad inſtantiam fiſci factam receptorum cõmitti non poſſe, nec commiſſarius ad eam faciendam poſſe deputari, ad text. in auth. *apud eloquentiſſimum C. de fide inſtrum.* glo. *cap. teſtes* 39. *qu. in verbo ſed præſentes, & in cap. conſtitutus extra de fideiuſſor. & in l.* 3. §. *idem diuus ff. de teſtibus.* Scuerol. *in tract. de remiſ. cap.* 4. latè concludit Cacher. *conſ.* 64. *&* 65. vbi referendo alios concordantes aſſeuerat non valere conſuetudinem in contrarium.

Ita quod licèt teſtes ſint extra Prouinciam loci, vbi tractatur cauſa, neq; talis repetitio poteſt committi, vt voluerunt Cyn. *in d. auth. apud eloquentiſſimum n.* 3. *in fin.* vbi etiam Fulgoſ. *n.* 1. *in fin.* Alber. *n.* 1. *ad med.* Salic. *n.* 3. vbi quinque rationes pro hac opinione adducit, Abb. *in cap. cum cauſam n.* 22. *verſ. & puta extra de teſtib.* vbi bene hanc comprobat opinionem, Lanfranc. *de teſtibus n.* 16. vbi dicit, quod in tali caſu melius faciet iudex, ſi mittat literas iudici illius loci, vbi teſtes degunt ad effectũ, vt eos mittat ad ipſum ad hoc vt valeat videre quo calore deponant, & ita etiam ſentit Bore. *in ſua pract. crim. in tit. de oppoſi. contra teſtes n.* 26. vbi dicit quod ſi ipſe eſſet iudex conaretur pro viribus ſuis per literas ſubſidiales authoritate Senatus efficere, vbi non ſtaretur ſub eodem principe, vt teſtes ad ipſum venirent, tam pro vtilitate, & defenſione reorum, quam pro fundamento fiſci, & hanc opinionem tenuerunt plures relati per Gabriel. *in concluſ.* 25. *n.* 3. *lib.* 2. quos conſulto omitto breuitatis cauſa, & pro confirmatione huius opinionis optimè poſſet adaptari Bulla Pij IV. ſuper reformatione Tribunalis auditoris cameræ, de qua *in Bullario conſt.* 74. *illius Pontificis part.* 1. *fol. mihi.* 755. *verſ. item non concedat* vbi ad literam dicitur, non concedat auditor in cauſis criminalibus remiſſoriam ad partes ad probandum delictum, vel fundandam fiſci intentionem, ſed ad-

uocem-

uocentur teſtes ad curiam, vel cauſa remittatur ad locum, vbi delictum prætenditur commiſſum.

De quo quidem quippe mirandum non eſt, ſiquidem exceptis cauſis ciuilibus ſemper teſtes cogendi ſunt venire coram iudice, Azo. *in ſumma libr. 4. tit. 21. col. 5. verſ. producendi autem ſunt.* Damouder. *in pract. rerum ciuil. cap. 170. ſub n. 5.* Conrad. *de offic. prætor. li. 1. cap. 9. §. 2.* & alij communiter, & in loco vbi iudex reperitur, & in loco, in quo ipſe reſidet teſtes pro eorum repetitione facienda debent, & poſſunt cogi venire ad iudicem, Franc. *in cap. ſtatutum §. pro ferendo notab. 1. de reſcript. in 6.* quem refert, & ſequitur Borel. *in ſumma deciſ. in titulo de teſtium coactione nu. 45. tom. 2.* *aſſerens n. 61.* cum Berber. in viatorio iuris *in tit. de probat. ſub n. 18.* quod in cauſis criminalibus, vbi eſſet iudex per ſe ipſum interrogaret teſtes nec proprio fratri cōmitteret, ſed ſtaret cum Theorica *dicta auth. apud eloquentiſſimum*, propter pericula, quæ vertuntur in talibus cauſis.

Quod eò magis debet procedere in caſu noſtro dum agatur cauſa in Tribunali, quod totum regnum recognoſcit, in illoque habet iuriſdictionē, ita vt reperiamur in terminis, quod licet teſtes ſint de iuriſdictione alterius, tamen iſtud Tribunal quoque in illos habet iuriſdictionem, & ideo bene poterit compellere ad ſe venire eò magis, quia inquiſiti ſe promptos præbent ad ſoluendas expenſas pro itinere iſtorum.

Quare petitur præfatos teſtes Neapolim reuocari ad hoc vt eorum repetitio cōmodè fieri poſſit in ſubleuamē, & beneficiū reorum, prout ita ſperatur ex benignitate Illuſtriſſimi Domini, & hæc currenti Calamo dicta ſufficiant, Dat. Neapoli die 11. Januar. 1623.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 1997.

Super Felin. in cap. cum tu nu. 3. de teſtibus.

¶ *Teſtis qui dicit ſe ſcire, & poſtea ait ſe neſcire quomodo intelligendus?*

AFfirmat hic Felin. *nu. 3. verſ. & in propoſito*, quod teſtis, qui dicit ſe ſcire, & poſtea dixit neſcire intelligendus ſit ſe neſcire, aliàs quam ſupra dixerit.

Pro cuius ornatu tu aduertas, hanc opinionem fuiſſe canonizatam à Rota Romana, & in ſpecie in vna Neriton. penſionis veneris 24. Nouemb. 1606. coram Ludouiſio tunc temporis Rotæ auditore, & deinde Gregorio XV. Pontifice optimo maximo, & alias dictum fuit in Bracaren parochialis 16. Nouembr. 1605. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Sacrato, eadem Rota *deciſ. 141. part. 2. diuerſ. & deciſ. 373. part. 2. in recent.*

COLLECT. 1998.

Super Caſtr. in l. ſeruitutes nu. 9. ff. de ſeruitutibus.

¶ *Patientia in acquirenda poſſeſſione an requiratur ſtante titulo?*

ANnuit hic Caſtr. *n. 9. in fin.* quod patientia alterius non requiritur in acquirenda poſſeſſione ſtante titulo illius, qui gerit actus poſſeſſorios, & ita voluit Rota in Pampilonen. ſepulturæ Veneris 15. Decembris 1606. coram Gregorio XV. & aliàs vt penes Rot. *deciſ. 53. ſub n. 3. part. 1. in recent.* vbi concordantes deciſiones cumulantur.

Sed ad materiam poſſeſſionis quæro, num quando poſſeſſio eſt tranſlata purè, & ſimpliciter, ſed tamen ex cauſa falſa, iſta falſitas cauſæ vitiet poſſeſſionem? & negatiuè reſoluendum eſt,

Digitized by Google

prout dixit Rota *deciſ. 275. ſub n. 3. par. 1. in recent.* & fuit reſolutum in Romana Tutelæ 18. Maij 1609. coram R.P.D. Manzanedo, & in Vratiſlauie. prædiorum 4. Februarij 1614. coram R.P.D. Pirouano, in quib. deciſionibus Rota voluit poſſeſſionem etiam captam ex falſa cauſa eſſe manutenibilem, vt facit ſimiliter, quando ex contractu, & actu etiam nullo transfertur poſſeſſio, dummodo non adſit defectus, vt diximus in aliis collectaneis.

COLLECT. 2999.

Super Gemin. in cap. quamuis §. quanquam n. 3. de præbend. in 6.

¶ *Capitulum Cathedralis præcedit capitulum collegiata.*

CApitulum Cathedralis præcedit capitulum collegiatæ, h. d. & ita Ludouiſius *deciſ.* 184. vbi dicit, quod ſicuti epiſcopus tanquam caput Capituli præcedit collegiatam, ita etiam Canonici, qui ſunt membra illam præcedere debent; ex regula in materia præcedentiæ conſtitutis, quod membra non ſeparentur à capite, & præcedunt omnes, quos antecedit eorum caput, vt fuit latè deductum in vna Pampilonen. decimarum die 10. Maij 1577. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Lancellotto.

Et iuxta concluſionem principaliter fundatam voluit aliàs Rota in Calaguritana præheminentiarum 26. Nouembris 1601. coram R.P.D. Litta.

Amplia quod etiam in collegiata capitulum Cathedralis præfertur dicto capitulo collegiatæ, quamuis in propria eccleſia reperiantur, iuxta notata à Gratian. *forenſ. diſcept.* 111.

COLLECT. 3000.

Super Gloſ. in l. actum ff. de Negotiis geſtis.

¶ *Aetas in immemorabili quinquaginta quatuor annorum, qualiter probanda?*

GLoſa hæc imò communiter DD. affirmant, quod ætas quinquaginta quatuor annorum requiſita in immemorabilibus debet concludenter apparere, de quo vide pariter text. *in l. mater C. de probationibus*, & ita dixit Rota in Aquinaten. beneficij Veneris 9. Martij 1607. coram Ludouiſio.

Et quod immemorabilis requirat in teſte ætatem quinquaginta quatuor annorum, dixit Rota *deciſ.* 76. *deciſ.* 254. *& deciſ.* 445. *par. 1. in recent. & deciſ.* 248. *part. 2. in recent.*

Et ratio eſt, nam cum debeant deponere de viſu quadraginta annorum, neceſſe eſt, quod de tempore, quo videre cœperunt eſſent doli capaces, & conſequenter quatuordecim annorũ, Rota *deciſ.* 557. *part. 4. in nouiſſimis.*

Quinimò neceſſe eſt, quod ſint huiuſmodi ætatis quinquaginta quatuor annorum ſubducto tempore litis motæ Rota *d. deciſ.* 248. *part. 2. in recent.* & voluit eadem Rota in Corduben. redecimarum 1618. coram R.P.D. Coccino, in tantum quod ſi quamplures anni ſint, quibus lis cœpta fuit, adeo quod veriſimiliter reperiri nequeant teſtes, qui ſubducto medio tempore litis habeant huiuſmodi ætatem, tunc immemorabilis eſt improbabilis.

Nec non in hac materia immemorabilis notanda eſt concluſio, quod talis immemorabilis excluditur ex actibus in contrarium, Rota *deciſ.* 254. *& deciſ.* 324. *part. 1. in recent. & deciſ.* 248. *part. 2. in recent.*

Imò ſolus timor, & tumultus in cõtrarium reddit improbabilem immemorabilem, cum teſtes deponere debeant, quod aliquid in contrarium nunquam fuerit viſum, nec auditum, vt reſoluit Rota in allegata Corduben.

redeci-

Digitized by Google

redecimarum 18. Maij 1618. coram R. P. D. Coccino.

Bene verum velim aduertas, quod ſi actus, qui dantur in contrarium ſunt ſupra centum annos, minimè elidunt immemorabilem, ſtat enim ſimul non extare memoriam in contrarium cum actu antiquo vltra centum annos, cum memoria hominum non præſumatur ſe extendere vltra centum annos.

Si verò actus in contrarium ſunt infra centum annos, tunc intrat alia concluſio, quod excludunt immemorabilem, vt voluit Rota in Cauelicen. feudi 26. Aprilis 1613. coram R. P. D. Pirouano, ſed nec actus facti infra centum annos eliderent immemorabilem, quando eſſent geſti poſt completam immemorabilis probationem, vt voluit Rota *in allegata Caualicen.*

COLLECT. 3001.

Super Panormitan. in cap. inſinuationem de offic. delegati.

¶ *Incompetentia orta lite conteſtata poteſt opponi declinatoria fori, non obſtante litis conteſtatione?*

AFfirmat hic Abbas Panormitanus columna finali quod quando iudicis incompetentia lite conteſtata oritur, in tali caſu benè poterit opponi fori declinatoria, non obſtante conteſtatione litis facta.

Quæ ſanè doctrina limitat diſpoſitionem text. *in l. fin. C. de exception. & in l. peremptorias C. de ſentent. reſcind. l. ſed & ſi ſuſceperit ff. de iudic. & cap. ſi epiſcopum 3. quæſt. 6.*

Declara tamen, quod vbicunque fori declinatoria opponeretur à perſonis priuilegiatis habentibus beneficiū electionis fori virtute, *l. vnic. C quando Imperator inter pupil. & vid.* huiuſmodi concluſio firmata non procederet, quia his perſonis priuilegiatis non reperitur præfixum tempus, neque aliquis terminus ad allegandum huiuſmodi priuilegium.

In tantum, quod eis permiſſum eſt omni tempore, & hora ſimile allegare priuilegium, & illo vti, vnde poſt concluſum in cauſa, & appunctatum ius forum Regale in earum cauſis & litibus eligere valent, vt videri poteſt apud Francum *deciſ. 364.* & vide Viuium *in deciſ. 65.* vbi teſtatur regiam audientiam Apuleæ pluries iudicaſſe, quod non prohiberentur ſimiles perſonæ priuilegiatæ poſt litem conteſtatam ſaltem ex capite reſtitutionis in integrum opponere hanc fori declinatoriam conceſſam à lege, de quo latius videndus eſt Dominus I. C. Lucanus Jo. Maria Nouarius *in ſuo aureo tractatu, quem edidit de electione, & variatione fori quæſt. 11. ſect. 1. in ſecunda impreſſione Neapolitana*, vbi ad ſaturitatem hunc articulum habes enucleatum, & exornatum, illum igitur in facti contingentia conſulas.

COLLECT. 3002.

Super l. pronunciatio in fine ff. de verborum ſignificatione.

¶ *Fœmina ad conſeruet agnationem?*

COlligitur ab iſto texto, quod licet fœmina ſit agnata non conſeruat agnationem, & ita Surd. *deciſ. 9.* latè Theſaur. *deciſ. 37.*

Quare Rota ſæpius reſoluit, quod quando teſtator non ſolum vocauit agnatos, ſed etiam expreſſit verba, ex quibus conſtat voluiſſe bona conſeruari in agnatione, tunc fœminæ non cenſentur vocatæ, etiam ſi aliàs verba ſubſtitutionum apta eſſent illas comprehendere, Rota *deciſ. 203. & dec. 217. part. 2. in recent.* latè fuit dictum in Romana fideicommiſſi de Jordanis 6.

Digitized by Google

Nouembris 1617. coram R.P.D. Remboldo, in quibus deciſionibus notandum eſt, quod Rota noluit admittere fœminas etiam ſi non adeſſet concurſus maſculorum, ex eo, quia ipſæ non ſunt habiles ad conſeruandam agnationem.

Quod autem fœminæ ſint de agnatione, & dicantur agnatæ plenè tradit Rota *deciſ.* 282. *part.* 2. *in recent.* vbi fuit dictum venire ſub vocatione de domo, & familia, & ſub nomine proximiorum, quod pariter approbauit in alia montis Faliſci fideicommiſſi 5. Junij 1617. coram R.P.D. Coccino Decano, vbi Rota dixit venire ſub nomine cippi.

Amplia hanc concluſionem procedere, etiam ſi fœminæ ſint nuptæ, Seraphi. *deciſ.* 1438. Rota *deciſ.* 587. *part.* 1. *in recent.* quidquid contrarium teneant relati per Seraphinum *deciſ.* 488.

COLLECT. 3005.

Super Beroo in cap. 1. num. 125. de vſuris.

¶ *Emptori, an ſit data dilatio ad ſoluendum an faciat fructus ſuos?*

AFfirmat hic iſte Doctor quod ſi emptor retineat penes ſe preciũ, quia fuerit illi data dilatio ad ſoluendum faciat fructus, & ita dixit Rota in Romana cenſus ſcutorum decem, & octo millium lunæ 5. Martij 1607. coram Ludouiſio deinde Gregorio XV.

Amplia, vt nec teneatur ad fructus recompenſatiuos vt dixit Rota in Aſculana pecuniaria 11. Decembr. 1606. coram R.P.D. Coccino Decano, hoc tamen procedit in dilatione, quæ continet certum, & determinatum tempus ab initio, ſecus autem in dilatione incerta, & indeterminata, & quæ de ſui natura venit quanto citius implenda, ita diſtinxit Rota in Romana Caſaletti 20. Junij 1611. coram Cardinali Sacrato.

Amplia vt nec etiam emptor teneatur ad fructus recompenſatiuos, ſi nullos fructus ex re empta percipere potuit, iuxtà veriorem, & æquiorem opinionem, de qua apud Ludouiſium *dec.* 347. vbi tamen dubitatur an pro rata temporis, quo fructus curantur, & creſcunt ſit locus æquitati l. curabit ob eam rationem, quia fructus dicuntur percepti etiam pro tempore, quo curantur, & creſcunt, *l. diuortio* §. *non ſolum ff. ſolut. matrim.* ſi tamẽ emptor fuit in poſſeſſione, & habuit facultatem percipiendi fructus, licèt non perceperit, tenetur ad fructus compenſatiuos, quos percipere poterat ex æquitate, & dixit Rota in Beneuentana pecuniaria 15. Junij 1607. coram Cardinali Sacrato.

Amplia, vt in tantum ſit vera regula ſupra poſita, quod emptor quando retinet penes ſe precium facit fructus ſuos, vt procedat etiam ſi venditor promiſſa ex parte non adimpleuiſſet, Surd. *deciſ.* 117. *n.* 7. Rot. *deciſ.* 686. *part.* 2. *in recent.* & fuit dictum in beneuentana pecuniaria 15. Junij 1606. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato, & latè in Romana Caſaletti 30. Junij 1611. coram eodem, vbi redditur optima ratio, nempe quia per non implementum venditoris non minuitur vſura rei venditæ, cuius cõtemplatione debentur iſti fructus recompenſatiui, ne emptor locupletetur cum aliena iactura.

Et quod debeantur iſti fructus etiã vbi nulla poteſt imputari vſura rei vẽditæ, cuius vſus cõtemplatione debentur iſti fructus, etiã vbi nulla poteſt imputari mora emptori ſi nõ ſoluerit precium, Surd. *dec.* 117. & voluit Rota in Pariſien. pecuniaria 18. Junij 1618. coram R.P.D. Coccino Decano.

Qui

Digitized by Google

Qui quidem fructus debiti ex diſpoſitione *l. curabit ff. de act. empti.* non ſunt propriæ vſuræ, ſed potius reparatio damni, vt fuit dictum in allegata Romana Caſaletti, nec debentur vti vſuræ, ſed tanquam res propriæ, ex æquitate iuſtitiæ communitatiuæ, & iure natali, vt voluit Rota in Romana pecuniaria 25. Octobr. 1621. coram R. P. D. Coccino Decano, vbi etiam dicitur quod petuntur tanquam fructus rei principaliter deductæ in iudicio, ſed tanquam res principalis debita, & propterea omni iure tam ciuili, quam canonico, & naturali debentur, vt conſtat apud Ludouiſium *deciſ.* 347. *num.* 7.

COLLECT. 3004.

Super cap. hinc eſt verſic. priuilegium 16. quæſt. 1.

¶ *Priuilegia non egrediuntur perſonam cui ſunt conceſſa, nec trahuntur in exemplum.*

PErcipitur ab iſto textu concluſio, quod priuilegia aliis exemplo eſſe non poſſunt, niſi tantum his quibus propriè conceſſa reperiuntur.

Pro cuius ornatu notabis, & facies illationem, quod priuilegia alicui cōceſſa propter ſimilem, & eandem rationem ad alios extendi minimè poſſunt, vt probat Cabedus *deciſ. Rot. Luſit.* 140. *part.* 1.

Amplia hanc illationem procedere, & habere locum, etiam vbi non verſamur in materia pœnali, & correctoria, Seſſe *deciſ. Rot. Aragonia* 43.

Quorum omnium fundamentum eſſe poteſt, prout in effectu eſt, quia priuilegia in dubio præſumuntur perſonalia, & tanquam talia perſonam illorum, quibus reperiuntur conceſſa minimè tranſgrediuntur, vt plenè conſtat apud Gail. *obſeru.* 144. *lib.* 2.

COLLECT. 3005.

Super Jaſ. in l. quoties ff. qui ſatiſdar. cogantur.

¶ *Paria ſunt aliquid non eſſe vel eſſe, & inutiliter eſſe.*

INter cætera, quæ hic cumulat Jaſon notat regulã illam quod paria ſunt aliquid non eſſe, vel eſſe, & inutiliter eſſe, quæ ſanè regula probatur *in l. de ætate §. nihil ff. de interrogatoriis action. & in l.* 4. *§. condemnatum ff. de reg. iur.* & ita ſcribit Nouar. *forenſ. quæſt.* 167. *part.* 1. vbi quod nomina debent habere cōſonantiam, & effectum, aliàs non poſſunt dici vera nomina, quare concludit per hæc, & alia media idem eſſe maritum non habere vel habere inutilem, ita quod gaudere poſſit priuilegio *l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* & Conſtit. Regni *ſtatuimus de magiſtro Iuſtitiario*, ac ſi eſſent viduæ affirmat, de quo etiam teſtatur Viuius *deciſ.* 197. & videndus eſt Franc. *deciſ.* 100. *num.* 18.

Prout ſimilibus perſonis licitum eſt in currentibus caſibus agere ad repetitionem dotis ac ſi mortui eſſent viri, vt latius proſequitur Caroccius *in deci.* 106. vbi plura concordantia cumulat.

Et confert à ſimili, quod idem eſt aliquem non citare, vel illum citare, qui nec per ſe, nec per alium, ſcilicet per procuratorē poteſt ſe defendere, prout in facto conſiderabat Iure conſultus Lucanus, vt tibi conſtat ex ſequenti iuris nota.

IN cauſa diuortij intentata per D. Juſtinianam Spinelli contra Joannem Vincentium Macedonium eius virum non poteſt procedi ad vlteriora ſtante notoria carceratione in Caſtro S. Eraſmi dicti Joannis Vincentij, ad quem ordine ſuę Excell. nulli patet acceſſus, & cum eo nemo alloqui poteſt,

quia ſi ob carcerationem non poteſt per ſe comparere, & ob denegatum ſibi commercium non poteſt procuratorem conſtituere: iudicium hoc fieret ſine reo, quod iura abhorrent, cum quoad effectum idem ſit neminem citare, & citare eum, qui nec per ſe, nec per alium poteſt ſe defendere, nam citatio fuit iure naturali introducta, vt latiſſimè probat D. Regens Valenzuel. *conſ. 6 ad fin.* vt citatus habita notitia in citatione cõtentorum compareat, & ſe defendat per ipſum, vel per procuratorem ſuum, hinc formulę omnes in citatione dicunt, *verum habens cauſam in contrarium compareat, &c. conſtituat procuratorem inſtructum in loco iudicij degentem, &c.* Vnde ſi citatus non poteſt per ſe comparere ſtante ſua carceratione ſi non poteſt conſtituere procuratorem, vel conſtitutum inſtruere ob denegatum ſibi commercium facto Principis; idem eſt ac ſi citatus nõ foret, cum fine propter quem citatio inuenta fuit gaudere non poſſit, quæ omnia & ſi ratione ferè palpabili ſatis conſtant, & quęrere authoritatem vbi ratio id ſuadet ſit infirmitas intellectus, nihilominus ne cum ratione deſit authoritas, ita in terminis probarunt, *in l. quæſitum. ff. de re iud.* Paul. Caſt. *in prin.* & Imol. *in fin.* atq; Zaſius, quos referendo ſequitur Myſing. *in obſeru. Cam. Imper. cent. 4. obſeru. 58. in fin.* quòd quamuis carceratus pro crimine, & citatus teneatur cõſtituere procuratorẽ, id tamen non procedit vbi ita ſtrictè eſt carceratus, vt ad eum nemini pateat acceſſus, cum tunc etiam ſi ex ſuo delicto proceſſerit impedimentum excuſaretur, ſi non conſtituat procuratorem, & in obſeruatione præcedenti deciſum refert iudicem conſcium de impedimento, & procedentem contra iuſtè impeditum comparere vel procuratorem conſtituere nulliter procedere, & quòd omnia acta, & ſententia ſint nulla, quæ ſi vera ſunt in carcerato ob proprium crimen, quanto magis vera erunt in ipſo Joanne Vincentio, qui nullo commiſſo crimine, nec etiam imaginario ita arctè, & denegato ſibi omnium commercio in carceribus dicti Caſtri detruditur?

Et licèt pars exaduerſo impugnet factum, quod aſſumpſimus de denegato commercio, dicens quam plures acceſſiſſe ad ipſum Joannem Vincentium, & cum eo alloquutos fore, & quòd ſi voluiſſet, potuiſſet tunc procuratorem conſtituere, quando ſibi notificato diuortij libello, plura in ſcriptis aduerſus libellum replicauit.

Nihilominus quia iudices ſecundũ ea, quæ in actis probantur, & non ſecundum partium aſſertiones iudicare debent, dicimus ex actis ſatis conſtare de denegato commercio.

Primò ex ſcriptura eiuſdem partis aduerſæ, dum quærens viro notificare diuortij libellum obtinuit licentiam à S.E. vt pro vna vice tantum id poſſet, ideoque ſi Princeps, ex quo proceſſit carceratio, & prohibitio commercij indulgendo petitioni ipſius partis, vt notificaretur libellus diuortij ipſi Ioanni Vincentio, id conceſſit pro vna tantum vice, ex hac diſpenſatione in vno actu, conſtat de prohibitione in cæteris omnibus aliis actibus, cum diſpenſatio in vno, arguit regulam in cõtrarium in aliis, & priuatio præſupponat habitum, & ex aliis his ſimilibus.

Item conſtat ex alio, quia nouiſſimè tranſmiſſo ſcriba cauſæ ordine Reuerendiſſimi Vicarij ad ipſum Joan. Vincentium, vt cum eo alloqui procuraret, & ei ſibi commiſſa nunciaret, cum eo alloqui nequiuit, & Arcis Cuſtodes ſibi retulere, ex ordine S.E. cum eo alloqui neminem poſſe vt ex fide eiuſdem ſcribę ordine Reuerendiſſimi

Vicarij

Vicarij in actis conſtat, & ſic illa, quæ nos dicimus ſcripturis fundamus, & ſecundum ſcripturas, & ea quæ in actis conſtat indicia prodere debeant, & non ſecundum ea, quæ pars aduerſa temeraria voce iuxta temerarium diſceſſum proponit.

Nec aliquid mouere debet D. Judices, quod potuerit Joan. Vincentius conſtituere procuratorem quando aduerſus libellum diuortij ſibi præcedente licentia ſuæ Excell. notificato replicauit, quia parum ſibi iuuabat tūc procuratorem conſtituere ſi eum de ſua defenſione inſtruere non poterat, & cōſtitutio procuratoris fit ad finem, vt procurator conſtitutus conſtituentem defendat *l.1.§.vſus.ff.de procur.* qui ſi non eſt inſtructus de iuribus conſtituentis, non poteſt eum defendere, & ſic fruſtra imputatur commoditas cōſtituendi procuratorem, vbi deficiebat commoditas inſtruendi, potiſſime in hac cauſa, vbi eſt tractandum, quæ ſunt ſpecies ſæuitiæ, & minarum, quas vxor iſta allegat, quo tempore, loco, & coram quo, & quomodo illatæ, & prolatæ fuerunt, quæ adulteria; vbi, cum quibus, & quando patrata, quæ exactiſſimam inſtructionem temporum dierum, horarum, perſonarum, locorum, & plurium circumſtantiarū exquirunt, quæ expediri nequeunt per procuratorem non inſtructum, & ſuo principali alloqui non valentem, & his accedat, quòd in cauſa tam graui, & ardua, qualis eſt iſta diuortij in foro poli, & in foro fori, Joan. Vincentius vir etiam ſi non fuiſſet tam iuſto, & probabili impedimento impeditus; nec etiam teneretur conſtituere procuratorem, vt deciditur in aperto text. *in c.ad querelam extra de procurat.*

Et tandem cum comparuiſſet Franciſcus Carraſa affinis in primo gradu ipſius Joannis Vincentij, ex quo ſororem ipſius Joannis Vincentij duxit in vxorē, & excuſando ipſum Joannem Vincentium propoſuit iſtud iuſtum impedimentum eius carcerationis, & detentionis tam ſtrictæ, quod cum eo nemo alloqui poteſt, & illud promptè demōſtret ex ipſiſmet actis & ſcripturis partis aduerſæ ſi de veritate eius allegationis dubitatur, non poteſt ſpreta eius allegatione procedi ad vlteriora, ſed eſt dandus ibi terminus ad probādum impedimentum, quod quatenus ſi de eo dubitetur offert probare ad conceſſionem cuius breuis termini iudex tenetur interloquendo, doceat infra tot dies de allegatis, vt in terminis probauit Imol. *in l.quæſitum col.1. verſic. & ideò cautela eſt, ff.de re iud.* vbi dicit, & ideo cautela eſt, quod iudici fiat notitia de impedimento, & quod allegans impedimentum pro abſente offerat ſe paratum probare, nam ſi iudex nolit tunc recipere probationem, habebitur perinde ac ſi eſſet facta probatio, ex quo ſtetit per eum, & abſens certat de damno, hæc ille. Ex quibus habemus punctualitatem quod quando controuertitur impedimentum, eſt dandus terminus allegandi, alias habetur per probato, ſed etiam quod quilibet tertius admittitur ad allegandum impedimentum ipſius citati, & ſi in hoc adſit text. ad literam *in l.ſeruum quoque 34. §.publicè ff.de procur.* vbi quilibet poteſt comparere pro citato, & nedum allegare iuſta citati impedimenta, ſed etiā defendere eius innocentiam, cum reipublicæ ita interſit, vbi Bart. & cæteri adnotant, quod quilibet etiam minor, & fœmina ad hanc allegationum admittitur, & comprobat Capic. *deciſ.* 143. vt alios omittam, ex quibus nullatenus procedendum eſt ad vlteriora in dicta cauſa, tanto magis quod impedimentum eſt medio tempore duraturum ex notatis per Imol. *in d.l.quæſitum col.3.ff.de re iud.*

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

Digitized by Google

COLLECT. 3006.

Super Franc.in cap.1.de præſcript.in 6.

¶ Exceptio probanda eſt cum omnibus ſuis qualitatibus.

COncludit hic Franc. *in primo notabili*, quòd excipiens probare debet ſingulas, & omnes qualitates neceſſarias ad effectum, vt exceptio concludat ſuam intentionem, & ita voluit Rota in vna Cæſarauguſtana parochialis 15. Nouembris 1583. coram R. P.D Oriolen.

Hinc infertur quod excipiens de reſignatione debet docere de reſignatione valida, & publicata, vt dixit Rota in Cæſarauguſtana, & in aliis cauſis, vt patet in Hiſpalen. & Cordube. præſtimoniorum 14. Junij 1600. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Lancellotto.

Hinc incendium probari debet, quod ſine culpa contigerit, vt dixit eadem Rota in Romana incendij Lunæ 27. Nouembris 1606. coram Ludouiſio, tanto magis, quia incendium eſt de iis, quæ abſque culpa euenire non ſolent, Franc. Marc. *deciſ.61.tom.1.*& in iis, quæ citra culpam accidere non conſueuerunt debet non ſolum probari caſus, ſed etiam tale quid, quod culpam excludat, vt fuit dictum licèt incidenter in noſtra Curia Archiepiſcopali.

COLLECT. 3007.

Super Alber.in l.2.§.ſiquis ita in ſuo ff. Ne quid in loco publico.

¶ Actus an præſumatur factus ab eo cuius intereſſe concernit?

COncludit hic Alberic. quod actus præſumatur factus ab eo, cuius intereſſe concernit, & ita voluit Rota Romana, vt apud Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum Cardinalem Seraphinum *deciſ.1078.n.2.* Rot. *dec. 396. n.2.part.1.diuerſor.* benè Rota *deciſ.529. per totam part.1.in recent.*

Amplia hanc concluſionem procedere, & habere locum non ſolum in fauorabilibus, ſed etiam in materia pœnali, Rot. *d.deciſ.529.n.* 4. quæ loquitur in materia recurſus ad iudices ſæculares.

Et ex firmata concluſione inferas, quod Ablatio proceſſus facta à iudice præſumebatur de ordine, & inſtante eo, cuius intereſſe dicta ablatio concernebat, vt dixit Rota in Hiſpalen. primitiarum, ſeu attentatorum 24. Januarij 1614. coram R.P.D. Pamphilio hodie in Regionibus Hiſpaniæ digniſſimo nuncio apud Catholicam maieſtatem Philippi IV.

COLLECT. 3008.

Super Alex. in l. quod meo §. fin. ſub nu.2.ff. de acquirend. poſſeſſ.

¶ Poſſeſſio ſi occupetur, & quis non curet recuperare an amittat ciuilem?

AFfirmat hic Alexander in *verſic. quod benè*, quod data ſcientia occupationis, ſi quam primum fieri poteſt quis non curat recuperare ſuam poſſeſſionem perdit ciuilem, & ita voluit Rota in Romana Canonis Sancti Martini 23. Februarij 1612. coram R.P. D.Pamphilio, & hoc etiam videtur fuiſſe de mente Rotæ penes Mant. *deciſ.172.ſub num.5.* dum ibi conſideratur quod occupatio fuerat facta ignorante poſſeſſore, quando enim quiſquam primum poteſt non curat recuperare poſſeſſionem videtur ſuſpicari ſe poſſe repelli, Puteus *dec.26.in fin.n.4.lib.1.* eo ipſo autem quod quis ſuſpicatur ſe poſſe repelli amittit poſſeſſionem, Puteus

teus *d.deciſ.69.n.4.*Seraphin.*deciſ.769.* *n.2.* verum quia difficile eſt probare ſcientiam occupantis, & Rota ſimpliciter in tot.deciſionibus ſecuta fuit illam opinionem, quod infra decenniũ non cenſetur amiſſa poſſeſſio, & quia materia amiſſionis eſt præiudicialis, & odioſa eſſet difficile in Rota pro hac opinione obtinere.

Nota autem quod licet de iure poſſeſſio præſumatur, continuata tamen difficultas eſt an tertius poſſit iuuari dicta præſumptione, & negatiuam partẽ videtur ſenſiſſe Rotam in elnen. Canonicatus 5.Maij 1603.coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, vbi redditur ratio, quia continuatio poſſeſſionis pendet ab animo, qui non poteſt eſſe notus tertio, contrariam autem opinionem Rotam hodie ſequi fuit dictum in Varmien. Canonicatus 27.Maij 1610.coram Cardinali Sacrato, vbi dicitur quod alia opinio procedit ſolum quando ille, de cuius poſſeſſionis continuatione agitur negaret iſtam continuationem, ſed hac vltima opinio Rotæ procedit quando non conſtat quod alius medio tempore cœperit naturalem poſſeſſionem, ſed data poſſeſſione, & occupatione alterius, tunc tertius non poteſt allegare præſumptam allegationem, ita fuit dictum in Leodien.beneficij 11.Decembris 1619.coram R.P.D.Coccino Decano, quam deinde Rota ſecuta fuit in Alben. iuriſpatronatus 21. Februarij 1620.coram R.P.D.Pamphilio, & in Romana ſpolij domus 16.Mart.1620. coram R.P.D. Caualerio vbi fuit dictum, quod retentio ciuilis non poteſt à tertio allegari.

Verum, quicquid dicendum ſit in aliis caſibus in ſubrogatione ad ius, & poſſeſſionem defuncti, non eſt dubiũ, quin ſubrogatus poſſit allegare continuationem poſſeſſionis defuncti, ſicuti poterat allegare ipſe defunctus, Rota *deciſ.623. part.2. in recent.* & fuit dictũ in Conchen. beneficij de Thieſtra 2.Decembris 1619. coram R.P.D. Coccino, & aliàs in Agrigentina beneficij 30.Maij 1611.coram R.P.D. Pamphilio, vbi dictum fuit, quod ſubrogatus petere poterat immiſſionem, non obſtante, quod defunctus fuiſſet in vita ſpoliatus.

Vlterius aduertas eſſe diſtinctionẽ approbatam à Rota Romana in hac materia, quod aut tertius interuertit poſſeſſionem naturalem, illam occupando, & tunc poſſeſſio ciuilis vltra decennium, aut poſſeſſio naturalis eſt vacans, & tunc etiam vltra decenniũ non cenſetur amiſſa ciuilis, ita Mantica *deciſ.172.*Rota *deciſ.287.n.5. & deciſ. 404.n. part.2. in recent. & deciſ.634. nu. 6. part.1. in recentior.* & in Conſentina penſionis 12.Februarij 1618. coram R. P.D. Vbaldo, vbi in materia penſionis dicitur non cenſeri amiſſam poſſeſſionem exigendi etiam ſi per decennium penſio non fuerit exacta, tamen non præſumitur poſſeſſio continuata vſq; ad decennium, quando quis patitur in contrarium iterationem plurium actuum poſitiuorũ, ita declarauit Rota *in deciſ.454. ſub n.2. part.1. in recent.*

Sed quæro, an ſtatutum de continuanda poſſeſſione habeat locum quando ante aditam hæreditatem eſt occupata poſſeſſio ab alio? & negatiuam tenuit Rota *deciſ.163. nu.2. part.2. in recent.* vbi etiam dicitur, ſæpius Rotã reſoluiſſe pro hac opinione, verum cõtrariam opinionem tenuit Rota in Sigturia bonorum 22.Junij 1615. corã R.P.D. Andrea quæ mouetur ex ea ratione, quia ſtatutum de cõtinuanda operatur, vt nec momento temporis poſſeſſio ſit vacans, & per conſequens poſſeſſio capta alio exiſtente in poſſeſſione eſt nulla, & infecta, quæ nullum

iuris effectum producere poteſt, & ſic non poteſt impedire conuationem, quæ ratio mihi videtur valde vrgens, & propterea credo hanc opinionem veriorem.

Et num poſſeſſio ciuilis amittatur abſque animo? negatiua pars tenenda eſt ex *l.3.§. in amittenda ff. de acquir. poſſ.* & ita dixit Rota in Bargen. Canonicatus Veneris 30. Martij 1607. coram Ludouiſio tunc temporis Rotæ auditore, & deinde Gregorio X V. vbi latiſſimè tractatur an, & quando immiſſio ſit debita vigore ſubrogationis? & quid ſi defunctus in vita ſit priuatus poſſeſſione naturali? & plura alia concernentia executionem ſubrogationis gratioſæ reponuntur, quæ ibidem per te videre poteris, quando caſus acciderit.

COLLECT. 3009.

Super Bald. in l. inuitus num. 6. C. de procuratoribus.

¶ *Appellationis cauſa an dicatur eadem cum prima?*

DIcit Bald. *in verſic. tertio quæritur*, quod cauſa appellationis dicitur eadem cum prima.

Vnde tu inferas quod ſi cauſa prima eſt ſummaria, cauſa appellationis erit quoque ſummaria, Bellamera *deciſ.* 41. quia cauſa ſemel effecta ſummaria remanet ſemper ſummaria in quacunque inſtantia, & coram quocunque iudice, Rota *diuerſ. deciſ. 785. part. 3.* vbi hoc tamen declarat.

Sed num iudex, ad quem, & ſic appellationis habeat iuriſdictionem ad cognoſcendum vltra id, de quo cognouit iudex à quo? negatiuè Leon. *in deciſ. Rotæ Valentiæ* 42. vbi firmat ſupplicationis cauſæ, ſiue appellationis iudicem non poſſe cognoſcere de eo, de quo non fuit actum in prima inſtantia, quia iudex cauſæ appellationis habet iuriſdictionem per deuolutionem circa ea, quæ vertantur in prima inſtantia, & non ſuper aliis, Afflict. *deciſ.* 155.

COLLECT. 3010.

Super Bar. in l. procurator cui in principio ff. de procurator.

¶ *Procurator generalis, & cum libera, &c. an poßit donare?*

COnſtituit regulam hic Bartolus, quòd procurator quantumuis generalis, & ſub quacunque facultate, ac etiam cum libera, &c. conſtitutus donare non poteſt, & ita voluit Rota in Rauennaten. cenſus lunæ 7. Maij 1607. coram Gregorio XV. & in Verulen. ſtatuti 26 Junij 1606. coram R. P. D. Coccino, Rota *deciſ. 697. part. 2. in recent.*

Declara tamen, quod ſi in mandato legeretur facultas data non ſolum ad tranſigendum, ſed etiam ad remittendum, quia tunc per hoc cenſetur data facultas donandi, nam remittere eſt donare, vt voluit Rota in fulginaten. redditionis rationis 16. Decemb. 1616. coram R. P. D. Pamphilio.

COLLECT. 3011.

Super Bar. in l. hoc interdicto num. 3. ff. de itin. act. priuat.

¶ *Poſſeßio exigendi an acquiratur ex vnico actu ſolutionis?*

ANnuit hic iſte Doctor, quod poſſeſſio exigendi acquiritur ex vnico actu ſolutionis, & ita reperio ſæpius fuiſſe tentum in Rota, & ſignanter in vna Venetiarum cenſus 21. Martij 1596. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſi-

rendiſſimo Cardinali Arrigonio, & Romana cenſus 6. Nouembris...., coram R.P.D.tunc temporis Decano.

Et quod ex vnica ſolutione acquiratur quaſi poſſeſſio exigendi, quæ ſuffragatur ad effectum manutentionis etiam aduerſus hæredes, & ſucceſſores ſoluentis non obſtante ſententia in contrarium lata, quando ab illa eſt appellatum, voluit eadem Rota in Imolen.cenſus Veneris 11.Maij 1607. corā Ludouiſio Gregorio XV. vbi etiam fuit dictum, hanc quaſi poſſeſſionem exigendi eſſe manutenendam contra hæredes, & ſucceſſores, quia in interdicto retinendæ ius metimur ex perſona actoris, quod minimè mutatur mutata perſona ex parte rei, Guid.Pap. *deciſ.* 629. Puteus *deciſ.* 151.*lib.* 3. Rota in vna Romana cenſus 17. Maij 1589. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino.

Amplia, quod per mutationem rei, & poſſeſſoris minimè tollitur quaſi poſſeſſio exigendi ex parte actoris exiſtentis in poſſeſſione, idem Seraphin. *deciſ.* 878. *& deciſ.* 562. *part.* 1. *in recent.* vbi dicitur fuiſſe pluries reſolutum.

Vnde videmus, quod penſionario exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi competat manutentio contra ſucceſſorem in beneficio, qui nunquam ſoluit, Rota *deciſ.* 508. *part.* 1. *in recent.* & fuit dictum in Spoletana penſionis 21. Junij 1618. coram R.P.D. Vbaldo, vbi aliæ deciſiones concordantes cumulantur.

Similiter ita quoque cenſuario cōpetit manutentio aduerſus ſucceſſoré in re cenſuata, qui cenſum numquam ſoluit, Seraphin. *in allegata deciſ.* 878.

Quamuis velim aduertas, quod poſſeſſio acquiſita aduerſus emphyteutā non videtur manutenibilis contra dominum directum poſt ſecutam deuolutionem; vt dixit Rota in vna ciuitatis Caſtellanæ, iuris paſcendi coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Mellino, nam feudo ad dominum deuoluto expirant ſingulæ, & omnes obligationes ſeruitutes, & onera durante inueſtitura aduerſus inueſtitos acquiſita, vt notum eſt in iure noſtro veriatis.

COLLECT. 3012.

Super l.fin.C.de his qui ex publ. ratiocin. libr. 10.

¶ *Pecunia publica non poteſt impendi in alium vſum per adminiſtratores, quam in eum cui deſtinata fuit.*

Diſpoſitum eſt hic, & *in l.* 1. *eiuſdem tituli* publicas pecunias in alium vſum impendi non poſſe, quam in illum, in quem deſtinatæ ſunt.

Pro cuius ornatu vide Rubin. *deciſ.* 208. vbi etiam affirmauit quod adminiſtratores vniuerſitatis nequeunt pecuniam deſtinatam ad vnum vſum conuertere in alium abſque ſuperioris licentia, allegat text. *in l. hac lege, C. de aquęductibus lib.* 12.

Et quod adminiſtratores fiſci, vel vniuerſitatis teneantur pecuniam exactam in ſua ſpecie conſeruare, habemus text. *in l.* 1. *C. de Canon. largit lib.* 10. & vide Franciſcum Marcum *deciſ. Senatus Delphinatus* 101. *tom.* 2.

Et tu Regnicola videas pragmaticam 7. *ſub rubrica de commiſſariis, & executoribus*, cuius diſpoſitionem doctè, vt ſolet ſingulariter limitat Nouarius *in comment.* non habere locum vbi magna neceſſitas eueniret, quia in tali caſu poſſent adminiſtratores vniuerſitatis vti pecunia deſtinata ad vnum vſum applicare ad alium, & ita in facti contingentia fuiſſe prouiſiones expeditas à Collaterali Conſilio teſtatur, dicens iuxta hanc eandem opinionem fuiſſe

Digitized by Google

conſultum ad fauorem Syndicorum terræ Roccæ Monfinæ, & credo certè quod fuerit in cauſa ſequentium allegationum, quas hic imprimi facere curaui, & ſunt tenoris ſequentis videlicet

PRo defenſione inquiſitionis formatæ aduerſus Syndicos terræ Roccæ Monfinæ V.I.D. Ceſarem de Nicola, Notarium Fabritium Mollica, Joannem Baptiſtam Ceſtrone, & Aloyſium Antonium Mancino de contrauentione regiæ pragmaticæ Comitis de Lemos per V.I.D. Octauium de Nouellis commiſſarium ſpecialiter delegatum per Excellentiſſimam Duciſſam Mondragonis vtilem dominã dictæ Terræ, & ad præſens ibidem Capitaneum prætendentem illos vſos fuiſſe gabellis vniuerſitatis ad alium vſum, quam fuerit ordinatum in dicta regia pragmatica, & per conſequens incidiſſe in pœnam contentam in ea. Infraſcripta media ſummariæ afferuntur. Et quoniam à primordio tituli poſterior firmatur euentus *l.1.C. de impon. luc.deſcript.lib.6.* ponderanda ſunt verba dictæ regiæ pragmaticæ in præfatione ibi [*E per facilitare i pagamenti, e ritrouare detti commiſſarij pronto il denaro tutte le terre ſiano obligate di aſſignare alla regia corte, e ſuoi aſſignatarij vno, ò più corpi di gabella, & intrate ſue eſplicite, e migliori che haueranno baſtanti per detti pagamenti facendo obligare i medeſmi gabellotti, affittatori e rendenti à pagare detta regia corte, & alli aſſignatarij nelli debiti tempi, & non facendoſe detti pagamenti, vt ſupra, ſiano detti affittatori, & miniſtri obligati alle giornate delli commiſſarij, & à tutti danni, & intereſſi, e che neſſuno ſindico, & eletto non poſſa applicare, ne ſeruir e, ne diſpenſare detto denaro ad altro effetto, ne detti affittatori, gabellotti, e caſſieri pagare ſotto pena, &c.*] Pondero primo loco verba illa [*e per facilitare i pagamenti, e ritrouare detti commiſſarij pronto il denaro tutte le terre ſiano obligate aſſignare alla corte, e ſuoi aſſignatarij vno e più corpi*] mens enim ſtatuentis cauere ne Syndici vtantur dictis gabellis, & redditibus ad alium vſum, vt facilius regiæ Curiæ, & illius aſſignatariis ſolui potuiſſet, & ad euitanda damna, quæ quotidiè occurrebant vniuerſitati ob retardatam ſolutionem, & hæc fuit cauſa finalis. Procœmium etiam declarat mentem legiſlatoris, & ex eo colligitur ratio finalis conditoris *l.pen.ff.de iur.& facti ignor.* vbi initium conſtituentis declarat mentem, &c. Conſil.Rouitus *conſ.65.nu.5.* Muta *deciſ.81.n.27.* Achil. Pedrochia *de interpret.& reſol.contrac.n.215.& ſeqq.* & vbi ratio diſpoſitionis eſt amplior, amplius redditur diſpoſitum *l.fin.ff. de hæred.inſt.* Alex.& Jaſon. *in l.cum hic §. eam tranſact.ff. de tranſact.* in tantum quod ordinatio ampliatur, reſtringitur, & declaratur ex ipſo procœmio, & iudices non debent iudicare niſi perpenſis procœmiis ordinationum, & aliorum actuum, de quibus agitur, cum hoc multum iuuet ad deciſionem dubiæ quæſtionis, Rebuff. *ad conſtitutionem Gall.lib.1.tit de ſent.prouiſ.art. 1.gloſ. 1.* ſed ſic eſt modò quod dicti Syndici aſſignauerũt vnum corpus, vnam perſonam diuitem, & ſoluendo illi conſtituentes magnam prouiſionem ducatorum 150. nempe Marcum Rozera vnum ex primariis diuitibus dictæ terræ, qui vi expreſſæ conuentionis initæ inter ipſum, & Syndicos, non ſolum tenetur ſoluere debitis temporibus, quicquid regiæ Curię, & illius aſſignatariis debetur, ſed etiam omnes occurrentias vniuerſitatis cum multis pactis, & capitulis tendentibus in fauorem Curiæ vniuerſitatis, & ipſorum afficttatoriorum gabellarum, vt legere eſt in inſtrumento ætariatus, & in capitulis iã exhibitis in proceſſu, & ſic pinguius ſatisfactum eſt intentioni legiſlatoris,

latoris, magis tutus redditur fiſcus, ac magis indemnis ſeruatur vniuerſitas ipſa. Vnde iure merito meliorem conditionem facere potuerunt, & fiſci, vniuerſitatis, & affictatoriorum argum. text. *in* § 1. *inſt. de auct tutor.* Ibi namque placuit meliorem ſuam conditionem licere eis, & ſine tutoris authoritate deteriorem verò, Jo. Saiſ. ad conſuet. Thur. *tit.* 27. *A.* 8. *gloſ.* 1. *in lit.* C. *& ſeq.* vbi mulier, quæ ſine viro, & mundualdo contrahere non poteſt, tamen ſine illis meliorem conditionem ſuam facere poteſt. Et prodigus, qui ſine curatore contrahere non poteſt *l. is, cui bonis ff. de verbor. oblig.* ſine eo pariter meliorem conditionem ſuam facere poteſt. Ita in Eccleſia, quæ ſine certis ſolemnitatibus contrahere non poteſt, ſine tamen illis meliorem conditionem ſuam facere poteſt, gloſ. *in l. cum hi* § *eam transactionem in verbo alimentarius ff. de tranſa.* Mynſing. *cent.* 2. *obſeru.* 36. Minad. *conſ.* 14. *nu.* 1. *& ſeq.* Steph. Grat. *lib.* 3. *diſcept. for. cap.* 564. *n.* 33. Rebuff. *de alien. rer. eccl. n.* 34. *& ſeqq.* Caſſan. *ad conſ. Burg. rub.* 4. §. 1. *gloſ. contract. n.* 25. *& ſeqq.* Gutt. *lib.* 1 *pract. qq. q.* 22. *n.* 9. *& ſeqq.* Camill. *de Medicis conſ.* 117. *n.* 25. Genun. epiſcopus Iſernienſis *in pract. Eccl. tricen.* 19. *q.* 542. Conſil. Rouit. *in prag.* 1. *tit. abuſus n.* 113. *& ſeq.* Picus *de contract. gloſ.* 7. *nu.* 73. *&* 83. *&* 184. *& ſeq.* Ricc. *deciſ.* 192. *part.* 1. D. Nouar. *ſuper prag. collect.* 152. *n.* 6. Paſc. *de virib. patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 6. *nu.* 22. *& ſeq.* Maximè quando eſſet euidens vtilitas Steph. Grat. *lib.* 2. *diſcept. for. cap.* 37. *n.* 6. tanto magis prædicta procedunt, vbi imminet neceſſitas, vt in caſu noſtro cum non ſufficiant Gabellæ Ricc. *in deciſ.* 226. *n.* 12. *part.* 1. ſed ſic eſt modò quod eccleſia minor, vniuerſitas, & fiſcus iiſdem iuribus prærogatiuis, & priuilegiis vtuntur ſecundum DD. *in l. Respublica C. ex quibus cauſis maiores l. rempublicam, C. de iure Reipublica lib.* 11. latè Pereg. *de iure fiſci lib.* 5. *tit.* 2. & quod Syndici æquiparentur tutoribus, voluit Loſæus *de iure vniuerſitatis part.* 1. *cap.* 3. *n.* 111. Dec. *conſ.* 297. *n.* 1. *&* 2. in quo itaque deliquerunt Syndici, qui fecerunt conditionem fiſci vniuerſitatis, & gabellotarum meliorem in nihilo quidem, igitur nullam pati debet pœnam, *l. ſancimus, C. de pœnis* Loſæus *de iure vniuerſ. p.* 4. *c.* 1. *n.* 4. cum pœna debet commenſurai culpę, & delicto D. Nouar. *lib.* 1. *qq. for. q.* 21. *n.* 27. Farinac. *tit. de inquiſit. q.* 4. *n.* 10. *& q* 9. *n.* 9. & ideò potius merentur quam demerentur, & potius debent præmiari, quam puniri, latè Maſtrill. *de magiſtr. lib.* 1. *cap.* 21. *per totum*, abhorret enim lex homines laborioſis officiis ſine præmio defatigari, *auth. ſi quis autem in tit de iudicib.* Præterea regia pragmatica mandat vnum vel plura corpora aſſignari, & aſſignatis non poſſe vti, ſed Syndici aſſignauerunt vnum corpus, nempe ærarium, burſam communem Vniuerſitatis diuitem, & ſoluendo, quam quælibet Vniuerſitas habere conatur, Caput. *de reg. Reipubl. c.* 7. *&* 30. *n.* 10. ergo poſſunt vti aliis, cùm enim de quibuſdam prohibetur de cæteris videtur eſſe permiſſum. *l. cum prætor ff. de iud.* Reg. Valenz. *conſ.* 93. *n.* 71. 90. *& ſeqq.* & limitata cauſa limitatum producit effectum *l. in agris ff. de acq. rer. dom.* latè Tiraq. *in tractatu ceſſante cauſa part.* 1. *n.* 147. Camill. de Medicis *conſ.* 51. *nu.* 14. & diſpoſitio debet reſtringi ad ſuam cauſam *l. Cancellauerat ff. de his quæ in teſtamento delentur.* Inſuper cauſa, qua fuit motus ille Illuſtriſſimus Comes ac Collaterale Conſilium, vt diximus, fuit, vt regiæ Curiæ, ac eius aſſignatariis facilius ſolueretur, & ad euitanda damna, & intereſſe vniuerſitatis, ſed iſta cauſa ceſſat, & ſemper ceſſauit in hac noſtra vniuerſitate ob modum ab ea diu obſeruatum aſſignandi Ærarium, vt dixi-

Digitized by Google

mus, propter quod nunquam Regia Curia, nec eius aſſignatarij paſſi fuerunt aliquam moram in receptione ſolutionis, nec vniuerſitas ipſa paſſa fuit aliquod damnum, vt experientia ſemper vidimus, & in dies videmus. Nimirum ſi functiones fiſcales huius vniuerſitatis magnoperè ab omnibus emi deſiderantur ob promptam, & paratam ſolutionem illarum, qua nituntur, ideò debet ceſſare effectus, & pœna, *l. adigere §. quamuis ff. de iure patron.* diffuſè Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa per totū*, Ricc. *deciſ.* 168. *n.* 2. *& ſeqq. p.* 3. Nauar. *p.* 1. *qq. forenſ. quaeſt.* 39. & cum hæc ſit ratio finalis, omninò debet attendi, in tantum quod licèt illa non ſit expreſſa, magis tamen attenditur, quia verba Capuc. *de reg. Reipub. c.* 12. Rub. *n.* 6. *&* 7. & ſufficit quod ſit ſatisfactum menti, & rationi ſtatuentis, arg. *l. à Titio ff. de verb. oblig. & l. illud ff. ad l. Aquil.* nec intereſt an per æquipollens fiat, & adimpleatur *l. mulier ff. ad Trebell. l. ſi mater, C. de inſtit. & ſubſtit. l. fin. C. de donat. quæ ſub modo, &c.* Molin. *de pact. nupt. lib.* 1. *c.* 27. *n.* 2. *& ſeqq.* & vno conceſſo videtur cōceſſum omne id, per quod deuenitur ad illud, ca. *paſtoralis de cler. excommun. miniſtr. l.* 2. *de iur. omn. iud.* ergo conceſſo quod vniuerſitas vno corpore aſſignato ſufficienti poſſit aliis vti, videtur etiam permiſſum, vt poſſit vna perſona diues, & ſoluendo aſſignari pro toto, maximè quando redditus vniuerſitatis non ſufficiunt, & cæteris corporibus, vti; alias lex eſſet impoſita verbis, & nō rebus contra text. *in l.* 2. *in fin. C. comm. de legatis ca. commiſſa de elect. in* 6. & cum aſſignare hanc perſonam pro toto non reperiatur prohibitum, cenſetur permiſſum. Conſt. Papa. *de arbit. mag. cur. cap.* 4. *n.* 70. Camill. Bortel. *de compromiſſ. §.* 2. *gloſ.* 1. *n.* 307. tanto magis quia neceſſitate coacti Syndici hoc egerūt, quoniam introitus non ſufficiebant qua multa permittuntur, quæ aliàs prohiberentur *l.* 1. *ff. de off. conſ.* & tenebantur hoc agere, & tantum bonum conſilium, & expediens capere pro eorum vniuerſitate ad euitanda damna, quæ quotidie vniuerſitas ipſa patiebatur, & pati poterat, quia cum gabellæ non ſufficiebant regiæ Curiæ, non ita opportunè ſolui poterat, & gabellottæ ipſi non ſemper ita promptam pecuniā habere poſſunt, vt videmus in dies. Propterea maximum fuit expediens aſſignare vnam perſonam, verum, & non fictum corpus, quæ omnibus neceſſitatibus occurreret ſine damno, & intereſſe alicuius, ſed cum vtilitate omnium, poſtquam ipſe ærarius tenetur ſoluere, nec poteſt aſſignare gabellotas commiſſariis, ſed de propria pecunia tenetur ſoluere, & authore prætore poſtea compellere dictos gabellotas, aliàs omne damnum, & intereſſe ipſe pati debeat; nimirum quia vniuerſitas conſtituit ei prouiſionem ducatorum 250. Ad hoc enim creantur Syndici, vt iuuent quam maximè poſſunt vniuerſitatem, illamque præcaueant ab omnibus damnis, & intereſſe, ita Rebuff. ex ſententia Pitagoræ *in l. pupillus §. mens ff. de verb. ſignif.* etiam ſi inſpicimus cauſam, qua vſi fuerunt dicta pecunia, nónne fuit ad redimendam vniuerſitatem à tot anguſtiis oppreſſam, & vt ita dicam à manu illius Agrigentini; (me habēt certiorati) opus ſanè pium, quod omnibus aliis neceſſitatibus anteponi, & præferri debet, Grauamina, quæ erant facta, & quotidie fiebant, erant nimia, pericula quæ iminebāt erant maxima, quid igitur erat agendum, vt à tot malis, & grauaminibus Vniuerſitatem ipſam omni cura, ac diligentia præcauerent? malis namque futuris occurrendum eſt antequam eueniant. Paul. de Caſtro *in l.* 1. *Cod. de ſumm. Trinit. & fide Cath.* quibus melius eſt oc-

Digitized by Google

eſt occurrere in tempore, quam poſt exitum vendicare. *l. fin. C. in quibus cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ. l. 1. C. quando liceat vnicuique ſe vind.* ne poſſit poſtea eis obijci illud dictum Imperatoris, *in l. 2. C. de iur. & fact. ignor.* Sera prece tibi ſubueniri deſideras. Syndicus enim græcum nomen eſt, & defenſorem latinè ſignificat, Loſæus *de iure vniuerſ. p. 2. cap. 1. n. 45.* & tenetur vtilia agere, & inutilia prætermittere ad inſtar tutricis *Cap. de reg. Reip. cap. 6. nu. 11. & ſeq.* & quoniam tractatur de publica vtilitate, poſſunt cogi Syndici vnire, & conuenire ſe pro faciendo publico parlamento Jo. de Platea *in l. filij C. de decurion. lib. 11.* Abb. *in ca. quia propter de elect.* Cap. *ſub d. n. 11.* Vnde cum ſeruatis de iure ſeruandis ſe congregaſſent pro tanto pio opere perficiendo moleſtari non debent, cum officium ſuum nemini debeat eſſe damnoſum *l. ſi quis ex ſignatoribus ff. quemadmodum teſt. aperiantur.* Et quatenus fiſcus prætenderet dictum parlamentum non fuiſſe factum cum inſertione nominum, & cognominum congregatorum, quia in hac patria ſemper fuit obſeruatum contrarium vt per fidem *fol. 1.* huiuſmodi ſolitum, & conſuetũ debet attendi, Bart. *in l. 1. ff. de Albo ſcrib. & in l. fin. C. de priu. decur. lib. 10.* Bald. *in l. nullu ff quod cuiuſc. Vniuerſ. nom. Cap. de reg. Reipub. cap. 3. n. 25.* Sed ad quid tam affatim de hac re agere, cum faſtuoſa, & ſuperuacanea legum allegatione, Syndici namque nullo pacto vſi fuerunt dicta pecunia, legantur quæſo mandata eorum, nam illa, vt legendo videre eſt, diriguntur ærario vt ſoluat Cæſari Petriano ducatos 75. quos ſoluerat pro Vniuerſitate, qui iam fuerunt ſoluti vt ex receptione illius, idem de mandato Jo. Antonij Ruſſo, nec ſoluiſſe de gabellis quicquam apparet; & licet ipſi examinati id dicant, hoc eſt ad ſe exonerandum cum ærario, vnde nõ probant, Rebuff. *de reprob. teſt. n. 412.* Ricc. *deciſ. 137. nu. 2. part. 2.* D. Nouar. *ſuper pragmat. Collect. 229.* & ſunt ſingulares, quorum tantũ probant mille, quantum vnus Joan. de Amicis *conſ. 7. n. 7.* Steph. Grat. *lib. 1. diſcept. for. c. 144. n. 24. & ſeqq.* Et cum ſe referat mandatis, & in illis de pecunia gabellarum verbum nullum; nec diriguntur ipſis gabellotis, ſed ærario depoſitario illorum, debet intelligi ſecũdum diſpoſita & narrata in ipſis mandatis argumento notatorũ *in l. aſſe toto ff. de hæredib. inſtit.* Jo. de Amicis *conſ. 154. n. 3. & conſ. 20. n. 5. & conſ. 26. n. 12.* Reg. Valenzuola *conſ. 10. n. 19. & ſeqq.* Amatus *conſ. 56. n. 1. & ſeqq.* Conſ. Rouitus *conſ. 56. n. 7. 16. & 17.* nec in dubio præſumitur ſoluiſſe de pecunia gabellarũ, ſed de pecunia ipſarum. Bart. & DD. *in l. 2. C. pro ſocio.* Canc. *p. 2. var. reſol. ca. 6. n. 99. & ſeqq.* maximè ad euitandum dolum & delictum *l. merito ff. pro ſocio*, Carocc. *deciſ. 33.* Marant. *conſ. 69. n. 10.* Reg. Valenzuola *conſ. 2. n. 15. & conſ. 32. num. 118.* Ricc. *part. 3. var. reſol. 579.* Paſcal. *de vir. patr. poteſt. part. 2. cap. 2. ſub n. 21.* D. Nouar. *part. 1. qq. for. quæſt. 28.* Nec vim facit depoſitio Aloyſij Antonij Mancino, nam eius dictum refertur Concilio publico, & ſecundum illud debet intelligi vt ſuperius diximus iuxta tradita in allegat. *l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit.* Nec refragatur depoſitio Marci Rozera, ſi quidem eſt teſtis in cauſa propria, ſingularis, & intereſſatus *l. omnibus. C. de teſtam.* Muta *deciſ. 52. n. 9.* & contrarium conſtat eius quod deponit per mandata.

Nuper audio dominum iudicantem eſſe in voto damnandi Syndicos ad ſoluendas expenſas per ipſos erogatas pro redemptione patriæ à tot grauaminibus, quæ cum fuerint erogatæ conſilio legitimè congregato, neſcio quo pacto poſſint ad illas condemnari

Digitized by Google

Cap.de reg. Reipub.c.1.n.46. Eſcobar *de ratioc.c.25.n.48.& ſeqq.* Sed poſt varios caſus, poſt tot diſcrimina rerum, hæc merces, hoc præmium tanti laboris, & beneficij? ſed de his nec mærore afficiantur Syndici, nam non ſolum hæc ſubire, ſed etiam mori pro patria tenentur DD. *in l. veluti ff. de iuſtitia, & iure*, & ideo maximis meritis honorari debent. Hinc Cicero. *in ſomnio Scipionis.* Omnibus qui patriam promouerint, auxerint locus eſt definitus in cœlo, vbi beati æuo ſempiterno fruuntur; hinc ab hiſtoricis omnibus miris laudibus circumferuntur, Curtius, Sceuola, Scipio aliique quam plurimi Romanæ Vrbis, eorumq; patriæ amatores, qui tã excelſa facinora pro ea perpeſſi ſunt, Camill. Borell. *de mag. edict. lib.2.c.7.n.67.& 68.* Sed de his hactenus, quia liberas ædes habent, quæ omnia media pro corroboratione iuſtitiæ Syndici dictæ Terræ Monſinæ meę patriæ adducta verificantur ex doctrina Jo. Franciſci Capiblanci *in ſingul. 3. impreſſ. poſt ſuum librum de authoritate Baronum, ſiue comment. ad pragmat. huius Regni ſub Rubrica de Baronibus*, quem quidem poſt hæc ſcripta vidi, vbi fatetur, & ſcribit excuſari debere Syndicos, qui neceſſitate coacti cauſa publicæ vtilitatis vtuntur pecunia communitatis ad alium vſum, quam fuerat deſtinata, neceſſitas ſiquidem facit licitũ, quod eſt illicitum, *cap. quod non eſt licitum de reg. iur. in 6.* Tiraq. *in tract. de pœnis temperandis cauſa 33.n.33.* Ceuall. *in ſpec. practicarum quaeſt. commun. contra commun. quaeſt. vltim. n.6. tom.4.* Monet. *de diſtrib. quotid. quaeſt.11.n.38. part.2.* D. Nouarius *forenſ. quaeſt.28.n.10. part.1.* & ratio eſt, quia neceſſitas minimè legi ſubiecta eſt ad text. *in l. tutor qui repertorium ff. de adminiſtr. tutor. l. non ſolum §. fin ff. de excuſat. tutor.* cum latius adductis per Illuſtriſſimum Dominum Cardinalem Tuſcum *concluſ. iur. liter. N. concluſ. 19.* quem cum aliis refert, & ſequitur Nouarius *forenſ. quaeſt.56.n.3. in fin part.1.* & in terminis dictæ pragmaticæ ita firmat idem Nouarius *in pragm.7. ſub Rubrica de commiſſariis numer. 2. verſic. bene verum.*

Quare iuris eſſe cenſeo præfatos inquiſitos nullatenus poſſe pro tali cauſa moleſtari cum aduerſus illos procedi per hanc viam minimè potuiſſet per ſtantibus veris his, quæ pro eorum adiutorio, & defenſione adducta fuerunt in his allegationibus.

Franciſcus Seuerinus.

COLLECT. 3013.

Super Innocent. in cap. cum perſonæ de priuil. in 6.

¶ *Aſsiſtentia iuris communis an ſufficiat pro obtinenda manutentione?*

NOn ſolum iſte Doctor, ſed omnes vnanimi voto probant hic concluſionem, quod aſſiſtentia iuris communis ſufficit pro obtinenda manutentione.

Ad cuius ornatum notabis quoque vltra dicta in aliis collectaneis, quod in materia iuriſdictionali ſufficit ſola aſſiſtentia pro manutentione, vt ſæpius dixit Rota, vt *in deciſ.382. dec. 493. & deciſ. 501. part.2. in recent. deciſ. 491. part.1.* etiam in recentioribus Seraph. *deciſ.1449. nu.1.* vbi dicitur quod Rota hanc opinionem perpetuò amplexa eſt, & *deciſ.* 1104. & propterea dixit Rota *in d. deciſ. 493. n.1.* quod aduerſus epiſcopum non eſt inhibitum ante omnia eſt inhibitio reuocanda procedit præalleganda concluſio etiam ſi ex aduerſo exhiberetur priuilegium, niſi vnà cum priuilegio probetur etiam poſſeſſio, prout late reſoluit Rota *in d. deciſ. 491.*

Limi-

Digitized by Google

Limitatur inter alia præallegata cõcluſio de manutentione ratione aſſiſtentiæ iuris, vt non procedat quando aſſiſtentia eſt turbida, Seraphin. *deciſ.* 1279. *num.*4. Rota *deciſ.*382. *num.*5. *part.*2. *in recent.* fuit dictum in Marſic. iuriſdictionis.16.Junij 1618, coram R.P.D. Baratto, ſed adhuc non obſtante turbiditate danda eſſet manutentio habenti fundatam intentionem de iure communi, quando concurrerent etiam aliqui actus poſſeſſorij, Rota *dict. deciſ.*382.*n.*5.

Item aſſiſtentia non ſuffragatur quando alius eſt in poſſeſſione, quia manutentio eſt danda exiſtenti in poſſeſſione non autem habenti iuris aſſiſtentiam, Rota *deciſ.*685.*ſub n.*2.*verſ.* & *praterea part.*1.*in recent.* vbi dicitur hoc ſolum procedere quando poſſeſſio eſt temporis conſiderabilis, & dixit etiam Rota in Aquilana iuriſdictionis 1607. coram R.P.D.Pamphilio, & in Hiſpalen. præeminentiarum 20. Februarij 1619. coram R.P.D.Vbaldo, vbi dicitur ſufficere quod poſſeſſori ius vehementer non reſiſtat.

Extra verò materiam iuriſdictionis puta in materia dec[illegible]marum Rota non dat manutentione[illegible] [illegible]ropter aſſiſtentiam iuris, niſi probata poſſeſſione, vt bene diſtinguit Seraph.*deciſ.*1449.*n.*3. & dixit Rota in Mediolanen. decimarum 26.Nouembris 1613. coram R.P.D. Pirouano, & in Ciuitanen. decimarum 26.Martij 1618. coram R.P.D. Veroſpio.

COLLECT. 3014.
Super Bal. in l. 1. num. 63. C. de error. calcul.

¶ *Nullitas reſpectu non citatorum an procedat etiam reſpectu citatorum?*

ANnuit hic Baldus in verſic. aut continet quid indiuiduũ, quod nullitas reſpectu non citatorum habet locum, & procedit etiam reſpectum citatorum, ratione indiuiduitatis, quare ſubhaſtationem, quæ eſt nulla reſpectu non citatorum, eſſe pariter nullam quoad citatos ratione indiuiduitatis, dixit Rota in Burgi ſancti Sepulchri Lunæ 28. Maij 1607. coram Ludouiſio.

Et quod ſtante connexitate iuris ex eadem cauſa prouenientis defectus citationis vnius ex litis conſortibus annullet actum etiam reſpectu citati, voluit Rota *deciſ.* 451.*part.*2. *in recentioribus.*

Et de pluribus venientibus ex eodem iure fuit dictum in Maceraten. hæreditatis 13. Maij 1616. coram R.P. D.Caualerio.

Quare ſi plures ſint poſſeſſores, & vnus tantum citetur, alter verò non, proceſſus eſt nullus in totum, etiam reſpectu citati, vt reſoluit Rota in Romana ſpolij domus 15.Decembr.1617. coram R.P.D.Pirouano.

Bene verum vbicunque ſententia, & mandatum poſſent exequi ſuper portione citati abſque eo quod portioni præiudicetur, valet proceſſus reſpectu citati, vt dixit eadem Rota in Romana pecuniaria de columna 21. Aprilis 1617. coram R.P.D. Dunozetto, vbi reſpondetur ad deciſ. in cauſa Maceraten. hæreditatis.

Et quod quando intereſſe non eſt connexum, tunc defectus citationis, quoad vnum nõ noceat quoad alium legitimè citatum, dixit Rota *deciſ.* 561. *part.*1.*in recent.* & vide ſi conferunt latius adducta per Nouarium *in praxi elect.* & *variar. fori quæſt.*45.*ſect.*1. vbi latè declarat quando conſortes litis cum habentibus electionem fori in cauſis indiuiduis, vel diuiduis gaudeant pariter priuilegio eligendi forum.

COLLECT. 3006.

Super Franc.in cap.1.de præſcript.in 6.

¶ *Exceptio probanda eſt cum omnibus ſuis qualitatibus.*

COncludit hic Franc. *in primo notabili*, quòd excipiens probare debet ſingulas,& omnes qualitates neceſſarias ad effectum, vt exceptio concludat ſuam intentionem, & ita voluit Rota in vna Cæſaraugustana parochialis 15. Nouembris 1583. coram R. P.D Oriolen.

Hinc infertur quod excipiens de reſignatione debet docere de reſignatione valida,& publicata, vt dixit Rota in Cæſaraugustana,& in aliis cauſis, vt patet in Hiſpalen.& Cordube. præſtimoniorum 24.Junij 1600.coram Illuſtriſſimo,& Reuerendiſſimo Cardinali Lancellotto.

Hinc incendium probari debet, quod ſine culpa contigerit,vt dixit eadem Rota in Romana incendij Lunæ 27.Nouembris 1606. coram Ludouiſio, tanto magis, quia incendium eſt de iis,quæ abſque culpa euenire non ſolent,Franc.Marc.*deciſ.61.tom.1.*& in iis, quæ citra culpam accidere non conſueuerunt debet non ſolum probari caſus, ſed etiam tale quid, quod culpam excludat, vt fuit dictum licèt incidenter in noſtra Curia Archiepiſcopali.

COLLECT. 3007.

Super Alber.in l.2.§.ſiquis ita in ſuo ff. Ne quid in loco publico.

¶ *Actus an præſumatur factus ab eo cuius intereſſe concernit?*

COncludit hic Alberic. quod actus præſumatur factus ab eo, cuius intereſſe concernit, & ita voluit Rota Romana, vt apud Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum Cardinalem Seraphinum *deciſ.*1078.*n.*2.Rot.*dec.* 396. *n.*2.*part.*1.*diuerſor.* benè Rota *deciſ.*529. *per totam part.*1.*in recent.*

Amplia hanc concluſionem procedere, & habere locum non ſolum in fauorabilibus, ſed etiam in materia pœnali, Rot.*d.deciſ.*529.*n.* 4. quæ loquitur in materia recurſus ad iudices ſæculares.

Et ex firmata concluſione inferas, quod Ablatio proceſſus facta à iudice præſumebatur de ordine, & inſtante eo, cuius intereſſe dicta ablatio concernebat, vt dixit Rota in Hiſpalen. primitiarum,ſeu attentatorum 24. Januarij 1614. coram R.P.D.Pamphilio hodie in Regionibus Hiſpaniæ digniſſimo nuncio apud Catholicam maieſtatem Philippi IV.

COLLECT. 3008.

Super Alex. in l. quod meo §. fin.ſub nu.2.ff.de acquirend.poſſeſſ.

¶ *Poſſeſſio ſi occupetur, & quis non curet recuperare an amittat ciuilem?*

AFfirmat hic Alexander in *verſic. quod benè*, quod data ſcientia occupationis, ſi quam primum fieri poteſt quis non curat recuperare ſuam poſſeſſionem perdit ciuilem, & ita voluit Rota in Romana Canonis Sancti Martini 23.Februarij 1612.coram R.P. D.Pamphilio, & hoc etiam videtur fuiſſe de mente Rotæ penes Mant. *deciſ.*172.*ſub num.*5. dum ibi conſideratur quod occupatio fuerat facta ignorante poſſeſſore, quando enim quiſquam primum poteſt non curat recuperare poſſeſſionem videtur ſuſpicari ſe poſſe repelli, Puteus *dec.*26.*in fin.n.*4.*lib.*1. eo ipſo autem quod quis ſuſpicatur ſe poſſe repelli amittit poſſeſſionem,Puteus

Digitized by Google

reus *d.deciſ.69.n.4.*Seraphin.*deciſ.769. n.2.* verum quia difficile eſt probare ſcientiam occupantis, & Rota ſimpliciter in tot.deciſionibus ſecuta fuit illam opinionem, quod infra decenniũ non cenſetur amiſſa poſſeſſio, & quia materia amiſſionis eſt præiudicialis, & odioſa eſſet difficile in Rota pro hac opinione obtinere.

Nota autem quod licet de iure poſſeſſio præſumatur, continuata tamen difficultas eſt an tertius poſſit iuuari dicta præſumptione, & negatiuam partẽ videtur ſenſiſſe Rotam in elnen. Canonicatus 5.Maij 1603.coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, vbi redditur ratio, quia continuatio poſſeſſionis pendet ab animo, qui non poteſt eſſe notus tertio, contrariam autem opinionem Rotam hodie ſequi fuit dictum in Varmien. Canonicatus 27.Maij 1610.coram Cardinali Sacrato, vbi dicitur quod alia opinio procedit ſolum quando ille, de cuius poſſeſſionis continuatione agitur negaret iſtam continuationem, ſed hac vltima opinio Rotæ procedit quando non conſtat quod alius medio tempore cœperit naturalem poſſeſſionem, ſed data poſſeſſione, & occupatione alterius, tunc tertius non poteſt allegare præſumptam allegationem, ita fuit dictum in Leodien.beneficij 11.Decembris 1619.coram R.P.D.Coccino Decano, quam deinde Rota ſecuta fuit in Alben. iuriſpatronatus 21. Februarij 1620.coram R.P.D.Pamphilio, & in Romana ſpolij domus 16.Mart.1620. coram R.P.D. Caualerio vbi fuit dictum, quod retentio ciuilis non poteſt à tertio allegari.

Verum, quicquid dicendum ſit in aliis caſibus in ſubrogatione ad ius, & poſſeſſionem defuncti, non eſt dubiũ, quin ſubrogatus poſſit allegare continuationem poſſeſſionis defuncti, ſicuti poterat allegare ipſe defunctus, Rota *deciſ.623. part.2. in recent.* & fuit dictũ in Conchen. beneficij de Thieſtra 2.Decembris 1619. coram R.P.D. Coccino, & aliàs in Agrigentina beneficij 30.Maij 1611.coram R.P.D. Pamphilio, vbi dictum fuit, quod ſubrogatus petere poterat immiſſionem, non obſtante, quod defunctus fuiſſet in vita ſpoliatus.

Vlterius aduertas eſſe diſtinctionẽ approbatam à Rota Romana in hac materia, quod aut tertius interuertit poſſeſſionem naturalem, illam occupando, & tunc poſſeſſio ciuilis vltra decennium, aut poſſeſſio naturalis eſt vacans, & tunc etiam vltra decenniũ non cenſetur amiſſa ciuilis, ita Mantica *deciſ.172.*Rota *deciſ.287.n.5. & deciſ. 404.n. part.2.in recent.& deciſ.634.nu. 6.part.1. in recentior.* & in Conſentina penſionis 12.Februarij 1618. coram R.P.D.Vbaldo, vbi in materia penſionis dicitur non cenſeri amiſſam poſſeſſionem exigendi etiam ſi per decennium penſio non fuerit exacta, tamen non præſumitur poſſeſſio continuata vſq; ad decennium, quando quis patitur in contrarium iterationem plurium actuum poſitiuorũ, ita declarauit Rota *in deciſ.454.ſub n.2.part.1.in recent.*

Sed quæro, an ſtatutum de continuanda poſſeſſione habeat locum quando ante aditam hæreditatem eſt occupata poſſeſſio ab alio? & negatiuam tenuit Rota *deciſ.163. nu.2. part.2. in recent.* vbi etiam dicitur, ſæpius Rotã reſoluiſſe pro hac opinione, verum cõtrariam opinionem tenuit Rota in Sigturia bonorum 22.Junij 1615. corã R.P.D. Andrea quæ mouetur ex ea ratione, quia ſtatutum de cõtinuanda operatur, vt nec momento temporis poſſeſſio ſit vacans, & per conſequens poſſeſſio capta alio exiſtente in poſſeſſione eſt nulla, & infecta, quæ nullum

Digitized by Google

iuris effectum producere poteſt, & ſic non poteſt impedire conuationem, quæ ratio mihi videtur valde vigens, & propterea credo hanc opinionem veriorem.

Et num poſſeſſio ciuilis amittatur abſque animo? negatiua pars tenenda eſt ex *l. 3. §. in amittenda ff. de acquir. poſſ.* & ita dixit Rota in Bargen. Canonicatus Veneris 30. Martij 1607. coram Ludouiſio tunc temporis Rotæ auditore, & deinde Gregorio X V. vbi latiſſimè tractatur an, & quando immiſſio ſit debita vigore ſubrogationis? & quid ſi defunctus in vita ſit priuatus poſſeſſione naturali? & plura alia concernentia executionem ſubrogationis gratioſæ reponuntur, quæ ibidem per te videre poteris, quando caſus acciderit.

COLLECT. 3009.

Super Bald. in l. inuitus num. 6. C. de procuratoribus.

¶ *Appellationis cauſa an dicatur eadem cum prima?*

DIcit Bald. *in verſic. tertio quæritur*, quod cauſa appellationis dicitur eadem cum prima.

Vnde tu inferas quod ſi cauſa prima eſt ſummaria, cauſa appellationis erit quoque ſummaria, Bellamera *deciſ.* 41. quia cauſa ſemel effecta ſummaria remanet ſemper ſummaria in quacunque inſtantia, & coram quocunque iudice, Rota *diuerſ. deciſ.* 785. *part.* 3. vbi hoc tamen declarat.

Sed num iudex, ad quem, & ſic appellationis habeat iuriſdictionem ad cognoſcendum vltra id, de quo cognouit iudex à quo? negatiuè Leon. *in deciſ. Rotæ Valentiæ* 42. vbi firmat ſupplicationis cauſæ, ſiue appellationis iudicem non poſſe cognoſcere de eo, de quo non fuit actum in prima inſtantia, quia iudex cauſæ appellationis habet iuriſdictionem per deuolutionem circa ea, quæ vertantur in prima inſtantia, & non ſuper aliis, Afflict. *deciſ.* 155.

COLLECT. 3010.

Super Bar. in l. procurator cui in principio ff. de procurator.

¶ *Procurator generalis, & cum libera, &c. an poſſit donare?*

COnſtituit regulam hic Bartolus, quòd procurator quantumuis generalis, & ſub quacunque facultate, ac etiam cum libera, &c. conſtitutus donare non poteſt, & ita voluit Rota in Rauennaten. cenſus lunæ 7. Maj 1607. coram Gregorio XV. & in Verulen. ſtatuti 26 Junij 1606. coram R. P. D. Coccino, Rota *deciſ.* 697. *part.* 2. *in recent.*

Declara tamen, quod ſi in mandato legeretur facultas data non ſolum ad tranſigendum, ſed etiam ad remittendum, quia tunc per hoc cenſetur data facultas donandi, nam remittere eſt donare, vt voluit Rota in fulginaten. redditionis rationis 16. Decemb. 1616. coram R. P. D. Pamphilio.

COLLECT. 3011.

Super Bar. in l. hoc interdicto num. 3. ff. de itin. act. priuat.

¶ *Poſſeſſio exigendi an acquiratur ex vnico actu ſolutionis?*

ANnuit hic iſte Doctor, quod poſſeſſio exigendi acquiritur ex vnico actu ſolutionis, & ita reperio ſæpius fuiſſe tentum in Rota, & ſignãter in vna Venetiarum cenſus 22. Martij 1596. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſi-

Digitized by Google

rendiſſimo Cardinali Arrigonio, & Romana cenſus 6. Nouembris..... coram R.P.D. tunc temporis Decano.

Et quod ex vnica ſolutione acquiratur quaſi poſſeſſio exigendi, quæ ſuffragatur ad effectum manutentionis etiam aduerſus hæredes, & ſucceſſores ſoluentis non obſtante ſententia in contrarium lata, quando ab illa eſt appellatum, voluit eadem Rota in Imolen. cenſus Veneris 11. Maij 1607. corā Ludouiſio Gregorio XV. vbi etiam fuit dictum, hanc quaſi poſſeſſionem exigendi eſſe manutenendam contra hæredes, & ſucceſſores, quia in interdicto retinendæ ius metimur ex perſona actoris, quod minimè mutatur mutata perſona ex parte rei, Guid. Pap. *deciſ.* 629. Puteus *deciſ.* 151. *lib.* 3. Rota in vna Romana cenſus 17. Maij 1589. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino.

Amplia, quod per mutationem rei, & poſſeſſoris minimè tollitur quaſi poſſeſſio exigendi ex parte actoris exiſtentis in poſſeſſione, idem Seraphin. *deciſ.* 878. *& deciſ.* 562. *part.* 1. *in recent.* vbi dicitur fuiſſe pluries reſolutum.

Vnde videmus, quod penſionario exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi competat manutentio contra ſucceſſorem in beneficio, qui nunquam ſoluit, Rota *deciſ.* 508. *part.* 1. *in recent.* & fuit dictum in Spoletana penſionis 21. Junij 1618. coram R.P.D. Vbaldo, vbi aliæ deciſiones concordantes cumulantur.

Similiter ita quoque cenſuario cōpetit manutentio aduerſus ſucceſſorē in re cenſuata, qui cenſum nunquam ſoluit, Seraphin. *in allegata deciſ.* 878.

Quamuis velim aduertas, quod poſſeſſio acquiſita aduerſus emphyteutā non videtur manutenibilis contra dominum directum poſt ſecutam deuolutionem; vt dixit Rota in vna ciuitatis Caſtellanæ, iuris paſcendi coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Mellino, nam feudo ad dominum deuoluto expirant ſingulæ, & omnes obligationes ſeruitutes, & onera durante inueſtitura aduerſus inueſtitos acquiſita, vt notum eſt in iure noſtro verſatis.

COLLECT. 3012.

Super l. fin. C. de his qui ex publ. ratiocin. libr. 10.

¶ *Pecunia publica non poteſt impendi in alium vſum per adminiſtratores, quam in eum cui deſtinata fuit.*

DIſpoſitum eſt hic, & *in l.* 1. *eiuſdem tituli* publicas pecunias in alium vſum impendi non poſſe, quam in illum, in quem deſtinatæ ſunt.

Pro cuius ornatu vide Rubin. *deciſ.* 208. vbi etiam affirmauit quod adminiſtratores vniuerſitatis nequeunt pecuniam deſtinatam ad vnum vſum conuertere in alium abſque ſuperioris licentia, allegat text. *in l. hac lege, C. de aqueductibus lib.* 12.

Et quod adminiſtratores fiſci, vel vniuerſitatis teneantur pecuniam exactam in ſua ſpecie conſeruare, habemus text. *in l.* 1. *C. de Canon. largit lib.* 10. & vide Franciſcum Marcum *deciſ. Senatus Delphinatus* 101. *tom.* 2.

Et tu Regnicola videas pragmaticam 7. *ſub rubrica de commiſſariis, & executoribus*, cuius diſpoſitionem doctè, vt ſolet ſingulariter limitat Nouarius *in comment.* non habere locum vbi magna neceſſitas eueniret, quia in tali caſu poſſent adminiſtratores vniuerſitatis vti pecunia deſtinata ad vnum vſum applicare ad alium, & ita in facti contingentia fuiſſe prouiſiones expeditas à Collaterali Conſilio teſtatur, dicens iuxta hanc eandem opinionem fuiſſe

conſultum ad fauorem Syndicorum terræ Roccæ Monfinæ, & credo certè quod fuerit in cauſa ſequentium allegationum, quas hic imprimi facere curaui, & ſunt tenoris ſequentis videlicet

PRo defenſione inquiſitionis formatæ aduerſus Syndicos terræ Roccæ Monfinæ V.I.D. Ceſarem de Nicola, Notarium Fabritium Mollica, Joannem Baptiſtam Ceſtrone, & Aloyſium Antonium Mancino de contrauentione regiæ pragmaticæ Comitis de Lemos per V.I D. Octauium de Nouellis commiſſarium ſpecialiter delegatum per Excellentiſſimam Ducissam Mondragonis vtilem dominā dictæ Terræ, & ad præſens ibidem Capitaneum prætendentem illos vſos fuiſſe gabellis vniuerſitatis ad alium vſum, quam fuerit ordinatum in dicta regia pragmatica, & per conſequens incidiſſe in pœnam contentam in ea. Infraſcripta media ſummariæ afferuntur. Et quoniam à primordio tituli poſterior firmatur euentus *l.1.C. de impon. luc. deſcript. lib. 6.* ponderanda ſunt verba dictæ regiæ pragmaticæ in præfatione ibi [*E per facilitare i pagamenti, e ritrouare detti commiſſarij pronto il denaro tutte le terre ſiano obligate di aßignare alla regia corte, e ſuoi aßignatarij vno, ò più corpi di gabella, & intrate ſue eſplicite, e migliori che haueranno baſtanti per detti pagamenti facendo obligare i medeſmi gabellotti, affittatori e rendenti à pagare detta regia corte, & alli aßignatarij nelli debiti tempi, & non facendoſe detti pagamenti, vt ſupra, ſiano detti affittatori, & miniſtri obligati alle giornate delli commiſſarij, & à tutti danni, & intereßi, e che neſſuno ſindico, & eletto non poſſa applicare, ne ſeruir e, ne diſpenſare detto denaro ad altro effetto, ne detti affittatori, gabellotti, e caßieri pagare ſotto pena, &c.*] Pondero primo loco verba illa [*e per facilitare i pagamenti, e ritrouare detti commiſſarij pronto il denaro tutte le terre ſiano obligate aßignare alla corte, e ſuoi aßignatarij vno e più corpi*] mens enim ſtatuentis cauere ne Syndici vtantur dictis gabellis, & redditibus ad alium vſum, vt facilius regiæ Curiæ, & illius aſſignatariis ſolui potuiſſet, & ad euitanda damna, quæ quotidiè occurrebant vniuerſitati ob retardatam ſolutionem, & hæc fuit cauſa finalis. Procœmium etiam declarat mentem legiſlatoris, & ex eo colligitur ratio finalis conditoris *l. pen. ff. de iur. & facti ignor.* vbi initium conſtituentis declarat mentem, &c. Conſil. Rouitus *conſ. 65. nu. 5.* Muta *deciſ. 81. n. 27.* Achil. Pedrochia *de interpret. & reſol. contrac. n. 215. & ſeqq.* & vbi ratio diſpoſitionis eſt amplior, amplius redditur diſpoſitum *l. fin. ff. de hared. inſt.* Alex. & Jaſon. *in l. cum hic §. eam tranſact. ff. de tranſact.* in tantum quod ordinatio ampliatur, reſtringitur, & declaratur ex ipſo procœmio, & iudices non debent iudicare niſi perpenſis procœmiis ordinationum, & aliorum actuum, de quibus agitur, cum hoc multum iuuet ad deciſionem dubiæ quæſtionis, Rebuff. *ad conſtitutionem Gall. lib. 1. tit de ſent. prouiſ. art.* 1. *gloſ.* 1. ſed ſic eſt modò quod dicti Syndici aſſignauerũt vnum corpus, vnam perſonam diuitem, & ſoluendo illi conſtituentes magnam prouiſionem ducatorum 250. nempe Marcum Rozera vnum ex primariis diuitibus dictæ terræ, qui vi expreſſæ conuentionis initæ inter ipſum, & Syndicos, non ſolum tenetur ſoluere debitis temporibus, quicquid regiæ Curię, & illius aſſignatariis debetur, ſed etiam omnes occurrentias vniuerſitatis cum multis pactis, & capitulis tendentibus in fauorem Curiæ vniuerſitatis, & ipſorum affictatororum gabellarum, vt legere eſt in inſtrumento ætariatus, & in capitulis iá exhibitis in proceſſu, & ſic pinguius ſatisfactum eſt intentioni legiſlatoris,

latoris, magis tutus redditur fiſcus, ac magis indemnis ſeruatur vniuerſitas ipſa. Vnde iure merito meliorem conditionem facere potuerunt, & fiſci, vniuerſitatis, & affictatoriorum argum. text. *in* § 1. *inſt. de auct. tutor.* Ibi namque placuit meliorem ſuam conditionem facere eis, & ſine tutoris authoritate deteriorem verò, Jo. Saiſ. ad conſuet. Thur. *tit.* 27. *A.* 8. *gloſ.* 1. *in lit.* C. *& ſeq.* vbi mulier, quæ ſine viro, & mundualdo contrahere non poteſt, tamen ſine illis meliorem conditionem ſuam facere poteſt. Et prodigus, qui ſine curatore contrahere non poteſt *l. is, cui bonis ff. de verbor. oblig.* ſine eo pariter meliorem conditionem ſuam facere poteſt. Ita in Eccleſia, quæ ſine certis ſolemnitatibus contrahere non poteſt, ſine tamen illis meliorem conditionem ſuam facere poteſt, gloſ. *in l. cum hi* § *eam tranſactionem in verbo alimentarius ff. de tranſa.* Mynſing. *cent.* 2. *obſeru.* 56. Minad. *conſ.* 14. *nu.* 1. *& ſeq.* Steph. Grat. *lib.* 3. *diſcept. for. cap.* 564. *n.* 33. Rebuff. *de alien. rer. eccl. n.* 34. *& ſeqq.* Caſſan. *ad conſ. Burg. rub.* 4. §. 1. *gloſ. contract. n.* 25. *& ſeqq.* Gutt. *lib.* 1 *pract. qq. q.* 22. *n.* 9. *& ſeqq.* Camill. *de Medicis conſ.* 117. *n.* 25. Genuen. epiſcopus Iſernienſis *in pract. Eccl. tricen.* 19. *q.* 542. Conſil. Rouit. *in prag.* 1. *tit. abuſus n.* 113. *& ſeq.* Picus *de contract. gloſ.* 7. *nu.* 73. *&* 83. *&* 184. *& ſeq.* Ricc. *deciſ.* 192. *part.* 1. D. Nouar. *ſuper prag. collect.* 152. *n.* 6. Paſc. *de virib. patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 6. *nu.* 22. *& ſeq.* Maximè quando eſſet euidens vtilitas Steph. Grat. *lib.* 2. *diſcept. for. cap.* 37. *n.* 6. tanto magis prædicta procedunt, vbi imminet neceſſitas, vt in caſu noſtro cum non ſufficiant Gabellæ Ricc. *in deciſ.* 226. *n.* 12. *part.* 1. ſed ſic eſt modò quod eccleſia minor, vniuerſitas, & fiſcus iiſdem iuribus prærogatiuis, & priuilegiis vtuntur ſecundum DD. *in l. Reſpublica C. ex quibus cauſis maiores l. rempublicam, C. de iure Reipublica lib.* 11. latè Pereg. *de iure fiſci lib.* 5. *tit.* 2. & quod Syndici æquiparentur tutoribus, voluit Loſęus *de iure vniuerſitatis part.* 1. *cap.* 3. *n.* 111. Dec. *conſ.* 297. *n.* 1. *&* 2. in quo itaque deliquerunt Syndici, qui fecerunt conditionem fiſci vniuerſitatis, & gabellotarum meliorem in nihilo quidem, igitur nullam pati debét pœnam, *l. ſancimus, C. de pœnis* Loſæus *de iure vniuerſ. p.* 4. *c.* 1. *n.* 4. cum pœna debet commenſurai culpę, & delicto D. Nouar. *lib.* 1. *qq. for. q.* 21. *n.* 27. Farinac. *tit. de inquiſit. q.* 4. *n.* 10. *& q* 9. *n.* 9. & ideò potius merentur quam demerentur, & potius debent præmiari, quam puniri, latè Maſtrill. *de magiſtr. lib.* 1. *cap.* 21. *per totum*, abhorret enim lex homines laborioſis officiis ſine præmio defatigari, *auth. ſi quis autem in tit de iudicib.* Præterea regia pragmatica mandat vnum vel plura corpora aſſignari, & aſſignatis non poſſe vti, ſed Syndici aſſignauerunt vnum corpus, nempe ærarium, burſam communem Vniuerſitatis diuitem, & ſoluendo, quam quælibet Vniuerſitas habere conatur, Caput. *de reg. Reipubl. c.* 7. *&* 30. *n.* 10. ergo poſſunt vti aliis, cùm enim de quibuſdam prohibetur de cæteris videtur eſſe permiſſum. *l. cum prætor ff. de iud.* Reg. Valenz. *conſ.* 93. *n.* 71. 90. *& ſeqq.* & limitata cauſa limitatum producit effectum *l. in agris ff. de acq. rer. dom.* latè Tiraq. *in tractatu ceſſante cauſa part.* 1. *n.* 147. Camill. de Medicis *conſ.* 51. *nu.* 14. & diſpoſitio debet reſtringi ad ſuam cauſam *l. Cancellauerat ff. de his quæ in teſtamento delentur.* Inſuper cauſa, qua fuit motus ille Illuſtriſſimus Comes ac Collaterale Conſilium, vt diximus, fuit, vt regiæ Curiæ, ac eius aſſignatariis facilius ſolueretur, & ad euitanda damna, & intereſſe vniuerſitatis, ſed iſta cauſa ceſſat, & ſemper ceſſauit in hac noſtra vniuerſitate ob modum ab ea diu obſeruatum aſſignandi Ærarium, vt dixi-

HHh

Digitized by Google

mus, propter quod nunquam Regia Curia, nec eius aſſignatarij paſſi fuerunt aliquam moram in receptione ſolutionis, nec vniuerſitas ipſa paſſa fuit aliquod damnum, vt experientia ſemper vidimus, & in dies videmus. Nimirum ſi functiones fiſcales huius vniuerſitatis magnopetè ab omnibus emi deſiderantur ob promptam, & paratam ſolutionem illarum, qua nituntur, ideò debet ceſſare effectus, & pœna, *l. adigere §. quamuis ff. de iure patron.* diffuſè Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa per totū,* Ricc. *deciſ. 168. n. 2. & ſeqq. p. 3.* Nauar. *p. 1. qq. forenſ. quæſt. 39.* & cum hæc ſit ratio finalis, omninò debet attendi, in tantum quod licèt illa non ſit expreſſa, magis tamen attenditur, quia verba Caput. *de reg. Reipub. c. 12.* Rub. *n. 6. & 7.* & ſufficit quod ſit ſatisfactum menti, & rationi ſtatuentis, arg. *l. à Titio ff. de verb. oblig. & l. illud ff. ad l. Aquil.* nec intereſt an per æquipollens fiat, & adimpleatur *l. mulier ff. ad Trebell. l. ſi mater, C. de inſtit. & ſubſtit. l. fin. C. de donat. quæ ſub modo, &c.* Molin. *de pact. nupt. lib. 1. c. 27. n. 2. & ſeqq.* & vno conceſſo videtur cōceſſum omne id, per quod deuenitur ad illud, ca. *x. paſtoralis de cler. excommun. miniſtr. l. 2. de iur. omn. iud.* ergo conceſſo quod vniuerſitas vno corpore aſſignato ſufficienti poſſit aliis vti, videtur etiam permiſſum, vt poſſit vna perſona diues, & ſoluendo aſſignari pro toto, maximè quando redditus vniuerſitatis non ſufficiunt, & cæteris corporibus, vti; alias lex eſſet impoſita verbis, & nō rebus contra text. *in l. 2. in fin. C. comm. de legat. & ca. commiſſa de elect. in 6.* & cum aſſignare hanc perſonam pro toto non reperiatur prohibitum, cenſetur permiſſum. Conſt. Papa. *de arbit. mag. cur. cap. 4. n. 70.* Camill. Borrel. *de compromiſſ. §. 2. gloſ. 1. n. 307.* tanto magis quia neceſſitate coacti Syndici hoc egerūt, quoniam introitus non ſufficiebant qua multa permittuntur, quæ aliàs prohiberentur *l. 1. ff. de off. conſ.* & tenebantur hoc agere, & tantum bonum conſilium, & expediens capere pro eorum vniuerſitate ad euitanda damna, quæ quotidie vniuerſitas ipſa patiebatur, & pati poterat, quia cum gabellæ non ſufficiebant regiæ Curiæ, non ita oportunè ſolui poterat, & gabellottæ ipſi non ſemper ita promptam pecuniā habere poſſunt, vt videmus in dies. Propterea maximum fuit expediens aſſignare vnam perſonam, verum, & non fictum corpus, quæ omnibus neceſſitatibus occurreret ſine damno, & intereſſe alicuius, ſed cum vtilitate omnium, poſtquam ipſe ærarius tenetur ſoluere, nec poteſt aſſignare gabellotas commiſſariis, ſed de propria pecunia tenetur ſoluere, & authore prætore poſtea compellere dictos gabellotas, aliàs omne damnum, & intereſſe ipſe pati debeat; nimirum quia vniuerſitas conſtituit ei prouiſionem ducatorum 250. Ad hoc enim creantur Syndici, vt iuuent quam maximè poſſunt vniuerſitatem, illamque præcaueant ab omnibus damnis, & intereſſe, ita Rebuff. ex ſententia Pitagoræ *in l. pupillus §. mens ff. de verb. ſignif.* etiam ſi inſpicimus cauſam, qua vſi fuerunt dicta pecunia, nōnne fuit ad redimendam vniuerſitatem à tot anguſtiis oppreſſam, & vt ita dicam à manu illius Agrigentini; (me habet certiorati) opus ſanè pium, quod omnibus aliis neceſſitatibus anteponi, & præferri debet, Grauamina, quæ erant facta, & quotidie fiebant, erant nimia, pericula quæ imminebāt erant maxima, quid igitur erat agendum, vt à tot malis, & grauaminibus Vniuerſitatem ipſam omni cura, ac diligentia præcauerent? malis namque futuris occurrendum eſt antequam eueniant. Paul. de Caſtro *in l. 2. Cod. de ſumm. Trinit. & fide Cath.* quibus melius

eſt oc-

Digitized by Google

eſt occurrere in tempore, quam poſt exitum vendicare. *l. fin. C. in quibus cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ. l. 1. C. quando liceat vnicuique ſe vind.* ne poſſit poſtea eis obiici illud dictum Imperatoris, *in l. 2. C. de iur. & fact. ignor.* Sera prece tibi ſubueniri deſideras. Syndicus enim græcum nomen eſt, & defenſorem latinè ſignificat, Loſæus *de iure vniuerſ. p. 2. cap. 1. n. 45.* & tenetur vtilia agere, & inutilia prætermittere ad inſtar tutricis *Cap. de reg. Reip. cap. 6. nu. 11. & ſeq.* & quoniam tractatur de publica vtilitate, poſſunt cogi Syndici vnire, & conuenire ſe pro faciendo publico parlamento Jo. de Platea *in l. filij C. de decurion. lib. 11.* Abb. *in ca. quia propter de elect. Cap. ſub d. n. 11.* Vnde cum ſeruatis de iure ſeruandis ſe congregaſſent pro tanto pio opere perficiendo moleſtari non debent, cum officium ſuum nemini debeat eſſe damnoſum. *l. ſi quis ex ſignatoribus ff. quemadmodum teſt. aperiantur.* Et quatenus fiſcus prætenderet dictum parlamentum non fuiſſe factum cum inſertione nominum, & cognominum congregatorum, quia in hac patria ſemper fuit obſeruatum contrarium vt per fidem *fol. 1.* huiuſmodi ſolitum, & conſuetū debet attendi, Bart. *in l. 1. ff. de Albo ſcrib. & in l. fin. C. de priu. decur. lib. 10.* Bald. *in l. nulli ff. quod cuiuſc. Vniuerſ. nom. Cap. de reg. Reipub. cap. 3. n. 25.* Sed ad quid tam affatim de hac re agere, cum faſtuoſa, & ſuperuacanea legum allegatione, Syndici namque nullo pacto vſi fuerunt dicta pecunia, legantur quæſo mandata eorum, nam illa, vt legendo videre eſt, diriguntur ærario vt ſoluat Cæſari Petriano ducatos 75. quos ſoluerat pro Vniuerſitate, qui iam fuerunt ſoluti vt ex receptione illius, idem de mandato Jo. Antonij Ruſſo, nec ſoluiſſe de gabellis quicquam apparet; & licet ipſi examinati id dic[illegible]nt, hoc eſt ad ſe exonerandum cum ærario, vnde nō probant, Rebuff. *de reprob. teſt. n. 422.* Ricc. *deciſ. 257. nu. 2. part. 2.* D. Nouar. *ſuper pragmat. Collect. 229.* & ſunt ſingulares, quorum tantū probant mille, quantum vnus Joan. de Amicis *conſ. 7. n. 7.* Steph. Grat. *lib. 1. diſcept. for. c. 144. n. 24. & ſeqq.* Et cum ſe referat mandatis, & in illis de pecunia gabellarum verbum nullum; nec diriguntur ipſis gabellotis, ſed ærario depoſitario illorum, debet intelligi ſecūdum diſpoſita & narrata in ipſis mandatis argumento notatorū *in l. aſſe toto ff. de heredib. inſtit.* Jo. de Amicis *conſ. 154. n. 3. & conſ. 20. n. 5. & conſ. 26. n. 12.* Reg. Valenzuola *conſ. 10. n. 19. & ſeqq.* Amatus *conſ. 56. n. 1. & ſeqq.* Conſi. Rouitus *conſ. 56. n. 7. 16. & 17.* nec in dubio præſumitur ſoluiſſe de pecunia gabellarū, ſed de pecunia ipſarum. Bart. & DD. *in l. 2. C. pro ſocio.* Canc. *p. 2. var. reſol. ca. 6. n. 99. & ſeqq.* maximè ad euitandum dolum & delictum *l. merito ff. pro ſocio*, Catocc. *deciſ. 53.* Marant. *conſ. 69. n. 10.* Reg. Valenzuola *conſ. 2. n. 15. & conſ. 32. num. 128.* Ricc. *part. 3. var. reſol. 579.* Paſcal. *de vir. patr. poteſt. part. 2. cap. 2. ſub n. 21.* D. Nouar. *part. 1. qq. for. quæſt. 28.* Nec vim facit depoſitio Aloyſij Antonij Mancino, nam eius dictum refertur Concilio publico, & ſecundum illud debet intelligi vt ſuperius diximus iuxta tradita in allegat. *l. aſſe toto ff. de hered. inſtit.* Nec refragatur depoſitio Marci Rozera, ſi quidem eſt teſtis in cauſa propria, ſingularis, & intereſſatus *l. omnibus. C. de teſtam.* Muta *deciſ. 52. n. 9.* & contrarium conſtat eius quod deponit per mandata.

Nuper audio dominum iudicantem eſſe in voto damnandi Syndicos ad ſoluendas expenſas per ipſos erogatas pro redemptione patriæ à tot grauaminibus, quæ cum fuerint erogatæ conſilio legitimè congregato, neſcio quo pacto poſſint ad illas condemnari

Digitized by Google

quia ſi ob carcerationem non poteſt per ſe comparere, & ob denegatum ſibi commercium non poteſt procuratorem conſtituere: iudicium hoc fieret ſine reo, quod iura abhorrent, cum quò ad effectum idem ſit neminem citare, & citare eum, qui nec per ſe, nec per alium poteſt ſe defendere, nam citatio fuit iure naturali introducta, vt latiſſimè probat D. Regens Valenzuel. *conſ. 6 ad fin.* vt citatus habita notitia in citatione cõtentorum compareat, & ſe defendat per ipſum, vel per procuratorem ſuum, hinc formulę omnes in citatione dicunt, *verum habens cauſam in contrarium compareat, &c. conſtituat procuratorem inſtructum in loco iudicij degentem, &c.* Vnde ſi citatus non poteſt per ſe comparere ſtante ſua carceratione ſi non poteſt conſtituere procuratorem, vel conſtitutum inſtruere ob denegatum ſibi commercium facto Principis; idem eſt ac ſi citatus nõ foret, cum fine propter quem citatio inuenta fuit gaudere non poſſit, quæ omnia & ſi ratione ferè palpabili ſatis conſtant, & quęrere authoritatem vbi ratio id ſuadet ſit infirmitas intellectus, nihilominus ne cum ratione deſit authoritas, ita in terminis probarunt, *in l. quæſitum. ff. de re iud.* Paul. Caſt. *in princ.* & Imol. *in fin.* atq; Zaſius, quos referendo ſequitur Myſing. *in obſeru. Cam. Imper. cent. 4. obſeru. 58. in fin.* quòd quamuis carceratus pro crimine, & citatus teneatur cõſtituere procuratorẽ, id tamen non procedit vbi ita ſtrictè eſt carceratus, vt ad eum nemini pateat acceſſus, cum tunc etiam ſi ex ſuo delicto proceſſerit impedimentum excuſaretur, ſi non conſtituat procuratorem, & in obſeruatione præcedenti deciſum refert iudicem conſcium de impedimento, & procedentem contra iuſtè impeditum comparere vel procuratorem conſtituere nulliter procedere, & quòd omnia acta, & ſententia ſint nulla, quæ ſi vera ſunt in carcerato ob proprium crimen, quanto magis vera erunt in ipſo Joanne Vincentio, qui nullo commiſſo crimine, nec etiam imaginario ita arcte, & denegato ſibi omnium commercio in carceribus dicti Caſtri detruditur?

Et licèt pars exaduerſo impugnet factum, quod aſſumpſimus de denegato commercio, dicens quam plures acceſſiſſe ad ipſum Joannem Vincentium, & cum eo alloquutos fore, & quòd ſi voluiſſet, potuiſſet tunc procuratorem conſtituere, quando ſibi notificato diuortij libello, plura in ſcriptis aduerſus libellum replicauit.

Nihilominus quia iudices ſecundũ ea, quæ in actis probantur, & non ſecundum partium aſſertiones iudicare debent, dicimus ex actis ſatis conſtare de denegato commercio.

Primò ex ſcriptura eiuſdem partis aduerſæ, dum quærens viro notificare diuortij libellum obtinuit licentiam à S.E. vt pro vna vice tantum id poſſet, ideoque ſi Princeps, ex quo proceſſit carceratio, & prohibitio commercij indulgendo petitioni ipſius partis, vt notificaretur libellus diuortij ipſi Ioanni Vincentio, id conceſſit pro vna tantum vice, ex hac diſpenſatione in vno actu, conſtat de prohibitione in cæteris omnibus aliis actibus, cum diſpenſatio in vno, arguit regulam in cõtrarium in aliis, & priuatio præſupponat habitum, & ex aliis his ſimilibus.

Item conſtat ex alio, quia nouiſſimè tranſmiſſo ſcriba cauſæ ordine Reuerendiſſimi Vicarij ad ipſum Joan. Vincentium, vt cum eo alloqui procuraret, & ei ſibi commiſſa nunciaret, cum eo alloqui nequiuit, & Arcis Cuſtodes ſibi retulere, ex ordine S.E. cum eo alloqui neminem poſſe vt ex fide eiuſdem ſcribę ordine Reuerendiſſimi

Vicarij

Vicarij in actis conſtat, & ſic illa, quæ nos dicimus ſcripturis fundamus, & ſecundum ſcripturas, & ea quæ in actis conſtat indicia prodere debeant, & non ſecundum ea, quæ pars aduerſa temeraria voce iuxta temerarium diſceſſum proponit.

Nec aliquid mouere debet D. Iudices, quod potuerit Ioan. Vincentius conſtituere procuratorem quando aduerſus libellum diuortij ſibi præcedente licentia ſuæ Excell. notificato replicauit, quia parum ſibi iuuabat tūc procuratorem conſtituere ſi eum de ſua defenſione inſtruere non poterat, & cōſtitutio procuratoris fit ad finem, vt procurator conſtitutus conſtituentem defendat *l.1.§.vſus.ff.de procur.* qui ſi non eſt inſtructus de iuribus conſtituentis, non poteſt eum defendere, & ſic fruſtra imputatur commoditas cōſtituendi procuratorem, vbi deficiebat commoditas inſtruendi, potiſſime in hac cauſa, vbi eſt tractandum, quæ ſunt ſpecies ſæuitiæ, & minarum, quas vxor iſta allegat, quo tempore, loco, & coram quo, & quomodo illatæ, & prolatæ fuerunt, quæ adulteria; vbi, cum quibus, & quando patrata, quæ exactiſſimam inſtructionem temporum dierum, horarum, perſonarum, locorum, & plurium circumſtantiarū exquirunt, quæ expediri nequeunt per procuratorem non inſtructum, & ſuo principali alloqui non valentem, & his accedat, quòd in cauſa tam graui, & ardua, qualis eſt iſta diuortij in foro poli, & in foro fori, Ioan. Vincentius vir etiam ſi non fuiſſet tam iuſto, & probabili impedimento impeditus; nec etiam tenebatur conſtituere procuratorem, vt deciditur in aperto text. *in c.ad querelam extra de procurat.*

Et tandem cum comparuiſſet Franciſcus Carrafa affinis in primo gradu ipſius Ioannis Vincentij, ex quo ſororem ipſius Ioannis Vincentij duxit in vxorē, & excuſando ipſum Ioannem Vincentium propoſuit iſtud iuſtum impedimentum eius carcerationis, & detentionis tam ſtrictæ, quod cum eo nemo alloqui poteſt, & illud promptè demōſtret ex ipſiſmet actis & ſcripturis partis aduerſæ ſi de veritate eius allegationis dubitatur, non poteſt ſpreta eius allegatione procedi ad vlteriora, ſed eſt dandus ibi terminus ad probādum impedimentum, quod quatenus ſi de eo dubitetur offert probare ad conceſſionem cuius breuis termini iudex tenetur interloquendo, doceat infra tot dies de allegatis, vt in terminis probauit Imol. *in l.quæſitum col. 1. verſic. & ideò cautela eſt, ff. de re iud.* vbi dicit, & ideo cautela eſt, quod iudici fiat notitia de impedimento, & quod allegans impedimentum pro abſente offerat ſe paratum probare, nam ſi iudex nolit tunc recipere probationem, habebitur perinde ac ſi eſſet facta probatio, ex quo ſtetit per eum, & abſens certat de damno, hæc ille. Ex quibus habemus punctualitatem quod quando controuertitur impedimentum, eſt dandus terminus alleganti, alias habetur pro probato, ſed etiam quod quilibet tertius admittitur ad allegandum impedimentum ipſius citati, & ſi in hoc adſit text. ad literam *in l.ſeruum quoque 34. §.publicè ff.de procur.* vbi quilibet poteſt comparere pro citato, & nedum allegare iuſta citati impedimenta, ſed etiā defendere eius innocentiam, cum reipublicæ ita interſit, vbi Bart. & cæteri adnotant, quod quilibet etiam minor, & fœmina ad hanc allegationum admittitur, & comprobat Capic. *deciſ.* 143. vt alios omittam, ex quibus nullatenus procedendum eſt ad vlteriora in dicta cauſa, tanto magis quod impedimentum eſt medio tempore durantem ex notatis per Imol. *in d.l.quæſitum col. 3. ff. de re iud.*

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

Digitized by Google

COLLECT. 3006.

Super Franc. in cap. 1. de præſcript. in 6.

¶ *Exceptio probanda eſt cum omnibus ſuis qualitatibus.*

COncludit hic Franc. *in primo notabili*, quòd excipiens probare debet ſingulas,& omnes qualitates neceſſarias ad effectum, vt exceptio concludat ſuam intentionem, & ita voluit Rota in vna Cæſarauguſtana parochialis 15. Nouembris 1583. coram R. P. D Oriolen.

Hinc infertur quod excipiens de reſignatione debet docere de reſignatione valida,& publicata, vt dixit Rota in Cæſarauguſtana,& in aliis cauſis, vt patet in Hiſpalen.& Cordube. præſtimoniorum 14. Junij 1600. coram Illuſtriſſimo,& Reuerendiſſimo Cardinali Lancellotto.

Hinc incendium probari debet, quod ſine culpa contigerit, vt dixit eadem Rota in Romana incendij Lunæ 27. Nouembris 1606. coram Ludouiſio, tanto magis, quia incendium eſt de iis, quæ abſque culpa euenire non ſolent, Franc. Marc. *deciſ. 61. tom.* 1. & in iis, quæ citra culpam accidere non conſueuerunt debet non ſolum probari caſus, ſed etiam tale quid, quod culpam excludat, vt fuit dictum licèt incidenter in noſtra Curia Archiepiſcopali.

COLLECT. 3007.

Super Alber. in l. 2. §. ſiquis ita in ſuo ff. Ne quid in loco publico.

¶ *Actus an præſumatur factus ab eo cuius intereſſe concernit?*

COncludit hic Alberic. quod actus præſumatur factus ab eo, cuius intereſſe concernit, & ita voluit Rota Romana, vt apud Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum Cardinalem Seraphinum *deciſ.* 1078. *n.* 2. Rot. *dec.* 396. *n.* 2. *part.* 1. *diuerſor.* benè Rota *deciſ.* 529. *per totam part.* 1. *in recent.*

Amplia hanc concluſionem procedere, & habere locum non ſolum in fauorabilibus, ſed etiam in materia pœnali, Rot. *d. deciſ.* 529. *n.* 4. quæ loquitur in materia recurſus ad iudices ſæculares.

Et ex firmata concluſione inferas, quod Ablatio proceſſus facta à iudice præſumebatur de ordine, & inſtante eo, cuius intereſſe dicta ablatio concernebat, vt dixit Rota in Hiſpalen. primitiarum, ſeu attentatorum 24. Januarij 1614. coram R. P. D. Pamphilio hodie in Regionibus Hiſpaniæ digniſſimo nuncio apud Catholicam maieſtatem Philippi I V.

COLLECT. 3008.

Super Alex. in l. quod meo §. fin. ſub nu. 2. ff. de acquirend. poſſeſſ.

¶ *Poſſeſſio ſi occupetur, & quis non curet recuperare an amittat ciuilem?*

AFfirmat hic Alexander in *verſic. quod benè*, quod data ſcientia occupationis, ſi quam primum fieri poteſt quis non curat recuperare ſuam poſſeſſionem perdit ciuilem, & ita voluit Rota in Romana Canonis Sancti Martini 23. Februarij 1612. coram R. P. D. Pamphilio, & hoc etiam videtur fuiſſe de mente Rotæ penes Mant. *deciſ.* 172. *ſub num.* 5. dum ibi conſideratur quod occupatio fuerat facta ignorante poſſeſſore, quando enim quiſquam primum poteſt non curat recuperare poſſeſſionem videtur ſuſpicari ſe poſſe repelli, Puteus *dec.* 26. *in fin. n.* 4. *lib.* 1. eo ipſo autem quod quis ſuſpicatur ſe poſſe repelli amittit poſſeſſionem, Puteus

Digitized by Google

teus *d.deciſ.69.n.*4.Seraphin.*deciſ.*769. *n.*1. verum quia difficile eſt probare ſcientiam occupantis, & Rota ſimpliciter in tot.deciſionibus ſecuta fuit illam opinionem, quod infra decenniū non cenſetur amiſſa poſſeſſio, & quia materia amiſſionis eſt præiudicialis, & odioſa eſſet difficile in Rota pro hac opinione obtinere.

Nota autem quod licet de iure poſſeſſio præſumatur, continuata tamen difficultas eſt an tertius poſſit iuuari dicta præſumptione, & negatiuam partē videtur ſenſiſſe Rotam in elnen. Canonicatus 5.Maij 1603.coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, vbi redditur ratio, quia continuatio poſſeſſionis pendet ab animo, qui non poteſt eſſe notus tertio, contrariam autem opinionem Rotam hodie ſequi fuit dictum in Varmien. Canonicatus 27.Maij 1610.coram Cardinali Sacrato, vbi dicitur quod alia opinio procedit ſolum quando ille, de cuius poſſeſſionis continuatione agitur negaret iſtam continuationem, ſed hac vltima opinio Rotæ procedit quando non conſtat quod alius medio tempore cœperit naturalem poſſeſſionem, ſed data poſſeſſione, & occupatione alterius, tunc tertius non poteſt allegare præſumptam allegationem, ita fuit dictum in Leodien. beneficij 11.Decembris 1619.coram R.P.D.Coccino Decano, quam deinde Rota ſecuta fuit in Alben. iuriſpatronatus 21. Februarij 1620.coram R.P.D.Pamphilio, & in Romana ſpolij domus 16.Mart.1620. coram R.P.D. Caualerio vbi fuit dictum, quod retentio ciuilis non poteſt à tertio allegari.

Verum, quicquid dicendum ſit in aliis caſibus in ſubrogatione ad ius, & poſſeſſionem defuncti, non eſt dubiū, quin ſubrogatus poſſit allegare continuationem poſſeſſionis defuncti, ſicuti poterat allegare ipſe defunctus, Rota *deciſ.*623. *part.*2. *in recent.* & fuit dictū in Conchen. beneficij de Thieſtra 2.Decembris 1619. coram R.P.D. Coccino, & aliàs in Agrigentina beneficij 30.Maij 1611.coram R.P.D. Pamphilio, vbi dictum fuit, quod ſubrogatus petere poterat immiſſionem, non obſtante, quod defunctus fuiſſet in vita ſpoliatus.

Vlterius aduertas eſſe diſtinctionē approbatam à Rota Romana in hac materia, quod aut tertius interuertit poſſeſſionem naturalem, illam occupando, & tunc poſſeſſio ciuilis vltra decennium, aut poſſeſſio naturalis eſt vacans, & tunc etiam vltra decenniū non cenſetur amiſſa ciuilis, ita Mantica *deciſ.*172.Rota *deciſ.*287.*n.*5.*& deciſ.* 404.*n.part.*2.*in recent.& deciſ.*634.*nu.* 6.*part.*1.*in recentior.* & in Conſentina penſionis 11.Februarij 1618.coram R. P.D.Vbaldo, vbi in materia penſionis dicitur non cenſeri amiſſam poſſeſſionem exigendi etiam ſi per decennium penſio non fuerit exacta, tamen non præſumitur poſſeſſio continuata vſq; ad decennium, quando quis patitur in contrarium iterationem plurium actuum poſitiuorū, ita declarauit Rota in *deciſ.*454.*ſub n.*2.*part.*1.*in recent.*

Sed quæro, an ſtatutum de continuanda poſſeſſione habeat locum quando ante aditam hæreditatem eſt occupata poſſeſſio ab alio? & negatiuam tenuit Rota *deciſ.*163. *nu.*2.*part.*2. *in recent.* vbi etiam dicitur, ſæpius Rotā reſoluiſſe pro hac opinione, verum cōtrariam opinionem tenuit Rota in Sigturia bonorum 22.Junij 1615. corā R.P.D. Andrea quæ mouetur ex ea ratione, quia ſtatutum de cōtinuanda operatur, vt nec momento temporis poſſeſſio ſit vacans, & per conſequens poſſeſſio capta alio exiſtente in poſſeſſione eſt nulla, & infecta, quæ nullum

iuris effectum producere poteſt, & ſic non poteſt impedire conuationem, quæ ratio mihi videtur valde vigens, & propterea credo hanc opinionem veriorem.

Et num poſſeſſio ciuilis amittatur abſque animo? negatiua pars tenenda eſt ex *l. 3. §. in amittenda ff. de acquir. poſſ.* & ita dixit Rota in Burgen. Canonicatus Veneris 30. Martij 1607. coram Ludouiſio tunc temporis Rotæ auditore, & deinde Gregorio X V. vbi latiſſimè tractatur an, & quando immiſſio ſit debita vigore ſubrogationis? & quid ſi defunctus in vita ſit priuatus poſſeſſione naturali? & plura alia concernentia executionem ſubrogationis gratioſæ reponuntur, quæ ibidem per te videre poteris, quando caſus acciderit.

COLLECT. 3009.

Super Bald. in l. inuitus num. 6. C. de procuratoribus.

¶ *Appellationis cauſa an dicatur eadem cum prima?*

DIcit Bald. *in verſic. tertio quæritur*, quod cauſa appellationis dicitur eadem cum prima.

Vnde tu inferas quod ſi cauſa prima eſt ſummaria, cauſa appellationis erit quoque ſummaria, Bellamera *deciſ.* 41. quia cauſa ſemel effecta ſummaria remanet ſemper ſummaria in quacunque inſtantia, & coram quocunque iudice, Rota *diuerſ. deciſ. 785. part. 3.* vbi hoc tamen declarat.

Sed num iudex, ad quem, & ſic appellationis habeat iuriſdictionem ad cognoſcendum vltra id, de quo cognouit iudex à quo? negatiuè Leon. *in deciſ. Rota Valentia 42.* vbi firmat ſupplicationis cauſæ, ſiue appellationis iudicem non poſſe cognoſcere de eo, de quo non fuit actum in prima inſtantia, quia iudex cauſæ appellationis habet iuriſdictionem per deuolutionem circa ea, quæ vertantur in prima inſtantia, & non ſuper aliis, Afflict. *deciſ.* 155.

COLLECT. 3010.

Super Bar. in l. procurator cui in principio ff. de procurator.

¶ *Procurator generalis, & cum libera, &c. an poſſit donare?*

COnſtituit regulam hic Bartolus, quòd procurator quantumuis generalis, & ſub quacunque facultate, ac etiam cum libera, &c. conſtitutus donare non poteſt, & ita voluit Rota in Rauennaten. cenſus lunæ 7. Maij 1607. coram Gregorio XV. & in Verulen. ſtatuti 26 Junij 1606. coram R. P. D. Coccino, Rota *deciſ. 697. part. 2. in recent.*

Declara tamen, quod ſi in mandato legeretur facultas data non ſolum ad tranſigendum, ſed etiam ad remittendum, quia tunc per hoc cenſetur data facultas donandi, nam remittere eſt donare, vt voluit Rota in fulginaten. redditionis rationis 16. Decemb. 1616. coram R. P. D. Pamphilio.

COLLECT. 3011.

Super Bar. in l. hoc interdicto num. 3. ff. de itin. act. priuat.

¶ *Poſſeſſio exigendi an acquiratur ex vnico actu ſolutionis?*

ANnuit hic iſte Doctor, quod poſſeſſio exigendi acquiritur ex vnico actu ſolutionis, & ita reperio ſæpius fuiſſe tentum in Rota, & ſignāter in vna Venetiarum cenſus 21. Martij 1596. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſi-

Digitized by Google

rendiſſimo Cardinali Arrigonio, & Romana cenſus 6. Nouembris..... coram R.P.D. tunc temporis Decano.

Et quod ex vnica ſolutione acquiratur quaſi poſſeſſio exigendi, quæ ſuffragatur ad effectum manutentionis etiam aduerſus hæredes, & ſucceſſores ſoluentis non obſtante ſententia in contrarium lata quando ab illa eſt appellatum, voluit eadem Rota in Imolen. cenſus Veneris 11. Maij 1607. corã Ludouiſio Gregorio XV. vbi etiam fuit dictum, hanc quaſi poſſeſſionem exigendi eſſe manutenendam contra hæredes, & ſucceſſores, quia in interdicto retinendæ res metimur ex perſona actoris, quod minimè mutatur mutata perſona ex parte rei Guid. Pap. *deciſ.* 629. Puteus *deciſ.* 151. *lib.* 3. Rota in vna Romana cenſus 17. Maij 1589. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino.

Amplia, quod per mutationem rei, & poſſeſſoris minimè tollitur quaſi poſſeſſio exigendi ex parte actoris exiſtentis in poſſeſſione, idem Seraphin. *deciſ.* 878. *& deciſ.* 562. *part.* 1. *in recent.* vbi dicitur fuiſſe pluries reſolutum.

Vnde videmus, quod penſionario exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi competat manutentio contra ſucceſſorem in beneficio, qui nunquam ſoluit, Rota *deciſ.* 508. *part.* 1. *in recent.* & fuit dictum in Spoletana penſionis 21. Junij 1618. coram R.P.D. Vbaldo, vbi aliæ deciſiones concordantes cumulantur.

Similiter ita quoque cenſuario cõpetit manutentio aduerſus ſucceſſorẽ in re cenſuata, qui cenſum numquam ſoluit, Seraphin. *in allegata deciſ.* 878.

Quamuis velim aduertas, quod poſſeſſio acquiſita aduerſus emphyteutã non videtur manutenibilis contra dominum directum poſt ſecutam deuolutionem; vt dixit Rota in vna ciuitatis Caſtellanæ, iuris paſcendi coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Mellino, nam feudo ad dominum deuoluto expirant ſingulæ, & omnes obligationes ſeruitutes, & onera durante inueſtitura aduerſus inueſtitos acquiſita, vt notum eſt in iure noſtro veriatis.

COLLECT. 3012.

Super l. fin. C. de his qui ex publ. ratiocin. libr. 10.

¶ *Pecunia publica non poteſt impendi in alium vſum per adminiſtratores, quam in eum cui deſtinata fuit.*

DIſpoſitum eſt hic, & *in l.* 1. *eiuſdem tituli* publicas pecunias in alium vſum impendi non poſſe, quam in illum, in quem deſtinatæ ſunt.

Pro cuius ornatu vide Rubin. *deciſ.* 208. vbi etiam affirmauit quod adminiſtratores vniuerſitatis nequeunt pecuniam deſtinatam ad vnum vſum conuertere in alium abſque ſuperioris licentia, allegat text. *in l. hac lege*, *C. de aqueductibus lib.* 12.

Et quod adminiſtratores fiſci, vel vniuerſitatis teneantur pecuniam exactam in ſua ſpecie conſeruare, habemus text. *in l.* 1. *C. de Canon. largit lib.* 10. & vide Franciſcum Marcum *deciſ. Senatus Delphinatus* 101. *tom.* 2.

Et tu Regnicola videas pragmaticam 7 *ſub rubrica de commiſſariis, & executoribus*, cuius diſpoſitionem doctè, vt ſolet ſingulariter limitat Nouarius *in comment.* non habere locum vbi magna neceſſitas eueniret, quia in tali caſu poſſent adminiſtratores vniuerſitatis vti pecunia deſtinata ad vnum vſum applicare ad alium, & ita in facti contingentia fuiſſe prouiſiones expeditas à Collaterali Conſilio teſtatur, dicens iuxta hanc eandem opinionem fuiſſe

Digitized by Google

conſultum ad fauorem Syndicorum terræ Roccæ Monfinæ, & credo certè quod fuerit in cauſa ſequentium allegationum, quas hic imprimi facere curaui, & ſunt tenoris ſequentis videlicet

PRo defenſione inquiſitionis formatæ aduerſus Syndicos terræ Roccæ Monfinæ V.I.D. Ceſarem de Nicola, Notarium Fabritium Mollica, Joannem Baptiſtam Ceſtrone, & Aloyſium Antonium Mancino de contrauentione regiæ pragmaticæ Comitis de Lemos per V.I D. Octauium de Nouellis commiſſarium ſpecialiter delegatum per Excellentiſſimam Duciſſam Mondragonis vtilem dominã dictæ Terræ, & ad præſens ibidem Capitaneum prætendentem illos vſos fuiſſe gabellis vniuerſitatis ad alium vſum, quam fuerit ordinatum in dicta regia pragmatica, & per conſequens incidiſſe in pœnam contentam in ea. Infraſcripta media ſummariæ afferuntur. Et quoniam à primordio tituli poſterior firmatur euentus *l.1.C. de impon. luc.deſcript.lib.6.* ponderanda ſunt verba dictæ regiæ pragmaticæ in præfatione ibi [*E per facilitare i pagamenti, e ritrouare detti commiſſarij pronto il denaro tutte le terre ſiano obligate di aßignare alla regia corte, e ſuoi aßignatarij vno, ò più corpi di gabella, & intrate ſue eſplicite, e migliori che haueranno baſtanti per detti pagamenti facendo obligare i medeſmi gabellotti, affittatori e rendenti à pagare detta regia corte, & alli aßignatarij nelli debiti tempi, & non facendoſe detti pagamenti, vt ſupra, ſiano detti affittatori, & miniſtri obligati alle giornate delli commiſſarij, & à tutti danni, & intereßi, e che neſſuno ſindico, & eletto non poſſa applicare, ne ſeruir e, ne diſpenſare detto denaro ad altro effetto, ne detti affittatori, gabellotti, e caßieri pagare ſotto pena, &c.*] Pondero primo loco verba illa [*e per facilitare i pagamenti, e ritrouare detti commiſſarij pronto il denaro tutte le terre ſiano obligate aßignare alla corte, e ſuoi aßignatarij vno e più corpi*] mens enim ſtatuentis cauere ne Syndici vtantur dictis gabellis, & redditibus ad alium vſum, vt facilius regiæ Curiæ, & illius aſſignatariis ſolui potuiſſet, & ad euitanda damna, quæ quotidiè occurrebant vniuerſitati ob retardatam ſolutionem, & hæc fuit cauſa finalis. Prooemium etiam declarat mentem legiſlatoris, & ex eo colligitur ratio finalis conditoris *l.pen.ff.de iur. & facti ignor.* vbi initium conſtituentis declarat mentem, &c. Conſil.Rouitus *conſ.65.nu.5.* Muta *deciſ.81.n.27.* Achil. Pedrochia *de interpret. & reſol.contrac.n.215. & ſeqq.* & vbi ratio diſpoſitionis eſt amplior, amplius redditur diſpoſitum *l. fin. ff. de hared.inſt.* Alex. & Jaſon. *in l. cum hic* §. *eam tranſact. ff. de tranſact.* in tantum quòd ordinatio ampliatur, reſtringitur, & declaratur ex ipſo prooemio, & iudices non debent iudicare niſi perpenſis prooemiis ordinationum, & aliorum actuum, de quibus agitur, cum hoc multum iuuet ad deciſionem dubiæ quæſtionis, Rebuff. *ad conſtitutionem Gall.lib.1.tit de ſent.prouiſ.art. 1. gloſ. 1.* ſed ſic eſt modò quod dicti Syndici aſſignauerũt vnum corpus, vnam perſonam diuitem, & ſoluendo illi conſtituentes magnam prouiſionem ducatorum 250. nempe Marcum Rozera vnum ex primariis diuitibus dictæ terræ, qui vi expreſſæ conuentionis initæ inter ipſum, & Syndicos, non ſolum tenetur ſoluere debitis temporibus, quicquid regiæ Curię, & illius aſſignatariis debetur, ſed etiam omnes occurrentias vniuerſitatis cum multis pactis, & capitulis tendentibus in fauorem Curiæ vniuerſitatis, & ipſorum affictatoriorum gabellarum, vt legere eſt in inſtrumento ætariatus, & in capitulis iã exhibitis in proceſſu, & ſic pinguius ſatisfactum eſt intentioni legiſlatoris,

latoris, magis tutus redditur fiſcus, ac magis indemnis ſeruatur vniuerſitas ipſa. Vnde iure merito meliorem conditionem facere potuerunt, & fiſci, vniuerſitatis, & affictatoriorum argum. text. *in* § 1. *inſt. de auct. tutor.* Ibi namque placuit meliorem ſuam conditionem licere eis, & ſine tutoris authoritate deteriorem verò, Jo. Saiſ. ad conſuet. Thur. *tit.* 27. *A.* 8. *gloſ.* 1. *in lit. C. & ſeq.* vbi mulier, quæ ſine viro, & mundualdo contrahere non poteſt, tamen ſine illa meliorem conditionem ſuam facere poteſt. Et prodigus, qui ſine curatore contrahere non poteſt *l. is, cui bonis ff. de verbor. oblig.* ſine eo pariter meliorem conditionem ſuam facere poteſt. Ita in Eccleſia, quæ ſine certis ſolemnitatibus contrahere non poteſt, ſine tamen illis meliorem conditionem ſuam facere poteſt, gloſ. *in l. cum hi* § *eam transactionem in verbo alimentarius ff. de tranſa.* Mynſing. *cent.* 2. *obſerv.* 36. Minad. *conſ.* 14. *nu.* 1. *& ſeq.* Steph. Grat. *lib.* 5. *diſcept. for. cap.* 564. *n.* 33. R. baff. *de alien. rer. eccl. n.* 34. *& ſeqq.* Caſſan. *ad conſ. Burg. rub.* 4. § 1. *gloſ. contract. n.* 25. *& ſeqq.* Gutt. *lib.* 1 *pract. qq. q.* 22. *n.* 9. *& ſeqq.* Camill. *de Medicis conſ.* 117. *n.* 25. Genun. epiſcopus Iſernienſis *in pract. Eccl. tricen.* 19. *q.* 542. Conſil. Rouit. *in prag.* 1. *tit. abuſus n.* 113. *& ſeq.* Picus *de contract. gloſ.* 7. *nu.* 73. *&* 83. *&* 184. *& ſeq.* Ricc. *deciſ.* 192. *part.* 1. D. Nouar. *ſuper prag. collect.* 152. *n.* 6. Paſc. *de virib. patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 6. *nu.* 22. *& ſeq.* Maximè quando eſſet euidens vtilitas Steph. Grat. *lib.* 2. *diſcept. for. cap.* 37. *n.* 6. tanto magis prædicta procedunt, vbi imminet neceſſitas, vt in caſu noſtro cum non ſufficiant Gabellæ Ricc. *in deciſ.* 226. *n.* 12. *part.* 1. ſed ſic eſt modò quod eccleſia minor, vniuerſitas, & fiſcus iiſdem iuribus prærogatiuis, & priuilegiis vtuntur ſecundum DD. *in l. Reſpublica C. ex quibus cauſis maiores l. rempublicam, C. de iure Reipublicæ lib.* 11. latè Pereg. *de iure fiſci lib.* 5. *tit.* 2. & quod Syndici æquiparentur tutoribus, voluit Loſæus *de iure vniuerſitatis part.* 1. *cap.* 3. *n.* 111. Dec. *conſ.* 297. *n.* 1. *&* 2. in quo itaque deliquerunt Syndici, qui fecerunt conditionem fiſci vniuerſitatis, & gabellotarum meliorem in nihilo quidem, igitur nullam pati debēt pœnam, *l. ſancimus, C. de pœnis* Loſæus *de iure vniuerſ. p.* 4. *c.* 1. *n.* 4. cum pœna debet commenſurari culpę, & delicto D. Nouar. *lib.* 1. *qq. for. q.* 21. *n.* 27. Farinac. *tit. de inquiſit. q.* 4. *n.* 10. *& q* 9. *n.* 9. & ideò potius merentur quam demerentur, & potius debent præmiari, quam puniri, latè Maſtrill. *de magiſtr. lib.* 1. *cap.* 21. *per totum*, abhorret enim lex homines laborioſis officiis ſine præmio defatigari, *auth. ſi quis autem in tit de iudicib.* Præterea regia pragmatica mandat vnum vel plura corpora aſſignari, & aſſignatis non poſſe vti, ſed Syndici aſſignauerunt vnum corpus, nempe ærarium, burſam communem Vniuerſitatis diuitem, & ſoluendo, quam quælibet Vniuerſitas habere conatur, Caput. *de reg. Reipubl. c.* 7. *&* 30. *n.* 10. ergo poſſunt vti aliis, cùm enim de quibuſdam prohibetur de cæteris videtur eſſe permiſſum. *l. cum prætor ff. de iud.* Reg. Valenz. *conſ.* 93. *n.* 71. 90. *& ſeqq.* & limitata cauſa limitatum producit effectum *l. in agris ff. de acq. rer. dom.* latè Tiraq. *in tractatu ceſſante cauſa part.* 1. *n.* 147. Camill. de Medicis *conſ.* 51. *nu.* 14. & diſpoſitio debet reſtringi ad ſuam cauſam *l. Cancellauerat ff. de his quæ in teſtamento delentur.* Inſuper cauſa, qua fuit motus ille Illuſtriſſimus Comes ac Collaterale Conſilium, vt diximus, fuit, vt regiæ Curiæ, ac eius aſſignatariis facilius ſolueretur, & ad euitanda damna, & intereſſe vniuerſitatis, ſed iſta cauſa ceſſat, & ſemper ceſſauit in hac noſtra vniuerſitate ob modum ab ea diu obſeruatum aſſignandi Ærarium, vt dixi-

Digitized by Google

mus, propter quod nunquam Regia Curia, nec eius aſſignatarij paſſi fuerunt aliquam moram in receptione ſolutionis, nec vniuerſitas ipſa paſſa fuit aliquod damnum, vt experientia ſemper vidimus, & in dies videmus. Nimirum ſi functiones fiſcales huius vniuerſitatis magnoperè ab omnibus emi deſiderantur ob promptam, & paratam ſolutionem illarum, qua nituntur, ideò debet ceſſare effectus, & pœna, *l. adigere §. quamuis ff. de iure patron.* diffusè Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa per totū*, Ricc. *deciſ.* 168. *n.* 2. *& ſeqq. p.* 3. Nauar. *p.* 1. *qq. forenſ. quaſt.* 39. & cum hæc ſit ratio finalis, omninò debet attendi, in tantum quod licèt illa non ſit expreſſa, magis tamen attenditur, quia verba Caput. *de reg. Reipub. c.* 12. Rub. *n.* 6. *&* 7. & ſufficit quod ſit ſatisfactum menti, & rationi ſtatuentis, arg. *l. à Titio ff. de verb. oblig. & l. illud ff. ad l. Aquil.* nec intereſt an per æquipollens fiat, & adimpleatur *l. mulier ff. ad Trebell. l. ſi mater, C. de inſtit. & ſubſtit. l. fin. C. de donat. quæ ſub modo, &c.* Molin. *de pact. nupt. lib.* 1. *c* 27. *n.* 2. *& ſeqq.* & vno conceſſo videtur cōceſſum omne id, per quod deuenitur ad illud, cap. *paſtoralis de cler. excommun. miniſtr. l.* 2. *de iur. omn. iud.* ergo conceſſo quod vniuerſitas vno corpore aſſignato ſufficienti poſſit aliis vti, videtur etiam permiſſum, vt poſſit vna perſona diues, & ſoluendo aſſignari pro toto, maximè quando redditus vniuerſitatis non ſufficiunt, & cæteris corporibus, vti; alias lex eſſet impoſita verbis, & nō rebus contra text. *in l.* 2. *in fin. C. comm. de legatis ca. commiſſa de elect. in* 6. & cum aſſignare hanc perſonam pro toto non reperiatur prohibitum, cenſetur permiſſum. Conſt. Papa. *de arbit. mag. cur. cap.* 4. *n.* 70. Camill. Borrel. *de compromiſſ. §.* 1. *gloſ.* 1. *n.* 307. tanto magis quia neceſſitate coacti Syndici hoc egerūt, quoniam introitus non ſufficiebant quæ multa permittuntur, quæ aliàs prohiberentur *l.* 1. *ff. de off. conſ.* & tenebantur hoc agere, & tantum bonum conſilium, & expediens capere pro eorum vniuerſitate ad euitanda damna, quæ quotidie vniuerſitas ipſa patiebatur, & pati poterat, quia cum gabellæ non ſufficiebant regiæ Curiæ, non ita oportunè ſolui poterat, & gabellottæ ipſi non ſemper ita promptam pecuniā habere poſſunt, vt videmus in dies. Propterea maximum fuit expediens aſſignare vnam perſonam, verum, & non fictum corpus, quæ omnibus neceſſitatibus occurreret ſine damno, & intereſſe alicuius, ſed cum vtilitate omnium, poſtquam ipſe ærarius tenetur ſoluere, nec poteſt aſſignare gabellotas commiſſariis, ſed de propria pecunia tenetur ſoluere, & authore prætore poſtea compellere dictos gabellotas, aliàs omne damnum, & intereſſe ipſe pati debeat; nimirum quia vniuerſitas conſtituit ei prouiſionem ducatorum 250. Ad hoc enim creantur Syndici, vt iuuent quam maximè poſſunt vniuerſitatem, illamque præcaueant ab omnibus damnis, & intereſſe, ita Rebuff. ex ſententia Pitagoræ *in l. pupillus §. mens ff. de verb. ſignif.* etiam ſi inſpicimus cauſam, qua vſi fuerunt dicta pecunia, nónne fuit ad redimendam vniuerſitatem à tot anguſtiis oppreſſam, & vt ita dicam à manu illius Agrigentini; (me habēt certiorati) opus ſanè pium, quod omnibus aliis neceſſitatibus anteponi, & præferri debet, Grauamina, quæ erant facta, & quotidie fiebant, erant nimia, pericula quæ imminebāt erant maxima, quid igitur erat agendum, vt à tot malis, & grauaminibus Vniuerſitatem ipſam omni cura, ac diligentia præcauerent? malis namque futuris occurrendum eſt antequam eueniant. Paul. de Caſtro *in l.* 2. *Cod. de ſumm. Trinit. & fide Cath.* quibus melius

eſt oc-

Digitized by Google

eſt occurrere in tempore, quam poſt exitum vendicare. *l. fin. C. in quibus cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ. l. 1. C. quando liceat vnicuique ſe vind.* ne poſſit poſtea eis obiici illud dictum Imperatoris, *in l. 2. C. de iur. & fact. ignor.* Sera piece tibi ſubueniri deſideras. Syndicus enim græcum nomen eſt, & defenſorem latinè ſignificat, Loſæus *de iure vniuerſ. p. 2. cap. 1. n. 45.* & tenetur vtilia agere, & inutilia prætermittere ad inſtar tutricis *Cap. de reg. Reip. cap. 6. nu. 11. & ſeq.* & quoniam tractatur de publica vtilitate, poſſunt cogi Syndici vnire, & conuenire ſe pro faciendo publico parlamento Jo. de Platea *in l. filij C. de decurion. lib. 11.* Abb. *in ca. quia propter de elect.* *Cap. ſub d. n. 11.* Vnde cum ſeruatis de iure ſeruandis ſe congregaſſent pro tanto pio opere perficiendo moleſtari non debent, cum officium ſuum nemini debeat eſſe damnoſum. *l. ſi quis ex ſignatoribus ff. quemadmodum teſt. aperiantur.* Et quatenus fiſcus prætenderet dictum parlamentum non fuiſſe factum cum inſertione nominum, & cognominum congregatorum, quia in hac patria ſemper fuit obſeruatum contrarium vt per fidem *fol. 1.* huiuſmodi ſolitum, & conſuetū debet attendi, Bart. *in l. 1. ff. de Albo ſcrib. & in l. fin. C. de priu. decur. lib. 10.* Bald. *in l. nullı ff. quod cuiuſc. Vniuerſ. nom. Cap. de reg. Reipub. cap. 3. n. 25.* Sed ad quid tam affatim de hac re agere, cum faſtuoſa, & ſuperuacanea legum allegatione, Syndici namque nullo pacto vſi fuerunt dicta pecunia, legantur quæſo mandata eorum, nam illa, vt legendo videre eſt, diriguntur ærario vt ſoluat Cæſari Petriano ducatos 75. quos ſoluerat pro Vniuerſitate, qui iam fuerunt ſoluti vt ex receptione illius, idem de mandato Jo. Antonij Ruſſo, nec ſoluiſſe de gabellis quicquam apparet; & licet ipſi examinati id dicant, hoc eſt ad ſe exonerandum cum ærario, vnde nō probant, Rebuff. *de reprob. teſt. n. 422.* Ricc. *deciſ. 237. nu. 2. part. 2.* D. Nouar. *ſup. r pragmat. Collect. 229.* & ſunt ſingulares, quorum tantū probant mille, quantum vnus Joan. de Amicis *conſ. 7. n. 7.* Steph. Grat. *lib. 1. diſcept. for. c. 144. n. 24. & ſeqq.* Et cum ſe referat mandatis, & in illis de pecunia gabellarum verbum nullum; nec diriguntur ipſis gabellotis, ſed ærario depoſitario illorum, debet intelligi ſecūdum diſpoſita & narrata in ipſis mandatis argumento notatorū *in l. aſſe toto ff. de heredib. inſtit.* Jo. de Amicis *conſ. 154. n. 3. & conſ. 20. n. 5. & conſ. 26. n. 12.* Reg. Valenzuola *conſ. 10. n. 19. & ſeqq.* Amatus *conſ. 56. n. 1. & ſeqq.* Conſi. Rouitus *conſ. 56. n. 7. 16. & 17.* nec in dubio præſumitur ſoluiſſe de pecunia gabellarū, ſed de pecunia ipſarum. Bart. & DD. *in l. 2. C. pro ſocio.* Canc. *p. 2. var. reſol. ca. 6. n. 99. & ſeqq.* maximè ad euitandum dolum & delictum *l. merito ff. pro ſocio*, Carocc. *deciſ. 33.* Marant. *conſ. 69. n. 10.* Reg. Valenzuola *conſ. 2. n. 15. & conſ. 32. num. 118.* Ricc. *part. 3. var. reſol. 579.* Paſcal. *de vir. patr. poteſt. part. 2. cap. 2. ſub n. 21.* D. Nouar. *part. 1. qq for. queſt. 28.* Nec vim facit depoſitio Aloyſij Antonij Mancino, nam eius dictum refertur Concilio publico, & ſecundum illud debet intelligi vt ſuperius diximus iuxta tradita in allegat. *l. aſſe toto ff. de hered. inſtit.* Nec refragatur depoſitio Marci Rozera, ſi quidem eſt teſtis in cauſa propria, ſingularis, & intereſſatus *l. omnibus. C. de teſtam.* Muta *deciſ. 52. n. 9.* & contrarium conſtat eius quod deponit per mandata.

Nuper audio dominum iudicantem eſſe in voto damnandi Syndicos ad ſoluendas expenſas per ipſos erogatas pro redemptione patriæ à tot grauaminibus, quæ cum fuerint erogatæ conſilio legitimè congregato, neſcio quo pacto poſſint ad illas condemnari

Digitized by Google

Cap.de reg. Reipub.c.1.n. 46. Eſcobar *de ratioc.c.25.n.*48.*& ſeqq*.Sed poſt varios caſus, poſt tot diſcrimina rerum, hæc merces,hoc præmium tanti laboris,& beneficij? ſed de his nec mærore afficiantur Syndici, nam non ſolum hæc ſubire, ſed etiam mori pro patria tenentur DD.*in l.veluti ff.de iuſtitia, & iure*, & ideo maximis meritis honorari debent. Hinc Cicero. *in ſomnio Scipionis*. Omnibus qui patriam promouerint,auxerint locus eſt definitus in cœlo,vbi beati æuo ſempiterno fruuntur; hinc ab hiſtoricis omnibus miris laudibus circumferuntur, Curtius, Sceuola,Scipio aliique quam plurimi Romanæ Vrbis, eorumq; patriæ amatores,qui tã excelſa facinora pro ea perpeſſi ſunt, Camill.Borell. *de mag.edict. lib.2.c.7.n.67.& 68.* Sed de his hactenus, quia liberas ædes habent, quæ omnia media pro corroboratione iuſtitiæ Syndici dictæ Terrę Monfinæ meę patriæ adducta verificantur ex doctrina Jo.Franciſci Capiblanci *in ſingul.*3. *impreſſ.poſt ſuum librum de authoritate Baronum,ſiue comment.ad pragmat.huius Regni ſub Rubrica de Baronibus*, quem quidem poſt hæc ſcripta vidi,vbi fatetur, & ſcribit excuſari debere Syndicos,qui neceſſitate coacti cauſa publicæ vtilitatis vtuntur pecunia communitatis ad alium vſum,quam fuerat deſtinata, neceſſitas ſiquidem facit licitũ, quod eſt illicitum, *cap. quod non eſt licitum de reg.iur.in* 6. Tiraq. *in tract.de pœnis temperandis cauſa* 33.*n*.33.Ceuall.*in ſpec.practicarum quæſt. commun. contra commun. quæſt.vltim.n.6.tom*.4.Monet. *de diſtrib. quotid.quæſt*.11.*n*.38.*part*.2.D.Nouarius *forenſ.quæſt*.28.*n*.10.*part*.1. & ratio eſt, quia neceſſitas minimè legi ſubiecta eſt ad text.*in l.tutor qui repertorium ff. de adminiſtr.tutor.l.non ſolum* §.*fin ff. de excuſat.tutor.* cum latius adductis per Illuſtriſſimum Dominum Cardinalem Tuſcum *concluſ. iur.liter. N. concluſ.* 19. quem cum aliis refert,& ſequitur Nouarius *forenſ.quæſt.*56.*n*.3.*in fin part*.1. & in terminis dictæ pragmaticæ ita firmat idem Nouarius *in pragm.7.ſub Rubrica de commiſſariis numer. 2. verſic.bene verum.*

Quare iuris eſſe cenſeo præfatos inquiſitos nullatenus poſſe pro tali cauſa moleſtari cum aduerſus illos procedi per hanc viam minimè potuiſſet per ſtantibus veris his,quæ pro eorum adiutorio,& defenſione adducta fuerunt in his allegationibus.

Franciſcus Seuerinus.

COLLECT. 5013.

Super Innocent.in cap.cum perſonæ de priuil. in 6.

§ *Aſſiſtentia iuris communis an ſufficiat pro obtinenda manutentione?*

NOn ſolum iſte Doctor, ſed omnes vnanimi voto probant hic concluſionem, quod aſſiſtentia iuris communis ſufficit pro obtinenda manutentione.

Ad cuius ornatum notabis quoque vltra dicta in aliis collectaneis, quod in materia iuriſdictionali ſufficit ſola aſſiſtentia pro manutentione, vt ſæpius dixit Rota,vt *in deciſ.*382. *dec.* 493. *& deciſ.*501.*part.*2. *in recent. deciſ.* 491. *part*.1. etiam in recentioribus Seraph. *deciſ.*1449.*nu*.1. vbi dicitur quod Rota hanc opinionem perpetuò amplexa eſt, & *deciſ.* 1104. & propterea dixit Rota *in d.deciſ.*493.*n*.1. quod aduerſus epiſcopum non eſt inhibitum ante omnia eſt inhibitio reuocanda procedit præallegandą concluſio etiam ſi ex aduerſo exhiberetur priuilegium, niſi vnà cum priuilegio probetur etiam poſſeſſio,prout late reſoluit Rota *in d.deciſ.*491.

Limi-

Digitized by Google

Limitatur inter alia præallegata cōcluſio de manutentione ratione aſſiſtentiæ iuris, vt non procedat quando aſſiſtentia eſt turbida, Seraphin. *deciſ.* 1279. *num.* 4. Rota *deciſ.* 382. *num.* 5. *part.* 2. *in recent.* fuit dictum in Marſic. iuriſdictionis.16. Junij 1618, coram R.P.D. Buratto, ſed adhuc non obſtante turbiditate danda eſſet manutentio habenti fundatam intentionem de iure communi, quando concurrerent etiam aliqui actus poſſeſſorij, Rota *dict. deciſ.* 382. *n.* 5.

Item aſſiſtentia non ſuffragatur quando alius eſt in poſſeſſione, quia manutentio eſt danda exiſtenti in poſſeſſione non autem habenti iuris aſſiſtentiam, Rota *deciſ.* 685. *ſub n.* 2. *verſ. & præterea part.* 1. *in recent.* vbi dicitur hoc ſolum procedere quando poſſeſſio eſt temporis conſiderabilis, & dixit etiam Rota in Aquilana iuriſdictionis 1607. coram R.P.D. Pamphilio, & in Hiſpalen. præeminentiarum 20. Februarij 1619. coram R.P.D. Vbaldo, vbi dicitur ſufficere quod poſſeſſori ius vehementer non reſiſtat.

Extra verò materiam iuriſdictionis puta in materia decimarum Rota non dat manutentionem propter aſſiſtentiam iuris, niſi probata poſſeſſione, vt bene diſtinguit Seraph. *deciſ.* 1449. *n.* 3. & dixit Rota in Mediolanen. decimarum 26. Nouembris 1613. coram R.P.D. Pirouano, & in Ciuitanen. decimarum 26. Martij 1618. coram R.P.D. Veroſpio.

COLLECT. 3014.
Super Bal. in l. 1. num. 63. C. de error. calcul.

¶ *Nullitas reſpectu non citatorum an procedat etiam reſpectu citatorum?*

Annuit hic Baldus in verſic. aut continet quid indiuiduū, quod nullitas reſpectu non citatorum habet locum, & procedit etiam reſpectum citatorum, ratione indiuiduitatis, quare ſubhaſtationem, quæ eſt nulla reſpectu non citatorum, eſſe pariter nullam quoad citatos ratione indiuiduitatis, dixit Rota in Burgi ſancti Sepulchri Lunæ 28. Maij 1607. coram Ludouiſio.

Et quod ſtante connexitate iuris ex eadem cauſa prouenientis defectus citationis vnius ex litis conſortibus annullet actum etiam reſpectu citati, voluit Rota *deciſ.* 451. *part.* 2. *in recentioribus.*

Et de pluribus venientibus ex eodem iure fuit dictum in Maceraten. hæreditatis 13. Maij 1616. coram R.P.D. Caualerio.

Quare ſi plures ſint poſſeſſores, & vnus tantum citetur, alter verò non, proceſſus eſt nullus in totum, etiam reſpectu citati, vt reſoluit Rota in Romana ſpolij domus 15. Decembr. 1617. coram R.P.D. Pirouano.

Bene verum vbicunque ſententia, & mandatum poſſent exequi ſuper portione citati abſque eo quod portioni præiudicetur, valet proceſſus reſpectu citati, vt dixit eadem Rota in Romana pecuniaria de columna 21. Aprilis 1617. coram R.P.D. Dunozetto, vbi reſpondetur ad deciſ. in cauſa Maceraten. hæreditatis.

Et quod quando intereſſe non eſt connexum, tunc defectus citationis quoad vnum nō noceat quoad alium legitimè citatum, dixit Rota *deciſ.* 561. *part.* 1. *in recent.* & vide ſi conferunt latius adducta per Nouarium *in praxi elect. & variar. fori quaſt.* 45. *ſect.* 1. vbi latè declarat quando conſortes litis cum habentibus electionem fori in cauſis indiuiduis, vel diuiduis gaudeant pariter priuilegio eligendi forum.

COLLECT. 3015.

Super c.1. de ordine cognitionum.

¶ *Marito ſpoliato an, & quando ſit facienda vxoris ſuæ reſtitutio?*

QVando contra maritum petentem reſtitutionem ſuæ vxoris opponitur aliqua exceptio, quæ impedit matrimonium, non eſt facienda ante omnia reſtitutio, Seraphin. *deciſ.* 793. & ſic limitatur text. *in cap. ex tranſmiſſa de reſtitut. ſpol.* in quo facienda eſt reſtitutio marito ſpoliato ſua vxore, quando probat poſſeſſionem, & ſpolium, Gratian. *deciſ.* 183. & vbi mulier à marito receſſiſſet, ſtatim eſt ei reſtituēda quando eſt in poſſeſſione illius, nō eſt ſequeſtranda, ita in ſpecie concludit Rot. per Achill. de Graſſ. *deciſ.* 1. *de ſponſ.* ratio deciſionis textus eſt duplex.

Prima quia vbi timor eſt peccati non eſt ante omnia facienda reſtitutio Ludouiſ. *deciſ.* 351. Creſcen. *deciſ.* 3. *de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct.* Rota in vna Rauennatem matrimonij 20. Nouembris 1621. coram Buratto.

Secunda eſt ratio, quia vbi non cōſtat de bono iure in proprietate ſpoliatus non eſt ante omnia reſtituendus, Rota Auenionen. apud de Laurentiis *deciſ.* 8.

Limita tamen prædicta procedere antequam matrimonium eſſet conſumatum, ſecus autem poſt illius conſumationem, & liberorum procreationem nunc enim nō datur ſequeſtrum, neque conſiderandus eſt timor peccati, & maritus debet remanere in poſſeſſione ſuæ vxoris, & ſpoliato reſtitui debet, Put. *deciſ.* 249. *lib.* 2. vbi etiam additio notat, quod iterum cauſa propoſita 27. Martij 1579. fuit idem reſolutū non obſtante prætenſa materia peccati, quando ſumus poſt matrimonium conſumatum, ne detur ſpolium.

COLLECT. 3016.

Super eo, de eo qui cognouit conſang. vxor. ſuæ.

¶ *Rumor, ſeu fama viciniæ ſuper impedimento matrimonij an probet?*

RVmor, ſeu fama viciniȩ ſuper impedimento matrimonij nihil probat, hoc dicit quemadmodū dicimus de dicto vnius, Seraphin. *deciſ.* 13. quod limita quando dictum eſſet de auditu, tunc enim præſtat impedimentum ad contrahendum, Sayr. *deciſ.* 10. *de conſang. & affinit.* dictum autem matris bene ſuffragatur ad impediendum quod tibi deſeruiet ad intellectum text. *in c. ſuper eo de teſtibus.*

Supra poſitam text. concluſionem limita duobus modis, primo in caſu deciſionis Rotæ apud Veral. 206. *part.* 2. vbi fuit dictum, quod licet ad infringendum matrimonium non ſtetur cōfeſſioni coniugum, ſufficeret tamen vbi cum confeſſione concurreret vnus teſtis, publica vox, & fama, & aliquæ coniecturæ; quod tamen intelligendum eſt, dummodo non ſit in præiudicium alterius matrimonij, Cappell. Tholoſ. *deciſ.* 172. & facit deciſio Affli. in argumentum *deciſ.* 385.

Limita ſecundò in caſu deciſionis eiuſdem apud eundem *deciſion.* 194. quando confeſſio coniugum tenderet pro matrimonio.

COLLECT. 3017.

Super Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 11. in verſic. & quoad Cappellanos Regios.

¶ *Cappellani Regij an ſint exempti ab ordinarij iuriſdictione?*

IN hoc verſiculo ſacrum Concilium Tridentinum confirmat text. *in cap.*

cum

cum Cappella de priuileg. vbi Cappellani Regij non coram locorum ordinarijs, ſed coram Magiſtro Cappellæ conueniendi ſunt.

Limita primò in Cappellanis Regiis. Regiarum triremium nam ab ordinario loci poſſunt viſitari, vt fuiſſe deciſum teſtatur Sayr. *in deciſ. 1. de cler. peregr.*

Limita ſecundò quando epiſcopus viſitando vult inquirere cauſa imponendi pœnitentiam per viam fori pœnitentialis, quia tunc nedum contra Cappellanos Regios, verùm etiam contra laicos habet iuriſdictionem, Rota *diuerſ. deciſ.* 740. *part. 1.*

Limita tertio in iis, quæ pertinent ad curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorũ, vt fuiſſe deciſum in Rota Romana teſtatur Fatinac. *in deciſ.* 493. *part. 2. in recent.*

Et ratio huius limitationis eſſe poterit quia in prædictis etiam regulares, & quomodolibet exempti ſubiiciuntur iuriſdictioni ordinariorum, vt refert deciſum Antonin. Maceraten. *dec.* 18. *vol. 1.*

Limita quartò in caſu deciſionis Rotæ *diuerſ.* 736. *part. 1.* vbi fuit reſolutum diſpoſitionem vent. noſtri locum ſibi vendicare in pertinētibus ad Cappellam Regiam tantum, non in aliis. Ratio eſt, quia exemptus circa vnam cauſam non cenſetur exemptus circa aliam, eadem Rota *diuerſ. deciſ.* 701. *part. 1.*

Limita quinto in caſu deciſionis eiuſdem Rotæ 744. *eadem par. 1.* vbi fuit reſolutum quod text. *in c. cum cappella à Concilio Tridentino præſeruatum* loquitur de exemptione generali, ſed de ſpeciali, quoad ſuſpenſionem vel excommunicationem, aut interdictum. Et ideò ſecundum Doctores ibi, Cappellani Regij delinquentes in cappella, licèt non poſſint ab epiſcopo ſuſpendi, vel excommunicari, aut interdici, poterunt tamen alia pœna puniri, quia nō ſunt ſimpliciter exempti, ſed quoad quid, hoc eſt, vt non valeant excommunicari, aut ſuſpendi aut interdici, & exemptio conceſſa quoad vnum non extenditur quoad alia, imo conceſſio vnius eſt derogatio alterius.

COLLECT. 3018.

Super Bal. in. in l. humanum, C. de legibus.

¶ *Gratia per verbum*, fiat, *an cenſeatur perfecta?*

NOtat hic Baldus, quod gratia ſtatim quod Rex dixit, *fiat*, eſt, & reputatur perfecta, & ita Francus *deciſ.* 62. Afflict. *deciſ.* 153. Rubin. *deciſ.* 400. vbi aſſignat rationem, quia tempus datæ attenditur, aſſerens propterea valorem beneficiorum debere probari tempore impetrationis, quod pariter dixit Rota apud Ludouiſium *deciſ.* 13. affirmans *deciſ.* 419. illum iuſtificandũ eſſe iuxta tempus datæ impetrationis, Caſſador. *deciſ.* 19. *ſuper regul. Cancell.* Verall. *deciſ.* 164. & 330. *part. 3.* adeò quod, vt valor probetur per teſtes debet percuti tempus gratiæ, idem *deciſ.* 357. alias valor non dicitur iuſtificatus idem *deciſ.* 419.

Sed num conceſſiones, ſiue reſcripta principum, quæ ad iudices diriguntur, dũ tempore datæ ſunt attendenda, an antequam præſententur ſuum ſortiantur effectum, & quid vbicunque illi, qui ipſa impetrauerunt fuerunt impediti illa iudicibus præſentare; habes in ſequẽti iuris allegatione edita per Iure Conſultum Lucanum Jo. Marianũ Nouarium, cuius tenor eſt, vt ſequitur videlicet.

PAſſim noſtri practici in ore habent tempus datæ attendendum

eſſe virtute text.in cap.capitulum Sanctæ Crucis de reſcriptis, *cap. eum cui de prabend.in 6.* Luc. de Penna *in l. 1. C. de præfect. prætor, ſiue vrb. magiſtr. milit.* qui ex illo textu hanc colligit regulam, vt dies datæ attendi debeat, ſequitur Romanus *conſ.158.n.2.* & eſt ratio, nam ſtatim atque Rex dicit *fiat*, eſt perfecta gratia, iuxta theoricam Bald. *in l. humanum in fine. C. de legibus, & in l. final. C. de comm. ſer. manumiſ.* quem refert, & ſequitur Felin. *in cap. Rodulphus nu. 26. de reſcript.* Caſſan. *in conſuet. Burgun in tit. de iuſtices droite rub. 1. n. 180. § 1.* Afflict. *deciſ. 253.* Bellamer. *in ſpec. princ. ſub rubr. de publica forma col. 5. n. 6. fol. 224.* Rip. *in lib. 2. de reſcript. capit. 2.* refert, & ſequitur Franch. *in deciſ. 62.* vbi loquitur in terminis præcedentiæ Titulatorum, & teſtatur ita fuiſſe iudicatum pro Marchione Lauri, qui primò obtinuerat priuilegium Marchionatus, licèt fuiſſet executioni mandatum in executorijs Regni poſt priuilegium Marchionis Orioli deinde electi.

Ego tamen dico quod ille, qui prius poſſeſſionem eſt adeptus ille præferri debet quia in dignitatibus qui Prior eſt in tempore potior eſt in iure, ad text. *in l. 1. ff. C. de conſul. lib. 12.* Dec. *conſ. 160.* nec ſufficit quod prius ſit electus, ſed requiritur priuilegium, & poſſeſſio ad text. *in l. fin. cod. tit. de conſul. vbi gloſ. ibi præſentatis literis, & §. filius familias inſtit. quibus mod. ius patriæ poteſt ſol.* Rebuff. *de mandat. Apoſtol. in concord. §. 1. in ver. literas* Guttie. *allegat. 3. n. 7.* Natta *conſ. 637. n. 46. cum ſeq.* Frec. *de ſubfeud. in tit. quis dicatur Com. nu. 34. & 35.* Surg. de Neap. Illuſtr. *cap. 27. n. 38.* tunc enim dicitur vere Dux, vel Comes, aut titulis dignitatis, eiuſque priuilegiis gaudebit, vt dixit Andr. *in conſt. proſequentes Laudes de dignitatib. n. 46.* Caſſan. *in Cathal. glor. mund. part. 1. conſul. 48. & 78.* ſicut abuſiua inueſtitura nullum tribuit ius in re ſecundum Bald. *in cap. 2. de nou. form. fidel.* quem ſequitur Jaſ. *in l. quoties col. 4. C. de rei vendic.* & ideo dixerunt relati Doctores, quod cautus ſit electus in Comitem, vt capiat primo poſſeſſioné per aſſignationem loci factam à principe, vel alia media, nam ſi ſecundus electus poſſeſſionem dignitatis, ſeu quaſi apprehenderet ipſe præcederet per ſupradicta, ſicque videmus in Doctore, qui præcedit licentiatum, qui prius doctorandi facultatem habuerat, Roman. *conſ. 337. n. 10.* Frecc. *loc. cit. n. 43.* late Grat. *reſponſ. 116. vol. 2.* & Alci. *de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 45.* & Epiſcopum conſecratum præcedere epiſcopum prius promotum aſſeuerat Cardin. *in cap. epiſcopos 17. diſtin.* de quo poſt Frecc. *loco mox cit.* memor eſt Anna *in conſ. 42. n. 17. lib. 1.*

Quapropter tuto poſſumus affirmare, quod Principum reſcripta, & cõceſſiones, quæ ad iudices diriguntur nõ antea valent, aut effectum aliquem operantur, quam fuerint ipſis iudicibus præſentatæ, & ab eis approbatæ, ſiue, vt vulgo dicimus intimatę, *l. ea quæ in princ.* vbi Bald. *n. 3. C. de temp. in integr. reſtit.* idem Bald. *in l. 1. C. vt lite pendent.* Caſſan. *conſ. 39. n. 69. & 70.*

Ex quo euenit, vt pars quæ literis innititur non cenſetur habere ius ex die ipſarum literarum, ſed ex die intimationis ſiue præſentationis ad text. *in citat. l. ea quæ in princ. verſ. ex eo die*, vbi in ſpecie notat Bald. *n. 2. verſ. & hoc eſt.*

Nec ſufficit quod deinde ſint intimatę ſiue pręſentatę, quoniam talis pręſentatio debet eſſe facta antequam alicui alteri ius quęratur, ita quod ſi alteri ſit ius quęſitum, reſcripta ipſa, ſiue conceſſiones, licet antea impetrata, & conceſſa nullius ſunt roboris, nec ſuffragantur impetranti, nam retrotractio minime fit in pręiudicium tertij iuxta notat. per Bald. *in l. ſi indebitum §. ſi procurator,*

Digitized by Google

curator, *& in l. honorum nu.* 2. *ff. rem ratam haber*. Cur. iun. *conſ.* 74. *nu.* 9. *& conſ.* 76. *nu* 6. Menoch. *conſ.* 858. *nu.* 2. Cauett. *conſ.* 673. *nu.* 3. & fictio tranſlatiua ceſſat, quando res non eſt integra & alicui eſt ius quæſitum, vt probatur *in l. neceſſario §. quod ſi pendente ff. de periculo, & cõmodo rei venditæ* tradunt Bart. *in l. ſi vxor §. ſiquis vxorem nu.* 3. *ff. ad l. Iuliam de adulter*. Curtius iunior *dict. conſ.* 74. *nu.* 9. *& dict. conſ.* 76. *nu.* 5. *in fine* Menoch. *conſ.* 946. *nu.* 25. præiudiciũ enim tertij debet eſſe ſemper exceptuatum, imo cẽſetur exceptuatum dum lex loquitur gl. *in capit. cum olim verſ. præiudicium de conſuetud*. Dec. *conſ.* 307. *num.* 30. & diximus plena manu *in quæſt. forenſibus lib.* 1. ideo videmus quod reſtitutio, quæ fit ex gratia nunquã retrotrahitur in præiudicium iuris alteri quæſiti, vt cõmuniter affirmant Doctores *in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liberis, & poſthum.* hinc dicunt quòd Lazarus reſuſcitatus ea tantum bona potuiſſe recuperare, quæ medio tempore fuerunt tertio alienata, vt per Benedict. *in cap. Raynut. in verb. mortuo itaque teſtatore num.* 34. Bald. *in l. iura conſtitut. ff. de legibus*, & ideo dũ per inſufflationem ſpiritus vitæ à principe obtenta, per quam inſtãtia reſtauratur, non reuiuiſcit fideiuſſio ſemel extincta per peremptionem inſtantiæ, nam illa in præiudicium iurium fideiuſſoribus quæſitorum retrotrahenda minimè eſt, vt aduertit Grã. *in deciſ.* 103. *nu.* 116. Viſil. *in addit. ad Afflict. in dec.* 341. *nu.* 2. Minad. *dec.* 5. ſemper ſi quidẽ gratia principis interpretanda eſt abſque alterius iniuria, *l. nec auus, C. de emancip. l.* 2. *§. ne quid à principe ff. ne quid in loco public.* vnde ſi Princeps indulgeat rebelli, eique mandet bona reſtitui, licèt in hac reſtitutione veniãt omnia bona poſſeſſi cum exiſtentia, non tamen comprehenduntur ea quæ medio tempore reperiebãtur tertio alienata, ſeu alteri quæſita *l. quod ſi minor §. Scæuola ff. de minor.* plene And. *in cap. vnico nu.* 4 *de vaſall. decr. ætat.* & ibi Anna in *repet. euſdem cap.* 208. *nu.* 206 *cũ ſequẽt.* quod ampliatur nedũ in iuribus tertio quæſitis in re, ſed etiam in ſpe, nam ea à generali reſtitutione cenſetur excluſa, vt inquit Crot. in *repet. l. Gallus §. & quid ſi tantum nu.* 57. *ff. de liber. & poſthum.* & plenè Dec. in *conſ.* 525. *num.* 8. qui reprobata opinione aliquorum, qui contrarium tenuerent validiſſimis rationibus affirmat, quòd ſi vigore ſtatuti cautum ſit bona homicidæ deferri hæredibus occiſi, ſi poſtea Princeps ex ſpeciali gratia homicidam reſtituat, non cenſetur voluiſſe præiudicare iuribus ſuccedendi illis hæredibus quæſitis, nam ſemper Principis reſtitutio intelligitur ſine præiudicio tertij, etiam ſi agitur de minimo præiudicio, vt inquit Dec. *c. in Cæſarum ſub nu.* 6. *verſ. quartus caſus de conſtit.* & in *capit. ſuper eo ſub nu.* 2. *verſ. vlt. ampliatur de officio delegati*, hinc eſt, quod ſub qualibet generali Principis diſpoſitione ſubintelligitur clauſula iuribus alienis ſemper ſaluis, & ideo non comprehenduntur ea, quæ prius alteri conceſſerat, etiam ſi diceret non obſtantibus conceſſionibus aliàs factis, nam intelligitur ſolum de inualidis, vt plenè tradit Dec. in *conſ.* 588. *nu.* 19. & in *conſ.* 640. *nu.* 10. & Cur. Iun. in *conſ.* 158. *nu.* 30. *&* 174. *n.* 29. vnde ſi ſummus Pontifex concedat aliquod beneficium non cenſetur in dubio derogaſſe iuribus patronorũ, nec vti plenitudine poteſtatis, quam habet in derogando etiam ſi prouideat motu proprio, vt per Rot. Rom. *deciſ.* 70. *in antiquis ſub tit. de reſcript.* quã refert Roland. à Valle in *conſ.* 46. *nu.* 7. *vol.* 1. & ex his ego dicebam in Anno 1623. Numerum patronorum in iure patronatus minime poſſe augeri etiam cũ conſenſu epiſcopi in præiudicium

Digitized by Google

conſultum ad fauorem Syndicorum terræ Roccæ Monſinæ, & credo certè quod fuerit in cauſa ſequentium allegationum, quas hic imprimi facere curaui, & ſunt tenoris ſequentis videlicet

PRo defenſione inquiſitionis formatæ aduerſus Syndicos terræ Roccæ Monſinæ V.I.D. Ceſarem de Nicola, Notarium Fabritium Mollica, Joannem Baptiſtam Ceſtrone, & Aloyſium Antonium Mancino de contrauentione regiæ pragmaticæ Comitis de Lemos per V.I D. Octauium de Nouellis commiſſarium ſpecialiter delegatum per Excellentiſſimam Duciſſam Mondragonis vtilem dominã dictæ Terræ, & ad præſens ibidem Capitaneum prætendentem illos vſos fuiſſe gabellis vniuerſitatis ad alium vſum, quam fuerit ordinatum in dicta regia pragmatica, & per conſequens incidiſſe in pœnam contentam in ea. Infraſcripta media ſummariæ afferuntur. Et quoniam à primordio tituli poſterior firmatur euentus *l.1.C. de impon. luc.deſcript.lib.6.* ponderanda ſunt verba dictæ regiæ pragmaticæ in præfatione ibi [*E per facilitare i pagamenti, e ritrouare detti commiſſarij pronto il denaro tutte le terre ſiano obligate di aſſignare alla regia corte, e ſuoi aſſignatarij vno, ò più corpi di gabella, & intrate ſue eſplicite, e migliori che haueranno baſtanti per detti pagamenti facendo obligare i medeſmi gabellotti, affittatori e rendenti à pagare detta regia corte, & alli aſſignatarij nelli debiti tempi, & non facendoſe detti pagamenti, vt ſupra, ſiano detti affittatori, & miniſtri obligati alle giornate delli commiſſarij, & à tutti danni, & intereſſi, e che neſſuno ſindico, & eletto non poſſa applicare, ne ſeruir e, ne diſpenſare detto denaro ad altro effetto, ne detti affittatori, gabellotti, e caßieri pagare ſotto pena, &c.*] Pondero primo loco verba illa [*e per facilitare i pagamenti, e ritrouare detti commiſſarij pronto il denaro tutte le terre ſiano obligate aſſignare alla corte, e ſuoi aſſignatarij vno e più corpi*] mens enim ſtatuentis cauere ne Syndici vtantur dictis gabellis, & redditibus ad alium vſum, vt facilius regiæ Curiæ, & illius aſſignatariis ſolui potuiſſet, & ad euitanda damna, quæ quotidiè occurrebant vniuerſitati ob retardatam ſolutionem, & hæc fuit cauſa finalis. Prœmium etiam declarat mentem legiſlatoris, & ex eo colligitur ratio finalis conditoris *l.pen.ff.de iur.& facti ignor.* vbi initium conſtituentis declarat mentem, &c. Conſil. Rouitus *conſ.65.nu.5.* Muta *deciſ.81.n.27.* Achil. Pedrochia *de interpret.& riſol.contrac.n.215.& ſeqq.* & vbi ratio diſpoſitionis eſt amplior, amplius redditur diſpoſitum *l. fin. ff. de hæred.inſt.* Alex.& Jaſon. *in l.cum hic §. eam tranſact.ff. de tranſact.* in tantum quòd ordinatio ampliatur, reſtringitur, & declaratur ex ipſo procemio, & iudices non debent iudicare niſi perpenſis procemiis ordinationum, & aliorum actuum, de quibus agitur, cum hoc multum iuuet ad deciſionem dubiæ quæſtionis, Rebuff. *ad conſtitutionem Gall.lib.1.tit de ſent.prouiſ.art. 1.gloſ. 1.* ſed ſic eſt modò quod dicti Syndici aſſignauerũt vnum corpus, vnam perſonam diuitem, & ſoluendo illi conſtituentes magnam prouiſionem ducatorum 250. nempe Marcum Rozera vnum ex primariis diuitibus dictæ terræ, qui vi expreſſæ conuentionis initæ inter ipſum, & Syndicos, non ſolum tenetur ſoluere debitis temporibus, quicquid regiæ Curię, & illius aſſignatariis debetur, ſed etiam omnes occurrentias vniuerſitatis cum multis pactis, & capitulis tendentibus in fauorem Curiæ vniuerſitatis, & ipſorum affictatoriorum gabellarum, vt legere eſt in inſtrumento ærariatus, & in capitulis iã exhibitis in proceſſu, & ſic pinguius ſatisfactum eſt intentioni legiſlatoris,

latoris, magis tutus redditur fiſcus, ac magis indemnis ſeruatur vniuerſitas ipſa. Vnde iure merito meliorem conditionem facere potuerunt, & fiſci, vniuerſitatis, & affictatoriorum argum. text. *in* § 1. *inſt. de auct. tutor.* Ibi namque placuit meliorem ſuam conditionem licere eis, & ſine tutoris authoritate deteriorem verò, Jo. Saiſ. ad conſuet. Thur. *tit.* 27. *A.* 8. *gloſ.* 1. *in lit.* C. *& ſeq.* vbi mulier, quæ ſine viro, & mundualdo contrahere non poteſt, tamen ſine illis meliorem conditionem ſuam facere poteſt. Et prodigus, qui ſine curatore contrahere non poteſt *l. is, cui bonis ff. de verbor. oblig.* ſine eo pariter meliorem conditionem ſuam facere poteſt. Ita in Eccleſia, quæ ſine certis ſolemnitatibus contrahere non poteſt, ſine tamen illis meliorem conditionem ſuam facere poteſt, gloſ. *in l. cum hi* § *eam transactionem in verbo alimentarius ff. de tranſa.* Mynſing. *cent.* 2. *obſeru.* 36. Minad. *conſ.* 14. *nu.* 1. *& ſeq.* Steph. Grat. *lib.* 5. *diſcept. for. cap.* 564. *n.* 33. Reb uff. *de alien. rer. eccl. n.* 34. *& ſeqq.* Caſſan. *ad conſ. Burg. rub.* 4. § 1. *gloſ. contract. n.* 25. *& ſeqq.* Gutt. *lib.* 1 *pract. qq. q.* 22. *n.* 9. *& ſeqq.* Camill. *de Medicis conſ.* 117. *n.* 25. Genun. epiſcopus Iſernienſis *in pract. Eccl. tricen.* 19. *q.* 542. Conſil. Rouit. *in prag.* 1. *tit. abuſus n.* 113. *& ſeq.* Picus *de contract. gloſ.* 7. *nu.* 73. *&* 83. *&* 184. *& ſeq.* Ricc. *deciſ.* 192. *part.* 1. D. Nouar. *ſuper prag. collect.* 152. *n.* 6. Paſc. *de virib. patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 6. *nu.* 22. *& ſeq.* Maximè quando eſſet euidens vtilitas Steph. Grat. *lib.* 2. *diſcept. for. cap.* 37. *n.* 6. tanto magis prædicta procedunt, vbi imminet neceſſitas, vt in caſu noſtro cum non ſufficiant Gabellæ Ricc. *in deciſ.* 226. *n.* 12. *part.* 1. ſed ſic eſt modò quod eccleſia minor, vniuerſitas, & fiſcus iiſdem iuribus prærogatiuis, & priuilegiis vtuntur ſecundum DD. *in l. Reſpublica C. ex quibus cauſis maiores l. rempublicam, C. de iure Reipublicæ lib.* 11. latè Pereg. *de iure fiſci lib.* 5. *tit.* 2. & quod Syndici æquiparentur tutoribus, voluit Loſæus *de iure vniuerſitatis part.* 1. *cap.* 3. *n.* 111. Dec. *conſ.* 197. *n.* 1. *&* 2. in quo itaque deliquerunt Syndici, qui fecerunt conditionem fiſci vniuerſitatis, & gabellotarum meliorem in nihilo quidem, igitur nullam pati debēt pœnam, *l. ſancimus, C. de pœnis* Loſæus *de iure vniuerſ. p.* 4. *c.* 1. *n.* 4. cum pœna debet commenſurai culpę, & delicto D. Nouar. *lib.* 1. *qq. for. q.* 21. *n.* 27. Farinac. *tit. de inquiſit. q.* 4. *n.* 10. *& q* 9. *n.* 9. & ideò potius merentur quam demerentur, & potius debent præmiari, quam puniri, latè Maſtrill. *de magiſtr. lib.* 1. *cap.* 21. *per totum,* abhorret enim lex homines laborioſis officiis ſine præmio defatigari, *auth. ſi quis autem in tit de iudicib.* Præterea regia pragmatica mandat vnum vel plura corpora aſſignari, & aſſignatis non poſſe vti, ſed Syndici aſſignauerunt vnum corpus, nempe ærarium, burſam communem Vniuerſitatis diuitem, & ſoluendo, quam quælibet Vniuerſitas habere conatur, Capyc. *de reg. Reipubl. c.* 7. *&* 30. *n.* 10. ergo poſſunt vti aliis, cùm enim de quibuſdam prohibetur de cæteris videtur eſſe permiſſum. *l. cum prætor ff. de iud.* Reg. Valenz. *conſ.* 93. *n.* 71. 90. *& ſeqq.* & limitata cauſa limitatum producit effectum *l. in agris ff. de acq. rer. dom.* latè Tiraq. *in tractatu ceſſante cauſa part.* 1. *n.* 147. Camill. de Medicis *conſ.* 51. *nu.* 14. & diſpoſitio debet reſtringi ad ſuam cauſam *l. Cancellauerat ff. de his quæ in teſtamento delentur.* Inſuper cauſa, qua fuit motus ille Illuſtriſſimus Comes ac Collaterale Conſilium, vt diximus, fuit, vt regiæ Curiæ, ac eius aſſignatariis facilius ſolueretur, & ad euitanda damna, & intereſſe vniuerſitatis, ſed iſta cauſa ceſſat, & ſemper ceſſauit in hac noſtra vniuerſitate ob modum ab ea diu obſeruatum aſſignandi Ærarium, vt dixi-

HHh

mus, propter quod nunquam Regia Curia, nec eius aſſignatarij paſſi fuerunt aliquam moram in receptione ſolutionis, nec vniuerſitas ipſa paſſa fuit aliquod damnum, vt experientia ſemper vidimus, & in dies videmus. Nimirum ſi functiones fiſcales huius vniuerſitatis magnopere ab omnibus emi deſiderantur ob promptam, & paratam ſolutionem illarum, qua nituntur, ideò debet ceſſare effectus, & pœna, *l. adigere §. quamuis ff. de iure patron.* diffusè Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa per totũ*, Ricc. *deciſ.* 168. *n.* 2. *& ſeqq. p.* 3. Nauar. *p.* 1. *qq. forenſ. quæſt.* 39. & cum hæc ſit ratio finalis, omninò debet attendi, in tantum quod licèt illa non ſit expreſſa, magis tamen attenditur, quia verba Capur. *de reg. Reipub. c.* 12. Rub. *n.* 6. *&* 7. & ſufficit quod ſit ſatisfactum menti, & rationi ſtatuentis, arg. *l. à Titio ff. de verb. oblig. & l. illud ff. ad l. Aquil.* nec intereſt an per æquipollens fiat, & adimpleatur *l. mulier ff. ad Trebell. l. ſi mater, C. de inſtit. & ſubſtit. l. fin. C. de donat. qua ſub modo, &c.* Molin. *de pact. nupt. lib.* 1. *c* 27. *n.* 2. *& ſeqq.* & vno conceſſo videtur cõceſſum omne id, per quod deuenitur ad illud, ca. 1. *paſtoralis de cler. excommun. miniſtr. l.* 2. *de iur. omn. iud.* ergo conceſſo quod vniuerſitas vno corpore aſſignato ſufficienti poſſit aliis vti, videtur etiam permiſſum, vt poſſit vna perſona diues, & ſoluendo aſſignari pro toto, maximè quando redditus vniuerſitatis non ſufficiunt, & cæteris corporibus, vti; alias lex eſſet impoſita verbis, & nõ rebus contra text. *in l.* 2. *in fin. C. comm. de legatis ca. commiſſa de elect. in* 6. & cum aſſignare hanc perſonam pro toto non reperiatur prohibitum, cenſetur permiſſum. Conſt. Papa. *de arbit. mag. cur. cap.* 4. *n.* 70. Camill. Borrel. *de compromiſſ.* §. 1. *gloſ.* 1. *n.* 307. tanto magis quia neceſſitate coacti Syndici hoc egerũt, quoniam introitus non ſufficiebant qua multa permittuntur, quæ aliàs prohiberentur *l.* 1. *ff. de off. conſ.* & tenebantur hoc agere, & tantum bonum conſilium, & expediens capere pro eorum vniuerſitate ad euitanda damna, quæ quotidie vniuerſitas ipſa patiebatur, & pati poterat, quia cum gabellæ non ſufficiebant regiæ Curiæ, non ita oportunè ſolui poterat, & gabellottæ ipſi non ſemper ita promptam pecuniã habere poſſunt, vt videmus in dies. Propterea maximum fuit expediens aſſignare vnam perſonam, verum, & non fictum corpus, quæ omnibus neceſſitatibus occurreret ſine damno, & intereſſe alicuius, ſed cum vtilitate omnium, poſtquam ipſe ærarius tenetur ſoluere, nec poteſt aſſignare gabellotas commiſſariis, ſed de propria pecunia tenetur ſoluere, & authore prætore poſtea compellere dictos gabellotas, aliàs omne damnum, & intereſſe ipſe pati debeat; nimirum quia vniuerſitas conſtituit ei prouiſionem ducatorum 250. Ad hoc enim creantur Syndici, vt iuuent quam maximè poſſunt vniuerſitatem, illamque præcaueant ab omnibus damnis, & intereſſe, ita Rebuff. ex ſententia Pitagoræ *in l. pupillus §. mens ff. de verb. ſignif.* etiam ſi inſpicimus cauſam, qua vſi fuerunt dicta pecunia, nónne fuit ad redimendam vniuerſitatem à tot anguſtiis oppreſſam, & vt ita dicam à manu illius Agrigentini; (me habêt certiorati) opus ſanè pium, quod omnibus aliis neceſſitatibus anteponi, & præferri debet, Grauamina, quæ erant facta, & quotidie fiebant, erant nimia, pericula quæ imminebãt erant maxima, quid igitur erat agendum, vt à tot malis, & grauaminibus Vniuerſitatem ipſam omni cura, ac diligentia præcauerent: malis namque futuris occurrendum eſt antequam eueniant. Paul. de Caſtro *in l.* 2. *Cod. de ſumm. Trinit. & fide Cath.* quibus melius eſt oc-

Digitized by Google

eſt occurrere in tempore, quam poſt exitum vendicare. *l. fin. C. in quibus cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ. l. 1. C. quando liceat vnicuique ſe vind.* ne poſſit poſtea eis obiici illud dictum Imperatoris, *in l. 2. C. de iur. & fact. ignor.* Sera prece tibi ſubueniri deſideras. Syndicus enim græcum nomen eſt, & defenſorem latinè ſignificat, Loſæus *de iure vniuerſ. p. 2. cap. 1. n. 45.* & tenetur vtilia agere, & inutilia prætermittere ad inſtar tutricis *Cap. de reg. Reip. cap. 6. nu. 11. & ſeq.* & quoniam tractatur de publica vtilitate, poſſunt cogi Syndici vnire, & conuenire ſe pro faciendo publico parlamento Jo. de Platea *in l. filij C. de decurion. lib. 11.* Abb. *in ca. quia propter de elect. Cap. ſub d. n. 11.* Vnde cum ſeruatis de iure ſeruandis ſe congregaſſent pro tanto pio opere perficiendo moleſtari non debent, cum officium ſuum nemini debeat eſſe damnoſum. *l. ſi quis ex ſignatoribus ff. quemadmodum teſt. aperiantur.* Et quatenus fiſcus prætenderet dictum parlamentum non fuiſſe factum cum inſertione nominum, & cognominum congregatorum, quia in hac patria ſemper fuit obſeruatum contrarium vt per fidem *fol. 1.* huiuſmodi ſolitum, & conſuetũ debet attendi, Bart. *in l. 1. ff. de Albo ſcrib. & in l. fin. C. de priu. decur. lib. 10.* Bald. *in l. nulli ff. quod cuiuſc. Vniuerſ. nom. Cap. de reg. Reipub. cap. 3. n. 25.* Sed ad quid tam affatim de hac re agere, cum faſtuoſa, & ſuperuacanea legum allegatione, Syndici namque nullo pacto vſi fuerunt dicta pecunia, legantur quæſo mandata eorum, nam illa, vt legendo videre eſt, diriguntur ærario vt ſoluat Cæſari Petriano ducatos 75. quos ſoluerat pro Vniuerſitate, qui iam fuerunt ſoluti vt ex receptione illius, idem de mandato Jo. Antonij Ruſſo, nec ſoluiſſe de gabellis quicquam apparet; & licet ipſi examinati id dicant, hoc eſt ad ſe exonerandum cum ærario, vnde nõ probant, Rebuff. *de reprob. teſt. n. 422.* Ricc. *deciſ. 237. nu. 2. part. 2.* D. Nouar. *ſuper pragmat. Collect. 229.* & ſunt ſingulares, quorum tantũ probant mille, quantum vnus Joan. de Amicis *conſ. 7. n. 7.* Steph. Grat. *lib. 1. diſcept. for. c. 144. n. 24. & ſeqq.* Et cum ſe referat mandatis, & in illis de pecunia gabellarum verbum nullum; nec diriguntur ipſis gabellotis, ſed ærario depoſitario illorum, debet intelligi ſecũdum diſpoſita & narrata in ipſis mandatis argumento notatorũ *in l. aſſe toto ff. de heredib. inſtit.* Jo. de Amicis *conſ. 154. n. 3. & conſ. 20. n. 5. & conſ. 26. n. 12.* Reg. Valenzuola *conſ. 10. n. 19. & ſeqq.* Amatus *conſ. 56. n. 1. & ſeqq.* Conſi. Rouitus *conſ. 56. n. 7. 16. & 17.* nec in dubio præſumitur ſoluiſſe de pecunia gabellarũ, ſed de pecunia ipſarum. Bart. & DD. *in l. 2. C. pro ſocio.* Canc. *p. 2. var. reſol. ca. 6. n. 99. & ſeqq.* maximè ad euitandum dolum & delictum *l. merito ff. pro ſocio*, Caroc. *deciſ. 33.* Marant. *conſ. 69. n. 10.* Reg. Valenzuola *conſ. 2. n. 15. & conſ. 32. num. 118.* Ricc. *part. 3. var. reſol. 579.* Paſcal. *de vir. patr. poteſt. part. 2. cap. 2. ſub n. 21.* D. Nouar. *part. 1. qq for. queſt. 28.* Nec vim facit depoſitio Aloyſij Antonij Mancino, nam eius dictum refertur Concilio publico, & ſecundum illud debet intelligi vt ſuperius diximus iuxta tradita in allegat. *l. aſſe toto ff. de hered. inſtit.* Nec refragatur depoſitio Marci Rozera, ſi quidem eſt teſtis in cauſa propria, ſingularis, & intereſſatus *l. omnibus. C. de teſtam.* Muta *deciſ. 52. n. 9.* & contrarium conſtat eius quod deponit per mandata.

Nuper audio dominum iudicantem eſſe in voto damnandi Syndicos ad ſoluendas expenſas per ipſos erogatas pro redemptione patriæ à tot grauaminibus, quæ cum fuerint erogatæ conſilio legitimè congregato, neſcio quo pacto poſſint ad illas condemnari

Digitized by Google

Cap.de reg. Reipub.c.1.n. 46. Eſcobar *de ratioc.c.25.n.*48.*& ſeqq.* Sed poſt varios caſus, poſt tot diſcrimina rerum, hæc merces, hoc præmium tanti laboris, & beneficij? ſed de his nec mærore afficiantur Syndici, nam non ſolum hæc ſubire, ſed etiam mori pro patria tenentur DD. *in l. veluti ff. de iuſtitia, & iure*, & ideo maximis meritis honorari debent. Hinc Cicero. *in ſomnio Scipionis.* Omnibus qui patriam promouerint, auxerint locus eſt definitus in cœlo, vbi beati æuo ſempiterno fruuntur; hinc ab hiſtoricis omnibus miris laudibus circumferuntur, Curtius, Sceuola, Scipio aliique quam plurimi Romanæ Vrbis, eorumq; patriæ amatores, qui tã excelſa facinora pro ea perpeſſi ſunt, Camill. Borell. *de mag. edict. lib.2.c.7.n.67.& 68.* Sed de his hactenus, quia liberas ædes habent, quæ omnia media pro corroboratione iuſtitiæ Syndici dictæ Terræ Monfinæ meę patriæ adducta verificantur ex doctrina Jo. Franciſci Capiblanci *in ſingul.* 3. *impreſſ. poſt ſuum librum de authoritate Baronum, ſiue comment. ad pragmat. huius Regni ſub Rubrica de Baronibus*, quem quidem poſt hæc ſcripta vidi, vbi fatetur, & ſcribit excuſari debere Syndicos, qui neceſſitate coacti cauſa publicæ vtilitatis vtuntur pecunia communitatis ad alium vſum, quam fuerat deſtinata, neceſſitas ſiquidem facit licitũ, quod eſt illicitum, *cap. quod non eſt licitum de reg. iur. in 6.* Tiraq. *in tract. de pœnis temperandis cauſa* 33.*n.*33. Ceuall. *in ſpec. praeticarum quaſt. commun. contra commun. queſt. vltim. n.6. tom.*4. Monet. *de diſtrib. quotid. quaſt.*11.*n.*38.*part.*2. D. Nouarius *forenſ. queſt.*28.*n.*10.*part.*1. & ratio eſt, quia neceſſitas minimè legi ſubiecta eſt ad text. *in l. tutor qui repertorium ff. de adminiſtr. tutor. l. non ſolum* §. *fin ff. de excuſat. tutor.* cum latius adductis per Illuſtriſſimum Dominum Cardinalem Tuſcum *concluſ. iur. liter.* N. *concluſ.* 19. quem cum aliis refert, & ſequitur Nouarius *forenſ. quaſt.*56.*n.*3.*in fin part.*1. & in terminis dictæ pragmaticæ ita firmat idem Nouarius *in pragm.*7.*ſub Rubrica de commiſſariis numer.* 2. *verſic. bene verum.*

Quare iuris eſſe cenſeo præfatos inquiſitos nullatenus poſſe pro tali cauſa moleſtari cum aduerſus illos procedi per hanc viam minimè potuiſſet per ſtantibus veris his, quæ pro eorum adiutorio, & defenſione adducta fuerunt in his allegationibus.

Franciſcus Seuerinus.

COLLECT. 3013.

Super Innocent. in cap. cum perſonæ de priuil. in 6.

¶ *Aſſiſtentia iuris communis an ſufficiat pro obtinenda manutentione?*

NOn ſolum iſte Doctor, ſed omnes vnanimi voto probant hic concluſionem, quod aſſiſtentia iuris communis ſufficit pro obtinenda manutentione.

Ad cuius ornatum notabis quoque vltra dicta in aliis collectaneis, quod in materia iuriſdictionali ſufficit ſola aſſiſtentia pro manutentione, vt ſæpius dixit Rota, vt *in deciſ.*382. *dec.* 493. *& deciſ.* 501.*part.*2. *in recent. deciſ.* 491. *part.*1. etiam in recentioribus Seraph. *deciſ.*1449.*nu.*1. vbi dicitur quod Rota hanc opinionem perpetuò amplexa eſt, & *deciſ.* 1104. & propterea dixit Rota *in d. deciſ.* 493.*n.*1. quod aduerſus epiſcopum non eſt inhibitum ante omnia eſt inhibitio reuocanda procedit præallleganda concluſio etiam ſi ex aduerſo exhiberetur priuilegium, niſi vnà cum priuilegio probetur etiam poſſeſſio, prout late reſoluit Rota *in d. deciſ.*491.

Limi-

Digitized by Google

Limitatur inter alia præallegata cõcluſio de manutentione ratione aſſiſtentiæ iuris, vt non procedat quando aſſiſtentia eſt turbida, Seraphin. *deciſ.* 1279. *num.* 4. Rota *deciſ.* 382. *num.* 5. *part.* 2. *in recent.* fuit dictum in Marſic. iuriſdictionis. 16. Iunij 1618, coram R. P.D. Buratto, ſed adhuc non obſtante turbiditate danda eſſet manutentio habenti fundatam intentionem de iure communi, quando concurrerent etiam aliqui actus poſſeſſorij, Rota *dict. deciſ.* 382. *n.* 5.

Item aſſiſtentia non ſuffragatur quando alius eſt in poſſeſſione, quia manutentio eſt danda exiſtenti in poſſeſſione non autem habenti iuris aſſiſtentiam, Rota *deciſ.* 685. *ſub n.* 2. *verſ. & præterea part.* 1. *in recent.* vbi dicitur hoc ſolum procedere quando poſſeſſio eſt temporis conſiderabilis, & dixit etiam Rota in Aquilana iuriſdictionis 1607. coram R.P.D. Pamphilio, & in Hiſpalen. præeminentiarum 20. Februarij 1619. coram R.P.D. Vbaldo, vbi dicitur ſufficere quod poſſeſſori ius vehementer non reſiſtat.

Extra verò materiam iuriſdictionis puta in materia decimarum Rota non dat manutentionem propter aſſiſtentiam iuris, niſi probata poſſeſſione, vt bene diſtinguit Seraph. *deciſ.* 1449. *n.* 3. & dixit Rota in Mediolanen. decimarum 26. Nouembris 1613. coram R.P. D. Pirouano, & in Ciuitanen. decimarum 26. Martij 1618. coram R.P.D. Veroſpio.

COLLECT. 3014.
Super Bal. in l. 1. num. 63. C. de error. calcul.

¶ Nullitas reſpectu non citatorum an procedat etiam reſpectu citatorum?

ANnuit hic Baldus in verſic. aut continet quid indiuiduũ, quod nullitas reſpectu non citatorum habet locum, & procedit etiam reſpectum citatorum, ratione indiuiduitatis, quare ſubhaſtationem, quæ eſt nulla reſpectu non citatorum, eſſe pariter nullam quoad citatos ratione indiuiduitatis, dixit Rota in Burgi ſancti Sepulchri Lunæ 28. Maij 1607. coram Ludouiſio.

Et quod ſtante connexitate iuris ex eadem cauſa prouenientis defectus citationis vnius ex litis conſortibus annullet actum etiam reſpectu citati, voluit Rota *deciſ.* 451. *part.* 2. *in recentioribus.*

Et de pluribus venientibus ex eodem iure fuit dictum in Maceraten. hæreditatis 13. Maij 1616. coram R.P. D. Caualerio.

Quare ſi plures ſint poſſeſſores, & vnus tantum citetur, alter verò non, proceſſus eſt nullus in totum, etiam reſpectu citati, vt reſoluit Rota in Romana ſpolij domus 15. Decembr. 1617. coram R.P.D. Pirouano.

Bene verum vbicunque ſententia, & mandatum poſſent exequi ſuper portione citati abſque eo quod portioni præiudicetur, valet proceſſus reſpectu citati, vt dixit eadem Rota in Romana pecuniaria de columna 21. Aprilis 1617. coram R.P.D. Dunozetto, vbi reſpondetur ad deciſ. in cauſa Maceraten. hæreditatis.

Et quod quando intereſſe non eſt connexum, tunc defectus citationis, quoad vnum nõ noceat quoad alium legitimè citatum, dixit Rota *deciſ.* 561. *part.* 1. *in recent.* & vide ſi conferunt latius adducta per Nouarium *in praxi elect. & variar. fori quæſt.* 45. *ſect.* 1. vbi latè declarat quando conſortes litis cum habentibus electionem fori in cauſis indiuiduis, vel diuiduis gaudeant pariter priuilegio eligendi forum.

Digitized by Google

COLLECT. 3015.

Super c.1.de ordine cognitionum.

¶ Marito ſpoliato an, & quando ſit facienda vxoris ſuæ reſtitutio?

QVando contra maritum petentem reſtitutionem ſuæ vxoris opponitur aliqua exceptio, quæ impedit matrimonium, non eſt facienda ante omnia reſtitutio, Seraphin. *deciſ.* 793. & ſic limitatur text. *in cap. ex tranſmiſſa de reſtitut. ſpol.* in quo facienda eſt reſtitutio marito ſpoliato ſua vxore, quando probat poſſeſſionem, & ſpolium, Gratian. *deciſ.* 185. & vbi mulier à marito receſſiſſet, ſtatim eſt ei reſtituẽda quando eſt in poſſeſſione illius, nõ eſt ſequeſtranda, ita in ſpecie concludit Rot. per Achill. de Graſſ. *deciſ.* 1. *de ſponſ.* ratio deciſionis textus eſt duplex.

Prima quia vbi timor eſt peccati non eſt ante omnia facienda reſtitutio Ludouiſ. *deciſ.* 351. Creſcen. *deciſ.* 3. *de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct.* Rota in vna Rauennatem matrimonij 20. Nouembris 1621. coram Buratto.

Secunda eſt ratio, quia vbi non cõſtat de bono iure in proprietate ſpoliatus non eſt ante omnia reſtituendus, Rota Auenionen. apud de Laurentiis *deciſ.* 8.

Limita tamen prædicta procedere antequam matrimonium eſſet conſumatum, ſecus autem poſt illius conſumationem, & liberorum procreationem nunc enim nõ datur ſequeſtrum, neque conſiderandus eſt timor peccati, & maritus debet remanere in poſſeſſione ſuæ vxoris, & ſpoliato reſtitui debet, Put. *deciſ.* 249. *lib.* 2. vbi etiam additio notat, quod iterum cauſa propoſita 27. Martij 1579. fuit idem reſolutũ non obſtante prætenſa materia peccati, quando ſumus poſt matrimonium conſumatum, ne detur ſpolium.

COLLECT. 3016.

Super eo, de eo qui cognouit conſang. vxor. ſuæ.

¶ Rumor, ſeu fama viciniæ ſuper impedimento matrimonij an probet?

RVmor, ſeu fama viciniꝫ ſuper impedimento matrimonij nihil probat, hoc dicit quemadmodũ dicimus de dicto vnius, Seraphin. *deciſ.* 13. quod limita quando dictum eſſet de auditu, tunc enim præſtat impedimentum ad contrahendum, Sayr. *deciſ.* 10. *de conſang. & affinit.* dictum autem matris bene ſuffragatur ad impediendum quod tibi deſeruiet ad intellectum text. *in c. ſuper eo de teſtibus.*

Supra poſitam text. concluſionem limita duobus modis, primo in caſu deciſionis Rotæ apud Vetal. 206. *part.* 2. vbi fuit dictum, quod licet ad infringendum matrimonium non ſtetur cõfeſſioni coniugum, ſufficeret tamen vbi cum confeſſione concurreret vnus teſtis, publica vox, & fama, & aliquæ coniecturæ; quod tamen intelligendum eſt, dummodo non ſit in præiudicium alterius matrimonij, Cappell. Tholoſ. *deciſ.* 172. & facit deciſio Affli. in argumentum *deciſ.* 385.

Limita ſecundò in caſu deciſionis eiuſdem apud eundem *deciſion.* 194. quando confeſſio coniugum tenderet pro matrimonio.

COLLECT. 3017.

Super Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 11. in verſic. & quoad Cappellanos Regios.

¶ Cappellani Regij an ſint exempti ab ordinarij iuriſdictione?

IN hoc verſiculo ſacrum Concilium Tridentinum confirmat text. *in cap.*

cum

cum Cappella de priuileg. vbi Cappellani Regij non coram locorum ordinariis, ſed coram Magiſtro Cappellæ conueniendi ſunt.

Limita primò in Cappellanis Regiis. Regiarum triremium nam ab ordinario loci poſſunt viſitari, vt fuiſſe deciſum teſtatur Sayr. *in deciſ. 1. de cler. peregr.*

Limita ſecundò quando epiſcopus viſitando vult inquirere cauſa imponendi pœnitentiam per viam fori pœnitentialis, quia tunc nedum contra Cappellanos Regios, verùm etiam contra laicos habet iuriſdictionem, Rota *diuerſ. deciſ.* 740. *part.* 1.

Limita tertio in iis, quæ pertinent ad curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorũ, vt fuiſſe deciſum in Rota Romana teſtatur Farinac. *in deciſ.* 493. *part.* 2. *in recent.*

Et ratio huius limitationis eſſe poterit quia in prædictis etiam regulares, & quomodolibet exempti ſubiiciuntur iuriſdictioni ordinariorum, vt refert deciſum Antonin. Maceraten. *dec.* 18. *vol.* 1.

Limita quartò in caſu deciſionis Rotæ *diuerſ.* 736. *part.* 1. vbi fuit reſolutum diſpoſitionem vent. noſtri locum ſibi vendicare in pertinetibus ad Cappellam Regiam tantum, non in aliis. Ratio eſt, quia exemptus circa vnam cauſam non cenſetur exemptus circa aliam, eadem Rota *diuerſ. deciſ.* 702. *part.* 1.

Limita quinto in caſu deciſionis eiuſdem Rotæ 744. *eadem par.* 1. vbi fuit reſolutum quod text. *in c. cum cappella à Concilio Tridentino preſeruatum* loquitur de exemptione generali, ſed de ſpeciali, quoad ſuſpenſionem vel excommunicationem, aut interdictum. Et ideò ſecundum Doctores ibi, Cappellani Regij delinquentes in cappella, licèt non poſſint ab epiſcopo ſuſpendi, vel excommunicari, aut interdici, poterunt tamen alia pœna puniri, quia nõ ſunt ſimpliciter exempti, ſed quoad quid, hoc eſt, vt non valeant excommunicari, aut ſuſpendi aut interdici, & exemptio conceſſa quoad vnum non extenditur quoad alia, imo conceſſio vnius eſt derogatio alterius.

COLLECT. 3018.

Super Bal. in. in l. humanum, C. de legibus.

§ *Gratia per verbum, fiat, an cenſeatur perfecta?*

NOtat hic Baldus, quod gratia ſtatim quod Rex dixit, *fiat*, eſt, & reputatur perfecta, & ita Francus *deciſ.* 62. Afflict. *deciſ.* 153. Rubin. *deciſ.* 400. vbi aſſignat rationem, quia tempus datæ attenditur, aſſerens propterea valorem beneficiorum debere probari tempore impetrationis, quod pariter dixit Rota apud Ludouiſium *deciſ.* 13. affirmans *deciſ.* 419. illum iuſtificandũ eſſe iuxta tempus datæ impetrationis, Caſſador. *deciſ.* 19. *ſuper regul. Cancell.* Veral. *deciſ.* 264. & 330. *part.* 3. adeò quod, vt valor probetur per teſtes debet percuti tempus gratiæ, idem *deciſ.* 357. alias valor non dicitur iuſtificatus idem *deciſ.* 419.

Sed num conceſſiones, ſiue reſcripta principum, quæ ad iudices diriguntur, dũ tempore datæ ſunt attendendâ, an antequam præſententur ſuum ſortiantur effectum, & quid vbicunque illi, qui ipſa impetrauerunt fuerunt impediti illa iudicibus præſentare; habes in ſequẽti iuris allegatione edita per Iure Conſultum Lucanum Jo. Mariam Nouarium, cuius tenor eſt, vt ſequitur videlicet.

PAſſim noſtri practici in ore habent tempus datæ attendendum

curator, & *in l. honorum nu. 2. ff. rem ratam haber.* Cur. iun. *conſ. 74. nu. 9 & conſ. 76. nu 6.* Menoch. *conſ.* 858. *nu.* 2. Crauett. *conſ. 675. nu. 3.* & fictio tranſlatiua ceſſat, quando res non eſt integra & alicui eſt ius quæſitum, vt probatur *in l. neceſſario §. quod ſi pendente ff. de periculo, & cō modo rei venditæ* tradunt Bart. *in l. ſi vxor § ſiquis vxorem nu. 3. ff. ad l. Iuliam de adulter.* Curtius iunior *dict. conſ. 74. nu. 9. & dict. conſ. 76. nu. 5. in fine* Menoch. *conſ.* 946. *nu.* 25. præiudiciū enim tertij debet eſſe ſemper exceptuatum, immo cēſetur exceptuatum dum lex loquitur gl. *in capit. cum olim verſ. præiudicium de conſuetud.* Dec. *conſ.* 307. *num.* 30. & diximus plena manu *in quæſt. forenſibus lib.* 1. ideo videmus quod reſtitutio, quæ fit ex gratia nunquā retrotrahitur in præiudicium iuris alteri quæſiti, vt cō muniter affirmant Doctores *in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liberis, & poſthum.* hinc dicunt quòd Lazarus reſuſcitatus ea tantum bona potuiſſe recuperare, quæ medio tempore fuerunt tertio alienata, vt per Benedict. *in cap. Raynut. in verb. mortuo itaque teſtatore num.* 34. Bald. *in l. iura conſtitut. ff. de legibus*, & ideo dū per inſtitutionem ſpiritus vitæ à principe obtenta, per quam inſtātia reſtauratur, non reuiuiſcit fideicōmiſſio ſemel extincta per peremptionem inſtantiæ, nam illa in præiudicium iurium fideicommiſſionibus quæſitorum retrotrahenda minimè eſt, vt aduertit Grā. *in deciſ.* 103. *nu.* 116. Vilil. *in addit. ad Afflict. in deciſ.* 341. *nu.* 2. Mi. *ad dec.* 5. ſemper ſiquidem gratia principis interpretanda eſt abſque re alterius iniuria, *l. nec auus, C. de emancip. l. 2. § ne quid à principe ff. ne quid in loco public.* vnde ſi Princeps indulgeat rebelli, eique mandet bona reſtitui, licèt in hac reſtitutione veniāt omnia bona penes fiſcum exiſtentia, non tamen comprehenduntur ea quæ medio tempore reperiebātur tertio alienata, ſeu alteri quæſita *l. quod ſi minor §. Scæuola ff. de minor.* plene And. *in cap. vnico nu. 4 de vaſall. decr. ætat.* & ibi Anna in *repet. euſdem cap. 208. nu. 206 cū ſequēt.* quod ampliatur nedū in iuribus tertiis quæſitis in re, ſed etiam in ſpe, nam ea à generali reſtitutione cenſetur excluſa, vt inquit Crot. in *repet. l. Gallus §. & quid ſi tantum nu. 57. ff. de liber. & poſthum.* & plenè Dec. in *conſ. 525. num. 8.* qui reprobata opinione aliquorum, qui contrarium tenuerent validiſſimis rationibus affirmat, quòd ſi vigore ſtatuti cautum ſit bona homicidæ deferri hæredibus occiſi, ſi poſtea Princeps ex ſpeciali gratia homicidam reſtituat, non cenſetur voluiſſe præiudicare iuribus ſuccedendi illis hæredibus quæſitis, nam ſemper Principis reſtitutio intelligitur ſine præiudicio tertij, etiam ſi agatur de minimo præiudicio, vt inquit Dec. *in* [illegible] *ſub nu. 6. verſ. quartus caſus de conſtit.* & *in capit. ſuper eo ſub nu. 2. verſ. vlt. ampliatur de officio delegati*, hinc eſt, quod ſub qualibet generali Principis diſpoſitione ſubintelligitur clauſula iurib. alienis ſemper ſaluis, & ideo non comprehenduntur ea, quæ prius alteri conceſſerat, etiam ſi diceret non obſtantibus conceſſionibus aliàs factis, nam intelligitur ſolum de inualidis, vt plenè tradit Dec. in *conſ. 588. nu. 19.* & in *conſ. 640. nu 10.* & Cur. Iun. in *conſ. 158. nu. 30. & 174. n. 29.* vnde ſi ſummus Pontifex concedat aliquod beneficium non cenſetur in dubio derogaſſe iuribus patronorū, nec vti plenitudine poteſtatis, quam habet in derogando etiam ſi prouideat motu proprio, vt per Rot. Rom. *deciſ. 70. in antiquis ſub tit. de reſcript.* quā refert Roland. à Valle in *conſ. 46. nu. 7. vol. 1.* & ex his ego dicebam in Anno 1623. Numerum patronorum in iure patronatus minime poſſe augeri etiam cū conſenſu epiſcopi in præiudicium

Digitized by Google

vocatorum tempore erectionis dicti iuris patronatus ex cumulatis per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 177. quod fuit in cauſa Petri Antonij Bruni, & Petri Angeli Marcheſij Terræ Auellæ diœceſis Nolanæ, & ita in eadem cauſa vorauit D. Ricc. vt apparet in *p. 4. nouiſsimarum deciſ. Curiæ Archiep. Neap. deciſ.* 199.

Eſſem tamen voti deueniendo ad articulum Principalē, quod ſi ille qui impetrauit reſcriptum, vel conceſſionem, ſiue gratiam à Principe ex aliquo iuſto impedimento iudicibus ipſis pręſentibus non valuiſſet, tunc ex tali iuſto impedimento damnum illi oriri non debet, cum iuſtum impedimentū excuſet, & impeditus impedimento facti remaneat illæſus *cap. ſignificante de pignor. cap. imputari de regul. iur. in 6.* Rot. in *Ant. deciſ. 2. de præbe.* & impedimentū excuſat à pęna *l. 1. §. ſi frater ff. de collat.* Abb. in *cap. ſignificaſti n. 11. de for compet.* Feder. de Sen. *conſil.* 22. Ripa in *l. quod te nu. 38. ff ſi cert. petatur* Iaſ. in *l. apud. §. conſtat nu. 7. ff. de leg. 1.* Bertrand. *conſ.* 88. *nu. 31. vol. 1.* Vbald. *de canon port. cap. 7. n. 19.* Tiraq. *de vtroq. retract. tit. 1. §. 1. gloſ. 10. n. 120.* cuius nulla eſt obligatio *l. impoſſibiliū ff. de Regul. Iur. l. ſi ſtipuler ff. de verb. oblig. l. cum hæres §. 1. ff. de ſtat. liber. §. impoſsibilis inſti de hæred. inſtit. cap. nemo poteſt de Regu. iur. in 6.* Corn. *conſ. 55. n. 7.* Aret. *cōſ. 142. nu. 1.* Capic. *dec. 52. n. 8.* cum hoc caſu non applicetur voluntas diſpoſitoris Bal. *coſ. 396. nu. 2. lib. 5.* Angel. in *l. cum debere nu. 1. ff. de ſeruit. præd.* Port. *conſ. 193. n. 23.* Rom. *conſ.* 102. Oldrad. *conſ.* 277. Grat. *conſ. 119. nu. 24. lib. 1.* Iaſ. in *l. ſi homo nu. 6. ff. de verb. oblig.* & alij recentiores paſſim, quare impedimentum legitimum excuſare à publicatione facienda per reſignatarium in facto in Anno 1622. conſultus reſpondi, vt firmarunt Felin. in *cap. cum dilecti nu. 13. de reſcript.* Nauar. *conſ. 3. n. 3. de Renunciat.* Rom. *conſ.* 453. Caſſador. *deciſ. 1. de dilat. & deciſ. 21. ſuper Regul. Cancel.* Sarnen. *de public. q. 13. n. 2.* Veral. *deciſ. 73. p. 2.* quia impedito non currit tempus *l. vt perfectius C. de Annal. except.* Iaſ. in *l. contra minores n. 6. C. de inoffic. teſt.* Dec. *conſ. 356. vol. pē.* Rim. *conſ. 21. lib. 1.* Seraphin. *deciſ. 957. nu. 3.* Surd. *deciſ. 151. nu. 4.* & ideò propter impedimentum receditur à forma Paris. *cōſ. 32. n. 11. & 14. vol. 2.* Crauetta *conſ. 12. nu. 2.* Burſat. *conſ. 74. nu. 153. vol. 1.* nam impeditus non dicitur negligens *cap quia diuerſitatem de conceſ. præbend.* Staphileus *de grat. expectat. in titul. de variis mod. vacat. q. 53.* nec videtur formæ, ac legi contrauenire Boſſius in *prax crimin. in tit. de carc. fideiuſ. n. 47.* poſt Iaſ. in *l. ſi quis nu. 7. ff. de iuriſdict. omn. indic.* & hinc impedimentum excuſat à contumacia ſi citatus non iuerit But. in *cap. cum dilecti n. 26. de dol.* Boer. *dec. 40. nu. 4.* Boer. *conſ. 60. n. 4. lib. 1. deciſ.* Pedem. 20. Soc. Iun. *cōſ. 120. n. 2. vol. 3.* Bertran. *conſ. 15. n. 12. vol. 2.* hinc impedimentum excuſat à deſertione, vt egregiè oſtendit Franc. in *capit. ex ratione col. 2. in gloſ. 1. verſ. circa primum de appellat. lib. 6.* vbi lex generat impedimentorum conſiderat, & ibi alij Doctores gloſ. in *cap. venerabilibus verb. impedimēto de ſentent. excom. lib. 6.* Guid. Papa *dec.* 123. Ber. *conſ. 6. nu. 7. lib. 3.* & fuit reſolutum in vna Nouar. Canonicatus, & præbend. 4. Martij 1541. coram Racellen. & hinc impedito non currit præſcriptio Alexand. ad Bartol. in *l. ſenatus conſul. num. 2. ff. de officio præſid.* Felyn. in *cap. ex tranſmiſſa nu. 47. cum ſequent. de præſcript.* Nouell. *de iure protomiſ. §. 4. nu. 46.* Burſat. *conſ. 66. n. 24. vol. 1.* & impedito conficere inuentarium non currit tempus ſtatutum à iure, late Barb. *conſ. 41. & 50. lib. 2.* Bal. in *l. genero ff. de his qui not. infam.* Feder. de Sen. *reſponſ.* 29. Iaſon. in *Auth. hoc amplius n. 60. C. de fideic.* Abb. *conſ. 60. lib. 1. & conſ. 41. lib. 2.* Paris

conſ.

Digitized by Google

conſ.102.ad finem vol.4. Caſſador.*dec.4. de appellat.* & communiter alij, vt per Phan.de Phanu.*de inuent.part.1.nu.21. cum ſeq.* Roland.*de conſect.inuent.part.3. verſ.impedimento n.5.*

Et hinc etiam impedimentum excuſat ab obligat. accedendi ad concilium generale *cap.ſi epiſcopus cap.placuit, 18.diſt.capit.ego N.vbi Doctores de iur. iur.* & pariter excuſat ab obligatione accedendi ad concilium prouinciale, & Synodale *cap. peruenit dict. diſtinct.* 18. Card.Alexand.*in cap. propter eccleſiaſticas el.1.col.3.ead.diſt.* Imol.*in cap. graue col.6.de præbend.cum aliis*, vt per Henric. Rota de Synod.epiſcopi *p.nu.56.& n. 63.cum multis ſequentibus*, & etiam impedimentum excuſat à mora Alberic. *in tract.ſtatu.quæſt.*11.*n.*1.& in omnibus Duenas *regul.*199.Abb.*in capit.ſignificaſti n.11.de foro compet.* Doctores *in capit. ex ratione de appell.*Din.in *l.nemo poteſt.de regul.iur.in 6.* Bal.*in legeeam col. 9. C. de fideicom.*Paul. de Caſtr.*in l. vltim. nu. 2. C.de fid.inſtrument.* & hoc procedit etiam ſi de illo impedimento non fuerit proteſtatum, vt in his terminis fuit reſolutum *in d.conſt.*Cappellaniæ 1552. teſte Veral.*dec.73.p.2.*dicente ita tenere Rotam, & in alia Segobien. beneficij coram Veſtano 29. Maij 1551. & hanc eſſe æquiorem opinionem atteſtatur Lancellot *de attent cap.12.ampliat.1.num.*59. Iaſ.in *l.properandum §. ſin autem vterque C.de iudic.*vbi loquitur de deſertione, quod eſt notandum, quia in contrarium communis opino, vt impedimentum non excuſet, niſi ſit facta proteſtatio *l.2.§.quod diximus ff.ſi quis cantion.*vbi omnes, & in *l.de pupillo §.ſi quis ipſi prætori ff.de oper.nou.nunc.* vbi Alexand.*col.4.* Iaſ.in *l.qui in aliena §.celſus nu.26.ff.de acquir.poſſ.* Felyn. in *cap.ex tranſmiſſa col.2. de præſcript.* Pariſ. *conſ.34.nu.20.*& *conſ.101.nu.95.col.1.& conſ.5.nu.66.vol.4.* Soc. Sen. *conſ.104.* *n.26.lib.3.* Menoch.*conſ.110.nu.118.vol.1.*Imol.& alij in *cap. ex ratione de appellat.* Alex *conſ.16.lib.1.* ſicque eſſe communi calculo DD. receptum fatetur Lancellot.de *attentat.d.cap.12. ampliat. 1.num.59.* nec denegauit hoc Veral.in *cit.deciſ.73.*

Licet ad hoc vt impedimentum releuet, ipſe qui illud allegat debet duo probare, ſcilicet quod illud fuerit tale, vt remoueri nequiuerit *l.ſed & ſi §.2. ff.ex quib.cauſ.maior.* Dec.*conſ.677.nu. 4.* Socc. Iun. *conſ. 67. num. 79. vol. 1.* Crauetta *conſ. 270. nu.2.* Gozad.*conſ. 38.nu.11.*& eſt communis DD.opinio, quia regula eſt vulgaris impedimentum non excuſare, quando potuit remoueri Bar.in *l.quibus diebus*, vbi Socc. Sen.*notab.3.ff.de condit. & demonſtrat.* Pariſ.*conſ.67.nu.64.lib.3.* Menoch.*de Arbitr.iudic.caſu.118.in fin.* nam illud, quod de facili poteſt remoueri non eſt cõſiderabile, inquit Cephal *conſ.770. nu.37.lib.5.*& non dicitur quis impeditus, qui de facili poteſt impedimentũ tollere *l.* qui poteſt facere vbi Dec. *nu.1.ff.de Regul.Iur.* Bal. in *l.quibus diebus ff.de condit.& demonſtrat.* Abb.in *cap.plerumque nu. 6.* & in *cap. ſciſcitatus n. 4. de Reſcript.* Neguſ.*de pignor.in 1.membro 6. part.princip.ſub nu.3.* Rot. Rom. diuerſ. *deciſ.104.part.1.* Ludiuic. in *deciſ. Peruſ. 36.in fin.* vbi quod impedimẽtum non excuſat, quando quoquo modo tolli poteſt, Veral.*dec.72. in fin.part.2.* paria enim ſunt quem non eſſe impeditum, & impedimentum tollere potuiſſe. Felin.in *cap.cum inter nu.19.de except.* Crauett.*conſ.327.nu.25.lib.3.*& de communi teſtatur Socc. Iun. in *conſ. 76. nu. 8. lib.1.*

Item probare debet impementum cauſam fuiſſe nõ præſentãdi illa reſcripta, ſiue nõ faciẽdi id, quod agere debebat, hoc eſt quod illud impedimẽtum fuerit cauſa immediata, quod non

Digitized by Google

fecit Innocent. in cap. ex tranſmiſſa, & ibi Felin. *n.7. de præſcript.* Dec. *conſ.* 474. *col.*1. Boer. *deciſ.* 40. *n.* 4. Crauet. *conſ.* 151. *n.* 22. voluit Rot. in vna Toletana parrochial. coram Achil. de Graſſ. & ſic non ſufficit ſimpliciter probare impedimentum, ſed debet probare diligentiam ſuam, ſcilicet, quod diligentiam aliquam adhibuerit pro illo remouendo *l. qui commeatus*, vbi Bar. *ff. de Re mil.* Alex. *conſi.* 40. *lib.* 2. Affl. *deciſ.* 29. Cephal. *conſ.* 304. *nu.* 123. vbi teſtatur de commun: Natta *conſ.* 158. *num.* 6 late Conrad. in *d.l. diffamari C. de ingen. & manumiſ.* & iudicauit Rota Romana in vna Lucana Abbatiæ 16. Martij 1556. coram de Thanis & aliàs vt apud Ludouiſium *deciſ.* 501. vbi aliqua in ma. etia habes.

Quinimò non ſufficit impedimentum probare, quando poſt impedimētum potuiſſet conuenta adimplere, ſi diligentiam adhibuiſſet ad tradita per Veral. in *deciſ. ſut.* 42. *n.* 4. *par.* 2. Medic. in *deciſ.... nu....* vbi etiam quod nō ſufficit impedimentum itineris probare per vnum iter tantū, cum deberet ire per viam magis tutā, licet longiorē, ex Bar. in *l. Imperator ff. de Appellat.* & ibi Imol. idem Bar. in *l. continuus* §. *cum ita ff. de verb. oblig.* vbi ex duabus viis ſecutior eligenda, licet longior, Felin. in *cap. cum olim de except. num.* 6. Franc. in *cap. ex ratione nu.* 9. *de Appellat.* vbi dicit, quod ad hoc vt quis excuſetur debet concurrere impedimentum vtriuſque itineris.

Vbi tamen iſte, qui impetrauit reſcriptum, ſiue gratiam fuiſſet dolo tertij alicuius priuati impeditus præſentare illa iudicibus, quibus dirigebantur, tunc ipſe non releuaretur, ſed habebet recurſum aduerſus illum, qui cauſa impedimenti fuit ad intereſſe. ſi ille eſſet ſoluendo, ad textum in *l. arbitrio* §. *dolo.* vbi DD. *de dol. malo l. dedi.* §. *finali & l. ſed actio ff. ſi quis caut.* Gloſ. in *l. quibus diebus ff. de condit. & demonſtration.* ſi verò ille tertius non eſſet ſoluendo deberet reſtitui impeditus, quia in humanum eſſet, ſi propter alienum dolum vnus lucrum conſequeretur, & alter damnum pateretur, ad textum in *l. ex hoc edicto* §. *plenè ff. de eo per quem fact. erit l. eleganter* §. *dolo ff. de dol. mal.* Gloſ. in *cap. ex ratione* in verbo *impotentiam de appellationibus*, refert, & ſequitur Cardoſ. in *praxi iudic. & aduocatorum* in verbo *impedimentum.*

Quare ex his, & alijs quæ breuitatis gratia in tam arcto tempore, quod cōceſſum fuit, & habita ratione ad dies caniculares aperte patet reſolutio Articuli, quando conceſſiones, ſiuè reſcripta principum, quæ ad iudices diriguntur antequam præſententur ſuum ſortiantur effectum. Datum Neapoli in noſtro Muſæo Neapolitano die 25. Iulij 1615.

Io: Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECTAN. 3009.

Super Gloſ. in cap. grauis de cenſibus.

¶ *Obligatio principalis ſi nulla ſit an nulla erit pariter acceſſoria, quod exemplificatur in fideiuſſore?*

DEſumitur regula ab iſta gloſa, quod exiſtente nulla principali obligatione corruat ſimiliter obligatio acceſſoria, & ad hunc propoſitum eſt adduxit Rota in Bononien. pecuniaria Mercurij 6. Iunij 1607. coram Gregorio XV. tunc Rotæ Auditore.

Vnde infertur obligationem fideiuſſoris eſſe nullam data nullitate obligationis principalis, vt latè conſtat apud Mareſcott. *variar. reſolut. lib.* 2. *capit.* 65. vbi ampliationes, & limitationes ad

nes ad regulam conſtituit cum varijs Rotæ deciſionibus.

Sed notabiliter limita hanc concluſionem non procedere quando fideiuſſor obligat ſe vti principalis, quia in tali caſu ſuſtinetur eius obligatio etiã data nullitate obligationis principalis, Ludouiſius *deciſ.* 560. Seraphin. *deciſ.* 1324. & fuit dictum in Rota in vna Bononien. bonorum 14. Iunij 1608. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Sacrato.

Declara pariter non habere locum vbi adeſſent clauſulæ æquipollentes obligationi vti principali, vid. licet clauſula, omnimeliori modo, interpoſitio iuramenti, obligatio cam. talis, & ſimilia, Seraph. *deciſ.* 1314. Mohedan. *deciſ. 1. de fideiuſſor.*

Declara ſimiliter non procedere, quando obligatio principalis eſt nulla fauore aliquo ſpeciali, qui non militat reſpectu fideiuſſoris, vt voluit Rota *in deciſ.* 418. *inter impreſſ poſt 2. conſil. Farin.* vbi reſpondendo ad concluſionẽ, quod data nullitate contractus principalis corruit obligatio fideiuſſoris, dicit hoc procedere quando contractus de iure communi eſt nullus, ſecus de iure ſpeciali, Gratian. *diſcept. forenſ.* 121. *n.* 14. *&* 15. vbi alias concordantes deciſiones Rotæ cumulat.

COLLECT. 3020.

Super Bal. in proœmio ff. n. 7.

¶ Obſeruantia interpretatiua an debeat eſſe proxima diſpoſitioni? quenam ſit obſeruantia proxima vel remota?

OBſeruantia interpretatiua debet eſſe proxima diſpoſitioni, nec poteſt eſſe remota. h. d. & ita dicit Rota in vna Valentina emolumentorum 24. Octobris 1583. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino, in alia Tiraſon. iuriſpaſcendi 14. Octobr. 1588. coram R.P.D. Bubalo in alia Alexandrina Decanatus 12. Junij 1598. coram R.P.D. Orano Rota *deciſ.* 37. *part.* 2. *diuerſ. & deciſ.* 270. *part.* 1. *in recent.* & fuit dictum in Comen. decimarum 1. Febr. 1618. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato, & in Placentina Canonicatus 3. Junij 1613. coram R.P.D. Pitouano.

Sed pro ornatu quæro quando dicatur remota obſeruantia, & quidem reperio Rotam dixiſſe non dici remotam obſeruantiam, ſi ſit infra quadraginta annos, vt voluit Tiraſonen. Sacriſtiæ 9. Junij 1600. coram R.P.D. Juſto.

Et num obſeruantia remota ſuffragetur quando per prius non venit occaſio faciendi aliquem actum? affirmatiuè Rota in Barchinonen. prioratus 11. Maij 1609. coram R.P.D. Coccino Decano.

Prout illa quoque ſuffragatur, quoties iuuatur aliquo alio adminiculo, quod inducat præſumptionem ſtatus antiqui continuati Rota *deciſ.* 482. *part.* 1. *in recent.*

COLLECT. 3021.

Super l. ſoluendo ff. de Negotiis geſtis.

¶ Actionem negociorum geſtorum habet qui pro alio adimplet obligationem, & ſoluit, quod verè debebat, quid in dotante?

QVando quis adimplet obligationem alterius veluti quoties ſoluit quod alius verè debebat habet actionem negociorum geſtorum contra illum, pro quo ſoluit, & obligationem adimpleuit, & vide text. in *l. cum pecuniam, eod. tit.*

Et in pulchro caſu, quando quis pro honore literarum ſoluit pro alio quantitatem in literis cambij alteri directis contentam, vide Rotam Genuę *deciſ.197.per totam.*

Sed num in dote habeat locum huiuſmodi actio negotiorum geſtorum in fauorem extranei dotantis ad repetendum id, quod pro dote alicuius mulieris ſoluit? Negatiuè reſpondendum eſt, quia in dotando non admittit lex præſumptionem illam geſtionis pro vtilitate, & debito alterius, ſed magis amplectitur aliam præſumptionem voluntatis donandi, vt in *l. vnic.§. accedit C.de rei vxor.actor.* per quam excluditur ius repetendi *l. cum materia ff. de condict.indeb.* ita inquam pulchrè notat Valaſc. *deciſ.127.* addens non eſſe ferendam declarationem, quam ad illum §. *accedit*, tradūt DD. nempe quod non procedat, quando mulier ſic dotata habet patrem obligatum dotare, quia *d.§.accedit*, non diſtinguit, an mulier habeat, vel non habeat patrem, vbicunque eam extraneus dotat, vt præſumatur donatio, vnde ſequitur nec nos diſtinguere debemus, iuxta vulgatum textum in *l.de precio ff. de publiciana in rem actione*, cum latius adductis per Nouarium *forenſ.quaſt.7.lib.1.n.3.& 4.* & ita in terminis noſtris quoque voluit Rota Bononien. apud Barzium *deciſ.101.vbi n.16.* hanc appellat communem Doctorum opinionem.

COLLECT. 3022.

Super Dec.in l.1. num. 52. ff. ſi certum petatur.

§ *Teſtis deponens de fama, & neſciens quid ſit fama an probet?*

ANnuit hic Dec.in ſecunda lectura, quod teſtis deponens de fama, & neſciens quid ſit fama minimè probat.

Et iuxta hanc opinionem ſentit Rota in Januen.iuriſdictionis Mercurij 15.Junij 1607. coram Ludouiſio & in Auenionen. præpoſituræ 15. Maij 1594. coram R.P.D. Litta Rota apud Farinac.poſt 2.lib.conſ.*deciſ.*138.

Bene verum aduertendum eſt, quod quamuis teſtis dicat ſe ignorare, quid ſit fama, tamen ſufficit, quod ex illius verbis colligatur tale factum, ex quo reſultet publica vox, & fama, vt determinauit Rota in Conchen. Cappellaniæ 17. Martij 1609. coram R.P.D. Ottembergo & in Vincen.parochialis 4.Junij 1612.coram eodem.

Quare ſi teſtis deponat, quod publicè dicitur probat famam, etiam ſi dicat ſe ignorare, quid ſit fama, vt tenuit eadem Rota in Maioricen. Sacriſtitiæ 16.Decembris 1602.coram R.P. D.Penia Rota, *deciſ.702.nu.5.part.1. in recent.* iuxta quas Romanæ Rotæ deciſiones ego conſultus reſpondi Illuſtriſſimo, eidemque Reuerendiſſimo Cardinali Sanſeuerino Archiepiſcopo Salernitano, dum ibi caſu reperirer.

COLLECT. 3023.

Super Gloſ.in cap.1.§.ſi quis igitur in verbo Apertiſſimis de exceptionibus in 6.

§ *Obiectiua materia requirit pleniſſimam probationem?*

MAteria obiectiua requirit pleniſſimam probationem, h.d. iſta Gloſa.

Pro cuius concluſionis corroboratione ego adduco plures Rotæ deciſiones, ſcilicet Bellamer. *deciſ.*528. & *deciſ.*561. Mohedan. *deciſ.4.de probation.* Put. *deciſ.6.eod.tit.* Rot. in vna Parmen. Beneficij 10.Decembris 1604. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Sacrato in alia Elnen. Canonicatus

catus 5. Martij 1604. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Lancellotto, in alia Cracouien. illegitimatis 22. Maij 1606. coram eodem Cardinali Sacrato, & tandem in Ciuitat. habitus, ſeu Antianitatis Mercurij 6. Junij 1607. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Ludouiſio tunc temporis Rotæ integerrimo, & Doctiſſimo Auditore, & deinde totius Orbis patre Sanctiſſimo Domino noſtro Gregorio XV.

Ex quibus Romanæ Rotæ deciſionibus hic tibi cumulatis apertè patet Gloſæ huius theoricam fuiſſe ab iſto ſupremo Tribunali Vrbis canonizatam, & ideò iuxta illam quotidie ſcio practicatum fuiſſe, & practicari in Curia Archiepiſcopali huius inſignis, & Nobiliſſimæ ciuitatis Neapolis.

COLLECT. 3024.

Super Butr. in cap. cum Joannes de iur. iurando.

§ *Actio non datur niſi implemento ſequuto.*

ACtio non datur, niſi prius adimpletis adimplendis, quamuis adeſſet impedimentum, quod ſolum excuſet à mora, & pœna, non quod impeditus poſſit agere, h. d.

Tu autem nota pro ornatu, quod implementum habetur pro adimpleto, ſi ex facto partis debeat fieri liquidatio eius, quod debet adimpleri, & non fiat, Rota *deciſ. 493. part. 1. in recent.*

Amplia idem dici de conditione, quæ habetur pro impleta quando per eum, cuius intereſt impleri, fit quominus impleatur, eadem Rota *deciſ. 493. n. 3. in fin. ead. part. 1. in recent.* per textum in *l. iure ciuili ff. de condit. & demonſtr. l. 3. ff. eod. tit. l. hac venditio in princ. ff. de contrah. empt. l. qui operas ff. locati.*

Quare in Curia Archiepiſcopali ſolitum eſt dici, quod ſi aliquis in ius vocatus omnibus modis ſubterfugit, ne lis conteſtetur, vel alio modo morā facit, huiuſmodi fuga cunctatio, mora, dilatio, contumacia, & fruſtratio habetur pro litis conteſtatione, & operatur eoſdem effectus, quos ipſa conteſtatio.

Sicut etiam cum per alium ſtat, quò minus aliquid fiat in eius præiudicium, habetur pro facto ad textum in *l. ſi ideo § præſentis*, & in *l. ſi dictum fuerit §. ſi præſente ff. de euictionibus*, per quas leges ita tenet, & notat Rubin. *deciſ. 409.* vbi ſimiliter aduertit paria eſſe quoad interrumpendam præſcriptionem, quod illa ſit interrupta, vel quod non poſſit interrumpi propter partis contumaciam, ad quod axioma fundandum ego adduco textum in *l. 2. C. vbi in rem actio l. ſed & ſi eos ff. ex quibus cauſis maior. l. electio § ſi is quem*, & ibi *Gloſ. fin. ff. de Noxal. l. conſtitutionibus ff. de actionibus, & obligat.*

Et ſecundum eandem memorat. *deciſ. 409. n. 13. 14. & 15.* notabis abſentem litis cauſa vitandæ, haberi pro præſente, ex textu in *l. qui data* vbi *Gloſ. in verbo litis ff. ex quibus cauſ. maior.*

COLLECT. 3025.

Super Bal. in l. vnica poſt princip. n. 12. ff. vnde vi.

§ *Manutentionis iudicium an procedat ſi articuli concernant titulum?*

PRobat hic Baldus *num. 12. in fine verſ. ſi* autem vterq; probat, quod in iudicio manutentionis articuli concernentes titulum non ſunt omnino impertinentes, & ita dixit Rota apud Ludouiſium *deciſ. 412.*

Sed obiter quæro in hac materia manutentionis num manutentio in

beneficialibus detur abſque productione tituli? affirmatiuè eadem Rota in vna Lucana Cappellæ coram R.P. D.Litta, Rota *deciſ.595. part. 1. diuerſ.* fuit dictum in Parmen. prioratus 20. Junij 1594. coram R.P.D. Penia, & in Gennen. Cappellaniæ 11. Januarij 1619. coram R.P.D. Pamphilio.

Beneuerum, ſi hinc inde concurrerent poſſeſſiones, tunc benè ſuffragaretur titulus, quia poſſeſſio, de cuius titulo conſtaret eſſet præferenda in manutentione, Rota *deciſ. 595. part. 1. diuerſ.* Verall. *deciſ. 386. part. 2.* Ludouiſ. *deciſ. 380.*

Quod tamen intelligas dummodo probationes ſuper poſſeſſione ſint pares, nam ſi conſtat de poſſeſſione anteriori, illa etiam non titulata præfertur poſteriori titulatæ, & hoc procedit etiam in beneficialibus, vt voluit Rota in Lucana Cappellæ 17. Junij 1594. coram R.P.D. Litta.

COLLECT. 3016.

Super Bald. in l. fin. num. 1. C. Arbitr. Tutel.

¶ Confeſſio tutoris facta in inuentario an liget pupillum?

AFfirmat hic Bald. quod confeſſio tutoris ligat pupillum, ſi ſit facta in actu inuentarij, eo quia videtur confeſſio iudicialis, licèt facta ſit per verbum credo, & ita voluerunt Surd. *deciſ.* Rota Mantuæ 17. Ludouiſius *deciſ. 506.* vbi de reſponſione curatoris ad poſitiones, quæ probat aduerſus pupillum Rota *Genuæ deciſ. 119.* Rota *diuerſ. deciſ. 3. part. .... & deciſ. 38. in impreſſ. poſt tract. de Saluian. interdict.* voluit eadem Rota Romana in Romana legati 11. Februarij 1601. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Sacrato.

Amplia hanc cõcluſionem, eò magis procedere vbi huiuſmodi tutoris confeſſio reperitur facta ad probationem veritatis, quo caſu tanto plus afficit minoré, quidquid aliud ſit quando eſſet facta ad illum obligandum, Rubin. *deciſ.* 411. vbi pariter affirmat non eſſe neceſſarium, vt confeſſio tutoris ſit facta cum decreto iudicis, & cum ſolemnitatibus fortè à ſtatuto requiſitis, nam ſufficit tutorem ſeruatis ſeruandis accepiſſe tutelam adimplendo ſingula, quæ de iure, & iuxta formam ſtatuti ſunt neceſſaria in ſuſceptione huiuſmodi oneris, nec requiruntur aliæ ſolemnitates in actibus per eum gerendis.

Amplia quod confeſſio tutoris, quę de iure eſt facienda obligat pupillum, tanquam ſi ab ipſo facta eſſet *l. apud Iulianum §. penult. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur.* Surd. *deciſ.* 297. imo poterit cogi ad perſeuerandum in ea in iudicio, pro ut ita conſultus reſpondi in cauſa Jo. Michaëlis Salernitani cum hæredibus Jo. Jacobi Maluitæ.

COLLECT. 3017.

Super Imol. in cap. in præſentia de probationibus.

¶ Monaſterium nihil acquirit ante profeſſionem ingreſſi in religionem?

ESt in opinione hic Doctor ante profeſſionem nihil acquiri monaſterio per ingreſſum, itaque vita defuncto ingreſſo ad monaſterium abſque teſtamento bona illius proximioribus reſeruantur, & ita Stephan. Durant. *deciſ. 5 ſiue quæſt. 5.*

Cuius opinionis ratio eſt, quia ante profeſſionem nemo dici poteſt monachus, quia non cuculla, ſed profeſſio facit monachũ § pen. de monach. ita quod vouens religionem ingredi, non

non liberatur, niſi profeſſionem emiſerit, quia ingreſſus de iure monaſterium is dicitur, qui profeſſus eſt, ac religionis tria eſſentialia vota emiſit, vt plena manu comprobauimus *lib. 2. dec. Curia Archiepiſc.* 77. vbi firmauimus, quod donata monaſterio ob ingreſſum valent repeti profeſſione non ſecuta, de quo vide pariter Gratian. *deciſ. Rot. Marchia* 42.

Et ad materiam vide eundem Durantum aliàs allegatum *deciſ. ſiue quæſt.* 6. vbi dicit diſpoſita in *Authentica ingreſſi C. de ſacroſanct. eccleſ.* non obſeruari in Regno Franciæ, in quo Religioſi monachi profeſſi non ſuccedunt ab inteſtato parentibus ſuis, & quod ſucceſſiones ab inteſtato petere nõ poſſunt, nec legitimam in bonis parentum, quamuis poſſint teſtamento hæredes inſtitui, & ibi videas pariter additionem, vbi alia reperies.

Et an qui ingreditur monaſterium poſſit aliqua bona retinere, & paciſci cum ſuperiore ſuo, vt ſibi bona quædã retinere liceat, vide eundem *quæſt. ſiue deciſ.* 8. vbi firmat, quod poteſt Abbas conniuentibus oculis permittere monachis bonorum retentionem tanquã peculij adminiſtrationem, ſed nõ poteſt paciſci cum monacho profitente, vt ſibi liceat bona, vel partem retinere.

Et quod Abbas conniuentibus oculis poſſit permittere quod monachus poſſideat, ſed non perpetuò habes apud Franc. *deciſ.* 718. *part.* 4. ſed tu videas diſpoſita per Sacrum Conciliũ Tridentinum *ſeſſ.* 25. *c.* 2. vbi veritatem reperies.

An autem donatio facta monacho ea conditione, vt ad eum, & non ad monaſterium ſpectet, nec poſſit in illa ſuperior ſe intromittere, & eo ſe intromittente amittatur, quæritur acquiratur, Monaſterio, habes reſolutionem in ſequenti diſcurſu edito à I.C. Lucano, in quo veritatem, & ſubſtantialia articuli habebis, qui quidem diſcurſus eſt, vt ſequitur videlicet.

MVltoties occurrit dubitari, an valeat donatio, ſiue legatum factum monacho ea conditione vt ad eum, non autem ad monaſterium pertineat, nec poſſit ſuperior ſe intromittere nec auferre, quod ſi moleſtiam intulerit volens auferre amittatur legatũ.

In cuius articuli reſolutione reperio iuxta morem, DD. in varias iuiſſe ſententias, quando ſola conditio adiicitur, ne legatum, ſiue donatio ad monaſterium ſpectet, nec poſſit prælatus auferre, & quando adiicitur pœna amiſſionis legati contrauenientе prælato, vnde vterque caſus eſt ſeorſum diſputandus.

Quo ad primum, quando ſcilicet ea conditio adiicitur ſunt qui tenent valere legatum, & monaſterio acquiri nulla habita ratione conditionis appoſitæ, vt per Imol. *in l. ſi alienum in princip. n.* 5. *ff. de hared. inſtit.* Corn. Caſtr. & Angel. *in l. quidam* §. *illo m.* 1. *C. de neceſſ. ſeru hared. inſtit.* Caldas *in l. ſi curatorem* in verbo *læſis n.* 47. *C. de in integr. reſtit.* Rimin. *in commen. ſuper inſtit. in tit. per quas perſon. nob. acquir. à n.* 108. *cum ſeq.* Iaſ. *in auth. ingreſſi n.* 37. *&* 39. *C. de ſacroſ. eccleſ.* qui cum Angel. & Imol. *loc. cit.* ait attenta æquitate hortandum eſſe ſuperiorem, vt Monacho vſum illius rei permittat.

Quorum ratio eſt, quia conditio illa eſt turpis tanquam paupertati repugnans, & conditiones turpes adiectæ legatis non vitiant, ſed vitiantur, & proinde illis reiectis valet legatum *l.* 1. §. *ſi quis ita l. ſi quis ita conſtitutus l. quæ ſub conditione l. conditiones quæ, & l. conditiones contra ff. de condit. inſtit.*

Sed ego in cauſa Reuerendi Patris Fratris Marcelli Sanelli in anno 1623. verius putaui legatum ſub prætata

conditione relictum eſſe benignè interpretandum, ita vt eius ſenſus ſit, vt nihil facti pertineat ad monaſterium, ſecus autem de iure, id eſt vt commoditas & vſus, quæ quid facti ſunt pertineant ad monachum ſuperiore permittente, ſed Dominiũ, quod eſt quid iuris ſpectet ad monaſterium, & proinde illud legatũ valebit, ſecutus ſententiam Bart. *in l. ſi alienum in princ. nu. 1. ff. de hæred. inſtit.* Bal. *in l. fin. nu. 5. C. de act. empt.* Abb. *in cap. 2. nu. 8. de ſtat. monach.* Lambert. *de iur. patron. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 10. n. 18.* Pacian. *conſ. 36. n. 74. cum ſeq. tom. 2.* Simon. de Præt. *de interpr. vlti. volunt. lib. 1. interpr. 1. dub. 2. ſolut. 7. n. 13.* Surd. *de alim. priuil. 79. num. 4.* Molin. *de iuſtit. & iur. diſput. 140. col. 9. verſic. ſi aliquid teſtamento tom. 1.* Peregr. *conſ. 53. nu. 21. & ſeq tom. 2.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. li. 4. tit. 5. art. 10. n. 12.* Rodriq. *quæſt. regu. tom. 2. quæſt. 125. art. 2.* vbi cum aliis dicit hoc eſſe verum, quamuis teſtator in ea conditione exprimeret, vt nihil iuris acquiratur monaſterio, quia adhuc, vt diſpoſitio valeat ſunt ea verba intelligenda, vt nihil iuris afferens cõmoditatem, ſeu quoad vſum acquiratur monaſterio, ſecus autẽ quoad dominium.

Quorum ſententia ratione non caret, ſiquidem voluntas teſtatoris ſiue diſponentis, & donantis ſi non poteſt directò debet per indirectum, & omni poſſibili modo ſeruari, & ita explicari, vt habeat effectum, quamuis oporteat verba à propria ſignificatione ad impropriam diſtrahere, vt apud Iaſ. *in l. quoties in ſtipulationibus n. 2. ff. de verb. obli.* Dec. *in l. contrahendo n. 5. ff. de reg. iur.* cum adductis per Menoch. *de præſumpt. lib. 4 præſumpt. 10. num. 10.* imò ſecundum Mantic. qui concordantes cumulat *de coniect. vlt. volunt lib. 3. tit. 5. n. 1.* non ſolũ impropriè accipienda verba, vt actus valeat, ſed etiam cum violentia eſſe interpretanda, igitur cum hæc diſpoſitio nequeat, vt verba iuxta ſuam proprietatem indicant ſeruari, eò quod ſtatui religioſo aduerſetur habere aliquid tanquam proprium, & independenter à ſuperiore, debent intelligi in ſenſu expoſito, quamuis improprientur verba, vt ſic diſpoſitio ſuſtineatur.

Præterea quia in dubio non ſunt interpretanda verba alicui contractui adiecta, itaut eius naturæ repugnent, imo potius iuxta eius naturam *l. ſi vno in princ. ff. locat. l. damni infecti ff. de damno infect.* & verba quamuis ea in ſenſu improprio vſurpare opus ſit, ſunt potius accipienda in eo ſenſu, vt actus valeat, *cap. Abb. de verb. ſign. l. quoties ff. de verb. obl.*

Item, quia verba in diſpoſitionibus ſunt intelligenda iuxta conditionem perſonæ ad quam diriguntur *l. plenum §. equitij ff. de vſu, & habit.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſump. 78. n. 40. & 47.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 1. n. 1.* ergo cum hæc verba dirigantur ad monachum, qui proprietatis prorſus, eſt incapax, & tantum vſum habere poteſt, & hunc quidem ex conſenſu ſuperioris, & ab eo dependenter, verba intelligi debent, vt id legatum obtineat Monachus eo modo, quo poteſt habere, nempe quoad vſum ex ſuperioris permiſſu.

Tandem confert pro corroboratione, quia verborum perplexitas eſt interpretanda ex præſumpta diſponentis voluntate *l. qui quadringenta in princ. ff. ad l. Falcid.* igitur, cum in his verbis perplexitas quædam ſit, & repugnantia, dum indicant aliquid acquirendum Monacho, quod non acquiratur monaſterio, vtique debemus confugere ad præſumptam diſponentis voluntatem, quæ fuit, vt religioſus ille legato, ſiue donatione potiatur omnimodò poſſibili, & ideò, vt hęc voluntas ſuum poſſit ſortiri effectum interpretanda eſt

d x eſt modo prædicto, & ita iudicatem.

Bene verum, ſi ſuperior non intenderet conſentire, vt cōmoditas huius donationis, ſiue legati ad religioſum illum pertineat, tunc legatum ſtatim erit nullum, & ſpectabit ad hæredem deficiente conditione, ſub qua eſt relictum, Cyn. *in l. quoties in fin. C. donat. quæ ſub mod.* Barbat. *in addit. ad Bar. in auth. excipitur. C. de bon. quæ liber.* Roſel. *in ſumma*, in verbo *Abbas n.* 14. Angel. *in ſumma* in verbo *Monaſterium nu.* 3. Armilla *in ſumma* in verbo *Monachus n. fin.* Azor. *inſti. moral. lib.* 1. *tom.* 12. *c.* 10. *quæſt.* 3. nec ſuffinit ſemel conſentire, ſi deinde ſuperior licentiam auferat, ne donatio, ſiue legatū perdatur, quia quamuis regulare ſit ſatis eſſe condemnationem momento impleri, & ſi ſtatim deficiat *l. ſi quis heredem n.* 7. *C. de inſti. & ſubſtit.* hoc tamen bene limitat Iaſon. cum aliis ibi *n.* 24. *limit.* 4. niſi eſſet cōditio, vel diſpoſitio habens tractum ſucceſſiuum, vt ſi quis commoretur cū Ioan. tunc enim non ſufficit momentaneum implementum, at hæc conditio eſt huiuſmodi ex præſumpta teſtātis, aut donantis voluntate, quæ fuit, vt religioſus ille ſemper haberet vſum, & commoditatem illius rei, cui minime ſatisfacit non perſeuerante ſuperioris conſenſu.

Crediderim tamen religioſum illū conſentire poſſe vt vſus illius legati ſit prorſus monaſterij, quia cum ea reſeruatio fuerit in ipſius fauorem inducta, poteſt ipſe cedere fauori ſuo *l. ſi quis in conſcribendo Cod. de pact.* immo & ſi teſtator adiecerit pœnam, vt ſi monaſterium ſe intermiſerit pertineant ea bona ad quēdam tertium, & eſto pœna valida ſit, poteſt monaſterium ex illius religioſi conſenſu ea bona capere nullam incurrendo pœnam, quia pœna illa non fauore ſubſtituti, ſed ipſius monachi adiecta eſt, quod ſi opponamus monachum tranſtuliſſe omnem ſuam voluntatem in Abbatem ſiue ſuperiorē ac proinde videri inde inferri eſſe voluntatē ipſius ſolius Abbatis ſiue ſuperioris, velit nolit monachus, reſpondetur id non eſſe verum de perſonali monachi voluntate qualis eſt hæc, ſicut nec poteſtas executoris teſtamenti conceſſa monacho tranſit in monaſterium, vt diximus, atque hæc omnia latius probans, & diluens contraria tradit Bal. in *ſuis qq. diſp. nota. quæ.* 12. atq; idem credo & ſi ea cōditio apponatur non per modū pœnæ, ſed per modū taxationis temporis, vt lego donec ſuperior auferat; quia adhuc eſt in ipſius fauorem, nec ſuperior dicitur auferre, aut moleſtiam inferre quando ipſe ſubditus ſua ſponte dat.

Quando autem teſtator declararet ſe velle, vt id legatum omninò quoad dominium pertineat ad monachum, & nullatenus ad monaſterium, quidā cenſent id legatum prorſus vitiari, & irritum eſſe, vt fuerunt Bart. *in d. auth. excipitur*, & ibi Angel. *n.* 2. Caſtr. *in l. Lucius Titius §. Tres heredes n.* 4 *ff. ad Trebell.* Molin. *de iuſt. & iur. d. diſp.* 140. cum aliis recentioribus ſuperius citatis.

Et ducuntur ex *l. vbi pugnantia ff. de regul. iur.* Ibi vbi pugnantia inſereri teſtamento inueniuntur, neutrum ratum eſt. Idem habetur *in l. ſi Titius ff. de condit inſtit.* at in hoc legato pugnantia inueniuntur, quia contrarium eſt, vt tale legatum monaſterio acquiratur ex text. *in auth. ingreſſi C. de ſacroſ. eccleſ.* & contrarium eſt etiam, ne monaſterio acquiratur, quæ inter ſe repugnant.

Sed ego verius eſſe puto prælatum legatum valere, acquirique monaſterio reiecta ea conditione tanquā turpi, vt per Bal. *in ca. clerici in fin. de iud.* Cald. *in d. l. ſi curatorem* in verb. *læſis C. de in integr. reſtit. cum aliis recentioribus.*

Digitized by Google

Nec obſtat ratio contraria, quia tex. *in l. vbi pugnantia* iuxta mentem Gloſ. in *l. Titius* in verbo *inutilem ff. de condit. inſtit.* intelligitur, quoties verba ſunt ita pugnantia, vt ob verborum perplexitatem ſe inuicem impediant, ſecus vbi eſſet impoſſibilitas de iure, aut ex natura, tunc enim reiecta conditione valeret inſtitutio, ſed in hoc legato nulla ſimilis eſt verborum perplexitas, ſed ſola impoſſibilitas ex iure, quo attento nihil acquiri poteſt monacho, cuius proprietas non acquiratur monaſterio, & legatum non eſt abſolutũ, ſed ſub conditione ne acquiratur monaſterio, quare nulla eſt in contradictio, ſed tantum iuris impoſſibilitas, quæ vitiatur, & non vitiat legatum.

Quo verò ad ſecundum caſum, ſiue Articulum, quando ſcilicet teſtator vltra procedit apponendo pœnam, vt ſi diſponat, vt id legatum non ad monaſterium, ſed ad monachum ſpectet, & non conſentiente ſuperiore id pertineat ad quendam extraneum.

In cuius reſolutione ſunt qui tenent legatum valere, & pertinere ad monaſterium reiecta illa pœna, vt fuerunt Bar. *in d. l. Lucius Titius §. tres heredes n. 3. ff. ad Trebell.* & ibi Cuman. *n. 6.* Cæpol. *cautel. 252. num. 2.* Cordub. *in ſua ſumma quæſt. 154.* Gualdent. *de art. teſtandi tit. 5. cautel. 63 n. 1.* Galganet. *de condit. & demonſtrat. part. 2. caſ. 51. quæſt. 21. conſ. 7. vſque ad finem*, Cuccus *lib. 3. inſtit. maior. tit. 1. n. 114.*

Et huius opinionis ratio eſt, quia adiectio pœnæ actui interdicto eſt ipſo iure nulla, atq; ea reiecta ideo valet legatum *l. vnic. in fin. C. de his qua pœn. nom. relinq.* Ibi (quod ſi aliquid facere, vel legibus interdictum, vel alias probroſum, vel etiam impoſſibile iuſſus aliquis eorum fuerit, tunc ſine vllo damno, etiam neglecto teſtatoris præcepto ſeruabitur.)

Sed verius eſt valere pœnam, & ideo ſuperiore non conſentiente amitti legatum, & pertinere ad ſubſtitutum, vt apud Gloſ. *in d. l. Lucius Titius §. tres heredes* in verbo *de omni*, Archid. *in cap. quia ingredientibus n. 3. 19. quæſt. 3.* vbi etiam Bellam. *n. 3.* Graff. *in deciſ. Aur. part. 1. lib. 3. c. 5. n. 41.*

Et ratio quidem eſt in promptu, quia talis conditio intelligitur modo licito, vt ſcilicet prælatus conſentiat monachum illum habere vſum illius legati monaſterio retinente dominiũ, atque adeo pœna amiſſionis legati monaſterio retinente dominium, atq; adeò pœna amiſſionis legati non conſentiente ſuperiore adiicitur actui licito, cur ergo non valebit?

Verum ad effugiendas has contradictiones vterer tutiſſima cautela, vt res donetur, aut legetur monacho, quouſque ſuperior ei vſum illius permiſerit, & ex eo tempore, quo non permiſerit amittatur legatum illud, vel donatio, vt apud Bal. *in d. l. vnic. C. de caduc. tollend.* Nauar. *in conſ. 1. de regul. lib. 3.* Cordub. *in ſumma quæſt. 54. fol. mihi 142. verſ. lo ſegundo dize*, Gambar. *ad author. legat. de later. libr. 6. numer. 260.* Rodriq. *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 125. artic. 3.*

Et licet præfatam cautelam neget Cuman. *in d. l. Lucius Titius §. tres heredes num. 8 ff. ad Trebell.* & D. Regens Tapia *in d. auth. ingreſſi* in verbo *ipſo ingreſſu C. de ſacroſ. eccleſ. cap. 3. num. fin.* dicentes perinde eſſe, ac ſi per modum pœnæ adduceretur, & ſic valeret legatum in perpetuum acquiritur monaſterio, & ſi ſuperior non permittat, monachum eo vti.

Tamen ego dico omninò obſeruãdam eſſe, & tamdiù bona monachus retinebit, quamdiu ſuperior permiſerit, perdetur que legatum, ſiue donatio à tempore contradictionis.

Ratio

Digitized by Google

Ratio autem eſt, quia non cadit hic alicuius pœnæ impoſitio, ſed quædam legati, ſiue donationis obtinendi à monacho taxatio, nec continent aliquid turpe, cum religioſus ille, quoad ſolum vſum, & tempore ſolo, quo ſuperior permiſerit obtenturus ſit donationem, ſiue legatum illud, & poſſit ſuperior reuocare perdendo legatum, ſiue donationem.

Et meritò prædicti DD. tradunt amitti legatum à tempore cõtradictionis, nam quoties aliquid legatur, vel donatur per verba denotantia principaliter tempus, & ſecundariò conditionem, vt donec, vel quouſque, vel dum legatarius vel donatarius hoc fecerit, ſi contraueniatur conditioni, ſoli fructus in poſterum accipiendi amittuntur *l. qui concubinam §. vxori ff. de leg. 3.* vbi ſcribentes Mantic. alios cumulans *de coniectur. vlt. lib. 11. tit. 19. n. 22.* Peregr. *de fideicommiſſ art. 16. n. 144.*

Sed difficultas oritur, an id legatũ, ſiue donatio extinguatur, quando ſuperior non contradicit vſui illius monachi reſpectu fructuum deinceps acquirendorum, ſed ſolos fructus perceptos monacho aufert, videtur enim ex tunc extingui legatum, ſiue donatio, cum ex tunc moleſtiam inferat ſuperior, nec permittat vſum monacho, ac proinde finiatur tempus legati.

Cæterum cum caſus accidiſſet in perſonam Reuerendi Fratris Theophili de Salamanca, requiſitus de voto deſcendi in contrariam ſententiam nõ extingui ſcilicet legatum, motus ex eo, quia cum hæ conditiones odioſæ ſint tanquam tendentes ad perfectã paupertatis religioſæ diminutionem, & reſtringendam facultatem ſuperiorũ in res à monacho poſſeſſas, omninò debent reſtringi, & proinde illa temporis limitatio, quouſque ſuperior contradicat eſt intelligenda de fructibus in poſterum percipiendis, non autem de iam perceptis, cum adhuc teſtatoris voluntati ſatisfiat, ſiquidem relinquitur monacho illi facultas in poſterum potiendi fructibus illis: quæ tamen ſententia intelligenda eſt cum grano ſalis, niſi ſcilicet in fraudem voluntatis teſtatoris velit ſuperior permittere acquiſitionem monacho, vt ſemper, & ſtatim ac res acquiſita ſit ei illam auferat, quia tunc per indirectũ contraueniret voluntati teſtatoris, & ſic amitteretur legatum, ſiue donatio, quæ quidem fraus vtique apparebit ſi ſuperior ipſe vltra duas vices id egerit.

Et hæc breui manu ſufficiat adduxiſſe pro reſolutione. Datum Neapol. die 23. Junij 1614.

Jo. Maria Nouarius I. C. Lucanus.

COLLECT. 3028.

Super Bal. in cap. licet de ſupplenda negligentia prælat.

¶ *Tempus determinatum an recipiat functionem alterius temporis?*

Dicit hic Baldus *ſub num. 2. verſic. tu dic contra,* quod tempus determinato modo prolatum non recipit functionem alterius temporis, de quo dicto habes text. in *l. ſi vſuſfructus mihi in biennium ff. de vſufructu legato*, vbi hoc probatur axioma, & ita voluit Rota in vna Senogallien. fideicommiſſi Veneris 16. Nouembris 1607. coram Ludouiſio, deinde ſummo Pontifice optimo maximo.

Et quod tempus determinatè prolatum alterius temporis minimè recipiat functionem notat Rubin. *deciſ. 513.* vbi etiam affirmat, quod verbum præſentis temporis regulariter non importat futurum, ſicuti è contra, nec etiam futurum regulariter includit

præſens, vel præteritum, quod etiam animaduertit Rota apud Ludouiſium in allegata Senogallien. fideicommiſſi, vbi principaliter firmatur ſubſtitutionem ſub vno tempore factam, ad aliud tempus non trahi, etiam ſi ſit vulgaris, & directa, & ſubſtitutio concepta in caſu homicidij in futurum patrandi, nam habet locum reſpectu homicidij, iam de tempore factæ ſubſtitutionis commiſſi.

COLLECT. 3029.

Super Bar. in l. eos num. 6. C. ad l. Cornel. de falſ.

¶ Teſtes repetiti an ſufficiat quod ſe referant ad primum examen?

NOtat hic Bartolus ſufficere, quod teſtis in repetitione ſe referat ad primum examen, & ita dixit Verall. *deciſ.* 337 *lib.* 1. *in manuſcript.* voluitque Rota in Toletana penſionis 17. Nouembris 1567. & in alia Calaguritana matrimonij 24. Nouembris 1575. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino, & vide eundem Verall. *deciſ.* 247. *part.* 3. Rot. diuerſ. *deciſ.* 430. *part.* 1. vbi teſtatur hanc opinionem ſæpius Rotã ſecutam fuiſſe, & ita determinauit eadem Rota in Conchen. Cappellaniæ 17. Martij 1608. coram R.P.D. Ottembergo, & late in Carthaginen. Canonicatus 16. Januarij 1609. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & in Toletana hæreditatis 6. Junij 1618. coram R.P.D. Andrea.

Quare non eſt attendenda *dec.* 720. *num.* 4. *part.* 2. *in recent.* dum ibi dicitur, quod teſtes de nouo examinandi non debent ſe referre ad primũ examẽ, ſed quod explicitè, & per extenſum debeant deponere abſque relatione ad primum examen.

Notabis tamen, quod teſtes non probant, niſi repetantur, vt pluries in Rota deciſum fuiſſe teſtatur Farinac. *in ſuo tract. de teſtibus quæſt.* 73. *ſub nu.* 6. vbi amplè hanc tractat materiam, & idem aliàs tenuit Rota apud Seraphin. *deciſ.* 702. *n.* 4. & in omnibus Tribunalibus orbis ſeruatur.

COLLECT. 3030.

Super l. nihil §. fructus ff. de leg. 1.

¶ Legatarius an, & quando teneatur ſtare colono?

COlligunt regulam Doctores ab iſto text. quod legatarius, cui aliqua res legata fuit non teneatur ſtare coloniæ, ita quod colonum expellere poſſe firmant communi voce Doctores.

Tu autem vide Surdum *deciſ.* 172. *ſub n.* 7. vbi videtur tenere contrarium, quod fulciri poteſt ea ratione, quia teſtator ſemper cenſetur legare ius, quod habet ad tex. *in l. ſi domus* §. *fin. ff. de leg.* 1. vnde hac ratione præſumitur teſtatorem voluiſſe reſeruare ius coloni, & conductoris.

Verum ego in cauſa mihi commiſſa à quodam Reuerendiſſimo antiſtite regni nolui recedere à firmata opinione, ea ratione, quia legatarius dicitur ſucceſſor voluntarius, & ſingularis, & ideo ſecundum regulas iuris non tenetur ſtare colono.

Quamuis in eadem cauſa dicebam ſecus eſſe, quotieſcunque defunctus pro obſeruantia contractus obligaſſet omnia bona ſua, quia in tali caſu colonus diceretur habere ius reale in re, ita vt à legatario non poſſet in huiuſmodi caſu expelli, vt in terminis obſeruat Rubin. *deciſ.* 412. vbi idem eſſe dicit, quando teſtator legaſſet fundũ ſaluo iure coloni, quia in tali caſu dicit ipſe legatarium debere ſtare colono.

Sed

Sed generaliter quando quis teneatur ſtare colono ad ornatum text. *in l. emptorem*, C. *locati*, late declarat Nouar. *forenſ. quæſt.* 62. *part.* 1. vbi ſpecialiter tractat, num reëmens domū, quam vendiderat cum pacto de retrouendendo, ſi illa reperiatur locata, an teneatur ſtare locationi?

Et proprietarius finito vſufructu an teneatur ſtare locationi, vbi vſufructus eſt in re, quæ de ſui natura non affert fructum niſi ſingulo triennio declarat. Idem Author *quæſt.* 95. *eod. lib.* 1. vbi deciſionem factam ab ipſo reperies.

COLLECT. 3031.

Super B[illegible]. in l. 3. c. editores num. 14. C. de pignoribus.

¶ *Pactum vt poßit capi poſſeßio authoritate propria propter canonem non ſolutum quando poßit exerceri?*

Firmat hic Bart. *nu.* 14. *&* 15. *quæſt.* 3. *principali* quod pactum, vt poſſit capi poſſeſſio propria authoritate propter alienationem ſeu canonem non ſolutum, non poteſt exerceri, niſi præcedat liquidatio cum citatione, & ita terminis reſoluit Rota in Cæſenaten. ſpolij 22. Junij 1552. coram Illuſtriſſimo Cardin. Mantica, vt in eius deciſ. 194. in Bononien. pecuniaria 14. Aprilis 1603. coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, vt *in deciſ.* 85. *part.* 2. *in recent.* in Mantuana bonorum 14. Maij 1612. coram R.P.D. Vbaldo, vt *in deciſ.* 409. *part.* 1. *in recent.* vbi etiam allegatur deciſio in Bononien. de Canalibus 11. Januarij 1612. coram R.P.D. Pamphilio.

Amplia idem dici de compenſatione, nam quamuis aliquis habeat facultatem propria authoritate compenſandi, quod ſibi debetur cum eo, quod ipſe debet, tamen hoc non procedit, niſi in debito liquido, vt fuit dictum in noſtra Curia Archiepiſcopali per text. *in l. fin. C. de compenſ.* vbi idem procedere aſſerebatur in hæreditate, cuius aditio fieri non poteſt, ſi dubitetur de viribus teſtamenti *l. ſed, & ſi de ſua ff. de acquir. hæred. l. cum ſalarium ff. eod. tit.*

Notabis tamen, id quod in facto pro cautela adhibui ad effectum, vt quis poſſit ingredi poſſeſſionem etiam non liquidato negotio, nempe quod dicatur expreſsè in conuentione, vt liceat ingredi poſſeſſionem, & eam retinere ante aliquam declarationem, ſeu liquidationem pro dicta quantitate, ſeu pro alia, quæ apparebit ipſum debitorem teneri ex cauſa præmiſſa, & ſecundum hoc valebit ingreſſus nullo liquidato negotio.

COLLECT. 3032.

Super l. eius qui ff. ſi certum petatur.

¶ *Solutio facta non habenti facultatem recipiendi an, & quando liberet ſoluentem?*

DOctores vna voce hic firmant quod ſolutio facta non habenti facultatem recipiendi minimè liberat, ad quod vide pariter text. *in l. ſi ex pluribus* §. 1. *ff. de ſolut. l.* 1. §. *ante omnia ff. de pact.* cum alijs iuribus, & authoritatibus adductis per Surd. *deciſ.* 60.

Amplia, quod talis ſolutio non liberat ſoluentes quamuis eſſet facta de mandato iudicis, niſi antequam ſolueret denunciaſſeret, qui inhiberat ne ſolueret, Rota *deciſ.* 298. *& deciſ.* 345. *part.* 1 *in recent.*

Amplia, quòd ſoluens hæredi non facta perquiſitione, cum quibus conditionibus ſit hæres neq; liberatur Franc. *deciſ.* 206.

Digitized by Google

COLLECT. 3033.

Super l. is qui reus vbi Bar. nu. 16. ff. de public. iudic.

¶ *Cauſa criminali pendente an, & quando ſuperſedeatur in ciuili?*

MEmini me pluries ſcripſiſſe circa concluſionem, de qua firmat hic Bar. an pendente cauſa criminali ſit ſuperſedendum in ciuili, hic tamen aliqua noua, & pulchriora notabis, vnde firma concluſionem quod pendente cauſa criminali ſit ſuperſedendum in ciuili, vt hic.

Limita primò, vt non obſtante dicta litis pendentia non impediatur, quin poſſit procedi in ciuili vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè Gram. *deciſ.* 60. *n.* 23. Capic. *deciſ.* 25.

Limita ſecundò præfatam concluſionem non procedere ſi cauſa criminalis eſſet mota contra aliam perſonam, qua principalem cauſæ ciuilis Affl. *deciſ.* 229. *Maceraten. lib.* 3. *var. reſolu. deciſ.* 1.

Limita tertiò, vt vera ſit concluſio quando ius totius cauſæ conſiſtit in teſtibus accuſatis de falſo aliàs ſecus, vt per Affliꝺ. *loc. cit.* Peregrin. *deciſ.* 295. *li.* 2. *diuerſ.* & quando dicatur ius totius cauſæ conſiſtere in teſtibus accuſatis de falſo, vide Rot. diuerſ. *deciſ.* 206. *part.* 2.

Limita quartò quando cauſa criminalis non eſſet præiudicialis ciuili, tunc enim non eſt ſuperſedendum in ciuili, vt pluries cenſuit Rot. Rom. teſtatur Rot. diuerſ. *loc. cit.* & habetur late per Put. *deciſ.* 99. *lib.* 1. Peregrin. *deciſ.* 143. *lib.* 2. & cenſuit ſimiliter eadem Rot. Rom. 4. Maij 1584. coram Robuſterio, & vide nonnulla in hac materia per Dominos de Rot. *in deciſ.* 19. *de teſtib. in nou.*

Et nota quod falſitatis quæſtio non impedit cauſæ principalis expeditionem, niſi conſtet ex eiſdem actis, vt in regno noſtro Neapolitano cautum eſt *per pragmaticam ſecundam* incipientem *cum frequentius*, &c. *Rubrica de falſis*, ad cuius ornatum vide Afciam *deciſ. Barenſ.* 61.

Sed num iudicium criminale vſurarum impediatur per iudicium ciuile, declarat Marti *deciſ. Rota Piſana* 52. de quo meminit Nouar. *in allegata pragm.* 2. *de falſis*, vbi alia habes cumulata concernentia hanc materiam, quæ per te videre poteris, necnon videas Maſtr. *deciſ. Sicil.* 220. *part.* 3.

COLLECT. 3034.

Super Bal. in l. ſi quis nu. 4. C. de relationibus.

¶ *Commiſſio impetrata poſt litem conteſtatam quando valeat?*

NOtat hic Baldus *num.* 4. *in verſic. extra dubitatur*, quod poſt litem conteſtatam commiſſio impetrata minimè valet, niſi in ſpecie fuerit facta mentio de proceſſu coram alio iudice inchoato.

Vnde venit dicendum, quod ſi lis nondum ſit cōteſtata commiſſionem valere, quamuis in ſupplicatione non reperiretur facta mentio de proceſſu alibi inchoato, vt apud Berlicchium *deciſ.* 129. vbi affirmauit quod antè litem conteſtatam cauſa non eſt in aliquo ſtatu, imo nec dici poteſt iudiciū cœptum Guid. Pap. *deciſ.* 421. & ideò iure optimo, quando lis non reperitur conteſtata commiſſio valere debet, licèt in ſupplicatione non ſit facta mentio de proceſſu alibi inchoato, & de lite in alio tribunali incepta, prout ita conſului in anno 1625. ad fauorem Iacobi A ell. Siluſtj contra Marcum Antonium Solluſan Neapolitanum, & ite-

& iterum in cauſa Marci Aurelij Belliſo contra Honofrium Capiloſtam. Terræ Barij in anno 1626.

COLLECT. 3035.

Super conſtit. Regni aduocatos in titulo de præſtat. Sacrament. ab aduocat.

¶ *Clerici in quibus cauſis poſſunt patrocinari?*

DIſponitur hic, quod clerici poſſunt patrocinari pro cauſis ſuis proprijs, conſanguineorum, vel miſerabilium perſonarum, vel Affinium; Item in cauſis eccleſiarum, vel miſerabilium perſonarum.

Hæc conſtitutio regni dat limitationem ad iura in *c. 1. & fin. de poſtul. cap. prolatum 88. diſtinct. cap. denique 14. quæſt. 5.* in quibus probatur regula, vt clerici nequeant eſſe procuratores iudiciales Laicorum.

Cuius concluſionis ratio eſt, quia eſſet opprobrium, & dedecus clericalis dignitatis, quæ fuit conſtituta de iure diuino, ſi clerici ſe ingererent diſceptationibus forenſibus, vt notat Rubi. *deciſ. 413.* vbi dicit quod clerici talem profeſſionem facientes poſſent excõmunicari ab eorum ordinarijs, quamuis notet vlterius poſſe pro miſerabilibus perſonis non ſolum procuratoris, ſed etiam aduocati officio fungi, allegat text. in *cap. omnibus 4. quæſt 6.* & ita Nouar. *in tract. de priuileg. miſerab. perſonarum priuil. 88.* vbi teſtatur ſe in facto de Anno 1641. in Curia epiſcopali Strangulen. ex uſaſſe quemdam ſacerdotem, qui negotia, & lites quorundam pupillorum defendendo aduocati officio functus fuerat, & vide eundem *priuileg. 85.* vbi plena manu comprobat opinionem, quod monachi, & religioſi munus aduocati, & procuratoris ſubire cogantur in cauſis miſerabilium perſonarum ad limitationem text. *in cap. monachi il ſecondo 16. quæſt. 1.*

Notabis tamẽ, & tene menti, quod licèt Regulariter, vt ſupra ſuppoſitum fuit, clericis interdictum ſit exercere munus procuratoris in foro iudiciali laicali, tamen ſi de facto reperiantur conſtituti procuratores, geſta per eos, vti tales, & ſic tanquam procuratores benè valebunt, ſi hoc à parte non opponatur, vt communi calculo reperio à Doctoribus noſtris receptum; & vide Caſtillum *deciſ. Rotæ Siciliæ 113.* vbi habes reſolutum articulum, & ita ad meam conſultationem obſeruauit Curia Nolana in anno 1623. dum caſus accidiſſet.

Sed num ſententia dicatur nulla, quando comparuit clericus exercendo officium procuratoris modernè declarat Maſtrillus *deciſ. eiuſdem Rotæ Siciliæ 306. part. 4.* vbi in fine dicit deciſam de anno 1615. eſſe validam ſententiam interlocutoriam latam in fauorẽ Fabric.j Percolli, non obſtante, quod pro eo comparuerat Rener. Cęſar Percolla Sacerdos, qui tamen erat conſanguineus, vt ſupponitur in deciſione.

COLLECT. 3036.

Super Bart. in l. amplius n. 8. ff. rem ratam haber.

¶ *Compenſatio an, & quando vim ſolutionis habeat?*

AFfirmat hic Bartolus, id quod diſpoſitum eſt *in l. ſi debitor verſic nihil intereſt. ff. qui potior in pign. hab.* ſcilicet quod compenſatio vicem ſolutionis obtinet, de quo pariter vide text. *in l. ſi pecunia §. 1. ff. de ſtat. liber.* & ita dixit Rota in Mutinen. Canonicatus Mercurij 28. Nouemb. 1607. coram Ludouiſio,

Digitized by Google

vbi reſolutum, quod opponens compenſationem dicatur ſatisfacere clauſulæ parito iudicato ea ratione, quia compenſatio habet vim ſolutionis.

In contrarium tamen, quod ſcilicet per compenſationem non ſit ſatisfactum dictæ clauſulæ parito iudicato, ex eo quia talis clauſula requirit realē paritionem, tenuit Roto in Romana de Ruſticuccis 7. Junij 1619. coram R. P. D. Remboldo, vbi enim requiritur vera ſolutio non admittitur compenſatio, & ideo, quia ad effectum acquirendi quaſi poſſeſſionem exigendi requiritur vera ſolutio, non ſufficit compenſatio, Rota *deciſ.* 389. *part.* 1. *diuerſ.*

COLLECT. 3037.

Super Jaſ. in l. fin. num. 49. C. de iure emphyteotic.

¶ *Laudemium an debeatur quando fundus in dotem datus ſit?*

INdiſtinctè tenet hic Jaſon. Laudemium deberi fundo dato in dotem.

Tu autem pro veritate indaganda diſtinguas, quod ſi fundus à patre detur in dotem æſtimatus æſtimatione, quæ facit emptionem laudemium debetur, & ſecus ſi inæſtimatus detur, vel ea æſtimatione, quæ non faciat emptionem, & venditionem, ita nouiſſimè Franciſcus Stephanus *deciſ. Rot. Aquenſ.* 10. vbi tamen principaliter tractat, ſi laudemium de fructibus legitimæ debeatur, & firmat quod ſicuti de legitima non debetur, ita neque de fructibus ipſius, ſicque deciſum refert die 5. Aprilis in anno 1592. ſe præſide, & commiſſario cauſæ D. Chriſtophori à Foreſta, & meritò quidem, nam eadē ratio legitimæ, & fructuum eſſe debet, quia legitimæ fructus vti pars ipſius iudicantur, vt teſtatur Nouarius *forenſ. quæſt. ſiue deciſ.* 45. *n.* 12. *part.* 1. Amat. *conſ. deciſ.* 39. vbi latè hanc comprobat ſententiam, prout fructus eſſe partē fundi notauit Affl. ct. *deciſ.* 20. *nu.* 2. & poſt eum memorat Nouar. *forenſ. quæſt.* 31. *n.* 11. *part.* 1. quo in loco affirmat, quod ſicuti directus dominus præfertur in re emphyteoticaria, cuicunque emere volenti ex *l. fin. C. de iur. emphyt.* & iuxta tradita per Oſa c m *deciſ. Pedemont.* 156. Franc. Marc. *deciſ.* 578. *part.* 1. Mogon. *deciſ. Florent.* 100. ita ſimiliter præferri debet aliis emere volentibus fructus, qui percipiuntur à ſuo prædio, quod conceſſit in emphyteuſim, & ita deciſum refert in quadam curia inferiori.

Et ex diuiſione inter fratres num debeatur laudemium declarat idem Franciſc. Stephan. *deciſ. Rot. Aquenſ.* 30. vbi varias recitat opiniones, ſed opinio negatiua eſt verior vide pariter Guid. Pap. *deciſ.* 48.

Alia autem in hac materia habes in reliquis collectaneis, vbi videre poteris, quando caſus in facto tibi euenier.

COLLECT. 3038.

Super Bart. in l. fin. de ſentent. ex breu. recit.

¶ *Sententia à quo ſit formanda, & ſcribenda.*

BArt. hic, & alij etiam ponunt formam ſententiæ ſcilicet, vt ſcribatur ab actorum magiſtro, & ſubſcribatur à iudice, ac publicè legatur, & pronuncietur, de quo vide etiam *clem. ſæpe in verſ. in ſcriptis*, vbi DD. *de verb. ſignif.* & ita D. Regens de Tapia Marchio Belmontis *in deciſ. ſupremi Senatus Italiæ* 12. *n.* 5. vbi principaliter tractat ſi ſententia poſſit formari ex votis iudicibus alterius Tribunalis, & deciſum refert vota illa eſſe remittenda ad illoſmet iudices, qui ea protulerunt, vt ex illis formaretur, & publicaretur ſententia, ea ta-

Digitized by Google

ex ratione, quia iudices, qui vocauerunt debent formare ſententiam, & non alij.

Sed num appellari poſſit ſententia, illa quæ non eſt redacta ad formam iuris? negatiuè Franc. *deciſion.* 185. & nota quod ſi omittatur forma ſuperius tradita in ſententia, illa erit nulla, ad text. *in l.* 2. *&* 3. *C. de ſent. ex breu. recit. cap. fin. de re iudic. in* 6. per quæ iura ita fuit dictum quandoque in Curia Archiepiſcopali.

COLLECT. 3039.

Super Alexand. in l. 1. ff. ſi certum petatur.

¶ *Fideiuſſor an nomine debitoris contineatur? & an in eo locum habeant diſpoſitiones loquentes de debitoribus?*

INter alia, quæ hic reponit iſte Doctor, docet quod fideiuſſor appellatione debitoris venit, & ita reperio tenere Franc. Marc. *deciſ. Senat. Delphin.* 340. & Cacher. *deciſ. Rot. Pedem.* 2. *n.* 9.

Quare diſpoſitionem text. in *l. Teſtium, C. de teſtib.* loquentem de debitoribus extendi quoque ad fideiuſſores, ita quod ſicut debitor poteſt probare ſolutionem debiti in ſcriptis per quinque teſtes, ita, & pariter fideiuſſorem poſſe taliter probare diximus in Curia Archiepiſcopali, tempore quo opponebatur quendam fideiuſſorem non ſoluiſſe, & conſequenter excipiebatur, quod non potuiſſet agere iuxta vulgatam *deciſ. Aſſl.* 241. quam ſequuntur Franc. Marc. *deciſ. Senat. Delph.* 398. *tom.* 1. & Franc. *deciſ.* 414. vbi limitationes, & ampliationes ad regulam habes, nam cum probaret ſolutionem quinque teſtibus, fuit dictum non eſſe arcendum à iudicio, tanquam habentem legitimam perſonam comparendi, & ſtandi in illo, & proinde fuit reiecta exceptio propoſita ab aduerſario, pro quo fideiuſſerat.

COLLECT. 3040.

Super Gloſ. in cap. ſi capitulo de conceſſ. præbend. in 6.

¶ *Collegium, capitulum, & vniuerſitas an, & quando ſint collegialiter citandi?*

GLoſa hæc in verbo factum, eſt in opinione collegium capitulum, & vniuerſitatem eſſe citanda collegialiter, & capitulariter: & ita voluit Rota in vna Lauden. deuolutionis 25. Maij 1594. coram R.P.D. Pacen. & in vna Nouarien. decimarum coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & in Mediolanen. decurſus aquarum Lunæ 20. Februarij 1612. coram R.P.D. Ludouiſio deinde optimo Pontifice Gregorio XV. Seraph. *deciſ.* 116. *n.* 1. vbi fuit dictum quod intimatio executorialium facta quibuſdam Canonicis non capitulariter congregatis non afficiebat capitulum, quod idem etiam tenuit Rota in Terdunen. bonorum 15. Decembris 1614. coram R.P.D. Manzanedo, & in Auximana vnionis 3. Iunij 1617. coram R.P.D. Manzanedo vbi citatio fuerit executa contra canonicos, qui erant in Platea, & Rota dixit non cenſeri capitulum legitimè citatum, ſi tamen vniuerſitas nollet congregari fieri debet inſtantia apud eum, qui habet facultatem congregandi, & tunc ſi non congregetur valet citatio, etiam non collegialiter facta, vt dixit Rota in dicta Terdun. bonorum coram R.P.D. Manzanedo per gloſ. *in dicto cap. ſi capitulum* in verbo *factum, de conceſſione præbend. in* 6. prout regulariter ille, qui præſtat impedimentũ quin legitimè citetur, puta latitando, vel alio modo ſufficit quomodocumque

Digitized by Google

illum citare, & habetur in ſui præiudicium pro legitimè citato, Rota *deciſ.* 15. *de iudic.* Creſcent. *deciſ.* 18. *de ſententia, & re iudicata* Seraph. *deciſ.* 1094. fuit dictum in Corduben. Archidiaconatus 27. Octobris 1606. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato.

COLLECT. 3041.

Super l. ſciant, C. de iis, qui ex public. Ratiocin.

§ *Pecuniæ fiſcales abſque principis licentia an mutuo accipi poſſint? & quæ pœna imponatur?*

IN hoc text. apponitur pœna accipientibus mutuo pecunias fiſcales abſque permiſſu principis, ad cuius materiæ ornatum vide Caual. *deciſ. Collater. conſ.* 7. *& deciſ.* 10.

Et nota, quod ipſimet ſuſceptores regiæ pecuniæ non poſſunt ipſam pecuniam conſumere, vel ex eo aliquid emere, adeò quod ſi aliquid ex ea emit lucrum fiſcus repetit Rubin. *deciſ.* 416. vbi etiam ſcribit fiſcum poſſe rei vendicare rem emptam ex pecunia ſua per Theſaurariam, ſiue ſuſceptorem.

Item nota quod qui accipit pecuniam mutuam ab officialibus fiſci tenetur in quadruplum, vide *l.* 1. *& tot. rubric. de his qui ex public. ratiocin. mutuam pecun. acceper.* Maring. *deciſ.* 40. de quo meminit Nouar. *in pragmatica regni* 5. § 2. *ſub rubrica de adminiſtr. vniuerſ.*

COLLECT. 3042.

Super Abbat. in cap. at ſi clerici §. de adulteriis de iudiciis.

§ *Diſpenſatio an, & quando late ſit interpretanda?*

HOc in loco reponit concluſionem Abbas, quod diſpenſatio latè interpretatur, quatenus eſt gratia, & ſecundum eam extenditur.

Amplia iſtam concluſionem procedere, etiam ſi diſpenſatio ſit correctoria, quia iure ciuili appellatur indulgentia, & tanquam fauorabilis, etiamſi ſit rigoroſa extenditur ad dependentia, & conſecutiua, atque connexa Rubin. *deciſ.* 317. vbi aſſignat rationem, quia connexorum idem eſt iudicium, & connexa reputantur vnũ Surd. *deciſ. Rot. Mant.* 199. *num.* 13. vnde connexitatis ratione multa permittuntur, & conceduntur, quæ alias denegarentur, & prohibita eſſent ad tex. *in l. etiam* § 1. *ff. de minorib.*

Verum Nouarius *in forenſ. quæſt. ſiue deciſ.* 85. *n.* 16. affirmat diſpenſationem eſſe odioſam, illamque appellat vulnus iuris, & propterea eſt in opinione in diſpenſationibus non valere argumentum de maiori ad minus, & ſi regulariter huiuſmodi argumentum in iure ſit fortiſſimum *auth. multo magis, C. de ſacroſanctis eccleſiis cap. per venerabilem qui filij ſint legitimi*, etiam ſi ſimus in ſtatutis correctoriis, quando verba poſſunt trahi ad caſum, in quo concludit maioritas, vel paritas rationis Monach. *deciſ. Rot. Lucenſ.* 64. *numer.* 16. *&* 17.

Sed num diſpenſatio matrimonialis expiret mortuo Papa, qui illam cõceſſit? declarat Peguera *deciſ. Rot. Cathaloniæ* 128.

COLLECT. 3043.

Super Felin. in cap. ſuborta n. 7. de re iudic.

§ *Compenſatio an & quando poſſit opponi?*

COmpenſatio opponi poteſt poſt ſententiam, & rem iudicatam, imò in executione ſententiæ, h. d. Feli. & ita

Digitized by Google

& ita Affli&.*deciſ.*121.& ratio eſt, quia per eam videtur impleri ſententia, Surdus *deciſ.*191.præſertim ſuadente æquitate in qua fundatur compenſatio Rota in Mutinen. Canonicatus Mercurij 28. Nouembris 1607. coram Ludouiſio.

Sed num compenſatio poſſit opponi poſt terminum ſuſceptum? Ego reperio Rotam variaſſe, nam in Romana pecuniaria coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato dixit poſſe opponi dictam exceptionem compenſationis, etiam aduerſus terminum ſuſceptum.

Et in alia Romana pecuniaria 15. Nouembris 1613. coram eodem, ſolum contrarium fuit reſolutum & ita etiā dixit Rota *deciſ.*773.*part.*2.*in recent.* vbi conſideratum fuit, quod poſt termini ſuſceptionem cenſetur renunciatum exceptioni compenſationis.

Et an admittatur exceptio compenſationis, aduerſus obligationem cameralem. Dicas illam admitti quando creditum cuius compenſatio opponitur ſuperuenit poſt dictam obligationem cameralem, vt dixit Rota in Veneta donationis 17. Nouembris 1617. coram R.P.D. Buratto.

COLLECT. 3044.

Super Bal. in l. ſi traditio quæſt. 9. C. de act. empt.

¶*Emptor quando petere poſſit fructus pro rata partis precij ſoluti?*

EMptori, qui non totum, ſed partem precij ſoluit deberi fructus à die ſolutionis pro rata precij ſoluti affirmat hic Baldus, de quo vide text. *in l. fin. ff. de fund. dotal.*

Sed quod emptor ſoluens partem precij, tantum non acquirat dominium rei emptæ pro rata precij ſoluti, dixit Rota in Romana prælationis 13. Martij 1606. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato.

Nihilominus pro rata precij ſoluti deberi dicto emptori fructus recompenſatiuos non ratione dominij, neque ratione moræ, ſed ratione cuiuſdā generalis æquitatis, ne venditor locupletetur cum illius iactura, diximus in Curia Archiepiſcopali, vbi quoque dicebatur non poſſe emptorem iſtos fructus pro dicta rata petere, niſi prius ſoluto integro precio, & tunc deberi etiam fructus temporis præteriti pro rata dicti precij iam per prius ſoluti, quod ſimiliter admiſi in quadam cauſa Nolana mihi delegata in Anno 1626.

COLLECT. 3045.

Super Bal. in l. nec cui C. locati.

¶*Pactum de renouando diuerſum eſt à renouatione, & quodnam tribuat?*

ALiud eſſe pactum de renouando, & aliud renouationem, firmat hic Bal.

Pro cuius ornatu notabis, quod hoc pactum de renouando minimè tribuit ius aliquod in re, ſed tantum actionem perſonalem ad factum, Rota *deciſ.* 215. *part.* 1. *in recent.* & *deciſ.* 369. *part.* 2. *in recent.* Ludouiſius *deciſ.* 567. & ideò finito tempore conceſſionis poteſt alteri fieri conceſſio non obſtante pacto de renouando, licèt contrarium videat tenuiſſe eadem Rota in Forlinien. bonorum 14. Decembris 1618. coram R.P.D. Remboldo, vbi dicitur quod dominus directus tenetur renouare comprehenſis in inueſtitura ſtante dicto pacto de renouando.

Verum tu dicas hanc ſecundam opinionem habere locum, quando cōceſſio eſt perpetua cum pacto tamen de renouando de certo tempore in

Digitized by Google

certum tempus, quia tunc renouatio cenſetur requiſita ad faciliorem probationem dominij, non autem pro ſubſtantia, & prima opinio locum ſibi vendicabit: quando conceſſio eſt temporalis, ad certum tempus cum pacto renouandi, vt in facto declarauit Rota *deciſ.* 438. *part.* 1. *in recent.*

COLLECT. 3046.

Super Abbat. in conſ. 54. lib. 1.

¶ *Conſenſus præſtitus reſignationi an conſtituat in quaſi poſſeſſione præſentandi?*

QVia vulgatum eſt iſtud Conſiliũ Abbatis volui aliqua deciſa circa illum hic reponere.

Verum antequam ad caſus deciſos deueniam tradam id, quod aſſeuerat ibi Abbas, & eſt quod conſenſus præſtitus reſignationi conſtituit in quaſi poſſeſſione præſentandi non ſecus, ac ſi interueniſſet vera præſentatio, & ita voluit Rota *deciſ.* 693. *& deciſ.* 792. *part.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 154. *part.* 2. *in recent.* & ita fuit dictum in Lucana iuris patronatus 3. Aprilis 1615. coram R.P.D. Manzanedo, & in alia Alatrina Cappellaniæ 27. Junij 1586. coram R.P.D. Bubalo.

Et ad materiam vide Creſcent. *deciſ.* 2. *de iur. patron.* Mohedan. *deciſ.* 22. *de præbend.* & Put. *deciſ.* 301. *lib.* 1.

Nec non notabis in tali materia, quod ſi Papa ſeu ordinarius prouidiſſet de beneficio vti de libero, & prouiſus ad ſe eximendum à moleſtiis ſibi illatis à prætenſis patronis, vel etiam ad ſe reddendum magis tutum adhibuiſſet quoque conſenſum patronorum, non propterea ex hoc conſenſu cenſeretur præiudicatum libertati eccleſiæ nec patroni per huiuſmodi conſenſum eſſent cõſtituti in poſſeſſione præſentãdi, vt apud Rot. *deciſ.* 333. *par.* 1. *in recent.*

Item nec conſenſus præſtitus ignorante alio prætenſo patrono conſtituit in illius præiudicium in poſſeſſione, vt per Ludouiſium *deciſ.* 417.

COLLECT. 3047.

Super Bal. in cap. ex tranſmiſſa ſub n. 4. de reſtit. ſpoliat.

¶ *Filiatio an probetur ex nominatione, & actu proportionabili inſtitutionis?*

FIliatio probatur ex nominatione iuncta cum actu proportionabili inſtitutionis, & ita multoties fuit reſolutum, & ſignanter in Comen. Cappellaniæ 27. Januarij 1593. coram R.P.D. Decano, & in Vrbeuetana fideicommiſſi 13. Nouembris 1603. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio Rota *deciſ.* 347. quod procedit etiam reſpectu extraneorum Rota *deciſ.* 472. *part.* 1. *in recent.*

Et ad materiam vide quæ diximus *deciſ. Curiæ Archiepiſc.* 223. *part.* 1. & latius notata per Nouarium *de elect. & variat. fori quæſt.* 51. *ſect.* 1. vbi varias deciſiones, & modos, quibus filiatio probetur cumulat, vt videre poteris.

COLLECT. 3048.

Super Bar. in l. hoc iure ff. de ſolut.

¶ *Procurator ſpecialis ad litem an, & quibus caſibus poſſit petere executionem ſententiæ?*

DIcit notandum hic Bart. quod regulariter procurator ſpecialis ad litem non poteſt petere executionem ſententiæ, niſi eſſet procurator in rem ſuam, vel haberet mandatum ſpeciale ad executionem petendam, de quo vide text. *in l. ſi procurator* §. 1. *ff. de procuratoribus.*

Declara tu hanc regulam, ſi cõuentus

Digitized by Google

tus excipiat, alias prohiberetur intentare actiones iudicati, & petere executionem ſententiæ, vt colligitur ex eadem *l. ſi procurator*, ibi (exceptione repelli debet ſicut cum agit) & ita tenet Rubin. *deciſ.* 414. vbi ſequentes limitationes ad regulam ſupra poſitam ponit.

Et primo limitat, ſi procurator feciſſet expenſas pro domino, nam dicit ipſe, quod ſi dominus non eſt ſoluendo poteſt petere executionem ſententiæ contra condemnatum, quatenus ſoluantur ſibi expenſæ.

Secundo limitat vbicumque procurator haberet mandatum ad exigendum, quia in tali caſu adhuc poſſet petere executionem ſententiæ, & exigere ab inuito, vt eſt text. *in l. non abſtulit*, C. *de nouationibus*.

Tertio limitat vbicumq; eſſet procurator ad lites præſentes, & futuras, quia tunc poſſet petere executionem ſententiæ vigore mandati ad lites futuras.

Et ego addo quartam limitationem, nempè quando reperiretur conſtitutus procurator his verbis, ſcilicet ad omnes cauſas meas conſtituo procuratorem, quia indefinita oratio æquipollet vniuerſali, & dicetur etiam conſtitutus ad futuras lites, eſt deciſum in Rota Romana fatetur Cardinalis Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 7. *tit.* 16. *n.* 47.

COLLECT. 3049.

Super cap. vidua 34. diſtinct.

¶ Vidua quæ proprie appelletur, & quæ impropriè?

COlligitur ab iſto tex. quod vidua propriè, & ſecundum ſuam naturalem propoſitionem vocatur illa, cui mortuus eſt vir, & vide latius Nouar. *forenſ. quaſt ſiue deciſ.* 167.

Sed num appelletur vidua, quæ in effectu habet virum, ſed illum fortè remigem, exulem, & ſic ſibi inutilem? dicas impropriè, & largè viduam appellari, ſed non per hoc priuatur commodis, & priuilegiis, quibus vtuntur aliæ mulieres, quibus in effectu fuerunt mortui viri Gail. *obſeruat.* 44. Polidorus Ripa *obſeru.* 121. Viuius *deciſ.* 197. *& deciſ.* 521. Francus *deciſ.* 100. & nos diximus *in deciſ. Curiæ Archiepiſc.* 290. *part.* 4.

Et nota quod mulier, quæ habuit maritum abſentem per longum tempus adhuc vidua appellari poteſt quoad hunc effectum, quia caſus mortis æquiparatur abſentiæ Seſſà *deciſ. Rot. Arag.* 57. vide ſi conferunt adducta per regentem Tapiam *in dec. ſupremi Senatus Italiæ* 9.

COLLECT. 3050.

Super Cyn. in l. procurator ad vnam ſpeciem, C. de procur.

¶ Mandatum contra certam perſonam an extendatur, ad aliam etiam ſi contineat clauſulas generales?

COncludit hic iſte Doctor antiquus, quod mandatum contra certam perſonam datum non extenditur ad litem cum alia diuerſa perſona, etiam ſi adeſſent in mandato clauſulæ generales, & ita voluit Rota in vna Mediolan. decurſus Aquarum Lunæ 20. Februarij 1612. coram Gregorio XV. tunc Rotæ auditore.

Quare notabis, quod ſi adeſſent clauſæ illæ nempè in omnibus aliis cauſis, & coram quibuſcunque iudicibus, & ſimiles, nō per hoc mandatum videtur ſe extendere ad alias lites cum diuerſis perſonis, quia reſtringuntur ad lites cum eadem perſona ſupra ex-

Digitized by Google

preſſa, vt firmatur per Manticam *deciſ.* 291.*n.*4 & fuit dictum in Lucana Parochialis 21. Februarij 1603. coram R. P.D. Coccino Decano.

Vnde cum in quodam mandato facto in perſonam cuiuſdam procuratoris adeſſent inter ſe ſimiles clauſulæ in quadam lite vertente coram me, dũ alia ſucceſſiſſet his cum perſona principali, quæ mandatum dederat, & aliis perſonis, non admiſi tale mandatum factum per prius in perſonã dicti procuratoris conſtituti in prima cauſa, ſed mandaui, vt denuo principalis procurationem, & mandatum pro noua cauſa cum diuerſis iam incepta iterum in perſonam ſui procuratoris in prima cauſa conſtitui faceret, nec habui rationem quod in procuratione prius præſentata in cauſa, quæ iam pendebat aderant illæ clauſulæ generales, & prægnantes, nempe (in omnibus aliis cauſis, & coram quibuſcunque iudicibus) quia vt prædixi hæc omnia intelliguntur, procedunt ad lites, quæ fortaſſe poſſent euenire cum eadem perſona, & non cum aliis diuerſis, in quibus nouum ſpeciale mandatum deſideratur, quare ita fuit obſeruatum anno 1624. de menſe Aprilis die Mercurij.

COLLECT. 3051.

Super Doctrina Panormit. in cap. cum olim de rerum permutat.

¶ *Dignitates, & officia minora an accedente ſuperioris conſenſu poſſint permutari?*

DIcit hic Panormitanus *n.* 2. argumento huius text. & argumento text. *in cap quæſitum eod. tit* quod dignitates, & beneficia minora poſſunt ad inuicem permutari, dummodo ſuperioris interueniat conſenſus, & ratio eſt, nam qui propria permutant authoritate, perdunt illa, vt probatur in hoc noſtro textu, iuxta cuius terminos perſæpè practicatur in Curia Archiepiſcopali huius inclitæ Ciuitatis Neapolis.

Declara autem, vt vltra ſuperioris conſenſum, debeat quoque legitima cauſa interuenire iuxta varias Rotæ Romanæ deciſiones, & ita nouiſſimè affirmat Megallus *deciſ. caſ. conſcient.* 16. vbi tractat de volente permutare beneficium eccleſiaſticum principaliter pro terreno commodo fingens caſum, vt ſequitur.

Petrus cupiens acquirere vni ex ſuis filiis quoddam eccleſiaſticum beneficium, quod ad præſens poſſidet Antonius presbyter ſenex, & quia credit poſt mortem Antonij prædicti difficile fore illud ab ordinario loci impetrare, excogitauit ex propriis bonis fundare ius patronatus in quo in perpetuis futuris temporibus ipſe, & poſt eum gradatim ſui hæredes valeant vnum de eorum familia præſentare primo loco dictum filium adhoc, vt poſt inſtitutionem, & expeditionem bullarum in ſuam perſonãm poſſit huiuſmodi ius patronatus permutare cum dicto beneficio Antonij, & hac via illud facilius obtinere Antonio viuente, vnde quærebatur an hoc fieri poſſit abſque ſimoniæ peccato, & abſque metu excommunicationis, & reſoluit deciſiuè huiuſmodi permutationem in foro conſcientiæ fieri non poſſe abſque mortalis peccati, & ſimoniæ labe.

Sed num Beneficij reſignatio ad cuius titulum reſignans eſt ordinatus ſicuti eſt nulla non facta in ſupplicatione mentione de hac qualitate, ita etiam procedat in reſignatione ex cauſa permutationis beneficij declarat Rota apud Ludouiſium *deciſ.* 441. vbi affirmatiuè deciſum reperies.

COL-

COLLECT. 3052.

Super Doctrina Lapi in Clem. quia plures de iure patronatus.

¶ Præſentatus non dicitur habere vnum ſtipitem, niſi habeat maiorem partem concurrentium.

AFfirmat hic Lapus quod præſentatus non dicitur habere vnum ſtipitem, niſi habeat maiorem partem concurrentium in illo ſtipite, & ita voluit Rota in Aretina Cappellaniæ 24. Januarij 1605. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Pamphilio, & aliàs in Lucana Cappellaniæ lunæ 1. Februarij 1610. coram Ludouiſio deinde Gregorio XV. vt apud eum *deciſ.* 452. vbi *in addit. litera* C. notatur quod qui habet maiorem partem vocum, ſeu ſuffragiorum vnius ſtipitis etiam ſi adſit contradictio minoris partis dicitur habere totum ſtipitem, nec attenditur contradictio minoris partis, quia pars maior ſuffocat minorem Rota *deciſ.* 443. *part.* 2. *in recent.* & fuit dictum in Vrbinaten. iuris patronatus 14. Maij de anno 1618. coram Reuerendo Patre D. Andræa, & in Vgentina iuris patronatus 15. Aprilis 1605. coram R.P.D. Pamphilio deinde Illuſtriſſimo Cardinali, adeo quod ſi duo fuerint præſentati cumulatiuè ab vno ſtipite, ſed vnus habet omnes voces, alter verò ſolum maiorem partem dicuntur inter ſe pares, & eſt locus inter illos gratificationi perinde, ac ſi ille, qui habet maiorem partem vocum omnes voces illius ſtipitis habuiſſet, vt notabiliter reſoluit Rota in Lauden. Cappellæ 3. Junij 1617. coram R.P.D. Caualerio.

Cætera autem in hac materia iuris patronatus, & ad mentem huius clementinæ quia plures de iure patronatus vide in ſequenti iuris allegatione.

SVnt in probatis partes; Cappellaniam ſub tit. Sancti Bartholomæi ſitam intus venerabilem eccleſiã Sanctæ Mariæ monialium Ciuitatis Theani eſſe de iure patronatus familiæ ipſarum, nempe delli Lotterij, & delli Magni, prout ex præſentationibus in contingentia vacationis peractis, & actis deſuper compilatis, ac bullis expeditis per inſtitutos, clarè videre eſt.

Et quoniam euenit præfatam Cappellaniam vacare per obitum quondã Reuerendi ..... vltimi illius poſſeſſoris, & ex familia delli Magni concurrunt plures præſentantes vnum eundem de eadem familia, & ex familia delli Lotterij concurrunt numero valde pauciores ſimiliter præſentantes vnum eundem eiuſdem familiæ, dubitatur quis ex præſentatis ſit præferendus, & inſtituendus.

Pro reſolutione præſentis articuli eſt animaduertendum apud antiquos doctores valde controuerſum fuiſſe quomodo in iure patronatus ſucceſſio fieri deberet in capita, vel in ſtirpes, vt ſatis abundè conſtat ex Lambert. *de iure patronatus* 2. *p. lib.* 1. *art.* 25. *q.* 1. *princ. n.* 1. *& ſeqq.* Et tandem vno ore fatentur in eo ſuccedi in ſtirpes, & non in capita ſecundum tradita *in clem. ſi plures de iure patron.* Lamb. *in eod. loco. n.* 7. *& ſeqq.* Paul. de Citad. *in eod tract. p.* 9 *ampl.* 6. *n.* 6. Roch. de Cu. *in tractatu eiuſdem nominis in verb. ipſe n.* 2. Claudiu Tutius Archipreſbyter Hoſtilian *in ſuis quæſtionibus iuris patron. q.* 6. Coll. *de part. rata q.* 97. Stepha. Grat. *lib.* 5. *diſcept. for. cap.* 521. *n.* 13. *& ſeq.* Viuian. *de iure patron. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 3. *& ſeqq.* Genuenſis Epiſcopus Ilernienſis *in prax. Arch. cap.* 83. *nu.* 2. ſecundum nouiſſimam impreſſionem. Riccius meus dominus meritiſſimus inter primarios Archiepiſcop. Neapolitani canonicus, & ſedilis Nili patritius *in prax. fori.* Cat. *p.* 1. *reſol.* 190.

MMm

& p.3.reſol.587. & in deciſ.120.p.2. aliiſque quamplurimis omiſsis.

Et ratio eſt ſecundum relatos DD. quia hæc ſucceſſio regulatur ad inſtar ſucceſſionis hæreditatis, quæ fit in ſtirpes, & non in capita. § *quod placuit de hæred. quæ ab inteſt. defer. inſtit.* ratè ſcribentes *in auth. ceſſante C. de ſuis. & leg.* Bald. *conſ.23.vol.1.* Alex. *conſ.32. vol.2.* & propterea DD. inferunt, quod ſi vnus patronus decederet relictis decem filiis hæredibus, & alter vnico tantum filio hærede; illi decem habentur loco vnius; & tantam vim haberent ſuffragia illorum decem quantam vox illius vnius, ita DD. *in rel. locis.*

Et ideo ex identitate rationis ampliant diſpoſitionem *dictæ clem. ſi plures* procedere etiam in iure patron. competente duabus vniuerſitatibus, Collegiis, vel familiis, ita vt ſi in vna adeſſent plures, & in altera pauciores omnes haberentur loco vnius, & tantum operaretur vox plurium, quantum vox pauciorum, ita Lamb. *in loco relato n.17.* Franc.Marc. *deciſ.451.part.1.* Ruin. *conſ. 50.n.7.vol.5.* Sapat. *var. reſol. lib.1. tit.17. de iure patronatus cap.7.* Aldobrandinus *in deciſ. nouiſsima Rota Romanæ* 408. *vol. 1.* Ric. *in 6. dec.120. nu.4. & in dict. relata 190.n.3. part.1. & in deciſ. 6. p. 2. & deciſ. 282. tit.2. & 3. part.3. & dicta reſolut.587. tit.3. & 4.* Camill. Borell. *in ſumma deciſ. vniuerſ. tom.1. tit.32. de iure patron. n.168.* Caſſad. *deciſ.2. de iure patron.* Cumque in caſu noſtro de familia delli Magni adſint plures, & familiæ delli Lotterij pauciores, tantum operantur ſuffragia illorum plurium delli Magni, quantum illorum pauciorum delli Lotterij. Vnde ſequitur quod dum ambæ familiæ præſentauerunt duos, vna vnum, & altera alterum, voces, & ſuffragia ſunt æqualia; quid igitur agendum?

Vt mea fert opinio dico omninò eſſe inſtituendum admodum Illuſtr. & Reuer. Camillum Lotterio, ex infra ſcriptis. Nam licet data paritate vocũ & meritorum ſit locus gratificationi Reuerend. ordinarij *cap. cum autem* vbi DD. omnes *de iure patr.* Cæſar de Graſſis *deciſ.1 de iure patron* Ricc. *p.1. pra. fori eccleſ. reſolut.175.n.2.* Tamen exiſtente diſparitate meritorũ ceſſat gratificatio, & dignior, & magis idoneus debet inſtitui, ita Lamb. *de iure patron. lib.2. p.3. q.5. art.2.* Viuian. *de iure patron. lib.12. p. 2. cap.3.* Rocch. de Curte *in eod. tract. in verb. honorificum, n.40. q.15.* Ricc *part.1. fori eccl. reſol.* 206. Campanilis Epiſcopus Laquedonenſis *in diuerſ. iuris can. rub.6. ſub.33. cap.3.* Imo dignior prætermiſſus poſſet appellare, Grat. *deciſ. 97.* Panormitanus *in cap. cum autem n. 5. de iure patron.* Ganz. *de beneficiis pa.7. cap.4.* Guttier. *lib.2 canon. 99. cap. 11. n. 23.* & Ricc. *in relata reſol.206. nu.4.* ſed ſic eſt modò, quod dictus Camillus eſt notoriè dignior, cum ſit canonicus doctor, & cantor in cathedrali eccleſia Theani, ſalua pace alterius præſentati familiæ delli Magni; Igitur eſt præferendus, & inſtituendus. Sed audio partẽ aduerſam inſiſtere aduerſus meã ſententiã pluribus modis. Primò quia de familia delli Lotterij adſunt plures nempe tres, & tamen V.I.D. Marcellus præſentauit Camillũ fratrem, ergo non fuit præſentatus à maiori parte, & per conſequens non erit inſtituendus. Sed facilis eſt reſponſio, nam ex quo alter frater eſt abſens, nõ eſt vocandus cum non competat pluribus, vt vniuerſis Paulus de Cittad. *d. tract. art. 3. 6. p. n. 49.* licet hoc ſibi non obſit, & ideo vox illius fuit omiſſa, vltra quod ſi eſſet præſens veriſimiliter fratrem præſentaſſet, cum prima caritas incipiat à ſe ipſo *l. præſes. C. de ſeruit. & aqua,* & dato quod eſſet præſens, & alium, & non fratrem Camillum pręſentaſſet, adhuc Camillus tanquam à maiori parte pręſenta-

ſenta-

ſentatus, eſſet Inſtituendus, quia licet non poſſit quis ſe ipſum præſentare *ca. per tuas de iure patron. c. fin. de inſtit.* Ricc. *p. 1. prax. for. eccl. reſolut.* 179. Nouarius meus directus *de priuil. miſerab. perſ. priu.* 74. *n. 2. & lib. 1. qq. forenſ. q.* 51. *n.* 3. & Viuianus *dicto tract. p. 2. lib. 6. c.* 8. Tamen Camillus compatronus conſentiens præſentationi de ſe ipſo factæ per Marcellum auget vocem Marcelli, & numerum illius, vt ſibi proſit ita Viuian. *dict. loc. ſub n.* 8. Ricc. *p.* 3. *praxis fori eccl. reſolut.* 516.

Præterea dicta pars aduerſa inſtetit alio medio, quotiens hoc ius competit alicui familiæ titulo aggregationis legati, vel donationis, tunc ſucceditur in capita, & nõ in ſtirpes; ita DD. omnes à me in primo allegati *in locis adductis.*

Sed ſic eſt modò quod poteſt eſſe dictum ius competere dictis familiis huiuſmodi titulis, ergo illius ſucceſſio debet conſiderari per capita, & nõ per ſtirpes. Sed hoc aſſumptum neceſſario non adſtringit, poteſt competere, ergo verè competit; negatur conſequentia, nam cum hoc poſſit eſſe, & abeſſe neceſſariò non concludit, *l. neque natales C. de probat. l. non hoc C. vnde legitimi.* Imò præſumptio eſt in contrarium, quod in dubio ius patronatus præſumitur acquiſitum ex fundatione, vel dotatione Caſſad. *deciſ. vlti. de iure patronat.* Mohed. *deciſ.* 5. *nouiſſ. Rota Romanæ lib.* 2. Card. Puteus *inter nouiſſimas deciſiones Rotæ Romanæ deciſ.* 64. *lib.* 2. *vol.* 3. vnde cum habeamus regulam ſtandum eſt Regulæ Dec. & Cagnol. *in l. 1. ff. de reg. iur.* Rebuff. *ad conſt. Gall. tit. de ſupplicat. art. 1. gloſ.* 18.

Et cum illa prætenſio partis aduerſæ ſit exceptio, & limitatio regulæ illam firmat in contrarium, *l. nam quod liquidæ ff. de pen. leg. l. ius ſingulare ff. de leg.*

Tandem inſurgit, & alio medio quando hoc ius alicui familiæ, vniuerſitati, vel collegio competit pluribus vti vniuerſis, tunc ſuccedirur in capita, & non in ſtirpes ita DD. *in locis à me ſupra in ſecundo loco allegatis.* ſed ſic eſt modò, quod dictis familiis competit pluribus vti vniuerſis, ergo illi ſuccedunt in capita, & non in ſtirpes; hoc motiuum nihil vrget: Nam in caſu noſtro non competit pluribus vti vniuerſis, ſed vti ſingulis, quod ſit verum patet, nam tunc dicitur competere pluribus vti vniuerſis, quomodo oportet vt ſimul omnes in eodem loco conueniãt, & congregentur ad faciendam præſentationem, veluti quomodo competeret alicui vniuerſitati, vel collegio, & eſſet neceſſe, quod tempore vacationis conuocato concilio generali, & ad ſonum campanelli omnes ſimul in eodẽ loco conuenirent ad danda ſuffragia, quando verò non eſt neceſſe vt ſimul conueniant, & congregentur, ſed diuiſim ſuffragia ferãt, vt in caſu noſtro, tunc dicitur competere pluribus vti ſingulis, & non vti vniuerſis ita Butr. *in cap......n. 12. verſ. 2. quæro an patroni de iur. patr.* Lap. Alleg *alleg.* 78. *n.* 2. ſubdeducitur Franc. Marc. *dec.* 451. *p.* 1. Steph. Grat. *tom. 2. diſcept. for. ca.* 211. *n. 1. & ſeqq.*

Ex quibus omnibus concludo omninò R.P.D. Camillum compatronũ benemeritum eſſe inſtituendum, parum, aut nihil partis aduerſę prętenſionibus adductis, vel quę adduci poſſent refragantibus, & ſi fortè alię difficultates inſurgent illic ad me delatis nuper reſpondere, pro vt mei ingenioli vires ſuppetunt enixè conabor.

Cętera ſuppleat Reuerendiſſimus Epiſcopus Theanenſis periſſimus cũ eius doctiſſimo generali Vicario ſecundum tradita *in tit. C. vt quæ deſunt aduocatis.* Et ita iuris eſſe conſulo, me ſubiiciens iudicio rectius ſentientis die 22. Aprilis 1624.

Franciſcus Seuerinus.

COLLECT. 3053.

Super Doctrina Alberici in l. fediſſimæ, C. poſtlim. reuerſ.

¶ *Meretrices an numero miſerabilium ſint comprehenſa.*

AFfirmat hic iſte Doctor, quod meretrices in miſerabilium numero ſunt reponendæ.

Pro cuius ornatu, tu ideo inferas, quod huiuſmodi meretrices habent beneficium *l. vnic. C. quando Imper. inter pupil. & vid.* Caſtill. *deciſ. Rot. Siciliæ* 48. *in nouiſſ. addit. part.* 1. Viuius *deciſ.* 521. *n.* 5. vbi aliqua cumulat, ſed latius videndus eſt in hac practic. Doctor Nouarius *in ſpeciali tractatu, quem edidit in hac materia electionis, & variationis fori.*

Sed num iſtæ meretrices vendere earum corpus licitè poſſint, ita quod valeant mercedem ſibi cauſa fornicationis, & concubitus promiſſam iudicialiter petere? vide Gizzarellum *deciſ.* 54. vbi pro affirmatiua opinione iudicatum in Sacro Conſilio fatetur, & vide pariter quæ nos ſcripſimus *in deciſ. Curiæ Archiepiſc.* 73. *part.* 4.

Et an meretrix appelletur mulier, quæ amoris cauſa ſuo amanti copiam facit? negatiuè reſolutum eſt arreſto Rotæ Luſitaniæ, vt apud Phœbum poſt eius deciſiones *arreſto* 145. vndè illam inſtitui poſſe etiam excluſis fratre, vel ſorore, illiſque præteritis affirmat Caroccius *deciſ.* 124. vbi latè.

COLLECT. 3054.

Super Bulla Vrbani VIII. de rebus regularium non alienandis.

¶ *Alienatio rerum eccleſiæ quæ requirat? ad declarationem Bullæ Vrbani VIII. de rebus regularium non alienandis.*

MAteria alienationis rerum eccleſiæ hic cadit, ad cuius ornatum ſequentia colligere libuit.

In alienatione rei eccleſiæ duo copulatiuè requiruntur, ſolemnitas ſcilicet, & cauſa, nec vnum ſine alio ſufficit, Rota in cauſa Placentina bonorum coram Seraphino 7. Aprilis 1581. & *in diuerſ.* 178. *nu.* 1. *part.* 2. & in Romana prætenſæ deuolutionis 28. Maij 1581. Rubeo, & in Piſana bonorum 3. Debris 1584. Cantuccio, & in Sabinen. Siluæ 19. Decemb. 1588. Seraphino, & in Senen. prædij 8. Octobr. 1584. Pamphilio, Romana inualiditatis cenſus 24. Maij 1591. eodem, Mediolanenſ. reſciſſionis permutationis 10. Januar. 1597. eodem, & Mediolan. bonorum 7. Februarij eodem, & aliàs ſæpius.

Vndè alienatio rerum eccleſiæ ſine ſolemnitatibus eſt nulla eccleſia volente, ſecus ſi eccleſia vellet ſtare alienationi, nec altera pars poteſt eam impugnare Chacher. *deciſ.* 94. *numer.* 25. Cattar. *deciſ. Genuæ* 46. Put. *deciſ.* 310. *lib.* 1. & 365. *num.* 5. *lib.* 2. Rota in cauſa Peruſina reſciſſionis contractus 24. Februarij, & 18. Martij 1588. Blanchetto, Romana domus 4. Decembris 1592. Mantica, Romana cenſus 10. Maij 1596. Mellino, Vlixbonen. nullitatis locationis 1. Julij 1596. Pamphilio.

Et iſte defectus ſolemnitatis non poteſt ab alio quam ab eccleſia allegari Creſcent. *deciſ.* 1. *de locat.* Rota in cauſa Romana domus 4. Decembris 1591. Mantica deinde Illuſtriſſimo Cardinali.

Limita in caſu vbi actio eſt popularis, vide in cauſa Oxomen. tranſlationis 26. Octobris 1592. coram eodem Mantica.

Limita quando eccleſia vellet pro parte valere alienationem, & pro parte dicere nullam, quia non poteſt

ex

ex latè congeſtis per Rot. in cauſa Placentina decimarum 2. Junij 1586. Bubalo.

In alienatione rerum eccleſiæ facta auctoritate Papæ non requiruntur aliæ ſolemnitates, quia ſupplentur authoritate Papæ, Capic. *deciſ. 16. numer. 1. propè fin. verſ. regulæ enim iuris & num. 4.* Rot. in cauſa Segobien. Spolij Finetto 7. Decembris 1568. & *in deciſ. quotid.* 420. *part. 2.* & in Romana Caſalis Turricellæ 10. Martij 1578. Cantuccio, vt *in deciſ. diuerſ. 65. numer. 1. part. 2.* in Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. Seraphino, vt *in deciſ. diuerſ. 178. numer. 2. part. 2.* in Mediolanenſ. reſciſſionis permutationis X. Januarij 1597. Pamphilio, & facit deciſ. Seraph. 1307.

Dummodo auctoritas Papæ legitimè ſit interpoſita, ſecus ſi ſit ſubreptitia, Rota in d. Romana Caſalis Turricellæ 10. Martij 1578. Cantuccio, vt *deciſ. diuerſ. 65. numer. 2. parte 2.*

Non tamen ſupplet defectum cauſæ, Rota in cauſa Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. Seraphino, vt *in deciſ. diuerſ.* 178. *n.* 3. *part. 2.* & in Senen. prædij 8. Octobris 1584. Pamphilio.

Item in alienatione facta coram Papa non requiritur alia ſolemnitas, quia eius præſentia ſupplet omnes defectus Rota in cauſa Romana Caſalis 21. Maij 1593. & vide in eadem 28. Junij 1593. Seraphino.

Idem ſi cum ipſo Papa contrahatur, Rota in dicta Romana Caſalis 2. Maij 1593. Seraphino, & vide in eadem 28. Junij 1593. eodem.

Amplia etiam ſi contractus fieret cum Papa, qui vt perſona priuata contraheret, Capic *deciſ.* 203. *nu.* 13. & fuit reſolutum in dicta Romana Caſalis 2. Maij 1593. Seraphino & vide eandem 28. Junij 1593. eodem.

In alienatione rei eccleſiæ nondum incorporatæ, ſed in ipſa acquiſitione facta non requiruntur ſolemnitates, Put. *deciſ.* 519. *lib. 2.* Peregrin. *deciſ.* 30. *in cauſa Bononien. de Papazzonibus & deciſ.* 210. *in cauſa Senen. Prædij lib. 2.* Rota in cauſa Romana domus de tribus montibus 29. Octobris 1582. Aldobrandino, vt *in deciſ. quotid.* 637 *lib. 2.* & in Romana domus in Burgo 11. Decembris 1580. Blanchetto, vt *in deciſ. quotid.* 326. *lib. 2.* & vide in cauſa Mediolanen. bonorum 18. Martij 1596. Juſto, & 7. Februarij 1597. Pamphilio.

Nec ad effectum alienationis habetur in conſideratione momentanea acquiſitio Vincent. de Franch. *deciſ.* 14. *num.* 25. *& ſeq.* Put. *deciſ.* 519. *libr. 2.* Peregrin. *deciſ.* 30. *lib. 2.* Rota in dicta Romana domus de tribus montibus 29. Decembris 1582. Aldobrandino, vt *in deciſ.* 637. & in Romana domus in Burgo 11. Decemb. 1580. Blanchetto. vt *in deciſ.* 326. *lib. 2.* & vide in Mediolanen. bonorum 18. Martij 1596. Juſto, & 7. Februarij 1597. Pamphilio.

Declara tamen hoc procedere quãdo ex actu, qui fit ad renunciandum reſultat acquiſitio, ſecus ſi fierent duo actus ſeparati, licèt in continenti, quia tunc non poſſet fieri ſine ſolemnitatibus, de Franch. *deciſ.* 14. *num.* 26. Peregrin. *deciſ.* 30. *lib. 2.* Rota in cauſa Mediolanenſ. bonorum 7. Februarij 1597. Pamphilio.

Nec in conceſſione hęreditatis delatæ eccleſiæ neceſſariæ ſunt ſolemnitates in alienatione rei eccleſiæ requiſitæ Peregr. *dec.* 30. *lib. 2. &* 110. *li. 2.*

Limita ſi ante ceſſionem hæreditatis fuiſſet adita, nam tunc neceſſariæ ſunt ſolemnitates in alienatione requiſitæ, Peregr. *deciſ.* 30. *lib. 2.* Rota in Mediolanenſ. bonorum 7. Februarij 1597. Pamphilio.

Digitized by Google

Poteſt enim prælatus præiudicare eccleſiæ in quę ſpendis ante acceptationem, ſecus verò poſt acceptationem tacitam, vel expreſſam, Rota in cauſa Mediolanen. legati 22. Junij 1594. Gypſio.

In alienatione rei eccleſiæ ſolitæ alienari non requiruntur ſolemnitates Graff. *deciſ.* 3. *nu.* 14. *de reb eccleſ. non alienand. & deciſ.* 4. *n.* 20. *eod. tit.* Rota in vna Romana domus 27. Nouembris 1587. Blanchetto, & in Imolen. bonorum 21. Maij 1593. Pamphilio.

Dummodò ſolitum non alteretur Rota in dicta Imolen. bonorum 21. Maij 1593. Pamphilio. Adde quod rē ſolitam eſſe alienari nō ſtatur aſſertioni partis, ſed debet probari, Rota in cauſa Auerſana tenimenti 24. Nouembris 1581. Cantuccio, vt *in deciſ. diuerſ.* 160. *n.* 4. *part.* 2.

Et quod res eccleſiæ dicatur ſolita alienari requiritur, quod procedat vna locatio ſolemnis, vel duo cum ſpatio quadraginta annorum, Rota in cauſa Zamoren. Caſtri 14. Decembris 1579. Seraphino, & in Auerſana tenimenti 24. Nouembris 1581. Cantuccio, vt *in deciſ. diuerſ.* 160. *nu.* 5. *part.* 2. & in cauſa Senen. prædij 8. Octobris 1584. Pamphilio, & in cauſa Piſana bonorū 20. Februarij, & 3. Decembris 1584. Cantuccio, Romana domus 13. Januarij Blanchetto 1586.

Non tamen requiruntur neceſſariò vniformes Rota in dicta Piſana bonorum 20. Februar. 1585. Cantuccio.

Et ſufficit quod vna ſit valida, Rota in dicta Piſana bonorum 20. Februarij 1585. Cantuccio.

Ad effectum tamen, vt dicatur valida non præſumitur ſolemnitas ſpatio 30. annorum Rota in dicta Piſana bonorum 20. Februarij 1585. Cantuccio, & in Romana domus 13. Januarij 1586. Blanchetto.

Res eccleſiæ ſolita locari tunc demum ſine ſolemnitatibus poteſt locari, ſi adeſt eadem cauſa conceſſionis, de quo vide in cauſa Mediolanen. bonorum 23. Januarij 1593. Orano.

Alienatio rei eccleſiæ alienari ſolitæ cum hoc quod non tranſeat ad hæredes extraneos non poteſt ſine ſolemnitatibus alienari, cum hoc quod ad hæredes extraneos vadat, Rota in cauſa Imolen. bonorum 21. Maij 1593. Pamphilio.

Res eccleſiæ ſolita locari, ſi ſit incorporata eccleſiæ, non poteſt locari ſine ſolemnitatibus, & vide in cauſa Mediolanen. bonorum 23. Januarij 1593. Orano.

Alienatio rei eccleſiæ vltra triennīū fieri non poteſt abſq; ſolemnitatibus, Rota in cauſa Senen. prædij 8. Octobris 1584. Pamphilio.

Amplia vt procedat etiam in Prælato regulari, Rota in dicta Senen. prędij 8. Octobris 1584. Pamphilio.

Limita in locationibus caſalium, cū ſingulo anno fructus non afferant, nā tunc triennium intelligitur de tribus recollectis, non autem de aliis tribus, Rota in cauſa reſciſſionis contractus 28. Nouemb. 1580. Aldobrandino, vt *in deciſ.* 312. *lib.* 2.

Adde quod prǽſumitur vſu recepta, adeò quod non vſus debet probari Brixien. locationis 5. Decembr. 1594. Penia Benintend. *deciſ.* 13. *n.* 9.

In tranſactione, ac perſonis eccleſię requiruntur eædem ſolemnitates, quæ in alienatione. Caputaq. *deciſ.* 106. *part.* 1. Rot. in cauſa Auerſana tenimenti 27. Junij 1583. Rubeo, & 23. Junij 1594. Gypſio, & in Nouarien. decimarum 28. Maij 1593. Arigono, & Mediolan. reſciſſionis permutationis, 11. Januarij 1597. Pamphilio.

Amplia ſi res ſit penes aduerſarium, & in tranſactione agatur, vt penes illū remaneat,

Digitized by Google

remaneat, quia hoc caſu non valeat Caputaq. *deciſ.* 106. *part.* 1.

In impoſitione cenſus ſuper re eccleſiæ requiritur ſolemnitas, & iuſta cauſa, prout in alienatione, Rota in cauſa Romana inualiditatis cenſus 24. Maij 1591. Pamphilio Gadicen. cenſus 23. Januarij 1595. Seraphino Leodien. cenſus 29. Ianuarij 1596. Orano, & 15. Januarij 1597. Corduba.

In communicatione emphyteuſis eccleſiæ facienda fratribus ab vno fratre acquirente, an requiratur ſolemnitas? vide in cauſa Mediolanen. bonorum 13. Nouembris 1596. Orano.

In alienatione rei eccleſiæ ex curſu 30. annorum, & obſeruantia, ſolemnia præſumuntur, nec minus tempus afficit. Quod autem data obſeruantia ſufficiant decem anni, & verò non data 30. Caſſad. *deciſ.* 3. *n.* 7. *de procur.* Fab. *deciſ.* 22. *lib.* 1. Put. *deciſ.* 365. *n.* 4. *& 7. li.* 1. Mohed. *deciſ.* 52. *aliàs* 1 *de tranſact.* Rota in cauſa Lunen. Sarzanen. 20. Junij 1575 Cotta vt *in deciſ.* 86. *lib.* 2. Neapolitana fundaci 1. Junij 1579. Rubuſterio, vt *in deciſ.* 179. *part.* 2. Roman. domus de Tribus montibus 29. Octobr. 1582. Aldobrandino, vt *in deciſ.* 637. *lib.* 2. Senenſ. prædij 8. Octobr. 1584. Pamphilio Maioricenſ. bonorum 26. Nouemb. 1584. Gypſio, Piſana bonorum 8. Nouemb. 1585. Cantuccio, Placentina decimarum 31. Januarij 1586. Bubalo, Romana Caſalis 15. Junij 1587. & 28. Junij 1593. & 23 Martij, & 27. Maij 1597. Seraphino, Romana bonorum 4. Maij 1590. eod. Romana inualiditatis cenſus 24. Maij 1591. eod. Romana Caſalis 7. Junij 159 . Gypſio, Medilan. bonorum 28. Martij 1594. Arrigonio, & in eadem 5 Maij 1597. Seraph. Mediolanenſ. reſciſſionis permutationis 10. Januarij 1597. Pamphilio, Romana domus 30. Martij 1590. Mantica, Papienſ. bonorũ 28. April. 1595. Seraph.

Et in conſiderando curſu temporis ad præſumendum ſolemnia, non eſt deducendum tempus vitæ Prælati alienantis, licet ſecus ſit ad effectum præſcriptionis, vt fuit dictum in cauſa Lunenſ. Sarzanenſ. terrarum 20. Junij 1593. Cotta, vt *in deciſ. quotid.* 86. *lib.* 2. & in Romana Caſalis 25. Maij, & 28. Junij 1593. Seraphino.

Alienatio rerum eccleſiæ quę ab initio fuit vtilis non redditur nulla, ex eo, quod non probetur precium verſum eſſe in vtilitatem eccleſię, nec emptor tenetur probare verſionem, Rota in cauſa Anconitana terrarum 13. Junij 1578. Seraphino Romana deuolutionis domus de Piccionibus 17. Nouemb. 1581. Rubeo vt *in dec. quotid.* 162. *lib.* 2. Piſana bonorum 8. Aprilis 1585. Vicecomite, Auximana bonorum 13. Maij 1585. Rubeo, & in eadem 15. Nouemb. 1585. Robuſterio, Volaterrana bonorum 28. Nouembris 1596. Blanchetto, Romana Caſalis 7. Junij 1591. Gypſio, florentina bonorum 7. Maij 1590. Pamphilio, Romana Caſalis 21. Maij 1595. Seraphino.

Præcium ſi precium fuit actualiter depoſitum, Rota in cauſa Anconitana terrarum 13. Nouembr. 1577. & 13. Junij 1578. Seraphino, Florentina bonorum 7. Maij 1590. Pamphilio, vbi quomodo dicatur factum actuale depoſitũ. Romana cenſus 27. Junij 1590. & 26. Januarij 1591. Bubalo, Romana Caſalis 7. Junij 1592. Gypſio, Romana Caſalis 21. Maij 1593. Seraphino.

Declara hoc procedere in alienatione facta ex cauſa vtilitatis, ſecus in alienatione ex cauſa neceſſitatis, quia tunc emptor tenetur probare precium verſum in cauſam expreſſam. Rota in dicta Romana cenſus 29. Januarij 1591. Bubalo, vbi quod alienatio facta pro extinguendo cenſu dicitur

Digitized

facta cauſa vtilitatis, non autem neceſſitatis.

Item limita in depoſito, Rota in cauſa Auximana bonorum 13. Maij 1578.

Item limita in mutuo, Rota in cauſa Anconitana terrarum 13. Iunij 1578. Seraphino, & in Auximana bonorum 13. Maij 1585. Rubeo.

Item limita in venditione facta ob ſoluenda debita Eccleſiæ, Rota in illa Anconitana terrarũ 13. Iunij 1578. Serephino, Auximana, bonorum 13. Maij 1585. Rubeo, Romana cenſus 23. Ianuarij 1591. Bubalo, & vide in eadem 27. Iunij 1590. coram eodem.

Sublimita, niſi aliter ſit conuentum, Rota in dicta Romana cenſus 23. Ianuarij 1591. coram Bubalo.

Precium verò eſſe verſum in vtilitatem Eccleſiæ probatur coniecturis, concurrente confeſſione Prælati, Rota in cauſa Romana deuolutionis domus de Piccionibus 17. Nouembris 1581. & 12. Februarij 1582. Rubeo, vt *in deciſ. 162. & 258. lib.* 2. Romana Caſalis Palazzoti 29. Maij 1587. Robuſterio.

Adde tamen quod ſola confeſſio Prælati non probat verſionem in cauſam expreſſam, ſine adminiculis, Rota in cauſa Romana de Piccionibus 12. Februarij 1582. Rubeo, vt *in deciſ. quotid.* 258. *lib.* 2.

Alienatio rei eccleſiæ, pro qua fuit obtenta ſententia vigore gratiæ, ſi in euidentem, eſt valida, licèt ſententia non iuſtificetur ex eiſdem actis, quia iudex potuit ſe extraiudicialiter informare Capyc. *deciſ.* 16. *nu.* 4. Rota in cauſa Raguſina bonorum 10. . . . . . 1578. Lancellotto, vt *in deciſ. diuerſ.* 479 *part.* 1 Piſana bonorum 8. Aprilis 1585. Vicecomite, Auximana bonorum 13. Maij 1585. Rubeo, & 15. Nouembris 1585. Robuſterio, Romana deuolutionis bonorum 26. Martij 1590. & Florentina bonorum 7. Maij 1590. Pamphilio, Romana Caſalis Turricellæ 29. Aprilis 1594. Seraphino.

Maximè ſi acta ſint amiſſa, vel integra non reperiantur, Rota in dicta Romana deuolutionis bonorum 26. Martij 1590. Pamphilio, & Romana Caſalis Turricellæ 29. Aprilis 1594. Seraphino.

Nec talis ſententia eſt nulla, licèt eodem die, quo gratia fuit præſentata lata ſit, cum etiam illo die iudex poſſet adhibere cauſæ cognitionem, & ſuper vtilitate eccleſiæ informare, Rota in cauſa Raguſina emphyteuſis 20. Iunij 1578. Lancellotto vt in *deciſ. diuerſ.* 429. *n.* 3. par. 1. Auximana bonorum 13. Maij 1585. Rubeo, & 15. Nouembris 1585. Robuſterio.

In alienatione rei eccleſiæ ad inſpiciendum vtilitatem debet attendi valor rei tempore contractus, Rota in cauſa Romana Caſalis 6. Apris 1576. Cantuccio, vt *in deciſ. diuerſ.* 18. *n.* 4. *par.* 2. & Bononien. bonorũ 16. Iunij 1595. Mellino, & in eadem 27. Maij 1596. Arigonio.

Declara vt intelligatur de tempore regulari, & ordinario, ſecus, ſi tempus ſit calamitoſum vt peſtis vel belli, quo res minoris valebat Rota in cauſa Romana Caſalis Turricellæ 10. Maij & 28. Iunij 1578. Cantuccio, vt *in deciſ. diuerſ.* 65. *nu.* 7. & 8. & 78. *par.* 2.

Vnde non ſuſtinetur alienatio facta de tempore belli, quo eccleſia parum percipiebat, Affl. *deciſ.* 87. *nu.* 3. Gramat. *deciſ.* 76. *nu.* 13. Rota in Romana Caſalis Turricellæ 8. Martij 1578. Cantuccio, vt *in deciſ. diuerſ.* 65. *nu.* 5. 6. 7. *par.* 2. Papien. fructuum 1. Iulij 1579. . . . . & vide in Papien. bonorum 23. Ianuarij 1. Aprilis, & 23. Maij 1585. Blanchetto, & Romana Caſalis Turricellæ 29. Aprilis 1594. Seraphino.

Declara hoc procedere quando alienatio

lienatio eſt facta inſpecto valore de tempore belli, ſecus ſi precio, quo ante bellum locabatur, vt fuit dictum in cauſa Romana domus in Burgo 30. Martij 1590. Mantica.

In alienatione rei eccleſiæ ſolitæ alienari vtilitas euidens debet conſiderari tempore, quo fit alienatio, non autem tempore, quo res cœpit alienari primo loco, Graſſ. *deciſ.* 3. *nu.* 16. *& dec.* 4. *per tot. de reb. eccleſ. non alien.* Rota in cauſa nullius Caſtri montis Perſij 9. Martij 1580. Brauo, vt *in deciſ. diuerſ.* 182. *in prin par.* 1. & Romana domus 19. Nouembris 1587. Blanchetto.

Declara iſtud procedere quando prima cauſa conceſſionis ceſſat, ſecus verò quando illa duraret Graſſ. *dec.* 4. *nu.* 17. *& ſeq. eod. tit.*

An autem in inſpicienda vtilitate eccleſiæ attendatur valor rei, vel valor redditus, ita vt res licèt minoris valeat, ſi tamen eſt maioris redditus dicatur eccleſiæ vtilior alia minoris redditus, & maioris valoris, vide in cauſa Placentina bonorum 7. Nouembris 1580. Seraphino, vt *in deciſ. diuerſ.* 651. *par.* 1.

In confirmatione alienationis rei eccleſiæ vigore gratiæ, ſi in euidentem, ſufficit extraiudicialis informatio, nec citatio requiritur, quando Papa derogat Paulinæ, & ſimpliciter committit, alicui vt ſe informet, Rota *diuerſ. deciſ.* 479. *nu.* 2. *&* 716. *nu.* 1. *par.* 1. *& deciſ.* 160. *nu.* 8. *p.* 2. & in cauſa Leodien. cenſus 29. Ianuarij 1596. Orano, & 15. Ianuarij 1597. Corduba.

Item ſi Papa committeret vt ſe extraiudicialiter informaret Rota *diuerſ. deciſ.* 160. *nu.* 8. *par.* 2. & in dicta Leodien. cenſus 15. Ianuarij 1507. Corduba.

Limita quando adeſt clauſula *vocatis vocãdis*, quia tunc requiritur citatio, & iudicialis informatio, Rota *deciſ.* 30. *de reſcript. in nou.* Rota in dicta Leodien. cenſus 29. Ianuarij 1596. Orano, & 15. Ianuar. 1595. Corduba.

Limita etiam ſi adeſt clauſula, ſi tibi legitimè conſtiterit, quia tunc requiruntur plenæ, & veræ probationes, Rota in dicta Leodien. cenſus 29. Ianuarij 1569. Orano, & 15. Ianuarij 1597. Corduba.

In alienatione rei eccleſiæ impũte, ſeù ſi in euidentem ſufficit citatio Rectoris alienantis, licèt non comparuerit, & fuerit indefenſus, Rota in cauſa Romana Caſalis 16. Martij 1567. Orano, vt *in deciſ. quotid.* 95. *libro* 2. & vide in cauſa Cortonen. reſciſſionis contractus 26. Ianuarij 1590. Oradino.

Et ſufficit quod fuerit præſens, licèt non fuerit citatus, etiam ſi citatio pro forma requireretur Rota in cauſa Anconitana bonorum 2. Martij 1584. Bubalo, Auximana bonorum 3. Maij 1585. Rubeo.

Nec requiritur quando iudex commiſſarius poteſt ſe extraiudicialiter informare Rota in cauſa Romana bonorum 20. Maij 1580. Lancellotto.

Item nec requiritur quando Rector Papæ ſupplicaret, Rota in cauſa Romana Caſalis 16. Martij 1567. Oradino, vt *in deciſ. quotid* 95. *lib.* 2. Romana domorum 20. Maij 1580. Lancellotto, Cortonen. reſciſſionis contractus 26. Ianuarij 1590. Orano.

Amplia etiam ſi eſſet clauſula vocatis vocandis, quia intelligitur de aliis, quam de ipſo Rectore, qui eſſent vocandi, Rota in dicta Romana bonorum 20. Maij 1580. Lancellotto, Cortonen. reſciſſionis contractus 26. Ianuarij 1590. Orano.

In conſiderando valore rei eccleſiæ ad hoc vt videatur an alienatio ſit vtilis? habenda eſt ratio pacti, quod melioramenta deuoluantur finita linea, quia cum hoc pactum reſpiciat commodum alienantis, eſt pars precij Ro-

preſſa, vt firmatur per Manticam *deciſ.* 291.*n.*4 & fuit dictum in Lucana Parochialis 21. Februarij 1603. coram R. P.D. Coccino Decano.

Vnde cum in quodam mandato facto in perſonam cuiuſdam procuratoris adeſſent inter ſe ſimiles clauſulæ in quadam lite vertente coram me, dũ alia ſucceſſiſſet his cum perſona principali, quæ mandatum dederat, & aliis perſonis, non admiſi tale mandatum factum per prius in perſonã dicti procuratoris conſtituti in prima cauſa, ſed mandaui, vt denuo principalis procurationem, & mandatum pro noua cauſa cum diuerſis iam incepta iterum in perſonam ſui procuratoris in prima cauſa conſtitui faceret, nec habui rationem quod in procuratione prius præſentata in cauſa, quæ iam pendebat aderant illæ clauſulæ generales, & prægnantes, nempe (in omnibus aliis cauſis, & coram quibuſcunque iudicibus) quia vt prædixi hæc omnia intelliguntur, procedunt ad lites, quæ fortaſſe poſſent euenire cum eadem perſona, & non cum aliis diuerſis, in quibus nouum ſpeciale mandatum deſideratur, quare ita fuit obſeruatum anno 1624. de menſe Aprilis die Mercurij.

COLLECT. 3051.

Super Doctrina Panormit. in cap. cum olim de rerum permutat.

¶ *Dignitates, & officia minora an accedente ſuperioris conſenſu poſſint permutari?*

DIcit hic Panormitanus *n.* 2. argumento huius text. & argumento text. *in cap. quæſitum eod. tit* quod dignitates, & beneficia minora poſſunt ad inuicem permutari, dummodo ſuperioris interueniat conſenſus, & ratio eſt, nam qui propria permutant authoritate, perdunt illa, vt probatur in hoc noſtro textu, iuxta cuius terminos perſæpè practicatur in Curia Archiepiſcopali huius inclitæ Ciuitatis Neapolis.

Declara autem, vt vltra ſuperioris conſenſum, debeat quoque legitima cauſa interuenire iuxta varias Rotæ Romanæ deciſiones, & ita nouiſſimè affirmat Megallius *deciſ. caſ. conſcient.* 16. vbi tractat de volente permutare beneficium eccleſiaſticum principaliter pro terreno commodo fingens caſum, vt ſequitur.

Petrus cupiens acquirere vni ex ſuis filiis quoddam eccleſiaſticum beneficium, quod ad præſens poſſidet Antonius presbyter ſenex, & quia credit poſt mortem Antonij prædicti difficile fore illud ab ordinario loci impetrare, excogitauit ex propriis bonis fundare ius patronatus in quo in perpetuis futuris temporibus ipſe, & poſt eum gradatim ſui hæredes valeant vnum de eorum familia præſentare primo loco dictum filium adhoc, vt poſt inſtitutionem, & expeditionem bullarum in ſuam perſonam poſſit huiuſmodi ius patronatus permutare cum dicto beneficio Antonij, & hac via illud facilius obtinere Antonio viuente, vnde quærebatur an hoc fieri poſſit abſque ſimoniæ peccato, & abſque metu excommunicationis, & reſoluit deciſiuè huiuſmodi permutationem in foro conſcientiæ fieri non poſſe abſque mortalis peccati, & ſimoniæ labe.

Sed num Beneficij reſignatio ad cuius titulum reſignans eſt ordinatus ſicuti eſt nulla non facta in ſupplicatione mentione de hac qualitate, ita etiam procedat in reſignatione ex cauſa permutationis beneficij declarat Rota apud Ludouiſium *deciſ.* 441. vbi affirmatiuè deciſum reperies.

COL-

COLLECT. 3052.

Super Doctrina Lapi in Clem. quia plures de iure patronatus.

¶ *Præſentatus non dicitur habere vnum ſtipitem, niſi habeat maiorem partem concurrentium.*

AFfirmat hic Lapus quod præſentatus non dicitur habere vnum ſtipitem, niſi habeat maiorem partem concurrentium in illo ſtipite, & ita voluit Rota in Aretina Cappellaniæ 24. Ianuarij 1605. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Pamphilio, & aliàs in Lucana Cappellaniæ lunæ 1. Februarij 1610. coram Ludouiſio deinde Gregorio XV. vt apud eum *deciſ.* 451. vbi *in addit. litera* C. notatur quod qui habet maiorem partem vocum, ſeu ſuffragiorum vnius ſtipitis etiam ſi adſit contradictio minoris partis dicitur habere totum ſtipitem, nec attenditur contradictio minoris partis, quia pars maior ſuffocat minorem Rota *deciſ.* 443. *part.* 2. *in recent.* & fuit dictum in Vrbinaten. iuris patronatus 14. Maij de anno 1618. coram Reuerendo Patre D. Andræa, & in Vgentina iuris patronatus 15. Aprilis 1605. coram R.P.D. Pamphilio deinde Illuſtriſſimo Cardinali, adeo quod ſi duo fuerint præſentati cumulatiuè ab vno ſtipite, ſed vnus habet omnes voces, alter verò ſolum maiorem partem dicuntur inter ſe pares, & eſt locus inter illos gratificationi perinde, ac ſi ille, qui habet maiorem partem vocum omnes voces illius ſtipitis habuiſſet, vt notabiliter reſoluit Rota in Lauden. Cappellæ 3. Iunij 1617. coram R.P.D. Caualerio.

Cætera autem in hac materia iuris patronatus, & ad mentem huius clementinæ quia plures de iure patronatus vide in ſequenti iuris allegatione.

SVnt ſin probatis partes; Cappellaniam ſub tit. Sancti Bartholomæi ſitam intus venerabilem eccleſiã Sanctæ Mariæ monialium Ciuitatis Theani eſſe de iure patronatus familiæ ipſarum, nempe delli Lotterij, & delli Magni, prout ex præſentationibus in contingentia vacationis peractis, & actis deſuper compilatis, ac bullis expeditis per inſtitutos, clarè videre eſt.

Et quoniam euenit præfatam Cappellaniam vacare per obitum quondã Reuerendi...... vltimi illius poſſeſſoris, & ex familia delli Magni concurrunt plures præſentantes vnum eundem de eadem familia, & ex familia delli Lotterij concurrunt numero valde pauciores ſimiliter præſentantes vnum eundem eiuſdem familiæ, dubitatur quis ex præſentatis ſit præferendus, & inſtituendus.

Pro reſolutione præſentis articuli eſt animaduertendum apud antiquos doctores valde controuerſum fuiſſe quomodo in iure patronatus ſucceſſio fieri deberet in capita, vel in ſtirpes, vt ſatis abundè conſtat ex Lambert. *de iure patronatus* 2. *p. lib.* 1. *art.* 25. *q.* 1. *princ. n.* 1. *& ſeqq.* Et tandem vno ore fatentur in eo ſuccedi in ſtirpes, & non in capita ſecundum tradita *in clem. ſi plures de iure patron.* Lamb. *in eod. loco n.* 7. *& ſeqq.* Paul. de Citad. *in eod. tract. p.* 9. *ampl.* 6. *n.* 6. Roch. de Cu. *in tractatu eiuſdem nominis in verb. ip è n.* 2. Claudiu Tutius Archipreſbyteri Hoſtian. *in ſuis quæſtionibus iuris patron. q.* 6. Cott. *de part. rata q.* 97. Stepha. Grat. *lib.* 5. *diſcept. for. cap.* 521. *n.* 13. *& ſeq.* Viuian. *de iure patron. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 3. *& ſeqq.* Genuenſis Epiſcopus Ilernienſis *in prax. Arch. cap.* 83. *nu.* 2. ſecundum nouiſſimam impreſſionem. Riccius meus dominus meritiſſimus inter primarios Archiepiſcop. Neapolitani canonicus, & ſedilis Nili patritius *in prax. fori.* Cal. *p.* 1. *reſol.* 190.

& p.3.reſol.587. & in deciſ.120.p.2. aliiſque quamplurimis omiſſis.

Et ratio eſt ſecundum relatos DD. quia hæc ſucceſſio regulatur ad inſtar ſucceſſionis hæreditatis, quæ fit in ſtirpes, & non in capita, §. *quod placuit de hæred. quæ ab inteſt. defer. inſtit.* ratè ſcribentes *in auth. ceſſante C. de ſuis, & leg.* Bald. *conſ.23. vol.1.* Alex. *conſ.32. vol.2.* & propterea DD. inferunt, quod ſi vnus patronus decederet relictis decem filiis hæredibus, & alter vnico tantum filio hærede; illi decem habentur loco vnius, & tantam vim haberent ſuffragia illorum decem quantam vox illius vnius, ita DD. *in rel. locis.*

Et ideo ex identitate rationis ampliant diſpoſitionem *dicta clem. ſi plures* procedere etiam in iure patron. competente duabus vniuerſitatibus, Collegiis, vel familiis, ita vt ſi in vna adeſſent plures, & in altera pauciores omnes haberentur loco vnius, & tantum operaretur vox plurium, quantum vox pauciorum, ita Lamb. *in loco relato n.17.* Franc. Marc. *deciſ.451. part.1.* Ruin. *conſ. 50. n.7. vol.5.* Sapat. *var. reſol. lib.1. tit.17. de iure patronatus cap.7.* Aldobrandinus *in deciſ. nouiſſima Rotæ Romanæ 408. vol. 1.* Ric. *in 6. dec.120. nu.4. & in dict. relata 190. n.3. part.1. & in deciſ. 6. p. 2. & deciſ. 281. tit.2. & 3. part.3. & dicta reſolut. 587. tit.3. & 4.* Camill. Borell. *in ſumma deciſ. vniuerſ. tom.1. tit.32. de iure patron. n. 168.* Caſſad. *deciſ.2. de iure patron.* Cumque in caſu noſtro de familia delli Magni adſint plures, & familiæ delli Lotterij pauciores, tantum operantur ſuffragia illorum plurium delli Magni, quantũ illorum pauciorum delli Lotterij. Vnde ſequitur quod dum ambæ familiæ præſentauerunt duos, vna vnum, & altera alterum, voces, & ſuffragia ſunt æqualia; quid igitur agendum?

Vt mea fert opinio dico omninò eſſe inſtituendum admodum Illuſtr. & Reuer. Camillum Lotterio, ex infra ſcriptis. Nam licet data paritate vocũ & meritorum ſit locus gratificationi Reuerend. ordinarij *cap. cum autem* vbi DD. omnes *de iure patr.* Cæſar de Graſſis *deciſ.1 de iure patron* Ricc. *p.1. pra. fori eccleſ. reſolut.175. n.2.* Tamen exiſtente diſparitate meritorũ ceſſat gratificatio, & dignior, & magis idoneus debet inſtitui, ita Lamb. *de iure patron. lib.2. p.3. q.5. art.2.* Viuian. *de iure patron. lib.12. p. 2. cap.3.* Rocch. de Curte *in cod. tract. in verb. honorificum, n. 40. q.15.* Ricc *part.1. fori eccl. reſol. 206.* Campanilis Epiſcopus Laquedonenſis *in diuerſ. iuris can. rub. 6. ſub.33. cap.3.* Imo dignior prætermiſſus poſſet appellare, Grat. *deciſ. 97.* Panormitanus *in cap. cum autem n. 5. de iure patron.* Garz. *de beneficiis pa.7. cap. 4.* Guttier. *lib.2 canon. 99. cap. 11. n. 23.* & Ricc. *in relata reſol.206. nu. 4.* ſed ſic eſt modò, quod dictus Camillus eſt notoriè dignior, cum ſit canonicus doctor, & cantor in cathedrali eccleſia Theani, ſalua pace alterius præſentati familiæ delli Magni; Igitur eſt præferendus, & inſtituendus. Sed audio partẽ aduerſam inſiſtere aduerſus meã ſententiã pluribus modis. Primò quia de familia delli Lotterij adſunt plures nempe tres, & tamen V.I.D. Marcellus præſentauit Camillũ fratrem, ergo non fuit præſentatus à maiori parte, & per conſequens non erit inſtituendus. Sed facilis eſt reſponſio, nam ex quo alter frater eſt abſens, nõ eſt vocandus cum non competat pluribus, vt vniuerſis Paulus de Cittad. *d. tract. art. 3. 6. p. n.49.* licet hoc ſibi non obſit, & ideo vox illius fuit omiſſa, vltra quod ſi eſſet præſens veriſimiliter fratrem præſentaſſet, cum prima caritas incipiat à ſe ipſo *l. præſes. C. de ſerui. & aqua,* & dato quod eſſet præſens, & alium, & non fratrem Camillum pręſentaſſet, adhuc Camillus tanquam à maiori parte pręſenta-

Digitized by Google

ſentatus, eſſet Inſtituendus, quia licet non poſſit quis ſe ipſum præſentare *ca. per tuas de iure patron. c. fin. de inſtit.* Ricc. *p. 1. prax. for. eccl. reſolut.* 179. Nouarius meus dilectus *de priuil. miſerab. perſ. priu.* 74. *n.* 2. *& lib.* 1. *qq. forenſ. q.* 51. *n.* 3. & Viuianus *dicto tract. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 8. Tamen Camillus compatronus conſentiens præſentationi de ſe ipſo factæ per Marcellum auget vocem Marcelli, & numerum illius, vt ſibi proſit ita Viuian. *dict. loc. ſub n.* 8. Ricc. *p.* 3. *praxis fori eccl. reſolut.* 516.

Præterea dicta pars aduerſa inſtetit alio medio, quotiens hoc ius competit alicui familiæ titulo aggregationis legati, vel donationis, tunc ſucceditur in capita, & nõ in ſtirpes; ita DD. omnes à me in primo allegati *in locis adductis.*

Sed ſic eſt modò quod poteſt eſſe dictum ius competere dictis familiis huiuſmodi titulis, ergo illius ſucceſſio debet conſiderari per capita, & nõ per ſtirpes. Sed hoc aſſumptum neceſſario non adſtringit, poteſt competere, ergo verè competit; negatur conſequentia, nam cum hoc poſſit eſſe, & abeſſe neceſſariò non concludit, *l. neque natales C. de probat. l. non hoc C. vnde legitimi.* Imò præſumptio eſt in contrarium, quod in dubio ius patronatus præſumitur acquiſitum ex fundatione, vel dotatione Caſſad. *deciſ. vlti. de iure patronat.* Mohed. *deciſ.* 5. *nouiſſ. Rota Romanæ lib.* 2. Card. Puteus *inter nouiſſimas deciſiones Rotæ Romanæ deciſ.* 64. *lib.* 1. *vol.* 3. vnde cum habeamus regulam ſtandum eſt Regulæ Dec. & Cagnol. *in l.* 1. *ff. de reg. iur.* Rebuff. *ad conſt. Gall. tit. de ſupplicat. art.* 1 *gloſ.* 18.

Et cum illa prætenſio partis aduerſæ ſit exceptio, & limitatio regulæ illam firmat in contrarium, *l. nam quod liquida ff. de pen. leg. l. ius ſingulare ff. de leg.*

Tandem inſurgit, & alio medio quando hoc ius alicui familiæ, vniuerſitati, vel collegio competit pluribus vti vniuerſis, tunc ſucceditur in capita, & non in ſtirpes ita DD. *in locis à me ſupra in ſecundo loco allegatis.* ſed ſic eſt modò, quod dictis familiis competit pluribus vti vniuerſis, ergo illi ſuccedunt in capita, & non in ſtirpes; hoc motiuum nihil vrget: Nam in caſu noſtro non competit pluribus vti vniuerſis, ſed vti ſingulis, quod ſit verum patet, nam tunc dicitur competere pluribus vti vniuerſis, quomodo oportet vt ſimul omnes in eodem loco conueniãt, & congregentur ad faciendam præſentationem, veluti quomodo competeret alicui vniuerſitati, vel collegio, & eſſet neceſſe, quod tempore vacationis conuocato concilio generali, & ad ſonum campanelli omnes ſimul in eodẽ loco conuenirent ad danda ſuffragia, quando verò non eſt neceſſe vt ſimul conueniant, & congregentur, ſed diuiſim ſuffragia ferãt, vt in caſu noſtro, tunc dicitur competere pluribus vti ſingulis, & non vti vniuerſis ita Butr. *in cap.* ..... *n.* 12. *verſ.* 2. *quæro an patroni de iur. patr.* Lap. Alleg. *alleg.* 78. *n.* 2. ſubdeducitur Franc. Marc. *dec.* 451. *p.* 1. Steph. Grat. *tom.* 2. *diſcept. for. ca.* 211 *n.* 1. *& ſeqq.*

Ex quibus omnibus concludo omninò R.P.D. Camillum compatronũ benemeritum eſſe inſtituendum, parum, aut nihil partis aduerſę prętenſionibus adductis, vel quę adduci poſſent refragantibus, & ſi fortè alię difficultates inſurgent illic ad me delatis nuper reſpondere, pro vt mei ingenioli vires ſuppetunt enixè conabor.

Cętera ſuppleat Reuerendiſſimus Epiſcopus Theanenſis peritiſſimus cũ eius doctiſſimo generali Vicario ſecundum tradita *in tit. C. vt quæ deſunt aduocatis.* Et ita iuris eſſe conſulo, me ſubiiciens iudicio rectius ſentientis die 22. Aprilis 1624.

Franciſcus Seuerinus.

COLLECT. 3055.

Super Doctrina Alberici in l. ſediſſimæ, C. poſtlim. reuerſ.

¶ *Meretrices an numero miſerabilium ſint comprehenſa.*

AFfirmat hic iſte Doctor, quod meretrices in miſerabilium numero ſunt reponendæ.

Pro cuius ornatu, tu ideo inferas, quod huiuſmodi meretrices habent beneficium *l. vnic. C. quando Imper. inter pupil. & vid.* Caſtill. *deciſ. Rot. Sicilia* 48. *in nouiſſ. addit. part.* 1. Vinius *deciſ.* 521. *n.* 5. vbi aliqua cumulat, ſed latius videndus eſt in hac practic. Doctor Nouarius *in ſpeciali tractatu, quem edidit in hac materia electionis, & variationis fori.*

Sed num iſtæ meretrices vendere earum corpus licitè poſſint, ita quod valeant mercedem ſibi cauſa fornicationis, & concubitus promiſſam iudicialiter petere? vide Gizzarellum *deciſ.* 54. vbi pro affirmatiua opinione iudicatum in Sacro Conſilio fatetur, & vide pariter quæ nos ſcripſimus *in deciſ. Curiæ Archiepiſc.* 73. *part.* 4.

Et an meretrix appelletur mulier, quæ amoris cauſa ſuo amanti copiam facit? negatiuè reſolutum eſt arreſto Rotæ Luſitaniæ, vt apud Phœbum poſt eius deciſiones *arreſto* 145. vndè illam inſtitui poſſe etiam excluſis fratre, vel ſorore, illiſque præteritis affirmat Caroccius *deciſ.* 124. vbi latè.

COLLECT. 3054.

Super Bulla Vrbani VIII. de rebus regularium non alienandis.

¶ *Alienatio rerum eccleſiæ quæ requirat? ad declarationem Bullæ Vrbani VIII. de rebus regularium non alienandis.*

MAteria alienationis rerum eccleſiæ hic cadit, ad cuius ornatum ſequentia colligere libuit.

In alienatione rei eccleſiæ duo copulatiuè requiruntur, ſolemnitas ſcilicet, & cauſa, nec vnum ſine alio ſufficit, Rota in cauſa Placentina bonorum coram Seraphino 7. Aprilis 1581. & *in diuerſ.* 178. *nu.* 1. *part.* 2. & in Romana prætenſæ deuolutionis 28. Maij 1582. Rubeo, & in Piſana bonorum 3. Debris 1584. Cantuccio, & in Sabinen. Siluæ 19. Decemb. 1588. Seraphino, & in Senen. prædij 8. Octobr. 1584. Pamphilio, Romana inualiditatis cenſus 24. Maij 1591. eodem, Mediolanenſ. reſciſſionis permutationis 10. Januar. 1597. eodem, & Mediolan. bonorum 7. Februarij eodem, & aliàs ſæpius.

Vndè alienatio rerum eccleſiæ ſine ſolemnitatibus eſt nulla eccleſia volente, ſecus ſi eccleſia vellet ſtare alienationi, nec altera pars poteſt eam impugnare Chacher. *deciſ.* 94. *numer.* 25. Cartar. *deciſ. Genuæ* 46. Put. *deciſ.* 310. *lib.* 1. & 365. *num.* 5. *lib.* 2. Rota in cauſa Peruſina reſciſſionis contractus 24. Februarij, & 18. Martij 1588. Blancherto, Romana domus 4. Decembris 1592. Mantica, Romana cenſus 10. Maij 1596. Mellino, Vlixbonen. nullitatis locationis 1. Julij 1596. Pamphilio.

Et iſte defectus ſolemnitatis non poteſt ab alio quam ab eccleſia allegari Creſcent. *deciſ.* 1. *de locat.* Rota in cauſa Romana domus 4. Decembris 1592. Mantica deinde Illuſtriſſimo Cardinali.

Limita in caſu vbi actio eſt popularis, vide in cauſa Oxomen. tranſlationis 26. Octobris 1592. coram eodem Mantica.

Limita quando eccleſia vellet pro parte valere alienationem, & pro parte dicere nullam, quia non poteſt

ex latè congeſtis per Rot. in cauſa Placentina decimarum 2. Iunij 1586. Bubalo.

In alienatione rerum eccleſiæ facta auctoritate Papæ non requiruntur aliæ ſolemnitates, quia ſupplentur authoritate Papæ, Capic. *deciſ.* 16. *numer.* 1. *propè fin. verſ. regulæ enim iuris & num.* 4. Rot. in cauſa Segobien. Spolij Fineuo 7. Decembris 1568. & *in deciſ. quotid.* 410. *part.* 2. & in Romana Caſalis Turricellæ 10. Martij 1578. Cantuccio, vt *in deciſ. diuerſ.* 65. *numer.* 1. *part.* 2. in Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. Seraphino, vt *in deciſ. diuerſ.* 178. *numer.* 2. *part.* 2. in Mediolanenſ. reſciſſionis permutationis X. Ianuarij 1597. Pamphilio, & facit deciſ. Seraph. 1307.

Dummodo auctoritas Papæ legitimè ſit interpoſita, ſecus ſi ſit ſubreptitia, Rota in d. Romana Caſalis Turricellæ 10. Martij 1578. Cantuccio, vt *deciſ. diuerſ.* 65. *numer.* 2. *parte* 2.

Non tamen ſupplet defectum cauſæ, Rota in cauſa Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. Seraphino, vt *in deciſ. diuerſ.* 178. *n.* 3. *part.* 2. & in Senen. prædij 8. Octobris 1584. Pamphilio.

Item in alienatione facta coram Papa non requiritur alia ſolemnitas, quia eius præſentia ſupplet omnes defectus Rota in cauſa Romana Caſalis 21. Maij 1593. & vide in eadem 28. Iunij 1593. Seraphino.

Idem ſi cum ipſo Papa contrahatur, Rota in dicta Romana Caſalis 2. Maij 1593. Seraphino, & vide in eadem 28. Iunij 1593. eodem.

Amplia etiam ſi contractus fieret cum Papa, qui vt perſona priuata contraheret, Capic *deciſ.* 203. *nu.* 13. & fuit reſolutum in dicta Romana Caſalis 2. Maij 1593. Seraphino & vide eandem 28. Iunij 1593. eodem.

In alienatione rei eccleſiæ nondum incorporatæ, ſed in ipſa acquiſitione facta non requiruntur ſolemnitates, Put. *deciſ.* 519. *lib.* 2. Peregrin. *deciſ.* 30. *in cauſa Bononien. de Papazzonibus & deciſ.* 210. *in cauſa Senen. Pradij lib.* 2. Rota in cauſa Romana domus de tribus montibus 29. Octobris 1582. Aldobrandino, vt *in deciſ. quotid.* 637 *lib.* 2. & in Romana domus in Burgo 11. Decembris 1580. Blanchetto, vt *in deciſ. quotid.* 326. *lib.* 2. & vide in cauſa Mediolanen. bonorum 18. Martij 1596. Iuſto, & 7. Februarij 1597. Pamphilio.

Nec ad effectum alienationis habetur in conſideratione momentanea acquiſitio Vincent. de Franch. *deciſ.* 14. *num.* 25. *& ſeq.* Put. *deciſ.* 519. *libr.* 2. Peregrin. *deciſ.* 30. *lib.* 2. Rota in dicta Romana domus de tribus montibus 29. Decembris 1582. Aldobrandino, vt *in deciſ.* 637. & in Romana domus in Burgo 11. Decemb. 1580. Blanchetto. vt *in deciſ.* 326. *lib.* 2. & vide in Mediolanen. bonorum 18. Martij 1596. Iuſto, & 7. Februarij 1597. Pamphilio.

Declara tamen hoc procedere quãdo ex actu, qui fit ad renunciandum reſultat acquiſitio, ſecus ſi fierent duo actus ſeparati, licèt in continenti, quia tunc non poſſet fieri ſine ſolemnitatibus, de Franch. *deciſ.* 14. *num.* 16. Peregrin. *deciſ.* 30. *lib.* 2. Rota in cauſa Mediolanenſ. bonorum 7. Februarij 1597. Pamphilio.

Nec in conceſſione hęreditatis delatæ eccleſiæ neceſſariæ ſunt ſolemnitates in alienatione rei eccleſiæ requiſitæ Peregr. *deс.* 30. *lib.* 2. *&* 210. *li.* 2.

Limita ſi ante ceſſionem hæreditatis fuiſſet adita, nam tunc neceſſariæ ſunt ſolemnitates in alienatione requiſitæ, Peregr. *deciſ.* 30. *lib.* 2. Rota in Mediolanenſ. bonorum 7. Februarij 1597. Pamphilio.

Digitized by Google

Poteſt enim prælatus præiudicare eccleſiæ in q̄ p̄endis ante acceptationem, ſecus verò poſt acceptationem tacitam, vel expreſſam, Rota in cauſa Mediolanen. legati 22. Junij 1594. Gypſio.

In alienatione rei eccleſiæ ſolitæ alienari non requiruntur ſolemnitates Graſſ. *deciſ.* 3. *nu.* 14. *de reb eccleſ. non alienand. & deciſ.* 4. *n.* 20. *eod. tit.* Rota in vna Romana domus 27. Nouembris 1587. Blanchetto, & in Imolen. bonorum 21. Maij 1593. Pamphilio.

Dummodò ſolitum non alteretur Rota in dicta Imolen. bonorum 21. Maij 1593. Pamphilio. Adde quod rē ſolitam eſſe alienari nō ſtatur aſſertioni partis, ſed debet probari, Rota in cauſa Auerſana tenimenti 24. Nouembris 1581. Cantuccio, vt *in deciſ. diuerſ.* 160. *n.* 4. *part.* 2.

Et quod res eccleſiæ dicatur ſolita alienari requiritur, quod procedat vna locatio ſolemnis, vel duo cum ſpatio quadraginta annorum, Rota in cauſa Zamoren. Caſtri 14. Decembris 1579. Seraphino, & in Auerſana tenimenti 24. Nouembris 1581. Cantuccio, vt *in deciſ. diuerſ.* 160. *nu.* 5. *part.* 2. & in cauſa Senen. prædij 8. Octobris 1584. Pamphilio, & in cauſa Piſana bonorū 20. Februarij, & 3. Decembris 1584. Cantuccio, Romana domus 13. Januarij Blanchetto 1586.

Non tamen requiruntur neceſſariò vniformes Rota in dicta Piſana bonorum 20. Februar. 1585. Cantuccio.

Et ſufficit quod vna ſit valida, Rota in dicta Piſana bonorum 20. Februarij 1585. Cantuccio.

Ad effectum tamen, vt dicatur valida non præſumitur ſolemnitas ſpatio 30. annorum Rota in dicta Piſana bonorum 20. Februarij 1585. Cantuccio, & in Romana domus 13. Januarij 1586. Blanchetto.

Res eccleſiæ ſolita locari tunc demum ſine ſolemnitatibus poteſt locari, ſi adeſt eadem cauſa conceſſionis, de quo vide in cauſa Mediolanen. bonorum 23. Januarij 1593. Orano.

Alienatio rei eccleſiæ alienari ſolitæ cum hoc quod non tranſeat ad hæredes extraneos non poteſt ſine ſolemnitatibus alienari, cum hoc quod ad hæredes extraneos vadat, Rota in cauſa Imolen. bonorum 21. Maij 1593. Pamphilio.

Res eccleſiæ ſolita locari, ſi ſit incorporata eccleſiæ, non poteſt locari ſine ſolemnitatibus, & vide in cauſa Mediolanen. bonorum 23. Januarij 1593. Orano.

Alienatio rei eccleſiæ vltra trienniū fieri non poteſt abſq; ſolemnitatibus, Rota in cauſa Senen. prædij 8. Octobris 1584. Pamphilio.

Amplia vt procedat etiam in Prælato regulari, Rota in dicta Senen. prędij 8. Octobris 1584. Pamphilio.

Limita in locationibus caſalium, cū ſingulo anno fructus non afferant, nā tunc triennium intelligitur de tribus recollectis, non autem de aliis tribus, Rota in cauſa reſciſſionis contractus 28. Nouemb. 1580. Aldobrandino, vt *in deciſ.* 312. *lib.* 2.

Adde quod pręſumitur vſu recepta, adeò quod non vſus debet probari Brixien. locationis 5. Decembr. 1594. Penia Benintend. *deciſ.* 13. *n.* 9.

In tranſactione, ac perſonis eccleſię requiruntur eædem ſolemnitates, quæ in alienatione. Caputaq. *deciſ.* 106. *part.* 1. Rot. in cauſa Auerſana tenimenti 27. Junij 1583. Rubeo, & 23. Junij 1594. Gypſio, & in Nouarien. decimarum 28. Maij 1593. Arigono, & Mediolan. reſciſſionis permutationis, 11. Januarij 1597. Pamphilio.

Amplia ſi res ſit penes aduerſarium, & in tranſactione agatur, vt penes illū remaneat,

remaneat, quia hoc caſu non valeat Capufaq. *deciſ.* 106. *part.* 1.

In impoſitione cenſus ſuper re eccleſiæ requiritur ſolemnitas, & iuſta cauſa, prout in alienatione, Rota in cauſa Romana inualiditatis cenſus 24. Maij 1591. Pamphilio Gadicen. cenſus 23. Januarij 1595. Seraphino Leodien. cenſus 29. Ianuarij 1596. Oiano, & 15. Januarij 1597. Corduba.

In communicatione emphyteuſis eccleſiæ facienda fratribus ab vno fratre acquirente, an requiratur ſolemnitas? vide in cauſa Mediolanen. bonorum 13. Nouembris 1596. Oiano.

In alienatione rei eccleſiæ ex curſu 30. annorum, & obſeruantia, ſolemnia præſumuntur, nec minus tempus ſufficit. Quod autem data obſeruantia ſufficiant decem anni, & verò non data 30. Caſſad. *deciſ.* 3. *n.* 7. *de procur.* Fab. *deciſ.* 22. *lib.* 1. Put. *deciſ.* 365. *n.* 4. & 7. *li.* 1. Mohed. *deciſ.* 52. *alias* 2 *de tranſact.* Rota in cauſa Lunen. Sarzanen. 20. Junij 1575 Cotta vt *in deciſ.* 86. *lib.* 2. Neapolitana fundac. 1. Junij 1579. Robuſterio, vt *in deciſ.* 179. *part.* 2. Roman. domus de Tribus montibus 29. Octobr. 1582. Aldobrandino, vt *in deciſ.* 637. *lib.* 2. Senenſ. prædij 8. Octobr. 1584. Pamphilio Maioricenſ. bonorum 26. Nouemb. 1584. Gypſio, Piſana bonorum 8. Nouemb. 1585. Cantuccio, Placentina decimarum 31. Januarij 1586. Bubalo, Romana Caſalis 15. Junij 1587. & 28. Junij 1593. & 23 Martij, & 27. Maij 1597. Seraphino, Romana bonorum 4. Maij 1590. eod. Romana inualiditatis cenſus 24. Maij 1591. eod. Romana Caſalis 7. Junij 1591. Gypſio, Medilan. bonorum 28. Martij 1594. Arrigonio, & in eadem 5 Maij 1597. Seraph. Mediolanenſ. reſciſſionis permutationis 10. Januarij 1597. Pamphilio, Romana domus 30. Martij 1590. Mantica, Papienſ. bonorũ 28. April. 1595. Seraph.

Et in conſiderando curſu temporis ad præſumendum ſolemnia, non eſt deducendum tempus vitæ Prælati alienantis, licet ſecus ſit ad effectum præſcriptionis, vt fuit dictum in cauſa Lunenſ. Sarzanenſ. terrarum 20. Junij 1593. Cotta, vt *in deciſ. quotid.* 86. *lib.* 2. & in Romana Caſalis 25. Maij, & 28. Junij 1593. Seraphino.

Alienatio rerum eccleſiæ quę ab initio fuit vtilis non redditur nulla, ex eo, quod non probetur precium verſum eſſe in vtilitatem eccleſię, nec emptor tenetur probare verſionem, Rota in cauſa Anconitana terrarum 13. Junij 1578. Seraphino Romana deuolutionis domus de Piccionibus 17. Nouemb. 1581. Rubeo vt *in dec. quotid.* 162. *lib.* 2. Piſana bonorum 8. Aprilis 1585. Vicecomite, Auximana bonorum 13. Maij 1585. Rubeo, & in eadem 15. Nouemb. 1585. Robuſterio, Volaterrana bonorum 18. Nouembris 1596. Blanchetto, Romana Caſalis 7. Junij 1591. Gypſio, florentina bonorum 7. Maij 1590. Pamphilio, Romána Caſalis 21. Maij 1595. Seraphino.

Precium ſi precium fuit actualiter depoſitum, Rota in cauſa Anconitana terrarum 13. Nouembr. 1577. & 13. Junij 1578. Seraphino, Florentina bonorum 7. Maij 1590. Pamphilio, vbi quomodo dicatur factum actuale depoſitũ. Romana cenſus 27. Junij 1590. & 26. Januarij 1591. Bubalo, Romana Caſalis 7. Junij 1592. Gypſio, Romana Caſalis 21. Maij 1593. Seraphino.

Declara hoc procedere in alienatione facta ex cauſa vtilitatis, ſecus in alienatione ex cauſa neceſſitatis, quia tunc emptor tenetur probare precium verſum in cauſam expreſſam. Rota in dicta Romana cenſus 29. Januarij 1591. Bubalo, vbi quod alienatio facta pro extinguendo cenſu dicitur

lienatio eſt facta inſpecto valore de tempore belli, ſecus ſi precio, quo ante bellum locabatur, vt fuit dictum in cauſa Romana domus in Burgo 30. Martij 1590. Mantica.

In alienatione rei eccleſiæ ſolitæ alienari vtilitas euidens debet conſiderari tempore, quo fit alienatio, non autem tempore, quo res cæpit alienari primo loco, Graſſ. *deciſ.* 3. *nu.* 16. *& dec.* 4. *per tot. de reb. eccleſ. non alien.* Rota in cauſa nullius Caſtri montis Perſij 9. Martij 1580. Brauo, vt *in deciſ. diuerſ.* 182. *in prin par.* 1. & Romana domus 29. Nouembris 1587. Blanchetto.

Declara iſtud procedere quando prima cauſa conceſſionis ceſſat, ſecus verò quando illa duraret Graſſ. *dec.* 4. *nu.* 17. *& ſeq. eod. tit.*

An autem in inſpicienda vtilitate eccleſiæ attendatur valor rei, vel valor redditus, ita vt res licèt minoris valeat, ſi tamen eſt maioris redditus dicatur eccleſiæ vtilior alia minoris redditus, & maioris valoris, vide in cauſa Placentina bonorum 7. Nouembris 1580. Seraphino, vt *in deciſ. diuerſ.* 651. *par.* 1.

In confirmatione alienationis rei eccleſiæ vigore gratiæ, ſi in euidentem, ſufficit extraiudicialis informatio, nec citatio requiritur, quando Papa derogat Paulinæ, & ſimpliciter committit, alicui vt ſe informet, Rota *diuerſ. deciſ.* 479. *nu.* 2. *&* 716. *nu.* 1. *par.* 1. *& deciſ.* 160. *nu.* 8. *p.* 2. & in cauſa Leodien. cenſus 29. Ianuarij 1596. Orano, & 15. Ianuarij 1597. Corduba.

Item ſi Papa committeret vt ſe extraiudicialiter informaret Rota *diuerſ. deciſ.* 160. *nu.* 8. *par.* 2. & in dicta Leodien. cenſus 15. Ianuarij 1507. Corduba.

Limita quando adeſt clauſula *vocatis vocādis*, quia tunc requiritur citatio, & iudicialis informatio, Rota *deciſ.* 30. *de reſcript. in nou.* Rota in dicta Leodien. cenſus 29. Ianuarij 1596. Orano, & 15. Ianuar. 1595. Corduba.

Limita etiam ſi adeſt clauſula, ſi tibi legitimè conſtiterit, quia tunc requiruntur plenæ, & veræ probationes, Rota in dicta Leodien. cenſus 29. Ianuarij 1569. Orano, & 15. Ianuarij 1597. Corduba.

In alienatione rei eccleſiæ impure, ſeù ſi in euidentem ſufficit citatio Rectoris alienantis, licèt non comparuerit, & fuerit indefenſus, Rota in cauſa Romana Caſalis 16. Martij 1567. Orano, vt *in deciſ. quotid.* 95. *libro* 2. & vide in cauſa Cortonen. reſciſſionis contractus 26. Ianuarij 1590. Oradino.

Et ſufficit quod fuerit præſens, licèt non fuerit citatus, etiam ſi citatio pro forma requireretur Rota in cauſa Anconitana bonorum 2. Martij 1584. Bubalo, Auximana bonorum 3. Maij 1585. Rubeo.

Nec requiritur quando iudex commiſſarius poteſt ſe extraiudicialiter informare Rota in cauſa Romana bonorum 20. Maij 1580. Lancellotto.

Item nec requiritur quando Rector Papæ ſupplicaret, Rota in cauſa Romana Caſalis 16. Martij 1567. Oradino, vt *in deciſ. quotid* 95. *lib.* 2. Romana domorum 20. Maij 1580. Lancellotto, Cortonen. reſciſſionis contractus 26. Ianuarij 1590. Orano.

Amplia etiam ſi eſſet clauſula vocatis vocandis, quia intelligitur de aliis, quam de ipſo Rectore, qui eſſent vocandi, Rota in dicta Romana bonorum 20. Maij 1580. Lancellotto, Cortonen. reſciſſionis contractus 26. Ianuarij 1590. Orano.

In conſiderando valore rei eccleſiæ ad hoc vt videatur an alienatio ſit vtilis? habenda eſt ratio pacti, quod melioramenta deuoluantur finita linea, quia cum hoc pactum reſpiciat commodum alienantis, eſt pars precij Ro-

ta in cauſa Bononien. de Pipinis 20. Maij 1578 coram D. de Graſſis, vt *in deciſ.136.Alias 5.nu.3.de reb.eccleſ.non aliẽ.* Romana deuolutionis domorum 26. Martij 1590. Pamphilio.

Item in inſpicienda vtilitate eccleſię habetur ratio vicinitatis fluminis, & acceſſus bannitorum, Rota in cauſa Bononien. Sancti Apollinaris 2. Aprilis 1581. vt *in deciſ. diuerſ.* 720. *nu.* 10. *par.* 1. Cantuccio.

In conſideranda vtilitate eccleſiæ in conceſſione in emphyteuſim perpetuam non habetur ratio quod res indigeat reparatione, Rota in cauſa Bononien. Sancti Apollinaris 2. Aprilis 1581. Cantuccio, vt *in deciſ. diuerſ.* 720. *nu.* 8. *par.* 1.

Præſertim quando Rector poteſt reparare abſque eo, quod alienet, Rota in dicta Bonon. Sancti Apollinaris 2. Aprilis 1581. Cantuccio, vt *in deciſ diuerſ.* 720. *numero 9. parte* 1.

Alienatio dicitur vtilis vbi eccleſiæ ceditur actio liquida, & indubitata pro maiori ſumma, quam res valeat, Rota in cauſa Volaterana bonorũ 28. Nouembris 1586. Blanchetto.

Alienatio rei eccleſiæ facta pro vtilitate eccleſiæ eſt nulla, vbi ex inſtrumentis locationis apparet, quod eccleſia de tempore cõceſſionis plus percipiebat, Rota in cauſa Anconitana bonorum 2. Maij 1584. Bubalo Nouariẽ. bonorum 17. Januarij 1588. Robuſterio 8. Martij & 17. Maij 1593. Penia.

Adde tamen, quod in locatione rei eccleſiæ in perpetuum facta ſit diminutio ſextæ partis penſionis, Rota in cauſa Romana Caſalis Turricellæ 28. Iunij 1578. Cantuccio vt *in deciſ. diuerſ.* 78. 5. *par.* 2. & in cauſa Romana domus 30. Martij 1590. Mantica, & in cauſa Mediolanen. 10. Januarij 1597. Pamphilio.

Inde ſi res eccleſiæ in perpetuum concedatur pro eadem penſione, pro qua ſingulis annis locabatur, eccleſiæ dicitur vtilis Rota in cauſa Romana domus in Burgo 30. Martij 1590. Mantica.

Alienatio, ſeu impoſitio cenſus dicitur vtilis, vbi fit pro extinguendo alio cenſu, pro quo grauabatur maiori intereſſe, ita fuit reſolutum in cauſa Gadicen. cenſuum 23. Januarij 1595. Seraphino.

Item ſi fiat impoſitio cenſus à capitulo pro ſuſtinendis expenſis litis, vt fuit reſolutum in dicta Gadicen. cenſuum 23. Januarij 1595. Seraphino.

Alienatio vnius pedicæ caſalis pro inueſtendo precio in domo an dicatur eccleſiæ vtilis? vide in cauſa Romana caſalis 7. Junij 1591. Gipſio.

Contractus permutationis rei eccleſiæ non dicitur vtilis, vbi cenſus vel canon datus in recompenſam non eſt cum directo dominio, & cum deuolutione, cum hæc qualitas non ſolum inducat commodiorem, & faciliorem exactionem, ſed etiam reddat conditionem eccleſiæ meliorem, vt fuit reſolutum in cauſa Romana apothecæ 6. Februarij 1584. Vicecomite, & vide in Placentina aquarum 10. Februarij 1597. Orano.

Alienatio rei eccleſiæ præſumitur vtilis, quãdo fit cũ debitis ſolemnitatibus vel eſt confirmanda, Capyc. *deciſ.* 16. Rota in cauſa Raguſina emphyteoſis 20. Junij 1578. Lancellotto, vt *in deciſ. diuerſ.* 470. *n.* 1. *p.* 1. Auximana bonorũ prima Februarij 1580. Seraphino, Piſana bonorum 8. Aprilis 1585. Vicecomite, Auximana bonorũ 13. Maij 1583. Rubeo, & in eadem 15. Nouembris 1586. Robuſterio, Volaterana bonorum 28. Nouembris 1586. Blanchetto, Romana deuolutionis bonorum 26. Martij 1590. Pamphilio, Florentina bonorum 7. Maij 1590. eodem, Romana

mana caſalis Turricellę 29. Aprilis 1594. Seraphino, Bononien. bonorum de Marano 16. Junij 1595. Mellino, & 20. Nouembris 1595. eodem, & in eadem 27. Maij 1596. Arigonio, Mediolanen. bonorum 10. Januarij 1597. Pamphilio.

Vnde dicenti alienationem læſiuã eccleſiæ incumbit onus probandi læſionem, vel non euidentem vtilitatem Rota in cauſa Mediolanen. bonorum 10. Januarij 1597. Pamphilio, & in Romana deuolutionis domorũ 26. Martij 1599. Pamphilio, Romana caſalis Turricellæ 28. Iunij 1578. Cantuccio, vt *in deciſ. diuerſ.* 78. *num.* 3. *part.* 2.

In alienatione rei Eccleſiæ decretum iudicis, quod cedat in euidentem vtilitatem, admittit probationem in contrarium, Rota in cauſa Lucana bonorum 15. Januarij 1571. Lancellotto, vt *in deciſ. diuerſ.* 181. *num.* 4. *part.* 1. & in Placentina bonorum 7. Aprilis 1571. Seraphino, vt eſt *deciſ. diuerſ.* 178. *nu.* 4. *par.* 2.

Et quando poteſt probari læſio, vel damnum eccleſiæ, alienatio non valet, etiam ſi à iudice ſit confirmata vigore gratiæ, ſi in euidentem, Rota in cauſa Lucana bonorum 15. Januarij 1571. Lãcellotto, vt *in deciſ. diuerſ.* 181. *nu.* 4. *part.* 1.

Adde tamen, quod quando alienatio rei eccleſiæ eſt confirmata, Rectori dicenti cauſas eſſe falſas incumbit onus probãdi, Rota in cauſa Bononien. Sancti Apollinaris 24. Martij, & 20. Junij 1586. O. ano, vide in eadem. 9. Iunij 1589. coram eodem.

Alienandi rem eccleſiæ neceſſitas non dicitur, vbi ex fructibus eccleſiæ abſque alienatione neceſſitatibus poteſt prouideri, Rota in cauſa Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. Seraph. & *deciſ. diuerſ.* 1578. *numero* 6. *part.* 2.

Si verò fiat ex cauſa vtilitatis nõ ſufficit eam vtiliter cęptam, ſed requiritur eccleſiam fieri locupletiorem Rota in cauſa Romana caſalis Turricellæ decima Martij 1578. Cantuccio, vt *in deciſ. diuerſ.* 65. *n.* 4. *par.* 2.

Et iſta vtilitas debet eſſe euidẽs, clara, & indubitata, Rota in cauſa nullius Caſtri mõtis portij 9. Martij 1580 Bauo, vt *in deciſ. diuerſ.* 592. *in princ. par.* 1. Romana caſalis Turricellæ 10. Martij 1578. Cantuccio, & in dec. *deciſ.* 65. *nu.* 19. *par.* 2. Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. Seraphino, vt *in deciſ. diuerſ.* 178. *num.* 10. *par.* 2. Romana inualiditatis cenſus 24. Maij 1591. Pamphilio.

Et ſufficit quod vtilitas adſit ab initio, nec attenditur quid poſtea accidat, Rota in cauſa Anconitana Terrarum 17. Iunij 1578. Seraphino, Florentina bonorũ 7. Maij 1591. Pamphilio, Romana caſalis 7. Iunij 1591. Gipſio.

In alienatione rei eccleſiæ intentio Papæ eſt, vt cedat in vtilitatem eccleſię, & nil aliud curat Rota in cauſa Placentina bonorum 7. Nouembris 1580. Seraphino vt *in deciſ. diuerſ.* 675. *nu.* 1. *par.* 1. *eo.* in eadem 7. Aprilis 1581. eodẽ, vt eſt *deciſ. diuerſ.* 178. *nu. par.* 2. & Romana domus 2. Decembris 1588. Bubalo, Auximana bonorum prima Febr. 1580. Seraphino.

Vnde in gratia ſi in euidentem non attenditur ſubreptio quando non eſt circa vtilitatem, ſed quando reſpicit vtilitatem, quia tunc gratia vitiatur, ita fuit dictum in cauſa Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. vt eſt *dec. diuerſ.* 178. *num.* 8. *par.* 2. Seraphino, Auximana bonorum eodem prima Februarij 1580. & Placentina Tenutæ della Maddalena 27. Iunij 1597. Seraphino, Romana domus 2. Decembris 1588. Bubalo.

Et clauſula in confirmatione alienationis dummodo debito precio facta ſit, intelligitur de precio communi, vel

in euidentem vtilitatem, vide in cauſa Vigleuanen. locationis 27. Nouembr. 1596. Corduba.

In alienatione rei eccleſiæ ſufficit vtilitas putatiua, vbi ab initio adfuit cauſa primaria vtilitatis, vt quia bona erat ſterilia, licèt non fuerit vtiliter contractum in precio, & hoc caſu cõtractus non eſt nullus, ſed eccleſiæ datur reſtitutio, ſecus vbi cauſa vtilitatis non adfuit ab initio, quia tunc vtilitas putatiua non ſufficit, ſed contractus eſt ab initio nullus, Rota in cauſa Cluſina bonorum 24. Nouembris 1574. & 15. Ianuarij 1571. Lancellotto, vt *in deciſ. diuerſ.* 180. *n.* 2. *&* 181. *num.* 2. *part.* 1. & in Gadicen. cenſuum 23. Ianuarij 1595. Seraphino.

Et vtilitati putatiuæ tunc ſtatur, quando eſt ſeruata forma, Rota in dicta Lucana bonorum 15. Ianuarij 1571. Lancellotto, vt *in deciſ. diuerſ.* 181. *n.* 3. *&* 4. *part.* 1.

Ad hoc, vt ex curſu temporis præſumatur beneplacitum ſedis Apoſtolicæ, an requiratur ſcientia Papæ? Dic, quod ſi ſumus in ſpacio triginta annorum non requiritur, in minori verò requiritur, Caſſador, *deciſ.* 3. *n.* 7. *de procur.* Fab. *deciſ.* 22. *lib.* 1. Mohed. *deciſ.* 52. *alias* 2. *de tranſact.* Rota in cauſa Romana domus de tribus montibus 29. Octobris 1582. Aldobrandino, vt *in deciſ. quotid.* 237. *lib.* 2. & in cauſa Maſſanen. præheminentiarum 28. Iunij 1585. Blanchetto, & Romana caſalis 7. Iunij 1591. Gypſio.

Item requiritur quando agitur de præiudicio ipſius Papæ, ſecus ſi agatur de præiudicio inferioris, Rota in dicta Maſſanen. præeminentiarum 28. Iunij 1587. Blanchetto.

In alienatione rei eccleſiæ, in qua eſt reſeruatum beneplacitum Apoſtolicum cum clauſula, *vt non alias*, nec alio modo illud eſt omninò neceſſariū, etiam quod aliàs in eo caſu non ſit de iure neceſſarium, cum clauſula illa importet conditionem, qua non exiſtente reſoluitur contractus, Rota in cauſa Romana domus 3. Ianuar. 1586. Blanchetto, Nouarien. decimarum 28. Maij 1593. Auguſtino, Romana locationis 21. Maij 1593. Blanchetto.

Beneplacitum præſumitur expeditum ſtante fide Clerici regiſtri ſupplicationum, quod in libro ſuarum rubric. inuenit expeditionem vnius, ſi in euidentem, de eo tempore, licèt liber regiſtri non inueniatur, Rota in cauſa Romana caſalis de Picchis 15. Iunij 1587. Seraphino.

Nec probatur nec fuit expeditum ex diligentia facta in actis Vicarij Papæ, vbi non reperitur, Rota in dicta Romana caſalis de Picchis 15. Iunij 1587. Seraphino.

In alienatione cum reſeruatione beneplaciti, an interim donec conſtet non poſſe obtineri beneplacitum emptor lucretur fructus? vide in cauſa Romana locationis 21. Maij 1593. Blanchetto.

Eccleſia poſt obtentum beneplacitum non poteſt pœnitere, etiam antequam alienatio confirmetur, cum ex ſola pœnitentia non liceat recedere, Rota in cauſa Romana locationis affictus 4. Iunij 1584. Blanchetto.

Limita quando eſſet confirmata ſed nulliter, quia tunc non poteſt agi ad alienandum, cum ſit primus perfectus, nec poſſit ad contrahendum de nouo cogi, vt fuit dictum in cauſa Cotton. bonorum 26. Ianuarij 1590. Platto.

Vnde hoc caſu nō poteſt peti quod de nouo confirmetur, nec ad id eccleſia cogi poteſt, ſed cuius eſt electio, an velit ſtare contractui, vel potius ab eo recedere, Put. *deciſion.* 310. *lib.* 2. Rota in cauſa Cottonen. bonorum 3. Iulij

5. Julij 1598. & 26. Januarij 1590. Platto.

Cauſa in alienatione rei eccleſiæ eſt neceſſitas, vel vtilitas euidens, Rota in cauſa Florentina bonorum 10. Decembris 1576. Blanchetto, vt *in deciſ. diuerſ.* 473.*n.*1.*par.*1.& Romana inualiditatis cenſus 24. Maij 1591. Pamphilio.

Nec ſuper iuſta cauſa alienationis ſtatur aſſertioni alienantis; ſed requiritur plena probatio, Rota in cauſa Lucana bonorum 15. Januarij 1571. Lancellotto, vt *in deciſ. diuerſ.* 181.*nu.*3. *part.* 1. Florentina bonorum 10. Decembris 1576. Blanchetto, vt *in deciſ. diuerſ.* 473.*n.*1. Romana inualiditatis cenſus 24. Maij 1591. Pamphilio Gadien.cenſus 23.Januarij 1595. Seraphino Leodien. cenſus 6. Octobris 1595. Orano.

Beneplacitum ſedis Apoſtolicæ in alienatione rei eccleſiæ, ex curſu 20. annorum præſumitur, Put. *deciſ.* 365. *num.* 3. *& 6. lib.* 2. & fuit reſolutum in cauſa Caualleren. 10. Januarij 1579. Rub. *in deciſ. quotid.* 372.*lib.*1. Romana caſalis 28.Junij 1593. Seraphino, & in eadem 2. Aprilis,& 21.Maij 1593.& 23. Martij 1594. eodem vbi reſpondetur Elnen.mineriorum 16. Decembris 1585.Orano,& Placentina decimarum 21.Januarij 1587. Rubeo, quæ contrarium videntur innuere circa obſeruantiam,& vide iura, & deciſiones in præcedenti concluſione allegatas.

Amplia etiam ſi beneplacitum eſſet reſeruatum in vim conditionis, Rota in Romana caſalis longhezzæ 23. Maij 1594.Seraphino, & vide in cauſa Romana caſalis de Picchis 15. Junij 1587.Seraphino.

Amplia etiam ſi in inſtrumento non ſit enunciatum, vt in cauſa Romana caſalis longhezzę 28.Junij 1593. 2. Aprilis & 21 Maij 1543. & 23. Martij 1594. Seraphino.

Limita quando apparet de confirmatione Apoſtolica infra illud tempus inualida, quia tunc valida ex curſu temporis non præſumitur, Rota in cauſa Elnen.mineriorum 16. Decembris 1585. Orano.

Non tamen ſufficit ſola antiquitas temporis ad præſumendum ſolemnitates, & confirmationem Apoſtolicā, ſed requiritur obſeruantia, vide in cauſa Romana prætenſę deuolutionis 10.Maij 1595.Romana caſalis 28.Junij 1593.Seraphino.

Adde tamen, quod obſeruantia prę-ſumpta non ſufficit ad præſumendum beneplacitum Apoſtolicum, Rota in cauſa Placentina decimarum 31. Jan. 1586. Bubalo ex Elnen. mineriorum 16.Decembris 1585.Orano.

Adde etiam quod quando in alienatione non fuit reſeruatum beneplacitum Apoſtolicum in petenda alienationis infirmatione requiritur nouus conſenſus Rectoris, Tholom.*deciſ.* 55. Rota in cauſa Elnen. mineriorum 16.Decembris 1585.Orano.

Placentina decimarum 31. Januarij 1586. Bubalo dicta Elnen. mineriorum 10. Junij 1587. Blanchetto, & vide in Romana caſalis longhezzæ 21. Maij & 28. Junij 1593. Seraphino.

In gratia, ſi in euidentem, licèt non inſeratur Paulina, ſufficit tamen quod ei ſit derogatum, quia licèt ſit inſerenda, tamen cum non adſit clauſula annullatiua actus, valet, quamuis contrafaciens puniendus ſit, Rota in cauſa Bononien. bonorum de Marano 20.Nouembris 1594. Mellino, & in eadem 27. Maij 1596.Arigonio.

Supplicatio, *ſi in euidentem*, expirat per obitum concedentis, ſi al-

terius obitum non præſentatur, Rota in cauſa Tiburtina Hotti 12. Decembris 1588. Mantica.

Ideò ſubiacet regulæ reualidatoriæ literarum gratiæ, & iuſtitiæ, & ſi non præſentatur infra annum à die obitus concedentis non ſuffragatur, vt fuit dictum in cauſa Elnen. minoriorum 10. Junij 1587. Blanchetto, & in dicta Tiburtina Hotti 12. Decembris 1588. Mantica.

Clauſula, & ſi in euidentem, poſita in fine ſupplicationis reſtringit totam ſupplicationem, & omnes clauſulas, ita, vt dicatur tota diſpoſitio, & omnes clauſulæ conditionales, Paleott. *deciſ.* 323. quoniam ſupplicatio, & vide in cauſa Mediolanen. bonorum 2. Maij 1586. Seraphino.

Confirmatio alienationis rei eccleſiæ non ſeruata forma *ſi in euidentem* eſt nulla, Rota in cauſa Cortonen. reſciſſionis locationis 26. Januar. 1590. Orano Papien. Tenutæ 16. Junij 1596. Seraphino.

Vnde ſi in gratia *ſi in euidentem* adeſt clauſula *vocato Abbate*, & de eius citatione non conſtat, alienatio eſt nulla, Rot. *deciſ.* 50. *de reſcript. in nou.* vt in cauſa Cortonen. bonorum 28. Martij 1588. 9. Junij 1589. & 26. Januarij 1590. Platto Cremonen. aquarum 9. Maij 1594. Arigonio in Auximana bonorum 28. Nouembr. 1594. Orano.

Idem ſi dictum, *ſi in euidentem*, loquatur de conceſſione in emphyteuſim, & conceſſio fiat in perpetuum, quia hoc caſu non ſuſtinetur alienatio in perpetuum, Rota in cauſa Papien. Tenutæ della Maddalena 17. Junij 1596. & 26. Junij 1597. Seraphino.

Si in ſupplicatione, *ſi in euidentem*, narratur factum alio modo, quam verè factum ſit ad validitatem, vel inualiditatem, attenditur ſupplicatio, non autem inſtrumentum, Rota in cauſa Senen. prædij 28. Aprilis 1589. Seraphino, & in eadem 7. Maij 1590. Gypſio.

Si in gratia, *ſi in euidentem*, dicatur, quod fiat ſpecificatio bonorum, ſi nõ ſit facta ſpecificatio alienatio eſt nulla, neque ſuffragatur confirmatio, Rot. in cauſa Cortonen. reſciſſionis locationis 26. Januar. 1590. Orano Nouarien. decimarum 14. Octobris 1592. Orano, & 15. Martij 1593. Blanchetto Cremonen. aquarum 9. Maij 1594. Arigonio.

Idem ſi in confirmatione dicatur, conceſſionem fuiſſe ſe factam ad tertiam generationem, & verè ſit in perpetuum, nam confirmatio eſt nulla etiam reſpectu conceſſionis ad tertiam generationem, Rota in dicta Cortonen, reſciſſionis locationis 26. Januarij 1590. Orano.

Confirmatio facta non exhibito inſtrumento eſt nulla Rot. in dicta Cortonen. reſciſſionis locationis 26. Januarij 1590. Orano.

Licentia data pro alienatione rei eccleſiæ, an deſeruiat confirmatione iam facta? vide in cauſa Auximana bonorum 2. Junij 1595. Mellino.

Licentia alienandi, vbi eſt data limitata pro certa ſumma debet is, qui alienatione nititur probare alienationem intra ſummam eſſe, Rota in cauſa Romana deuolutionis de Piccionibus 28. Maij 1582. Rubeo, vt in *deciſ. quotid.* 265. *lib.* 2.

Alienatio facta de omnibus petiis Terræ eccleſiæ in tali vocabulo, valet, etiam quod licentia loquatur de ſeptem petiis, vbi non conſtat eccleſiam habuiſſe plures in loco, Rota in cauſa Bononien. bonorum de Marano 16. Junij & 20. Nouembris 1595. Mellino & in eadem 27. Maij 1596. Arigonio.

Papa in confirmatione alienationis rei eccleſiæ ſolet aliquando limitare conceſſionem, vt ſi ſit perpetua illã reſtrin-

Digitized by Google

reſtringere ad certum tempus Rota in cauſa Cortonen. reſciſſionis locationis 26. Ianuarij 1590. Orano.

Quid ſi in cõfirmatione Papa velit quod precium ex cõuentione ſoluendum cum dilatione plurium annorum, & interim cum ſolutione fructuum ſtatim ſoluatur, vide in cauſa Placẽtina fructuum 10. Decembris 1597. Litta.

Tranſactio de re eccleſiæ propter dubium litis euentum valet, etiam nõ probata eccleſiæ vtilitate Moh. dan. *deciſ. 5. alias prima de tranſact. & deciſ. 249. alias 8. de locat.* Rota in cauſa nullius Caſtri mõtis Portij 9. Martij 1580. Brauo, vt *in deciſ. diuerſ. 592. n. 1. ver. minimum obſtat.*

Limita ſi ſuper re clara, & ſuper gratuita pactione fieret tranſactio, vel ſuper re diuerſa à lite, Rota in cauſa nullius Caſtri montis Portij 1580. Brauo, vt *in deciſ. diuerſ. 182 nu. 2. par. 1.*

Locatio rei eccleſiæ facta durante prima non tenet, Borgnin. *deciſ. 43. num. 6. & ſequ. lib. 1.* & vide in cauſa Albanẽ. Tenutæ 27. Nouembris 1591. Orano.

Alienationis contrectus, licèt ſit validus, ſi tamen, eccleſia non enormiter ſit læſa, ſuccurritur ei per reſtitutionem in integrum, Rota in cauſa Lucana de cabitraño 24. Nouembris 1570. Lancellotto, vt *in deciſ. quotid. 425. lib. 2.*

Et facta pro maiori precio quam res valeat, quæ lędit emptorem, licèt fauore eccleſiæ valeat, poteſt tamen Prælatus agnoſcere bonam fidem, & ab ea recedere, vt fuit dictum in cauſa Piſana bonorum 2. Decemb. 1585. Orano.

Res Eccleſiæ ſolita concedi in tertiam generationem, ſi concedatur vltra tres generationes, valet conceſſio, vſque ad tertiam, licet quo ad alias non valeat, Rota in cauſa Vlixbonen. 2. Iunij 1567. Sarmiento.

Res ſolita locari ad modicum tempus, ſi locetur ad longum, vel tempus à iure permiſſum in totum vitiatur, Rota in cauſa Brixien. locationis 5. Decembris 1594. Penia, & in ead. 17. Maij 1595. Orano Montis falici ſpolij 18. Martij 1596. Orano, vbi quid in bonis Religionis Hieroſolimitanæ?

Præſertim ſi conſtet contrahentes pro minori tempore non fuiſſe contracturos Rot. in cauſa Romana locationis 21. Maij 1595. Blancherto.

Maximè ſi pro toto tempore fieret ſub vna penſione, quia in totum vitiatur, nec valet pro tempore promiſſo, & fuit dictum in cauſa Melphien. & Rapolen. fructuum 19. Ianuarij & 9. Februarij 1581. Cantuccio, citra *deciſ. diuerſ. 7 9. nu. 6. par. 1.*

Item ſi in alienatione reſeruetur beneplacitum Apoſtolicũ cum clauſula non aliàs, aliter, nec aliomodo, quia non obtento beneplacito in totum vitiatur, Rota in cauſa Romana locationis 2. Maij 1593. Blancherto.

Alienatio rei eccleſiæ facta in conſanguineos præſumitur potius facta in fraudem, quam vtilitatem eccleſiæ, Graſſ. *deciſ. 4. nu. 24. de reb. eccleſ. non aliẽ.* Rota in cauſa Lucana bonorum 15. Ianuarij 1571. Lancellotto, & eſt *deciſ. diuerſ. 181. nu. 5. part. 1.* Bononię Sancti Apollinaris 2. April. 1582. Cantuccio, vt *in deciſ. diuerſ. 720. nu. 1. part. 1.* & in Romana caſalis Turricellæ 10. Martij 1578. Cantuccio, & *in deciſ. diuerſ. 65. nu. 18. part. 2.* Senen. affictus 11. Februarij 1591. Pamphilio.

Non tamen ex iſta præſumpione alienatio redditur nulla, Rota in cauſa.... bonorum 8. Aprilis 1585. Vicecomite Papien. bonorum 28. Aprilis 1591. Seraphino Bononien. bonorum 16. Iunij 1595. Mellino.

Alienatio facta in conſanguineos

Digitized by Google

ſine præiudicio eccleſiæ valet, ſicut ſi eſſet facta in extraneos, Rota in cauſa Romana caſalis 6. Aprilis 1576. Cantuccio, vt *in dec. diuerſ.* 18. *nu.* 6. *par.* 2. Bononien. bonorum de Marano 16. Iunij 1595. Mellino.

Maximè ſi alienatio fiat cum debitis ſolemnitatibus, & in conſanguineos bonæ famæ, & conditionis, Rot. in cauſa Romana caſalis 6. Aprilis 1576. Cantuccio, vt *in deciſ. diuerſ.* 18. *num.* 6. *verſ. & prædicta debent par.* 2.

Vel fiat à pluribus, & non omnes ſed vnus tantum ſit conſanguineus illius, in quem ſit alienatio, nam tunc ceſſat omnis ſuſpicio, & præſumptio læſionis eccleſiæ Rot. in dicta Romana caſalis 1576. Cantuccio, vt *in deciſ. diuerſ.* 18. *ſub. nu.* 6. *verſ. Praeterea accedit. par.* 2.

Alienans res eccleſię tenetur de proprijs bonis de euictione euicta re ab ipſa eccleſia, Rota in cauſa Placentina euictionis 5. Maij 1589. & 2. Aprilis 1590. Platto.

Amplia, vt procedat etiam contra alienantis hæredem, quia contra eos emptori datur actio Rota in dicta Placentina euictionis 5. Maij 1589. & 2. Aprilis 1590. Platto.

Declara, vt non ſolum ad precium, ſed etiam ad intereſſe, & damna teneatur alienans, vel eius hæres Rota in cauſa Placētina euictionis 5. Maij 1589. & 2. Aprilis 1590. Platto.

Adde quod Prælatus Modernus poteſt agere contra hæredes prædeceſſoris pro precio rei eccleſiæ alienatæ, Rota in cauſa Ptian. liquidationis fructuum 17. Octobris 1571. Ocadino, vt *deciſ. diuerſ.* 14. *nu.* 6. *part.* 1. Romana caſalis 13. Aprilis 1592 Blanchetto.

In recuperatione rei eccleſiæ nulliter alienatæ, vt ex defectu ſolemnitatis fructus debentur à die alienationis Gam. *deciſ.* 79. *nu.* 8. *& ſequ.* Rota in cauſa Placentina bonorum 16. Iunij 1585. Blanchetto, Vlixbonen. nullitatis locationis prima Iulij 1596. Pamphilio.

Prælatus alienans res eccleſiæ poteſt alienata recuperare, Rota in cauſa Papien. bonorum 20. Maij 1594. Mellino.

Amplia etiam ſtante iuramēto Rota in dicta Papien. bonorum 20. Maij 1594. Mellino.

Vnde ſi promittat etiam cum Iuramento rem eccleſiæ locare ad longum tempus, nō poteſt cogi ad locandum, Rota in cauſa Vlixbonen. nullitatis locationis prima Iulij 1596. Pamphilio.

In alienatione rei ad eccleſiam reuerſæ eſt præferendus agnatus vltimi inueſtiti pro eodem precio, quod inuenitur ab extraneo, non autem pro precio antiquo, Graſſ. *deciſ.* 4. *nu.* 9. *de reb. eccleſ. non alienand.*

Amplia quando res eſt redacta ad culturam per anteceſſores, nam tunc pro precio antiquo agnatus eſt pręferendus, etiā ſi extraneus plus offerat, Graſſ. *deciſ.* 4. *nu.* 10. *& deciſ.* 5. *nu.* 1. *de reb. eccleſ. non alienand.*

Sublimita quando eccleſia offert melioramenta illi agnato, nam tunc non eſt præferendus, niſi pro precio, quod ab extraneo inuenitur, Graſſ. *deciſ.* 4. *num.* 11. *de reb. eccleſ. non alien.*

Bona eccleſiæ ſterilia poſſunt concedi alicui, qui illa ſua opera, & impenſa reducat ad culturam; non modò ſi ſint omninò ſterilia, ſed etiam ſi aliquam modicam afferant vtilitatem, Rota in cauſa nullius Caſtri montis Po. trij 7. & 14. Nouēbris 1580. Brauo, vt *in deciſ. diuerſ.* 664. *n.* 1. *par.* 1. & in eadem coram eodem 6. Martij 1581. vt *in deciſ. diuerſ.* 142. *nu.* 10 *part.* 2.

Et hoc caſu non poteſt alteri pro maiori canone reuocare, ſed pro eodē canone tenetur ei, qui ad culturam reduxit,

reduxit, vel eius ſucceſſoribus reuocare, Rota in cauſa nullius Caſtri montis Portij 19. Junij 1581. Brauo, vt *in deciſ. quotid.* 318. *lib.* 2. Nonatulan. bonorum 18. & 22. Martij 1591. Mantica.

Et hoc caſu vtilitas reſpicitur tempore primæ conceſſionis, quando bona erant ſterilia, non autem tempore renouationis, Rota in d. cauſa nullius montis Portij 6. Martij 1581. Brauo, vt *in deciſ. diuerſ.* 242. *n.* 17. *part.* 2. & 19. Junij 1581. vt *in deciſion. quotid.* 318. *libr.* 2. Brauo.

In alienatione rei eccleſiæ ex antiquitate temporis præſumitur conſenſus Rectoris talis qualis de neceſſitate requirebatur, ſiue expreſſus, ſiue tacitus Put. *deciſ.* 100. *num.* 7. *lib.* 2. Rota in cauſa Conchen. fructuum 2. Decemb. 1585. & 10. Februarij 1586. Gypſio, & in cauſa Romana caſalis longhezzæ 21. Maij 1591. Seraphino.

Idem ſi Rector ipſe ſupplicaret gratiam obtineret, Rota in dicta Conch. fructuum 2. Decembris 1585. & 10. Februarij 1586. Gypſio.

In alienatione bonorum menſæ epiſcopalis ſeparata à menſa capitulari requiritur conſenſus capituli, Rota in cauſa Auximana bonorum 1. Februarij 1591. Seraphino.

Limita vbi eſt euidens vtilitas, quia tunc non requiritur, Rota in dicta Auximana bonorum 2. Februarij 1580. Seraphino.

Adde quod iſte conſenſus magis reſpicit ſolemnitatem, quam ſubſtantiam, Rota in dicta Auximana bonorum 1. Februarij 1580. Seraphino.

Alienatio rei eccleſiæ facta per canonicos, vel conuentum abſente Præpoſito, vel Abbate, vel à Prælato ſine conſenſu capituli, ſi eſt vtilis eccleſiæ, & adſint ſolemnitates, & confirmatio Apoſtolica, Rota in cauſa Mediolan. bonorum de Nocedo 21. Maij 1581. Lancellotto, vt *in deciſ. quotid.* 79. *lib.* 3. & vide in cauſa Romana caſalis 27. Maij 1594. Seraphino.

In alienatione rei eccleſiæ canonici abſentes non ſunt neceſſariò vocandi, Guid. Pap. *deciſ.* 116. Rota in dicta Mediolanen. bonorum de Nocedo 21. Martij 1591. Lancellotto, vt *in deci. quotid.* 79. *lib.* 3.

Alienatio facta à procuratore capituli, qui exceſſit fines mandati, non valet, Rota in cauſa Cortonen. bonorum 29. Martij 1588. Platto, Peruſina reſciſſionis contractus 28. Martij 1588. Comitulo, Cortonen. bonorum 9. Junij 1589. Platto.

Nec ratificatio huiuſmodi alienationis inducitur ex ſcientia fratrum, vel canonicorum, ſed requiritur ſcientia capituli, Rota in cauſa Cortonen. bonorũ 28. Martij 1588. 9. Junij 1589. & 26. Januarij 1590. Platto, Romana domus, & hoſpitij 7. Junij 1591. Blanchetto, Tiburtina nullitatis locationis 5. Decembris 1597. Mellino.

In alienatione bonorum monaſterij requiritur conſenſus conuentus, vel congregationis generalis, vide in cauſa Romana caſalis 23. Martij 1594. Seraphino.

Item requiritur tractatus, qui debet præcedere alienationem, Rota in cauſa Romana caſalis 27. Martij 1594. Seraphino, Placentina aquarum 10. Februarij 1597. Orano.

Et in alienatione rerum monachorum Sancti Benedicti duplex, & per duos dies ante requiritur, Romana caſalis 27. Maij 1594. Seraphino, & in Placentina aquarum 2. Februarij 1597. Orano, vbi quod tres requiruntur, & diuerſis diebus.

Limita interueniente authoritate Papæ, nam tunc conſenſus nec tractatus requiruntur, cum illa faciat ceſſare authoritatem inferioris, nec ſolemni-

Digitized by Google

tates tunc requiruntur c. *euenientes de iureiur.*Capic.*deciſ.*16.*num.*1.*in fin.& n.* 4. Rota in cauſa Segobien. ſpolij ſiluæ 10.Decembris 1568.Finetto,vt *in deciſ. quotid.*420. *lib.*2. Romana caſalis longhezzæ 21.Maij & 28.Junij 1593.& 23. Martij 1594.Seraphino.

Nec hoc caſu requiritur citatio conuentus, vel ſuperioris, Rota in dicta Segobien. ſpolij ſiluæ 10. Decembris 1568. Finetto, vt *in deciſ. quotid.* 420.*lib.*2.

Et huiuſmodi conſenſus, & tractatus præſumuntur ex ſpatio 30. annorum, Rota in dicta Romana caſalis 21. Maij & 28. Junij 1493. 27. Maij 1594. & vide 23. Martij 1594. Seraphino Mediolanen. reſciſſionis permutationis 10. Februarij 1597. Pamphilio.

In alienatione rerum Monaſterij conſenſus conuentus requiritur in fauorem publicum, ne eccleſia depauperetur, & propter intereſſe eccleſiæ, & ipſorum Monachorum, Rota in cauſa Segobien. ſpolij ſiluæ 10. Decembris 1588. Finetto, vt *in deciſ.quotid.* 420. *libro ſecundo*, Romana caſalis longhezzæ 21. Martij 1593. Seraphino.

Alienatio rerum monaſterij facta à Celerario ad modicum tempus ſine alia ſolemnitate valet, vide in cauſa nullitatis locationis 5. Decembr.1597. Millino.

Ad probandum damnum eccleſiæ in alienatione ex redditibus fundorum vicinorum requiritur quod probentur eſſe eiuſdem bonitatis, & talis redditus, Rota in cauſa Romana caſalis 29.Aprilis 1594.Seraphino.

Reductio conſenſus bonorum eccleſiæ ex cauſa ſterilitatis, aut refectionis melioramentorum eſt nulla,etiam quod ſit obſeruantia per 30. annos vt fuit reſolutum in cauſa Mediolanen. bonorum 5. Maij 1597.Seraph.

Res eccleſiæ ſolita alienari ſi reuertatur reuocans non dicitur alienari, ſed continuare alienationem factam, Rota in cauſa Bononien. de Pipinis 20. Nouembris 1573. Robuſterio, vt *in deciſ.diuerſ.*554.*in princ.part.*1.

Alienatio rei eccleſiæ facta pro emendis aquis ex precio,quæ à tertio in eodem contractu emptæ ſunt, licet tanquam in damnum eccleſiæ ſit nulla,non tamen corruit emptio aquarũ, cum correſpectiuitas conſideretur reſpectu contrahentium, non autem tertij Rota in cauſa Placentina bonorum 24. Nouembris 1581. Seraphino, vt *in deciſ.quotid.*158.*lib.*2.

Limita ſi ab emptore rei eccleſiæ aquæ emerentur Rota in dicta Placentine bonorum 24.Nouembr.1581. Seraph.vt *in deciſ quotid.*158.*lib.*2.

Emptor ſupplicans pro confirmatione alienationis rei eccleſiæ non videtur fateri narrata eſſe vera, ſed potius videtur petere ſibi dari iudicẽ, qui videat,an cauſæ narratæ ſint veræ, vt fuit dictum in cauſa Placentina euictionis 2.Decemb.1588 Pamphilio,an autem idem ſit in venditione? vide in dicta cauſa.

Alienationis rerum Eccleſiæ appellatione continetur locatio ad longum tempus, Rota in cauſa Rauennaten. domus 2.Aprilis 1579.coram Cantuccio,vt *in deciſ.diuerſ.*26.*n.*3.*part.*2.

Declara procedere ad effectum inualidationis locationis, ſecus ad effectũ incurſus pœnæ, Rota in dicta Rauennaten.domus 2.Aprilis 1576.Cantuccio,vt *in deciſ.diuerſ.*26.*n.*3.*part.*1.

De breui Gregor. XIII. confirmationis alienationum rerum eccleſiaſticorum in ſtatu Parmæ,& Placentiæ actum fuit in cauſa Placentina aquarum 10. Februarij,& 24. Nouembris 1579.Orano.

Ex

Et hæc breui manu adduxiſſe ſuffi-ciat in hac practicabili alienationis re-rum eccleſiæ materia, cætera verò poteris latius videre in noſtris operi-bus fori eccleſiaſtici, vbi ad ſaturita-tem latius ſcriptum eſt.

COLLECT. 3055.

Super Doctrina Bar. in l. codicillis §. inſtitutio ff. de legat. 2.

¶ *Bona fideicommiſſo ſubiecta an veniant in generali ſubſtitutione? & an in ge-nerali diſpoſitione?*

FIrmat hic Bart. *n.5.* quod bona fi-deicommiſſo ſubiecta non ve-niunt in generali ſubſtitutione, & ita voluit Rota in vna Forolouien. fidei-commiſſi 4. Maij 1583. coram Reue-rendiſſimo tunc temporis Patriarcha Alexandrino.

Et quod in generali intereſſe, & di-ſpoſitione non veniant bona fidei-commiſſo ſubiecta, latè Rota *deciſ. 375. per totam part. 1. in recent.* vt dicitur hoc procedere non obſtantibus verbis quantumuis vniuerſalibus, & fuit late etiam dictum in Ferratien. de Taſſo-nibus 17. Februar. 1617. coram R.P.D. Pamphilio, & in nullius vineæ 11. Maij 1620. coram R.P.D. Pirouano, Surd. *deciſ. 93. num. 18. & 19. in fin.* quod tanto magis procedit quando teſtator vtitur verbo, ſuis, non enim dicuntur ſua bona quæ teſtator grauatus eſt poſt mortem alteri reſtituere Seraphin. *de ciſion. 963. num. 5. 6. & deciſ. 969. num. 8.* & fuit dictum in Bononien. vſuf-fructus 1589. coram Pamphilio, & Rota *in recent. dicta deciſ. 375. ſub num. 3.* licet non deſint DD. qui velint ſub nu-mero bonorum ſuorum poſſe etiam comprehendi bona fideicommiſſo ſubiecta, quia hæres grauatus dum viuit, & ſequitur Rota Romana do-mus de Monte Jordano 29. Aprilis 1579. coram Brauo, & in Bononien. de Fanuciis 21 Januarij 1617. coram R.P. D. Caualerio, quas opiniones ego cre-derem poſſe ad concordiam reduci, nempe quod prima opinio procedat regulariter quando aliunde non con-ſtat teſtatorem voluiſſe diſponere etiã de bonis fideicommiſſo ſubiectis, vbi conſiderat plures coniecturas, ex qui-bus colligitur talis voluntas, & quod quando vrgent coniecturæ, tunc com-prehendantur etiam bona fideicom-miſſo ſubiecta, admittit Rota in dicta Nullius Vineæ 11. Martij 1620. coram R.P.D. Pirouano.

COLLECT. 3056.

Super cap. 1. de iuramento calumniæ.

¶ *Cauſæ maiores ad ſedem Apoſtolicam re-feruntur, & quænam cenſeantur cauſæ maiores?*

CAuſæ omnes maiores ad ſedem Apoſtolicam referuntur, & ita etiam probatur *in cap. maiores de Ba-ptiſmo.* Sed quænam cauſæ maiores cenſeantur Rubin. *deciſ. 313.* Affirmat cauſas maiores appellari quæſtiones ad articulos fidei intelligendos, ad canonicos libros diſcernendos, ad ſen-ſum Sacrarum Literarum declaran-dum, approbandumque, ad interpre-tanda, quæ dubia ſunt, vel obſcura in controuerſiis fidei in iure canonico, vel diuino, vel quæ ad Sacramento-rum materiã pertinent, ſcil. ad materiã formã, & miniſtrũ, & alia huiuſmodi, vt conſtat *in cap quoties, vbi not. 24. q. 1.*

Solius Papæ eſt generales condere canones, *cap. ideò permittente § ſi ergo pri-mum 25. quæſt. 1.* quia poteſtas condendi legem ſolo principi conceditur *l. fin. C. de legib.* & ipſius Papæ eſt Concilium generale confirmare, & eius conſtitu-

Google

tionem probare, & interpretari, *cap. ſtatutum de elect.* aliorumque ſcripta damnare *cap. fraternitatis de haret. cap. damnamus de ſumma Trinit. & fide Cathol.* quæ ſunt dubia, vel obſcura in reſcriptis, ipſe ſolus interpretatur, *cap. cum veniſſent. de iud. cap. paſtoralis de fide inſtrum.* Rota in Vigellen. interpretationis reſcripti Veneris coram Ottembergo, vbi etiam fuit dictum ſolum Papam ſupplere, quod in contractibus deficit, quando ſcilicet aliquid, quod ius canonicum requirit omiſſum eſt, ad text. *in cap. 1. de tranſactionibus, & cap. illa quotidiana de elect.*

Item ipſe ſolus remittit pœnas ob ſimoniam in ordine, vel beneficio cõtractas, *cap. qui ſimoniacis 1. quaſt. 1.* & ipſe ſolus reſtituit eos, qui ſolemni ritu ſunt à clericorum gradu eiecti, Rubin. *deciſ.* 171. vbi etiam quod ipſe relaxat, commutat, & interpretatur iuſiurandum in rebus, & perſonis alicuius momenti, allegat text. *in cap. venerabilem* §. *eos de elect.* affirmans quoque, quod item aliquos legitimis natalibus reſtituit, quod attinet ad illa quæ ſpiritualia ſunt, *cap. per venerabilem qui filij ſint legitimi.*

COLLECT. 3057.

Super Doctrina Bald. in l. certi condictio §. quoniam ff. ſi certum petatur.

§ Subhaſtatio, & executio in minimo exceſſu, an ſint nullæ.

AFfirmat hic Bald. *nu.* 3. quod exceſſus etiam minimus ſufficit ad effectum, vt executio, & ſubhaſtatio ſint nullæ in totum, & ita Afflict. *deciſ.* 218. & voluit Rota in vna Romana de Zappis 1. Februarij 1585. coram Cantuccio, in vna Aſculana legitimæ 14. Nouembris 1595. coram R.P.D. Orano in vna Aſſiſien. nullitatis ſubhaſtationis 17. Martij 1596. coram Illuſtriſſimo Cardinali Blanchetto, & in alia Romana ſpolij de maluicinis, coram R.P.D Juſto, vbi propterea fuit reſolutum intrare ſpolium, Rota *deciſ.* 359. *n.* 8. *part.* 1. *in recent. & deciſ.* 630. *ſub nu.* 3. *part.* 2. *in recent.* & fuit dictum in Romana Vineæ 4. Decembris 1609. coram R.P.D. Caualerio, & aliàs ſæpè, & ſufficit quod exceſſus ſit in minimo, Put. *deciſ.* 323. *nu.* 2. *lib.* 1. fuit dictum in Romana ſpolij coram Juſto, Rota penes Zacch. *de oblig. Camer. deciſ.* 2. *nu.* 13. Circa quod tamen aduertendum eſt, quod exceſſus ad iſtum effectum nullitatis non attenditur, niſi quando eſt in ſententia, ſeu in mandato, hoc eſt quod ſententia, ſeu mandatum contineant maiorem ſummam vltra debitum, ſecus autem eſt, quod eſt in ipſa executione, puta ſi fiat executio in re maioris valoris, quam ſit debitum, hoc enim non cauſat nullitatem, & fuit dictum in Romana ſpolij 9. Maij 1614. coram R.P.D. Buratto, & in Romana ſubhaſtationis 2. Junij 1614. coram R. P.D. Vbaldo, & in Romana domus de Cardellis 1. Decembris 1617. R.P.D. Caualerio.

COLLECT. 3058.

Super Doctrina Bal. in rubric. de conſuetud.

§ Societate diſſoluta lucrum competens eſt vſurarium.

AFfirmat hic Baldus, quod ſi diſſoluta ſocietate lucrum competat eſt vſurarium, & ita Rota diuerſorum *deciſ.* 67. *part.* 1. Sayrus *deciſ.* 29. *de vſuris.*

Declara tamen competere ſolum actionem ad intereſſe, ſi verè, & cõcludenter probetur, & non præſumptiuè,

Digitized by Google

vt pluries decidit Rota Romana teſte Puteo *deciſ.* 252. *lib* 1. Mohedan. *deciſ.* 208. Veralius *deciſ.* 2. *lib.* 3. & ita pluries iudicatum quoque recenſet Mareſcottus *var. reſolut. iuris reſolut.* 67. *n.* 7. & ita quandoque dixi in cauſa Marcelli Sommaini, cum hęredibus quondam Ianuarij Sannini in anno 1625. & iterum in hoc anno 1627. in cauſa Felicis Saluetti cum Siluio Lombardo.

COLLECT. 3059.

Ad Affl. ct. in conſtit. Regni rubric. 73. ſub num. 41.

¶ *Stipulatio notarij an operetur iuris acquiſitionem abſenti abſque ratificatione?*

AFfirmat hic Affl. quod ſtipulatione notarij fauore omnium, quorum intereſt acquiritur ius abſenti ſine ceſſione. Ad cuius ornatum ſcias, quod eſt ſatis cõtrouerſa quæſtio an ex ſtipulatione Notarij acquiratur ius abſenti ſine ratificatione, & acceptione, de qua latiſſimè per Rotam *deciſ.* 12. *part.* 2. vbi infiniti hinc inde cumulantur, & Rota ſequitur hanc diſtinctionem quod aut agitur ad effectum, vt ſit acquiſitum ius, ſeu dominium abſenti, & tunc requiritur acceptatio abſentis, aut ad effectum, quod non poſſit ante ratificationem abſentis ille, qui ſe obligauit pœnitere, & tunc non eſt neceſſaria acceptatio, ita diſtinxit Rota *in deciſ.* 683. *n.* 4. *part.* 1. *diuerſ. in recent. part.* 2. *deciſ.* 369. *nu.* 3. *& deciſ.* 488. *ſub nu.* 6. & cum hac diſtinctionem ad concordiam reducentur duæ deciſiones, quæ videntur contrariæ ſcilicet *deciſ.* 262. *n.* 5. *part.* 1. *in recent.* vbi firmatur, quod magis cõmunis opinio eſt, quod per ſtipulationem Notarij acquiratur ius abſenti, etiam ſine ratificatione, cuius contrarium latè firmatur *d. deciſ.* 12. *ſub n.* 3. *eadem part.* 1. ſatis tamen dicitur conſtare de acceptione, & ratificatione ex ſola ſcientia abſentis abſque alio actu poſitiuo, Rota *d. deciſ.* 663. *n.* 2. *par.* 1. *diuerſ. & in recent. deciſ.* 262. *n.* 6. *part.* 1. & Rota inter impreſſas penes Zach. *deciſ.* 124. *n.* 1. fuit dictum in Nepeſina vſusfructus 3. Decembr. 1607. coram R.P.D. Caualerio, & late in Romana donationis 21. Aprilis 1614. coram R.P.D. Vbaldo, & iſta ſcientia abſentis præſumitur, cùm ſcientia præſumatur in iis, quæ afferunt commodum, Rota *d. dec.* 262. *n.* 6. vel ſaltem ſolis præſumptionibus, & coniecturis iſta ſcientia probatur, vt ad hoc propoſitum late fuit dictum in dicta Romana donationis 21. Aprilis 1614. coram R.P.D. Vbaldo.

COLLECT. 3060.

Super cap. Mulieres de ſententia excommunicationis.

¶ *Excommunicationes aliquot recenſentur Papæ reſeruatæ.*

COlligitur ex iſto text. quod excommunicatio incurſa ob moleſtas manus iniectas contra perſonas eccleſiaſticas eſt reſeruata Papæ, quod etiam probatur *in cap. ſi quis ſuadente* 17. *q.* 4. & latè videndus eſt Graſſius *deciſ. aur. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 49.

Amplia, vt excommunicatio lata contra falſarios, vel habentes penes literas falſas Papæ, aut aliorum officialium curiæ expreſſorum, adhuc eſt Papæ reſeruata, *c. ad falſariorum, & cap. dura de crimine falſi*, & diximus *deciſ. Curia Archiepiſc.* 36. *part.* 1.

Amplia ſecundò idem procedere contra incendiarios excommunicatos, & publicatos *cap. tua nos de ſent. excommun.* iuxta cuius tenorem fuit dictũ aliquando in noſtra Curia Archiepiſcopali, in qua pariter in anno 1626.

idem procedere tenebatur contra clericos ſcienter, & ſponte admittentes excommunicatos à Papa ad diuina officia ſcilicet, vel Sacramenta, in his cũ illis communicando ex ca. ſignificaui de ſentent. excommunic. quæ quidem excommunicatio, vt ſubeatur, plura debeant concurrere.

Et primò quod qui communicat ſit clericus, ſecundò quod communicet cum excommunicato à Papa per ſententiam nominatim denunciato iuxta extrauagant. Martini V. ad euitanda. Tertiò quod communicatio ſit in diuinis admittendo eum ad diuina officia. Quartò quod id fiat ſcienter. Quintò quod nullus ſubſit timor id faciendi.

Amplia, vt excommunicatio ſit Papalis illa, quæ reperitur lata in eos, qui cadauera hominum exenterant, incidunt in fruſtra, elixant, carnes ab oſſibus ſeparant, vt oſſa transferant in ſepulturam diſtantem, niſi hoc fieret in terris infidelium, vt oſſa in terras fidelium portentur *extrauag. deteſtandæ de ſepultur.* quam quidem excommunicationem non incurrit, qui hoc facit cadaueri, ne fœteat, aut anatomiam faciens, ſicut etiam illam non incurrunt mandantes, conſulentes, & conſentientes Sayr. *deciſ.* 54. *de ſentent. excommunic.*

Amplia, vt excommunicatio ſit reſeruata Papæ illa lata contra eos, qui in duello pugnarunt, campum dederunt, vel auxilium præſtiterunt, vt in Bulla Pij I V. incip. Ea quæ, & in bulla Gregor. XIII. incip. ad tollendum, circa quam materiam plures deciſiones cumulat Nouar. *in pragmat. Regni prima ſub rubric. de duell.* & videndum eſt Concil Trident. *ſeſſ.* 25 *de reformat. cap.* 19: per quod hæc pœna extenditur aduerſus omnes illos, qui non publicè quidem, priuatim tamen ex condicto, ſtatuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiſerunt, etiam ſi nulli patroni ſocíve ad id vocati fuerint, nec loci ſecuritas habita, nullæ prouocatiuæ literæ, aut denunciationis cartulæ præceſſerint, extenditque contra locorum dominos, ſi certamen ex condicto permiſerint, aut quantum in ſe fuerit non prohibuerint, nec non contra eos omnes, qui duellum huiuſmodi fieri mandauerint, inſtigauerint, conſilium, auxilium, vel fauorem dederint, aut equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia ſubſidia ſcienter ſubminiſtrauerint, aut ex compoſito expectatores, vel ſocios, ſi ſe quouis modo præbuerint, etiam ſi illi, qui ad locum deſtinatũ pugnaturi acceſſerunt impediti pugnam non commiſerint, per ſe ipſos non ſteterit quominus illa committeretur.

Nec non videnda eſt bulla Clem. VIII. *conſtit. ſua* 11. *incip. Illius vices de anno* 1592. quæ confirmauit Prædeceſſorum ſuorum pœnas, & excommunicationes, eamque extendit ad Reges, Imperatores, & alios quoſcunque, qui non ſolum publicè, ſed etiam priuatim, ſine chartulis, literis prouocatoriis, vel patrinis duellum commiſerint, vel ſi conuenerint, vt non ſinguli cum ſingulis, ſed bini, terni, aut plures hinc inde pugnent.

COLLECT. 3061.

Super Doctrina Bart. in l. 2. C. de acquir. poſſ. ff.

§ Poſſeſſio ex perceptione fructuum probatur.

AFfirmat hic Bartolus poſſeſſionem probari ex perceptione fructuum, vt conſtat etiam ex *l. ſtatu ff. de iuiunctionibus*, & ita tradiderunt Cæſar. de Graſſis *deciſ.* 10. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.*

priet. & Rota *deciſ.* 508. *part.* 1. *in recentioribus.*

Vnde inferas, quod probata poſſeſſione præſumitur quod poſſeſſor perceperit fructus, & ideò tenetur ad illorum reſtitutionė, niſi probet, quod alius perceperit, Rota *deciſ.* 25. *de prebendis in nouis*, & quamuis ibidem in fine de hoc dubitetur, tamen abſque dubitatione ita reſoluit eadem Rota Romana in Toletana Cappellaniæ de Paſtrano 15. Decembris 1610. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, vt *in deciſ.* 269. *part.* 6. *in recent.* vbi quod ita fuit ſæpius deciſum Cotta *deciſ.* 52. Rota in Panormitana Archidiaconatus 22. Maij 1592. coram R P.D. Decano, & in Pampil. prioratus 26. April. 1602. coram Illuſtr. Card. Ludouiſio, deinde Gregorio XV. Cardinalis Seraphinus *deciſ.* 1245. vbi quod non dato alio poſſeſſore fructuum perceptio dicitur probata ex poſſeſſione, quamuis contrarium, vt ad probandos fructus non ſufficiat præſumptiua, & veriſimilis perceptio concludat Verallus *deciſ.* 30. *part.* 2.

COLLECT. 3062.

Super l. intereſſe, & ibi Imol. ff. de acquir. poſſeſſ.

¶ *Sequeſtrum neceſſarium an, & quando poſſeſſione priuet?*

IMola *hic num.* 2. firmat concluſionem, quod ſequeſtrum neceſſarium non priuat poſſeſſione, niſi aliter de mente iudicis appareat. & ita Gramat. *deciſ.* 51. Caſſador. *deciſ.* 14. ſuper Regul. Cancellar. & voluit Rota in vna Aſtoricen. Archidiaconatus 9. Maij 1580. coram R.P.D. Cotta.

Et quod ſequeſtrum neceſſarium appoſitum iudicis authoritate, non priuet poſſeſſione, firmauit eadem Rota *deciſ.* 516. *num.* 2. *part.* 1. Mantica *deciſ.* 252. fuit dictum in Alerian. beneficij 27. Ianuarij 1605. coram R.P.D. Coccino, & in Calag. beneficij de Armilla 11. Ianuarij 1608. coram Sacrato, vbi redditur ratio, quia ſequeſtrum præſumitur appoſitum cauſa cuſtodię, Amplia hoc procedere etiam ſi poſſeſſor conſenſerit ſequeſtro, nam cum dictus conſenſus ſit in executionem decreti iudicis, qui non intendit priuare poſſeſſione, ſed ſolum cauſa cuſtodiæ apponere ſequeſtrum, propterea nec d. conſenſus partis priuat poſſeſſione, vt bene fuit conſideratum in dicta Calaguritana de Armilla coram Sacrato, quam poſtea Rota fuit ſecuta in Carthaginen. Canonicatus 25. Maij 1609. coram Lancellotto, ex quibus deciſionibus credo cenſeri reuocatas deciſ. Alerien. beneficij 27. Iunij 1605. coram R.P.D. Decano, vbi Rota dixit poſſeſſorem conſentientem ſequeſtro appoſito iudicis auctoritate per petitionem expeditionis cenſeri amiſiſſe poſſeſſionem, & idem videtur ſenſiſſe Rota in cauſa Celionen. Præceptoriæ 14. Nouemb. 1606. coram Iuſto, quod etiam prius Rota tenuit in Vlixbonen. benefic. 15. Decembr. 1574. coram Robuſterio, quaſi quod huiuſmodi ſequeſtrum per huiuſmodi conſenſum fiat voluntarium, & re vera non videntur dictæ deciſiones ſubſiſtere poſſe, nam ſunt fundatæ in eo, quod propter conſenſum ſequeſtri ſequeſtrum fiat voluntarium, & quod ſequeſtrum voluntarium regulariter priuet poſſeſſione, ad *deciſ. Rot.* 46. *numer.* 1. & 3. *part.* 1. *diuerſorum*, cui rationi bene reſpondet Rota in dicta Calaguritana de Armill. vt ſcilicet habeat locum concluſio in ſequeſtro merè voluntario appoſito ex partium voluntate, non autem in ſequeſtro

Digitized by Google

voluntario præcedente iudicis decreto, quia ſicut iudex non intendit prædictum ſequeſtrum priuare poſſeſſione, ita nec etiam conſenſus præſtitus dicto ſequeſtro hunc effectum operari debet, & in ſpecie, quod ſequeſtrum appoſitum cauſa cuſtodiæ, etiamſi voluntarium non priuet poſſeſſione; ſequeſtrum iudicis priuat poſſeſſione quando eſt appoſitum per iudicem in vim *Clem.1.de ſequeſtr.poſſeſſ.* ita fuit dictum in dicta Calagurit. de Atmil. & in dicta Cartag. Canonicatus, ſequeſtrum appoſitum per iudicem ex eo, quia poſſeſſio ſit vitioſa, ſeu attentata priuat poſſeſſione, Seraph. *deciſ.*314.*n.*3. Sequeſtrum voluntarium non priuat poſſeſſione, quando adeſt proteſtatio ſine præiudicio ſuorum iurium, ſeu ſaluo iure poſſeſſoris *in clem. vnic. n.*32. *deciſ.*32.*de ſequeſtr.* fuit dictum in Pampilonen. Vicariæ de Naarte 4. Maij 1607. coram R.P.D. Marcomontio, & in Imole. Præceptoriæ 1607. coram R.P.D. Manzanedo, & in his terminis eſt, indubitata opinio, quod conſentiens ſequeſtro appoſito à iudice cum prædicta clauſula præſeruatiua, ſibi non præiudicat in ſua poſſeſſ. vt fuit dictum in Celſonen. Præceptoriæ 24. Nouembr. 1606. coram R.P.D. Iuſto.

COLLECT. 3063.

Super Doctrina Abbat. in cap. per venerabilem qui filij ſint legitimi.

¶ *Diſpenſatio in radice matrimonij an & quando legitimet prolem?*

Dicit hic Abbas *num.*22. quod diſpenſatio in radice matrimonij legitimat prolem. Declara tamen id procedere in prole ſuſcepta in figura matrimonij, Put. *deciſ.* 483. *lib.*2. Thanen. *deciſ.*71. Rota in vna Syracuſana illegitimatis 19. Octobris 1573. coram Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore, & apud Ludouiſium deinde Gregorium XV. *deciſ.*19. & alias apud Farinac. *deciſ.* 174. poſt ſecundum volumen Conſiliorum, vbi fuit dictum, quod diſpenſatio in radice matrimonij comprehendit tantum prolem ſuſceptam in figura matrimonij, non autem natum, & conceptum antè matrimonium.

Et ad hanc materiam diſpenſationis in radice matrimonij, vide latè eandem Rotam Romanam *deciſ.* 455. *part.*1. *in recent. & deciſ.*687. *part.*2. *adhuc in recentioribus.*

Et nota, quod diſpenſatio ad contrahendum cum legitimatione prolis duas ſeparatas continet gratias, vnam reſpectu matrimonij, alteram verò reſpectu legitimationis prolis, vndè licet quoad matrimonium non poſſet gratia ſortiri effectum, puta, quia alter ex coniugibus iam prædeceſſiſſet, valebit quoad legitimationem prolis, etiam in præiudicium venientium ab inteſtato, Rota *deciſ.* 207. *part.*1. *diuerſ.* Seraphin. *deciſ.*1121.

COLLECT. 3064.

Super Doctrina Felini in cap. illud de præſcript.

¶ *Comparitio citati an, & quando ſanet omnes defectus citationis?*

Felin. hic *n.*8. affirmat, quod comparitio citati ſupplet, & ſanat omnem defectum citationis, & ita Bellam. *deciſ.*364. Verall. *deciſ.*112. *part.*1.

Et quod per comparitionem citati purgetur omnis defectus citationis, tradunt Seraph. *deciſ.*1441. Rot. *deciſ.* 81. *deciſ.*95. *& deciſ.*99. *& deciſ.*736. *part.* 2. *in recent.* & in Taraconen. parochialis 26. Martij 1604. coram R.P.D. Litta, quod procedit etiam ſi citatus comparetet ad effectum excipiendi de nulli-

Digitized by Google

nullitate dictæ citationis Seraph. *deciſ.* 1441. & voluit Rota in Mutinen. bonorum 5. Maij 1607. coram R.P.D. Manzanedo.

Et ſufficit comparitio procuratoris Bellam. *deciſ.* 130. Seraph. 144. *n.* 4. imò ſufficit ſola conſtitutio procuratoris, quia ex hac conſtitutione præſumitur citationem deueniſſe ad notitiam citati Sarnen. Compen. Signaturæ *n.* 68. & fuit dictum in Cæſarauguſtana Parochialis 22. Februarij 1610. coram R.P.D. Pamphilio, quod procedit etiam ſi longè poſt citationem fuiſſet conſtitutus procurator, vt fuit dictum in Taracon. Parochialis 26. Martij 1606. coram Litta, dummodo tamen ſit cõſtitutus poſt factam citationẽ, ex conſtitutione enim procuratoris ante citationem non purgatur defectus citationis Rota in Auximana vnionis 16. Aprilis 1619. coram R.P.D. Caualerio. Aduertenduum tamen eſt, quod etiã ex comparitione procuratoris conſtituti ante citationem purgatur defectus citationis, ſi iam eſſet generaliter conſtitutus comparuit poſt factã citationem, & deduxit generalitatem ad ſpeciem reſpectu cauſæ, in qua fuit citatus, vt fuit dictum in Auximana vnionis coram R.P.D. Caualerio.

An verò ſufficiat comparitio Procuratoris Generalis, an potius requiratur mandatum ſpeciale, fuit aliàs in Rota variatum: nam requiri ſpeciale ad illam cauſam, tenet Rota Seraph. *deciſ.* 1366. *ſub n.* 2. fuit dictum in Laud. deuolutionis 23. Martij 1594. coram Corduba, è contra verò ſufficere etiã generale mandatum tenet Seraph. *dec.* 54. *num.* 5. Rota *deciſ.* 736. *nu.* 1. & tenuit etiam Rota in dicta Auximana coram R.P.D. Caualerio, & hanc opinionem credo veriorem, nam eo ipſo quod procurator Generalis comparuit poſt citationem præſumitur habuiſſe notitiam citationis.

Vlterius eſt aduertendum quod tunc demum per comparitionem citati ſanatur defectus citationis quando conſtat verba comparitionis eſſe certa, & præciſa reſpectu illius cauſæ, ſecus autem ſi ſint vaga, & generalia, ita declarauit Rota penes Caputaq. *deciſ.* 162. & ego credo verius.

COLLECT. 3065.

Super l. ſeptimo mente, vbi Baldus ff. de ſtatu hominum.

¶ *Medici iudicio in arte ſua ſtandum eſt.*

AFfirmat hic Baldus *in vltim. addit.* quod Medici iudicio in arte ſua ſtandum eſt, & ita Buer. *deciſ.* 223. & voluit Rota in Romana hæreditatis de Picchis 15. Junij 1580. coram R.P.D. Vicecomite, & in Pampilonen. Abbatiæ de Aſſagra Veneris 20. Junij 1603. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Ludouiſio deinde Gregorio XV. vt *in eius deciſ.* 125. *n.* 9.

Sed an ſufficiat relatio facta à Medico deſtinato ad illum effectum? negatiuè Rubinus *deciſion.* 195. vbi etiam affirmat, quod ad effectum, vt relatio morbi poſſit habere effectum, & probare morbum illum, debet fieri à pluribus Medicis & ſufficit quod ſit facta ab vno, quod etiam affirmauit Nouarius in quadam ſua allegatione, edita ad fauorem admodum Reuerendi Patris D. Sylueſtri de Neapoli Abbatis Sanctæ Mariæ ſub titulo Miraculorum Ciuitatis Andriæ, quam quidem iuris allegationem placuit hic inſerere, cum in ea nonnulla cumulentur, quæ faciunt ad hanc Collectaneam, vt poteris videre, eius autem tenor eſt, vt ſequitur, videlicet.

Digitized by Google

ANDRIEN. NVLLITATIS *Priuationis Abbatiæ Sanctæ Mariæ Miraculorum* 1627.

SI veri iuris tramites, & concluſiones ſedulò attenduntur, vtique, & apertè patebit Iuſtitia cauſæ admodũ Reuerendi Patris D. Syluestri de Neapoli Abbatis Sanctæ Mariæ ſub vocabulo Miraculorum Ciuitatis Andriæ; Ita quod omninò fatendũ erit ipſum nulliter, & abſq; vlla ratione ab adminiſtratione, & regimine dictę Abbatiæ fuiſſe depoſitum.

Et ne veritas, & Iuſtitia præfati admodum Reuerendi Patris (quæ hodie maleuolorum cauſa obumbrata, & conculcata reperitur) in totum apud ſuperiores abſque vllo liuore Ius miniſtrare volentes adhuc euaneſcat, & aduerſariorũ pateat iniqua voluntas, præſupponendum eſt cauſam depoſitionis dicti Patris nullam aliam fuiſſe, niſi quia ipſe reperiebatur, grauatus, quodam morbo nominato Hypocondriacæ flatuoſæ.

Qui quidem morbus, & infirmitas probabatur ex ſimplici fide cuiuſdam Medici, qui atteſtabatur præfatum admodum Patrem illo morbo laborare.

Vnde onus noſtrum erit oſtendere, & patefacere cauſam hanc non fuiſſe aptam, & talem, ita vt priuatio oriri potuiſſet.

Ad quod demonſtrandum adduco text. *in l.* 1. §. *proinde ff. de ædil. edict. & in l. quæſitum ff. de re iudic.* quibus iuribus probatur quod licet ex cauſa infirmitatis multa poſſint fieri, tamen quotieſcunque infirmitas eſſet leuis, nec diu duratura in tali caſu prohibentur illa fieri, ſequitur Vitall. *in tract. maleſic. in titul. de nunc. relation. n.* 48. voluitque Actius *in ſuo tract. de infirmit. cap.* 50. *nu.* 16. *par.* 1. vbi quod diſpoſita ratione infirmitatis locum ſibi vendicant in grauibus, & diu duraturis infirmitatibus, non autem in leuibus morbis, prout ita tradit Rimin. iun. *in l.* 1. *n.* 570. *ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.* & notatũ eſt *in praxi ſiue tract. elect. & variat. for. quæſt.* 9. *n.* 5. *ſect.* 1. vbi propterea ſi matur quod licet morbo diuturno fatigati, & debiles gaudeant beneficio legis vnicæ C. *quand. Imper. inter pupill. & viduam,* tamen id declaratur eſſe verum, & procedere quotieſcumque graui morbo diuturno quis eſſet fatigatus, at ſecus ſi leui infirmitate, nec diu duratura vexaretur, prout ita in terminis quoque ſcribit Borrell. in ſummam omnium deciſionum *in tit. de iuram. perhorreſcent. n.* 23. *tom.* 1. Morboſus enim appellari non poteſt, qui leui morbo, nec diu duraturo laborat, prout febricitans non appellatur qui leuem febrem patitur, ita quod leuis febris nõ dicitur febris neque in conſideratione habetur Alex. *conſ.* 114. *n.* 7. *lib.* 1. Magdalen. *de num. teſt in teſtam. requiſ. part.* 1. *quæſt.* 20. *in fin.* quos refert, & ſequitur Actius *in d. tract. de infirm. cap.* 4. *n.* 14. affirmans, *cap.* 11. *n.* 9. infirmos propriè appellari illos, qui intrinſecus cum periculo vitæ morbo laborant, vt antè eum notarunt Gomeſ. *in reg. Cancell. de infirm. reſignant quæſt.* 7. Menoc. *in tract. de arbitr. iudic caſ.* 60. *n.* 16. & Sebaſtian. Medic. *in tract. mors omnia ſoluit. part.* 1. *num.* 133.

Quare meritò Rot. Romana apud Verall. *deciſ.* 91. *part.* 1. voluit vt infirmitates, quæ poſſunt minuere ætatem in coadiutoria debeant eſſe tales, quæ præſtent impedimentum perpetuum, licet cum aliquo interuallo quietis, *cap.* 1. vbi Archidiac. poſt Jo. Andr. *de cler. agrot. in* 6. Jo. Andr. Imol. & alij *in cap. quoniam frequenter vt lit. non conteſt. & cap. final. n.* 9. *de cler. agrot.* & leuis febricula, vetus quartana, aut modicum vulnuſculum non ſunt in conſidera-

tione

Digitized by Google

tione, l. 1. §. *ſciendum ff. de adil. edict.* Debilitas enim narrata in coadiutoria intelligenda eſt de ea, quæ de per ſe aggrauat corpus ſine ſpe futuræ proſperitatis, Felin. *in cap. quoniam frequenter nu. 6. ad fin. vt lit. non conteſt.* & ita dicit fuiſſe deciſum in cauſa Toleta Prioratus de Caſtineto coram D. Ch. Canen. die 13. Martij 1551.

Iuuatur hæc opinio, nam videmus in ſimili, quod licèt infirmitas, & morbus ſint iuſta cauſa reſtitutionis in integrum, prout probatur *in l. quaſitum ff. de re iudic. & in l. 1. ff. ex quib. cauſ. maior. in integr. reſtituan.* §. *item propter aduerſam inſtit. de excuſat. tut.* tamen quælibet infirmitas id non operatur, i. a quod neceſſe eſt vt morbus ſit grauis, & diu duraturus, vt docet Glo. *in cap. placuit 18 diſt.* Bal. *in l. ſiquis ita inſtituatur* §. *fin. ff. de hæred. inſtit.* Abb. *in cap. tenor, nu. 1. de re iudic.* Dec. *in l. 1. n. 75. ff. de offic. eius.* Mantua *ſing 10. n. 3.* Sforz. Oddus *in ſuo tract. de reſtit. in integr. quæſt. 11. art. 7. part. 1.* vt alios omittam recentiores.

Sed dato, & non conceſſo depoſitionem, & priuationem Abbatiæ factã ex cauſa infirmitatis ſubſiſtere, dum de illa formaliter, & ſecundum iuris terminos non conſtat, vtique nulla redditur depoſitio.

Et licèt præſupponatur infirmitatẽ fuiſſe probatam ex fide cuiuſdam medici, tamen talis probatio non valet, ſiquidem verum eſt morbum probari per medici teſtationem, tanquam periti in arte Bar. *in d. l. quaſitum, poſt numerum ſextum, ff. de re iudic.* Abb. *in capit. tenor ſub n. 2. eod. tit.* latè Maſc. *de probat. concluſ. 897. nu. 12.* ſed requiritur quod relatio non ſit facta ab vno medico, ſed ſaltem à duobus vt docet Luc. de Pen. *in l. ſemel C. de re milit. lib. 12.* vbi ſcribit vnius medici relationem non ſufficere, ſed duas debere eſſe ad faciendam probationem morbi, prout ſic eſſe communem Doctorum opinionem tradit Clar. *in ſua pract. crim. in* §. *homicidium verſ. autem quamuis,* & poſt eum Actius *de infirm. cap. 37.* & notatur *in prax. elect. for. quæſt. 10. nu. 2.* vbi etiam affirmatum fuit quod facientes fidem de morbo debent accedere ad domũ infirmi de mandato ſuperioris, qui tenetur ad hunc actum deſtinare illos, vt de hac practica teſtantur Foller *in pract. crim. in verb. audiantur excuſatores n. 31.* Monteleon. *in ſua pract. arbitr. pag. 29. n. 4.* vbi ait iudicem, & ſuperiorem teneri ex officio deſtinare medicos ad illum effectum ex Jo. Andr. & aliis *in cap. tenor extr. de re iudic.* ita quod non valent fides factæ à Medicis non deſtinatis à ſuperiore ad illum proprium actum.

Accedat præterea quod talis depoſitio, & priuatio fuit facta à iudicibus dicti admodum R. P. D. Siluestri notoriis inimicis, ſi quidem infra ſeptem, qui illum priuauerunt adfuerunt quatuor eius inimici videlicet D. Filippus à Venafro viſitator, D. Angelus Grillus, præſidens, D. Ioſeph. à Sarno Abbas Cauenſis, & D. Jouita à Caſtiglione Abbas Sublacenſis, cum quibus omnibus habet cauſas inimicitiæ ſuo tempore, & loco probandas.

Vnde ſuccedit regula, vt tanquam ſententia lata ab inimicis qui recuſari poſſunt vt per Nouell. *in reg. 204. n. 4.* Decian. *in tract. crim. lib. 7. cap. 38. nu. 14.* Rebuff. *ſuper conſtit. Franciæ in titul. de recuſa. art. 9. gloſ. vnic. n. 13. cum ſeq.* Maranta *de ordin. iudic. part. 6. n. 35.* Card. Tuſc. *concluſ. 908. n. 25. liter. S.* latè Farinac. *in ſuis fragm. crim. part. 1. lit. I. num. 863.* vbi ampliat etiam ſi dolo partis inimicus ſit, & quamuis non ſit inimicus capitalis vel eſſet inimicus vtriuſque partis, ita quod affirmet illum recuſari poſſe, ſi crebro cum inimicis ſuis conuerſaretur ludendo, bibendo, & cum illis per-

Digitized by Google

noctando, de quibus omnibus latè pariter Cattaſius *in explicatione ad leg. recopil. Hiſpan. cap. 9. nu. 196. cum ſeq.* ſequitur propterea, quod ſententia priuationis veniat omnino reſcindenda tanquam nulliter lata, imò ipſo iure nulla eſt, periculoſum enim eſt, & multum durum videtur per inimicos negotia geri, Crauett. *conſ.* 132. Magon. *deciſ. Florent.* 63. *n.* 8. Ambroſin. *deciſ.* 50. *n.* 54. *&* 55. Amat. *deciſ.* 14. *nu.* 15. & periculoſum coram iudice ſuſpecto, & inimico litigare, *cap. cum inter de except. l. apertiſſimi,* & ibi gloſ. *in verb. libello C. de iudic.* Card. Tuſc. *concluſ.* 910. *lit. S.* Pacian. *de prob. lib. 2. cap.* 45. Seraph. *de priuileg. iuram. priuil.* 7. Valenzuel. *conſ.* 44. *n.* 186. vbi quod naturalis æquitas dictat ne inimici ſint iudices, quia per odium iudicare videntur, & facile mentiuntur *l. 1. §. quaeſtionum ff. de quaeſtionibus,* & omnia mala cogitant, vt damnũ inferant inimicis, *cap. repellantur de accuſat. l. 1. §. quaeſtioni ff. de quaeſt.* Roman. *conſ.* 7. Dec. *conſ.* 64. *col.* 4. Decian. *reſpo.* 31. *n.* 128. *vol.* 1. Surd. *conſ.* 477. *n.* 2.

Tandem nulla redditur præfata priuatio, ſiue depoſitio facta cum præfatus admodum Reuerendus Pater exiſtens in pacifica poſſeſſione dictæ Abbatiæ ipſo non citato fuerit de facto priuatus, debebat enim prius citari reſponſurus an cauſæ ob quas præfati iudices intendebant eum priuare militarent, vel ne, nam omnium actionum inſtituendarum principium ab ea parte edicti proficiſcitur, qua prætor edicit de in ius vocando. *cap. quoniã de prob.* gloſ. *in rub. C. de in ius voc. §. fin. inſtit. de pœna temere litigantium,* vbi Angel. *n. 1. l. 1. ff. de ius in voc.* Cyn. *in l. omnib. n. 9. ff. ſi quis iuſdicenti non obtemper.* Ant. Blanc. *de comprom. tit. de ordin. procedendi in eis quaeſt.* 8. *n.* 2. Raynald. Corſus *lib. 1. indagat. iur. cap. 2. n. 1.* Rebuff. *tom. 1. ad conſtit. Gallicas tract. de litter. obligator. art.* 6. *gloſ.* 1. Garzia *de nobilit. gloſ.* 11. *§. 1. n.* 2. vnde DD. citationem eſſe fundamentum ordinis iudiciarij affirmant Grauat. ad Veſtr. *lib. 5. cap. 13. nu. 7. ſuæ prax.* Roland. à Valle *conſ.* 68. *num.* 16. *tom.* 2. Angel. *conſ.* 260. & ſine fundamento nihil conſiſtere poteſt *capit. veniens de presbyter. non baptizat. c. cum Paulus 1. q. 1.* Crauett. *conſ. 6. n.* 36. Nauarr. *conſ. 15. de regularib.*

Nihil enim præiudiciale poteſt fieri nõ citato eo de cuius præiudicio agitur, *l. de vno quoq; ff. de re iud. l. nã ita diuus ff. de adopt. l. in cauſæ, §. cauſa cognita ff. de minorib. l. ea qua,* C. *quomod. & quand. iudex. l. defenſionis facultas,* C. *de iur. fiſc. lib.* 10. *cap. cum ex literis de reſtit. in integr.* citandi enim ſunt illi in iudicio, contra quos dirigitur petitio, Faber. *in §. licet inſtit. de adopt.* B. *l. in l. cum ab eo,* C. *quomod. & quando iudex.* Caſt. *in l. in cõcedendo ff. de aqu. pluu. arcend.* & illi tant in iudicio citandi quos principaliter tangit negotium, & habent intereſſe in cauſa ad effectum, vt valeat ſententia contra conuentum, & citatum, vt eſt probatum *forenſ. quaeſt. 26. n. 3. lib.* 1.

Idque iure diuino introductum eſt *Geneſis cap.* 13. vbi Deus antequam puniret Adam de peccato inobedientiæ illum vocauit, & ipſius defenſionem audiuit, *capitulo Deus omnipotens, ſecunda quaeſt.* 1. vbi dicitur quod Deus noluit punire peccata Sodomorum niſi deſcenderet, & videret *cap. qualiter, quando de accuſ.* Rebuff *tom. 2. ad leg. Gallicas tract. de citation. in praef. n.* 23. *&* 30. Menoch. *lib. 1. de arbitr. iudic. quaeſt. 17. nu.* 5. Gomez *in l. 76. Tauri n.* 9. Affl ct. *deciſ.* 245. *n.* 10. Boer. *deciſ.* 247. *n.* 5. Alex. *conſ.* 225. *n. 1. lib.* 6. Couarr. *pract. quaeſt. cap.* 23. *num.* 6.

Et ius canonicum id approbat, & ſuadet apertè cum in non citatum, & confeſſum nulliſq; ie probationibus conuictum nulli pateat condemnandi

potentia,

potentia, *cap. nos in quenquam 2. quaeſt. 1.* text. iunct. gloſ. fin. & ibi Abb. *num. 11. in repetit. cap. eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. cap. iudex cum ſeq 2. quaeſt. 1.* & confirmatur ex text. *in cap. 1. de cauſ. poſſ. & propriet.* vbi dicit Pontifex nec nos contra inauditam partem aliquid poſſumus definire, vbi Abb. *not. vlt.* ait opus eſſe quod partes vocentur aut audiantur prius quid ſtatuatur, refert Decius *conſ. 544. n. 20.* & alij recentiores paſſim.

Præcideretur enim per omiſſionem citationis defenſionis facultas, quæ iure naturali introducta eſt *l. 1. §. cum autem ff ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur l. vt vim ff. de iuſt. & iur. l. 1. C. vnde vi l. ſcientiam §. qui cum aliter ff. ad leg. Aquil.* Dec. *in l. milites n. 13. C. de teſtam. milit.* ideò ciuili, aut municipali iure tolli nequit *§. ſed naturalia inſtit. de iur. natur.* vbi patet ea quæ ſunt introducta iure naturæ non alio modo quam diuina prouidentia eſſe introducta, diuini autem iudicis nullus iudex eſt ſuperior nec papa & ideò dicti iuris naturalis nullus poteſt eſſe irritator, aut deſtructor, *l. minor autem magiſtratus, ff. de minoribus l. 1. § ſiquis ff. de appell. l. ille à quo §. tempeſtiuum ff. ad Trebell. l. nam magiſtratus ff. de arbitr.* Ang. *conſ. 260. nu. 1.* etiam ſi Princeps ſit ſupremus *d. cap. 1. de cauſ. poſſ. §. clem. paſtoralis de re iudic. l. fin. C. de legib.* vbi Bald. plures alij relati per Reb. *d. tract. de citationib. in præfatione n. 28.*

Vndè merito communi voce clamant DD. citationem etiam in notoriis, & factis euidentibus eſſe neceſſariam, & illa omiſſa acta eſſe nulla, vt apud Gloſ. & Hoſtienſ. *in cap. cum ſit §. præterea de appell.* vbi Franch. *not. 2.* affirmat quod etiam in notoriis poſſet legitimas defenſiones habere, quæ ſunt admittendæ, *cap. literas de reſtit. ſpoliat.* Abb. *in cap. 1.* & ibi etiam Felin. *de iudic.* Innoc. *in cap. ſacro gloſ. 2. de ſent. excomm.* Gabriel. *conclaſ. 1. de citation. n. 153.* cum aliis adductis *in pragm. Regni 1. ſub ead. rubr. de citation.* vbi plures caſus deciſos cumulati ſunt, in quibus citatio ſit neceſſaria.

Quare cum dictus admodum Reuerendus Pater D. Siluester non fuerit citatus, nec monitus cum de citatione non conſtet, nec præſumatur *cap. ad hoc in ver. conuinci de allodiis*, quem notat Bal. *ibi colum. 6.* Ann. *ſing. 611.* eſt nulla prætenſa priuatio argum. eorum, quæ notauit Caſſador. *deciſ. 2. n. 11. de penſionibus*, cum vt aduertit Lopez *in l. 12. tit. 9. part. 1. recopil. Hiſp. gloſ. 1. n. 48.* & conſtat *in cap. iudicantem 30. quaeſt. 5. & in l. vbi falſi C. ad leg. Cornel. de falſ. & in l. vbicunque ff. interrogat. act.* ſubſtantiale eſt iudicij & pro forma requiritur ante ſententiam plenè litigantem audire, & interrogare, *cap. cum Ioannes de fide inſtrum.* Specul. *in cap. 1. n. 10. de poſtuland.* eò magis quando tractatur de priuatione, & præiudicio tertij, prout in caſu noſtro, ſapit enim maximam iniquitatem reum condemnare illo non monito, & abſque legitimis defenſionibus, quæ neque Diabolo ſi fortè conueniretur, & eſſet condemnandus licito iure denegari poſſent, quia non procedendum eſt in cauſis ex abrupto, ſed via iuris, & ideò non monitus priuatus ſuo iure à iudice reſtituitur tanquam eſſet ſpoliatus à priuato Nauar. *conſ. 5 n. 8. de appell.* Verall. *deciſ. 112. par. 2.* Valenzuel. *conſ. 44. n. 10.* ſtantibus igitur defectu grauis infirmitatis, & morbi, ſuper quo videtur ſententia priuationis fundata ſtante defectu probationis dicti morbi, cum non fuerit facta eo modo, & forma, quæ à iure requiritur, ſtante inimicitia illorum, qui ſententiam priuationis tulerunt; & tandem ſtante defectu citationis venit omninò dicendum prælibatum admodum R. P. D. Siluestrum à Neapoli tanquam nulliter, & indebitè priua-

tum eſſe, & fore in priſtinam ſuæ Abbatiæ poſſeſſionem cum honore, & gloria reponendum, prout ita decernendum eſſe ſperatur.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 3066.
Super Rubric. de Probationibus.

§ Probationes fiunt per teſtes, per inſtrumenta, per partis confeſſionem, per euidentiam, per iuramenti delationem, per ſententiam, per communem omnium opinionem, per famam publicam, per coniecturas, per præſumptiones, & indicia, de quibus ſingulariter tractatur.

PRobationum ſpecies plures reperio, ſi quidem primò datur ſpecies probationis per teſtes, vt apparet *ex cap. 1. & 2. & cap. ex literis extra. de probation.*

Secunda probationis ſpecies eſt per inſtrumenta de qua habetur *in tot. tit. de fide inſtrument.*

Tertia ſpecies probationis eſt per partis confeſſionem, de qua habetur *in cap. cum ad ſedem extr. de reſtit ſpoliat. in l. ſi ſine ff. de interrog. action.*

Quarta probationis ſpecies eſt per rei euidentiam, & rei aſpectum, *cap. euidentia de accuſat. cap. ad noſtram de iur. iur. l. 1. ff. de ventr. inſpicien.*

Quinta ſpecies probationis eſt per delationem iuramenti aduerſario datam, *l. 1. l. 2. l. manifeſta, ff. de iur. iur. cap. fin. extr. eod. tit.*

Sexta probationum ſpecies eſt ſententia, & res iudicata, de quibus habetur *in tot. tit. de except. rei iudicata.*

Septima probationis ſpecies eſt per communem omnium opinionem, *cap. excommunicamus de hæretic. cap. ſciant 2. queſt. 7. l. iudicia C. de rei vendic.*

Octaua ſpecies probationis per famam publicam *cap. fin. de frigid. & maleficiat. cap. ſicut de probat.*

Nona ſpecies probationum eſt per rationabilem hominum coniecturam *l. in lege Aquilia, ff. ad leg. Aquil. l. ſi deletum ff. eod. tit.*

Decima probationis ſpecies eſt probatio per præſumptiones, & indicia *cap. afferte de præſumpt. & alibi.*

Quo ad primam probationis ſpeciem ſuprapoſitam, in qua fuit facta mentio probationis per teſtes, dicendum eſt, quod etiam facta antiqua, & confines teſtibus probantur, *cap. cum cauſam* vbi DD. *de probat.* & debent deponere de viſu, & de audito ab antiquis, & prædeceſſoribus, & fama *l. in ſumma §. idem Labeo ait*, cum quæritur vbi Gloſ. *in verb. idem Labeo, & in verb. audierint*, Guid. Pap. *in deciſ. Delph. 193. ſub n. 1. verſ. ſeptimò probantur.*

Secunda ſpecies probationis, vt ſupra poſita eſt per publica inſtrumenta mentionem facientia de re, de qua agitur *l. optima, C. de contrah. & committ. ſtipul. l. cum aliquis C. de iur. deliber.* Afflict. *in deciſ. 83. n. 2.* idem Guid. Pap. *in d. dec. 193. ſub n. 1. verſ. 1.* namq; & iſta probatio per ſcripturas ſuperat, probationẽ ex teſtibus Manzaned. *in deciſ. Roman. 687. n. 20. part. 2. tom. 2.*

Tertia probationum ſpecies eſt per confeſſionem, nulla enim maior probatio quam propria oris confeſſio, *l. cum te, C. de Tranſ. l. fi. C. de fideiuſſ.* Gram. *in deciſ. Luſit. 165. n. 2.* Cornazan. *in deciſ. Lucenſ. 11. n. 1.* Caualcan. *in deciſ. Fiuiz. 18. in deciſ. 46. n. 198.*

Quarta ſpecies probationum enumerata in ſchemate eſt per loci ſiue rei aſpectum, & euidentiam quam omnibus probationibus præferri arg. *§. fin. inſtit. de gradib.* & Gloſ. *in l. teſtium, C. de teſtib.* Afflict. *deciſ. 23. n. 6. & in deciſ. 216. n. 3.* Caualc. *in deciſ. Fiuiz. 44. n. 68.* Magon. *in deciſ. Florent. 55. nu. 43. & in deciſ. Lucenſ. 48. nu. 11.* Baiz. *in deciſ. Bononienſ. 57. n. 19. in deciſ. 156. n. 22.*

Quinta

Digitized by Google

Quinta probationis ſpecies eſt per iuramentum, vt *in d.l.1.l.2. & l. manife ſta ff. de iur. iur.*

Sexta ſpecies probationis eſt res iudicata, ſiue ſententia cum res iudicata pro veritate habeatur, *l. res iudicata ff. de reg. iur. cap. cum inter vos extr. de re iudicat.* Gram. *in deciſ.* 24. *n.* 6. Boer. *in deciſ.* 306. *n.* 1. quamuis ſententia quoad probandum tantum operatur, quantum operarentur teſtes, & inſtrumenta. Et ideò dicitur quod ſententia facit ius inter partes, *l. ſtatu liberi à cæteris ff. de ſtat. liber.* & Cacher. *in deciſ. Pedem.* 34. *n.* 3. vbi loquitur etiam quo ad concluſionem.

Septima probationis ſpecies eſt per vehementem, & communem opinionem hominum, quæ veritati coniuncta, certitudinem probationis operatur. Gloſ. fin. *in l. ſi quis extraneus §. ſciendum ff. de acquir. hæredit.* Guid. Pap. *in d. deciſ. Delphin.* 193. *ſub n.* 1.

Octaua probationis ſpecies per famam publicam *c. cum cauſam de probat.* Cappella Tholoſ. *in deciſ.* 379. Guid. Pap. *in d. deciſ.* 193. *ſub num.* 1. *verſ. tertio modo probatur, & in deciſ.* 357. *in prin.* Verall. *in deciſ.* 337. *n.* 8. *& in deciſ.* 344. *n.* 2. 3. *& in deciſ.* 347. *n.* 5. *part.* 3. Lancellot. *in deciſ. Roman.* 518. *in deciſ.* 594. *num.* 3. *lib.* 1. *vol.* 1.

Declara tamen famam probari oportere duobus ſaltem teſtibus Cappell. Tholoſ. *in d. deciſ.* 379. *verſ. quaro qualiter probabitur.*

Nona ſpecies probationis per omnem rationabilem coniecturam *l. in lege Aquilia ff. ad leg. aquil.*

Decima probationum ſpecies eſt præſumptiones, & indicia indubitata Gramat. *in deciſ.* 42 *n.* 3.

Quibus ſic præmiſſis ad materiæ generalitatem notare ne graueris amice, & candide lector quod

Actor tenetur probare, ipſo enim non probante reus abſoluendus eſt, *l. qui accuſare, C. de edend. l. actor, C. de probat. l.* 1. *ff. de prob.* Rota *in antiquis in deciſ.* 461. Vbald. *in deciſ. Roman.* 409. *num.* 6. *part.* 1. *tom.* 1. Ratio ea eſt, quia agens actor contra reum dum non probat calumniaſſe videtur *l.* 1. *§. incidit ff. ad Senat. conſult. Turpill.* Verall. *in deciſ.* 11. *num.* 1. 2. Chartar. *in deciſ. Genua* 59. *n.* 5. Rota *in nouiſ. in deciſ.* 69. *in deciſ.* 120. *in deciſ.* 261. Burz. *in deciſ. Bonon.* 113. *n.* 8. *in deciſ.* 122. *n.* 7.

Ampliatur primò, vt reus abſoluatur diffinitiuè, intellige tamen datis legitimis dilationibus, alias ſolum ab obſeruatione iudicij abſolueretur, vt *in d. gloſ. in d. l qui accuſare, C. de edend.*

Ampliatur ſecundò etiam ſi actor ſit perſona inſignis, & valdè honeſta, & Reus malæ opinionis, & famæ gloſ. fin. *in fin. in c ſicut extr. de ſent. excomm.*

Ampliatur tertiò, vt regula etiam in criminalibus locum habeat Gloſ. *in d. l. qui accuſare.*

Amplia quartò, vt habeat locum etiam in beneficialibus, quia, & ſi reus dixiſſet in beneficio nullum ius habere, quia ſi actor non probaſſet intentionem ſuam reus non condemnabitur, vt ex quibuſdam Rotæ deciſionibus notat Roman. *in conſ.* 347. *n.* 4.

Ampliatur quintò procedere, vt eſto quod reus aſſumpſiſſet ſibi onus probandi ſi actor non probaſſet, non ideò reus poſſet condemnari, vt aliquando fuit dictum in Curia Archiepiſcopali.

Ampliatur ſextò procedere concluſionem, & regulam etiã ſi probationes eſſent pares, reus erit abſoluendus, cũ in dubio reo ſit fauendum, *cap. ex literis de prob. l. fauorabiliores ff. de regul. iur.*

Ampliatur ſeptimò etiam ſi conſtaret reum nullum ius habere, cum conſideretur ſolum ius actoris, quia reum impetiuit, & moleſtauit, Rota *in antiquis in deciſ.* 461. *in Nouis in deciſ.* 120.

Verall.*in deciſ.11.num.1.2.part.6.*Guid. Pap.*in deciſ.Delphin.365.n.1.*

Item ad eandem materiam, & rubricam notabis quod factum probandum eſt, quia nō præſumitur, niſi probetur, *cap.præſumitur de reg. iur. in 6. cap. cum Ioannes de fide inſtrum.cap.cum in iure de offic.delegat.l.in bello §.ſactæ ff.de captiu. & poſtlim.reuerſ.*Caualc.*in deciſ.Etuiz.7. ſiue 53.n.1.part.2.*Viu.*in deciſ.114.n.8.*

Antiqua facta, quæ hominum memoriam excedunt, probantur per cōmunem antiquorum relationem, per libros antiquos, & per Hiſtorias antiquas, Guid.Pap.*in deciſ.Delph.193.in fin.*

Poſt concluſum in cauſa nec teſtes, nec inſtrumenta, vel aliæ probationes recipiuntur.*cap.cum dilectus de fide inſtru.* Rota *in antiq. in deciſ.9.* quod procedit præſertim ſi fuerit datus terminus ad probandum, & probatum habendum Bellam.*in deciſ.57.& in deciſ.551.* Gratia. *in deciſ.Marchiæ 198.n.19.*

Declara primò non procedere in illis caſibus, in quibus iudex ex officio poteſt procedere, vt recipere teſtes vel inſtrumenta ſibi videatur expedire, Rota *in nouis in deciſ.5.incip.ſi poſt concluſionem,* quam probauit Sacrum Conſilium, vt per Affl.vt *in deciſ.115.n.2.*

Declara ſecundò concluſionem procedere in cauſa profana, non autē in cauſa beneficiali, quia in illa etiam concluſione facta probationes per teſtes, & per inſtrumenta admittuntur Rota *in antiq.in deciſ.9.incip. Nota quod poſtquam, & in deciſ.469.*

Declara tertiò non procedere in cauſa criminali, cum in ea non concludatur, & ideò ſemper fieri poteſt productio Rota *in nouis in deciſ.30.*

Quartò declara non procedere cōcluſionem in cauſis ſummariis, in quibus poſt concluſum in cauſa iudex etiam ad partis inſtantiam poteſt interrogare Rota *in antiq. in deciſ.9.* Sed ex officio facere iudicem poſſe, non autem ad partis inſtantiam, Gratian. *in deciſ.Marchiæ 198 n.21.*

Quintò declara, niſi quis ante concluſionem fuiſſet proteſtatus velle aliquid probare, & fuiſſet repulſus iniuſtè, per Gloſ.*in cap.ex conqueſtione de reſt. ſpoliat. in verb.& poſt.*

Sextò declara, ſecus eſſe in cauſa ſummaria, quia poſt concluſum in cauſa poſſunt probationes fieri Grat. *d.deciſ.March.198,n.15.*

Conſtitutio, motus proprius, & gratia ſummi Pontificis non probantur, niſi per ſcripturam expreſsè loquentem, *cap.ſi motu proprio in fin.* vbi Gloſ.*de prabend.in 6.*Rota *in antiq. in deciſ. 96. incip.nota quod reſeruationum, & in deciſ. 131.incip.nota quod in cauſa.*

Quod ſemper fuerint in eccleſia, tot canonici, & ſi probetur certus numerus puta decem ſemper in illa fuiſſe non dicitur probatio facta, niſi adſit authoritas ſuperioris teſtificantis vel probetur conſuetudine, vel iuramento Rota *in antiq.in deciſ.230. incip. nota opinionem.*

Probationes factæ nulla data dilatione valent, Affl.ct. *in deciſ. Neap.55.n.2.* Vrſill. *in d.deciſ.55.in princip.* quod in hoc Regno Neapolitano ſine ambiguitate procederet per pragmat.incip, poſt prædictas, ibi, ſine aliquo iudicis miniſterio terminus ad probandum ipſo iure partibus intelligatur ſtatutus *ſub.tit.de dilat.* & aduertit Ioann. Ang. Piſanell.ad Afflict.*in d.deciſ.55.* Capic. *in dec.1.n.31.* Chart.*in dec. Gen. 22.n.1.2.*

Probare, & articulare eſt de ſubſtantia iudicij vt ex Rot.*in nouiſ. in dec. 2.tit.de reſcript.*Verall.*in deciſ.149.n.4.5. part.3.*

Paribus exiſtentibus probationibus præferenda tamen eſt probatio rei, & poſſeſſoris, Aldobr.*in dec.nouiſ. Roman. 236.n.24.p.1.vol.1.& dec.237.n.2.eo.vo.1.*

Ampl ia

Digitized by Google

Amplia in eo, qui habet leuem præſumptionem pro ſe laſied. Lanfranc. Balb. *deciſ.12.incip.paribus.*

In difficili negotio, leuiores probationes ſufficiunt, ſequitur Blanch. *in deciſ.nouiſſ.Roman.189.n.4 par.1.vol.1.*

Quemadmodum verba enunciatiua nō probant per ſe, ita etiam nec per iuramentum probabunt Bellam. *in deciſ.691.fallent.6.n.7.* Veral. *in deciſ.190. n.4.part.1.in deciſ.328.in fin.par.2.* idem Verall. *in deciſ.336.n.3.part.3.*

Contrarium tamen, quod verba enunciatiua cum iuramento prolata probent, Afflict. *in deciſ.83.nu.3.* idem Afflict.164.n.4. Verall. *in d.deciſ.83.n.2.* Cæſar Barzi. *in deciſ.Bonon.2.ſub n.22.*

In vltima voluntate, maximè in mortis articulo verba enunciatiua prolata cum iuramento diſponunt, & probant, eodem pacto mors, quæ æquiparatur iuramento, Magon. *in deciſ. Florent.95.n.8.*

Declara ſupradictam concluſionē non ſeruari in Curia Romana, voluit Verall. *in deciſ.33 n.2.in deciſ.41.nu.1.in deciſ.285.n.1.part.2.*

De verbis tamen enunciatiuis in epiſtolis ſiue literis priuatis concludendum eſt, quod quando illud per litteras, vel epiſtolam pronunciatur, quod poteſt per eam confici, & induci illa enunciatio obligationem inducit, & inductam probat Rota *in antiquis in deciſ.430.incip.nota ego miſi.* Et in ſumma literæ miſſiuæ probant contra ſcribentem Boer. *in deciſ.Burdeg.333.ſub n.9.* Marc. Anton. Bellon. *in deciſ.Genuæ 80. n.1.* Cæſar. Barz. *in deciſ. Bonon. 76.n.4.* Robuſter. *in deciſ.nouiſſ Roman 441 n.5.* Brauus *in deciſ.nouiſſ.Roman.587.num.1. ambo vol.1.*

Paupertas probanda eſt ab illo, qui in ea ſe fundat, cum quilibet naſcatur pauper arg. gloſ. *in l. ſi verò §. qui pro rei qualitate ff. qui ſatiſd.cogant.* Aldobrand. *in deciſ.nouiſſ.Roman.676.n.1 part.1.vol.1.* Verall. *in deciſ.293.vol.2.* & Affl ct. *in deciſ.Neap.377.nu.4.* Joſeph. Ludouic. *in deciſ.Peruſ.33 in fin.& in deciſ.56.*

Filiatio, præſertim ex parte patris difficilis eſt probationis, *l. Lucius Titius 82.ff.de condit.& demonſtr.* Valaſc. *in deciſ.Luſit.143.n.2.* Viu. *in dec.212.n.6.*

Probatur tamen filiatio pluribus modis primo ex ſcriptura, vel libro patrum, in quo deſcribere ſolent natiuitates filiorum Viuius *in deciſ. 184.nu.3.* Cæſar Barzi *in deciſ.92.n.15.*

Tertiò filiatio probatur ex confeſſione mulieris, & viri Aldobrand. *in deciſ.nouiſſ.Roman.238.n.17.part.1.vol.1.*

Quartò probatur per publicam vocem, & famam, & communem reputationem, qua quis conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis gloſ. *in cap. lator in verb.probare qui fil.ſint legit.* Viu. *in deciſ.212.n.8.* Lancellot. *in deciſ. nouiſſ. Roman.661.in princ.par.1.vol.1.* Cæſar Barzi. *in deciſ.Bononienſ.92.n.6.9.* Puteus *in deciſ.173.n.2 lib.2.& in deciſ.518 n.3.4.5. eod.lib.2.* Graſſ. *in deciſ.nouiſſ.Roman.357. n.2.part.1.vol.1.*

Quintò filiatio probatur per nominationem, dum quis in teſtamento, vel in aliis ſcripturis nominat aliquem filium Surd. *in deciſ.Mantuæ 83.n.4.7.in deciſ.145.n.4.5.6.14.* Cæſar Barzi. *in deciſ.Bonon.91.n.9.in deciſ.91.n.5.* ſic etiam in ſupplicatione porrecta pro filio legitimando, & tanquam talis fuerit legitimatus, fit filiationis probatio D. Alexander Raudenſ. *in deciſ. Piſan. 34. n.16.17.*

Sextò probatur filiatio per librum Baptiſmatis in quo annotantur nomina baptizatorum cum annotatione patris, & matris Verall. *in deciſ.314.n.1. part.1.*

Septimo filiatio probatur quod ita ſemper fuit habitus, & communiter tractatus Viuius *in deciſ 212.num.7.* Iul.

Oradin. *in deciſ. nouiſſ. Roman.* 1. *nu.* 2. 3. *in deciſ.* 2. *numer.* 1. 2. *in deciſ.* 3. *per totam, in deciſ.* 499. *numer.* 1. *volum.* 1. plenius in eadem cauſa Aldobrand. *in deciſ. nouiſsim. Roman.* 238. *nu.* 6. 7. 8. 9. 10. *part.* 1. *vol.* 1. Cæſar Barzi. *in deciſ. Bonon.* 92. *nu.* 3. 4. & Valaſc. *in deciſ. Luſit.* 176. *n.* 19.

Verumtamen & ſi dixerim modos præfatos probandi filiationem nihilominus nunquam probatio vnius ex dictis capitibus ſufficiet, niſi vnũ quodque aliis coniecturis, & adminiculis fulciatur, & præſertim in deciſoriis petitorij debet filiatio diligenter probari, puta quia ageret filius petendo hæreditatem, quo caſu debet diligenter probari ita Cæſar Barzi. *in d. deciſ. Bonon.* 91. *n.* 5.

Non autem creditur Epiſcopo dicenti eſſe aliquem filium patrimonialem vt poſt Rot. *in nouiſſ.* 11. *tit. de iure patronat.* voluit Paul. Æmil. Verall. *in deciſ.* 289. *n.* 3. *part.* 2.

Signum & ſubſcriptio vbi ageretur de præiudicio ſignantis, & ſubſcribentis probarent Surd. *in deciſ. Mantua* 134. *n.* 9. Marc. Anton. *in deciſ.* 97. *n.* 13. & *in deciſ.* 78. *n.* 1. *deciſ.* 177. *nu.* 1. *in deciſ.* 179. *n.* 1. *in deciſ.* 185. *n.* 2. *in deciſ.* 207. *n.* 2.

Sigillum æquipollet ſubſcriptioni. Quinimò plus operari ſigillum, quam ſubſcriptionem arg. *l. diſtrahente C. de reb. alien. non alienand.* debet tamen eſſe ſigillum factum ex auro, argento, ære, ferro, vel Calybe, cum armis, & inſigniis illius ac cum nomine, & cognomine illius in literis Surd. *in deciſ. Mantua* 137. *n.* 2. 3. 7.

Virginem aliquam eſſe, nec defloratam eſſe obſtetricibus probatur, voluit Paul. Æmil. Veral. *in deciſ.* 212. *n.* 11. *part* 2.

Plurimum inſtrumentorum verba enunciatiua de antiquo plene probãt, & habent vim famæ, Franc. *in deciſ. Delphin.* 280. *n.* 5. *vol.* 1.

Declara tamen procedere concluſionem dummodò inſtrumenta ſint diuerſarum perſonarum, quia ſi eſſent enunciata ab eiſdem perſonis in diuerſis inſtrumentis probationem non operarentur, & præſertim quando ſunt duo inſtrumenta de Franch. *deciſ. Neapol.* 357. *n.* 3.

Principis verba enunciatiua de pręterito inducunt diſpoſitionem, Franc. Marc. *in deciſ. Delphin.* 779. *n.* 10. *vol.* 1.

Primò intellige verba enunciatiua Pontificis, aut Principis in antiquis, etiam non ſolum facti proprij, ſed alieni probant, ſecus in non antiquis in facto alieno Cotta *in deciſ. nouiß. Roman.* 58. *num.* 1.

Fauore piæ cauſæ verba propter aliud enunciatiuè prolata probant Ludouic. *in deciſ. Peruſ.* 33. *n.* 12.

Geminata verba enunciatiua plenè probant gloſ. *in cap. per inquiſitionem de electiõ.*

Teſtatoris verba enunciatiua, quæ diriguntur ad grauatum inducunt fideicommiſſum, non autem, quæ diriguntur ad honoratum Franciſc. Marc. *in deciſ. Delphin.* 840. *n.* 8. *vol.* 1.

In negotiis autem excedentibus centum annos verba narratiua, & enunciatiua plenè probant Paul. Æmil. Verall. *in deciſ.* 388. *n.* 3. *part.* 2.

Precium fuiſſe verſum in vtilitatem alicuius præſupponens, & qui in eo ſe fundat debet probare vt pro muliere confitente cum viro non obſtante confeſſione debere probari verſum ad fauorem, & vtilitatem mulieris Affl. *in deciſ.* 209. *n.* 3. Boer. *in deciſ. Burdegal.* 23. *n.* 6. 7. nouiſſimè ſequitur Aluarus Vallaſcus *conſultat ſiue deciſ. Luſit.* 83. *n.* 7. & Vtſill. *in d. deciſ.* 209. *per tot.*

Conſuetudo ab illo probanda qui in ea ſe fundat, cum in facto conſiſtat Valaſc. *in deciſ. Luſit.* 162. *n.* 9. probatur tamen ex libro cõſuetudinum, & præſertim

Digitized by Google

ſertim quando eſt notoria non indiget probatione, Bellon. *in deciſ. Genua* 21.*n*.10.*in deciſ*.52.*n*.3.*in deciſ*.138.*n*.3.

Ætas vniuſcuiuſque probatur ex libro eccleſiæ, ſiue Parrochi libro Baptiſmali, in quo in dies annotantur nomina Baptizatorum per Sacerdotem Parochialem Verall. *in deciſ*. 314. *part*.1. Viu.*in deciſ*.184.*n*.2. Magon. *deciſ. Lucenſ*.13.*n*.7.

Probatur etiam ætas ex aſpectu, quod multum relinquitur iudicis arbitrio Rota *in antiquis in deciſ*.812.*incip. ſecundum quod ſi in aliqua cauſa*.

Probatur ætas ex libro patris, in quo annotauit filiorum natiuitates Timotheus *in addit. ad d. dec*.13. Mago. *in verb. fide baptiſmatu*.

Probatur ætas ex decreto iudicis Aldobrand. *in deciſ. nouiſſ. Roman*. 260. *n*.1.*part*.2.*vol*.2.

Probatur prætcrea ætas ex coniecturis arg. *l. cum te C. de probat*. Aldobr. *in deciſ. nouiſſ. Roman*.760.*ſub n*.1.*part*.2. *vol*.2. Put. *in deciſ*.202.*lib*.1. Ludouic. *in deciſ. Peruſin*.55.*n*.16.

Clericatus probatur eo ipſo quod probatum fuerit eum diù in poſſeſſione clericatus ſtetiſſe, Rota *in antiquis in deciſ*.264.*incip. nota quod talis, & in deciſ*. 312.*incip. nota quod clericus*, Card. Biſign. *in deciſ*.2.*tit. de probat*.

Declara tamen in beneficialibus quaſi poſſeſſio clericatus non eſt ſufficiens ad iudicandum, niſi verus clericatus titulus probetur, voluit Rota *in antiq. in d. deciſ*.264.

Subdeclara, quod ſi clericus ſit poſſeſſor beneficij, non habet probare titulum clericatus, ſecus ſi non eſſet poſſeſſor Rota *in antiq. in d. deciſ*.312.

Declara ſecundò ſufficere poſſeſſionem clericatus agenti ex *cap. ſiquis ſuadente* 17.*quæſt*.4. Bernard. B. ſigue. *in deciſ*.2.*tit. de probat*.

Declara tertiò probari clericatum communi opinione, reputatione, & fama concurrentibus aliis adminiculis, vt per Mohedan. *in deciſ. nouiſſ. Rom*. 47.*lib*.1.*vol*.3. Fabius *in deciſ. nouiſſ. Roman*.53.*in princ. lib* 1.*eod. vol*.3. *& in deciſ*. 91.*lib*.1.*eod. vol*.3. & antea id. Fabius *in deciſ*.124.*lib* 1.*vol*.3. Rota *in antiq. in deciſ*.349.*incip. Nota quod ſi impetrans*.

Declara quartò clericatum probari per literas, vel per fidem epiſcopi cum ſigillo dicentis illum promouiſſe, vt per Anton. Auguſtin. *in deciſ. nouiſſ. Roman* 1164.*n*.3.*lib*.3.*vol*.3. faciunt notata per Peregri. Fab. *in deciſ*.124.*lib*.2.*vol*.3. *& in deciſ*.350.*n*.1.*lib*.2.*vol*.3.

Probatur clericatus per teſtes, ſi literæ, vel bullæ fuerint deperditę Guid. Pap. *in deciſ. Gratianop*.474. ad quem ſe refert idem Guid. *in dec*.449.*in fi*. Boer. *in deciſ. Burdegal*.171.*n*.23.

Non probatur tamen clericatus eo quod Summus Pontifex conferendo alicui beneficium, vel Cappellaniam incidenter vocauerit illum clericum, Gramat. *in deciſ. Neapol*.81.*n*.3.

Mors probanda eſt ſicut vita per illum qui in ea ſe fundat Jo. Paul. Tolomeus *in deciſ. nouiſſ. Roman*. 862. *in fin. lib*.3.*vol*.3. Card. Paleott. *in deciſ. nouiſſ. Roman*.667.*ſub n*.1.*lib*.3.*vol*.3. Cardinal. Paleott. *in deciſ*. 498.*n*.1.*lib*.3.*vol*.3. Ludouic. *in deciſ. Peruſin*.12.*n*.3. *in deciſ*. 30. *Lancellot*.

Probatur mors per publicam vocem, & famam præſertim in mortuum de longinquo, Boer. *in deciſ. Burdegal*. 288.*ſub n*.2. Franc. Marc. *in deciſ. Delphi*. 183.*n*.1.*vol*.2 Puteus *in deciſ*.320.*lib*.2.

Declara mortem probari per famã in antiquis Ludouic. *in d. deciſ. Peruſin*. 12.*n* 11. *&* 12. Auf. *ad Cappell. Thol*. 312.

Amplia procedere quod per famam probatur mors alicuius Magni Domini, Ludouic. *in deciſ. Peruſin*.30. *num*.6. Boer. *in deciſ*.288.*n*.1. Aufrer. *ad Cappell. Tholoſ. in deciſ*.312.

Digitized by Google

Tertiò declara mortem probari per iuramentum, ac publicam vocem, & famam, quando agitur de modico præiudicio, non autem de graui, Boer. *in d. deciſ. Burdegal. 288. num. 1. 2.* Aufrer. *ad Cappell. Tholoſ. in d. deciſ.* 312. Franc. Marc. *in deciſ. Delph.* 183. *ſub num. 2. volum. 3.*

Quartò declara in cauſis criminalibus, & in fideicommiſſis, in quibus per alicuius mortē quis ſuccedit, mors ex plenis probationibus eſt probanda, Boer. *in d. deciſ. Burdegal.* 288. *in fin.* Franc. Marc. *in deciſ. Delph.* 183. *num. 3. vol. 2.*

Quintò declara probari mortem teſtibus, qui dicant aliquem vidiſſe mori, licet non dicant vidiſſe mortuū Stephan. Aufrer. *ad Cappell. Tholoſ. in deciſ.* 312.

Sextò declara quod ſi probetur quem natum fuiſſe centum annis, & adhuc non ipſum videri, nec viſum fuiſſe dicitur probata mors *l. an vſufructus ff. de vſufruct. l. fin. C. de ſacr. ſanct. eccl.* Aufrer. *ad Cappell. Tholoſ. in deciſ.* 312.

Septimò declara mortem probari cum fuerint alicuius teſtatoris tabulæ teſtamenti apertæ, & publicatæ, ac in publicam formam redactæ Aufrer. *ad Cappell. Tholoſ. in deciſ.* 312.

Octauò declara quod probatur mors cum quis intrauit mare, aut ciuitatem peſtiferam, aut magnum exercitum in bello, nec vnquam fuit viſus Aufrer. *Cappell. Tholoſ. in d. deciſ.* 312. *verſ. & etiam eo ipſo.*

Nonò declara probari mortem alicuius ex libro Parochi, in quo deſcribit mortuos, & quos tradit ſepulturæ D. Veroſpius *in deciſ. Nuperrima Roman.* 700. *n. 4. part. 1. tom. 2.*

Decimò, & vltimo declara quod quando tractatur de morte viri pro matrimonio contrahendo tunc plura conſiderāt, vt habetur *in auth. de nuptiis § ſed & captiuitatis.* Si autem vir eſſet in bello ac expeditione militiæ, tunc nūquam mulieri nubere licebit, quandocunque tempore ibidem ſteterit, nec reſponſum, aut literas à viro habuerit de qua materia ſanè *in auth. hodie, C. de repudiis*, & Gomeſius Leo *in deciſ.* 62.

Vtcumque tamen ſit hodie ceſſant diſpoſitiones iuris ciuilis, & niſi mulier certum nuncium habeat de morte viri, quocunque tempore longinquo non obſtante nubere nequaquam poterit, vt ante alios decreuit Lucius Tertius Summus Pontifex *in cap. Dominus extr. de ſecund. nupt.* quod apertius poſt pauca tempora ſequutus eſt Clemens Tertius *in cap. in præſentia de ſponſal. & matrim.*

Poſſeſſio beneficij inter contrahentes probatur per locationem Rota *in antiq. in deciſ.* 87. *incip. Nota quod inſtrumentum* Caſſador. *in deciſ.* 20. *n. 2. tit. de probat.* ſecus autem contra extraneos.

Per inſtrumentum autem poſſeſſio non probatur, vt probatur *in l. prædia ff. de acquir. poſſeſſ.*

Contrarium tamen quod probetur poſſeſſio ex inſtrumento habetur *in l. 2. C. de acquir. poſſeſſ.* quæ opinio locum habet quando in loco fuerit factus acceſſus, vel propè locum ſit factum inſtrumentum, ſecus autem ſi non in loco, Guid. Pap. *in deciſ. Burdeg.* 356. *in fin.* Brauus *in deciſ. nouiſſ. Roman.* 506. *n. 1. part. 1. vol. 1.*

Beneficij collatio, & per inſtrumenta, & per teſtes probari poteſt, vt arg. *cap. cum Ioannes Heremita de fide inſtrument. & cap. poſt ceſſionem de probat.* voluit Rota *in antiquis in deciſ.* 780. *incip. dic quod collatio.*

Locatur probare tenetur culpam quando rei conductæ accidit caſus, puta vis hoſtium, mors aquarum, ac tempeſtatum impetus, qui caſu fortuito ſolent accidere, furtum vero, incendium,

cendium, & ſimiles, qui inhabitantiū culpa euenire ſolent, niſi fortuito caſu eueniſſe per conductorem probetur, contra ipſum præſumetur *l ſi merces* §. *culpæ ff locat.* Viuius *in deciſ.* 1.*n.*10. Boer. *in deciſ. Burdeg.* 249 *per totam.*

Confeſſione propria probatio nulla maior, atque efficacior ſequitur Viu. *in deciſ.* 61.*n.*8. Magon. *in deciſ. Lucenſ.* 65.*n.*1.

Ampliatur, vt dum quis in ſupplicatione confitetur, ea probatio iudicialis confeſſionis vim habet, Viuius *in deciſ.* 60 *n.*8.

Non admittitur probatio Notarij dicentis feciſſe falſum inſtrumentum, nec partibus præiudicabit ſed benefaciet præiudicium ſibi, Boer. *in deciſ. Burdegal.* 255. *ſub n.* 13. ſic etiam non probat dictum Notarij aſſerentis ipſum erraſſe, quia non eſt in poteſtate Notarij ex poſt facto contrahentibus ex eius dicto præiudicare Magon. *in deciſ. Lucenſ.* 95.*n.*4.5.

Nuncio quod tradiderit poſſeſſionem creditur, & illius aſſertio probat, Cæſar Barzius *in deciſ. Bonon.* 49.*n.*19.

Declara tamen quod creditur Nuncio dicenti citaſſe de mandato iudicis Rot. apud Verall. *in deciſ.* 245.*num.*2. *in deciſ.* 266.*n.*2.*part.*2.

Sed aduertendum eſt, quia ſupradicta declaratio eſt de ſtylo Rotę, quia de iure quo ad commiſſionem non creditur Nuncio, idem Verall. *in deciſ.* 245. *& deciſ.* 266.

Confeſſio facta in teſtamento non habet vim legati, ſed probat debitum, Surd. *in deciſ. Mantuæ* 30.*n.*13.

Inuentarij confeſſionem debet probare hæres, qui dicit adiuiſſe hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, vt arg *l. fin.* §. *ſin autem hoc aliquis*, C. *de iur. deliberand.* Cæſar Barz. *in deciſ. Bonon.* 64.*n* 28.

Negatiua ab illo probanda eſt, qui in illa ſe fundat cum ſit ſuæ intentionis fundamentum, Affl. ct. *in deciſ. Neapol.* 377.*n.*7. Cacheran. *in deciſ. Pedem.* 108. *n.*3. *in deciſ.* 174.*n.*5. Marc. Anton. Bello. *in deciſ. Genuæ* 3.*n.*1. *& deciſ.* 5. *n.*10. *in deciſ.* 110.*nu.*4. *in deciſ.* 173.*num.*7. Viu. *in deciſ.* 391. *nu.* 7. Cardinal. Put. *in deciſ.* 390. *numer.*2. *libr.*2. Peregrin. Fabius *in deciſ. nouiſſ Roman.* 289.*n.*5. *lib.*2. *vol.*3. Blanchett. *in deciſ. nouiſſ. Rom.* 315 *libr.*1. *vol.*1. Surd. *in deciſ. Mant.* 104.*n.*4.

Nobilitatis probatio fieri poteſt per famam publicam, Guid. Pap. *in deciſ. Delphinal.* 396. *ſub n.*1. *verſ. nec eleuantur in aliquo*, antea idem Guid. *in deciſ.* 387. *num.*2.

Styli probatio loci alicuius ſufficit, ſi factus appareat in aliqua cauſa inter diuerſas perſonas, vt ſcribit Peregr. Fabius *in deciſ.* 51.*n.*1. duplicata *in deciſ.* 83. *lib.*2.*vol.*3. triplicata *in deciſ. nouiſſ. Rom.* 9.*n.*2.3.*lib.*3.*vol.*3.

De ſtylo teſtes deponentes non debent ſpecialiter teſtificari, & deponere de ſingulis actibus, vt poſt Bellam. *in deciſ* 65. *& in deciſ.* 461. dicit Card. Paleott. *in deciſ. nouiſſ Rom.* 508. *ſub num.* 3. *vol.*3.

Familiares ſummi Pontifi is, & Cardinalium dicuntur, qui ſunt in illorum obſequio, vt *in cap. Cum dilectus de cleric. non reſid.* qui gaudent pluribus priuilegiis, de quorum familiarium iuribus dicit Cardin. Put. *in deciſ.* 4. *num.*8. *lib.*1.

Prothonotarij participantes, & non participantes veniunt appellatione familiarium ex declaratione regulę Pauli Papæ III. ſummi Pontificis, vt refert Verall. *in deciſ.* 27.*n.*1. *part.*3. *& in deciſ.* 404.*part.*2.

Familiaritatis exacta probatio requiritur ad effectum probationis reſeruationis, ſecus autem erit vt legatus ſecundum ſuam facultatē, poſſit creare prothonotarium, quia ſufficiet pro-

batio familiaritatis, & commenſalitatis Verall. *in deciſ.380.n.1.part.2.*

Familiaritas non probatur per aſſertionem Papæ dicentis eſſe aliquem ſuum familiarem, ſi in taxatione literarum non dicitur quod ſint gratis expeditæ Fabius *in deciſ.190.per totam lib.2.vol.3.*

Probatur familiaritas Pontificis, vel Cardinalium per teſtes deponentes, quod annuatim dabantur ei pecuniæ pro victu vt aliis familiaribus conſiliariis, qui non comedebant in tinello, at deponunt etiam de publica voce, & fama, & de cauſis ſcientiæ, vt approbatum fuiſſe in Rot. dicit Fabius *in deciſ. Roma.nouiſſ.54.lib.1.*

Homicidium probatur de auditu ab ipſo homicida, cum probatione vulnerum, fuga, & morte, vt ſcribit Auguſtin *in deciſ.nouiſſ. Rom.1293.lib.3. volum.2.*

Intruſio probatur per inſtrumentũ poſſeſſionis non autem probatur per literas, vel aſſertiones illorum, qui dicunt vidiſſe inſtrumentum, quia produci debet tale inſtrumentum in actis iudicij & recognoſci, vt voluit Fabius *in deciſ.nouiſſ.121.n.1.lib.3.vol.3.*

Declara primò prædictam deciſionem familiarem Cardinalis, qui cœpit eſſe tempore, ſiue Sacci, vt dicunt, ſiue belli, licet non comederit in tinello, dicetur tamen commenſalis, ſi probetur quod ob impedimentum præfatum non fuit tinellus tentus, quod ſi factus eſſet ipſe liberè in eo comediſſet, & gratia eo caſu obtenta tanquam à familiari, & commenſali nõ erit ſubreptitia, quia modus adimplendi per caſum impeditus habetur pro impleto, arg. *l.ſi fundum per fideicommiſſum §. Iulianus Titio ff.de leg.*1. Creſcent. *in deciſ.16.n.1.tit.de reſcript.*

Declara ſecundò non dici familiarem Cardinalis familiarem Auditoris Rotæ euntis cum Cardinali legato, quamquam comedat in tinello cum aliis familiaribus Cardinalis, quia nec auditor eius Dominus dicetur familiaris Cardinalis, ita voluit Creſcent. *in deciſ.5.n.1.tit.de prabend.*

In criminalibus iudex non procedit ad condemnationem, ſine clariſſimis probationibus, quę in iis cauſis requiruntur *l.fin.ſciant, C.de probat.l.qui ſententiam, C.de pœn.cap.ſciant.2.quæſt.8.* Boer. *in deciſ.Burdega.288.n.3.* Barnabas Cornazzan. *in deciſ.Lucenſ.50.n.2.* Gramat. *in deciſ.56.n.19.* Viu. *in deciſ.467.n.5.* Franc.Marc. *in deciſ. Delph. 985.nu.2. vol.1.* Bellon. *in deciſ.Genua 5.n.2.in deciſ.121.n.8.*

Delictum per extraiudicialem confeſſionem probatur, quoad priuationem beneficij, non autem quoad pœnam delicti, vt per Fabium *in deciſ.nouiſſ.Rom.4.n.4.lib.3.vol.3.*

Inuentarium inter tutorem, & pupillum probat, non autem contra tertium Capic. *in deciſ.107.nu.11.* Franc. Marc. *in deciſ.230.n.1.vol.1.* Afflict. *deciſ.12.* Milanen. *in deciſ. Siciliæ 19.nu.8.lib.2.* Bellon. *in deciſ.Genuæ 191.nu.1.* vbi dicit ex inuentario probari debitum tutoris.

Declara tamen contra tertium non probare inuentarium, quando nõ fuit citatus, ſecus tamẽ ſi ſit factum coram iudice, & quando citati eſſent omnes intereſſe prætendentes Franc. Marc. *in deciſ.230.vol.1.deciſ.206.n.1.2.3.*

Error probari poteſt per duos teſtes quando tractamus de Notarij errore facto in teſtamẽto inter liberos Guid. Pap. *in deciſ. Delphin. 504.ſub nu.1.& in deciſ.528.n.1.in deciſ. 540.in fin.*

Duo teſtes in omni cauſa ciuili, vel criminali ad probationem faciendam ſufficiunt Afflict. *deciſ.72.ſub n.5.* Coler. *in deciſ.Germ.120.n.1.2.3.*

Iudici non creditur, dicenti adhibuiſſe cognitionem *cap. quoniam contra de*

Digitized by Google

tra de probat. Puteus *in deciſ.* 185. *num.*1. *lib.*1.

Intellige tamen credi officiali in iis, quæ ſunt modici præiudicij, non au ē illis,in quibus præiudiciū magnum eſt Gramat. *in deciſ.* 36. *n.*26.27. Puteus *in deciſ.*144.*n.*3.

Intelige tamen ſtari aſſertioni iudicis de cauſæ cognitione, & aliis coram eo geſtis, aliis tamen adminiculis concurrentibus,ac aliis veriſimilibus capitibus, & vrgentibus iudicatum fuiſſe refert nouiſſimè D. Garzias Maſtrill. *in deciſ. Sicil.n* 11.

Duæ ſemiplenæ probationes etiam diuerſi generis plenam probationem inducunt, dummodò ad eundem fi ē tendant,*cap.fin.de ſucceſſ.ab inteſt.* Affli. *in deciſ.*12.*in fin.* Viuill.*in deciſ.*11. *in princ. in deciſ.*364.*n.*3.*in deciſ.*375.*n.*5.6.Capic. *in deciſ.*179.*n* 2.Balb *in deciſ.*56. Verall. *in deciſ.*383.*part.*2.*& in deciſ.*300. *n.*1.3. *part.*3.Graſſ.*in deciſ. Rom.*339.*n.*1.*part.*1. *vol.*1.Surd.*in deciſ.Mant.*12.*n.*7.9.

Matrimonium fuiſſe contractum probatum bene dicitur eſſe per tres teſtes,qui fuerunt præſentes, vt in magno conflictu inter perſonas graues fuit iudicatum in Rota, vt per Aldobrand.*in deciſ.Rom.*26. *per totam part.*1. *vol.*1.

Quando autem tractatur vel de matrimonij impedimento,aut de probanda conſanguinitate, vel affinitate pro aliqua ſucceſſione, vel fideicommiſſo tunc graduum diſtincta probatio facienda erit, *cap. licet ex quadam de teſtib.& atteſtat.* ſequitur Cardin. Lancellott.*in deciſ.nouiſſ.Rom.*288.*in fin.par.*2.*vol.*2.Graſſ.*in deciſ.Rom.*357.*n.*1 *part.*1. *vol.*1.

Dominium non probatur præſertim in rei vendicatione ex titulo,quem quis habet ex vendito,vel alio, ſed cogitur probare dominium fuiſſe penes illum qui alienauit, vel à quo cauſam habet,& ſic à ſuo authore, cum tranſlatio dominij non ſufficiat, ſi ille illud non habeat, *l. ex empto in princ. ff. de act. empt.l.traditio ff.de acquir.rer. dom. l.*1.*ff. de rer.permut.* Affli.*in deciſ. Neapol.* 40. *n.*3.Boer.*in deciſ Burdeg.* 42.*nu.*25. Surd. *in deciſ. Mantua* 260.*n.*11.

Dominij probatio non fit per famā, reputationem,& poſſeſſionem, vt amplè tradit Rot.*in nouiſ.in deciſ.*330.*incip. ſi vendico.*

In illegitimate qui ſe fundat probare tenetur,cum quis præſumatur legitimus Graſſ.*in d. eiſ.nouiſſ.Rom.*470.*n.*1. *part.*1.*vol.*1.

Contrarium tamen quod cum præſumatur quis illegitimus debeat probare ſe legitimum Rota *in antiq.*343. *incip. Nota quod non præſumitur* Graſſ. *in d.deciſ.*470.

Literatura, mores, vita, ætas, nobilitas ,& conuerſatio,probatur teſtibus Rota *in nouiſſ in deciſ.*170. *incip. ſi mandetur.*

Bona alicui relicta in teſtamento ſufficit probari fuiſſe in bonis teſtatoris tempore mortis Guid.Pap. *in deciſ. Gratianop.*441.*n.*1.

Contra publicum inſtrumentum requiruntur probationes claræ, & æquipollentes non præſumptæ, *cap. Tertio loco de probat. c. cum Ioannes de fide inſtrum.l.cum precibus,C. de probat.* Verall. *in deciſ.*421.*n.*1.3.*part.*2.

Et hæc breuiter adduxiſſe ſufficiat in hac materia probationis.

COLLECT. 3067.

Super l. ſi merces §. culpæ,vbi Bart. ff. locat.

§ *Damnum culpa ſocij obueniens ſocietati, alteri ſocio non debet nocere.*

Damnum ſocietati obueniens culpa,& dolo vnius ex ſociis al-

teri nocere minime debet, h. d. quia vnius ex ſociis factum alteri ſocio inuito vel ignoranti non nocet Anton. *variar. reſolut. lib. 3. reſolut. 1. n. 20.*

Vnde infertur, quod ſi maritus delinquendo aliquid conſumpſerit, vel condemnatus ſoluerit, ipſi ſoli imputandum eſt Caualc. *deci. 11. n. 29. & 30. part. 2.* tacitum namque ſocius habet mandatum ad vtilia peragendum, Bellon. *deciſ. Rotæ Genuæ* 14.

Quare confiſcatis mariti bonis confiſcata nō videtur vxoris tertia, Caball. *reſolut. crim.* 232. Viuius *deciſ.* 527. ſicuti nec ſocij pars videtur confiſcata Cacheranus *deciſ.* 94. intantum quod cōfiſcatio ad delinquentis bona tantum reſtringitur, ad text. *in l. fin. C. de bonis vacantibus lib.* 10.

COLLECT. 3068.

Super l. 2. C. de pœnis.

¶ *Nemo plus iuris in alium transfert quam ipſe habeat.*

COlligitur ex iſto text. Regula illa, vt nemo plus iuris in alium trāſferre poteſt, quam ipſe habet, prout ita pariter probatur *in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdictione, & in cap. nemo poteſt de reg. iur. in 6.* & ita ex noſtris deciſionariis ſcribit Seſſa *deciſ. Rot. Aragon.* 188.

Et hanc regulam coadiuuat altera ſimilis, & nemo dare poſſit, quod non habet, *l. traditio ff. de acquir. rerum dominio*, quam probat Monachus nouiſſimè *in deciſ. Rotæ Bononiæ* 19. & ita pariter probatur *in l. nemo plus ff. de regul. iuris, & in l. ſi filius, C. de donat. & in cap. nemo plus de regul. iur. in 6.*

Ex quarum regularum ſerie tu inferas, quod denunciatio, quæ debet fieri à volente vendere vicinis iuxta terminos vulgatæ conſtitutionis Regni *incip. ſancimus ſub rubrica de iure prothomiſeos* non debet, nec fieri poteſt à tertio nullum ius habente in re illa vendenda, prout ita vidi dubitatum, & reſpōſum, dum caſus accidiſſet in facto in Terra Roccæ Monfinæ, in quo quidem articulo ſequentes factæ ſunt allegationes, quas hic reponere libuit pro deciſione huius articuli, & ſunt tenoris ſequentis videlicet.

VIdi ac perlegi oppoſitiones V. I. D. Horatij Seſſa patroni, Aloyſij de Feoles partis aduerſæ, ac doctoris Cæſaris de Simone Conche iudicis tertiarum cauſarum in præſenti cauſa ſpecialiter delegati per Illuſtriſſimam Dominam Duciſſam Montragonis aduerſus iura Caroli de Zannino mei clientuli, & omiſſis aliis quāplurimis, quæ in fauorem dicti Caroli aliàs affatim duximus in prima, & ſecunda inſtantia, in quibus ſententiam in fauorem obtinuimus, prætermiſſis quæ, pariter multis à latere, quæ reſponſionē non merentur ad vnumquodque nouiter excitatorum obiectorum tutiſſimum, ni fallor, reſponſum afferam.

Circa primam oppoſitionem, & dubium, ſi denunciatio, quæ debet fieri à volente vendere vicinis ſecundum terminos conſt. Regni, ſancimus de iure prothomiſeos poſſit fieri à tertio nullum ius habente in re, hæc prima dubitatio omni caret difficultate, Tertius enim, qui nullum ius habet in re, nullam pariter facultatem denunciandi ſine mandato habere poteſt, *l. licet, C. de procur. l. licet ff. de iudic. l. ſi pupillus §. videamus ff. de negot. geſt. nemo plus iuris in alium transferre poteſt quam ipſe habet l. nemo plus iuris ff. de reg. iur.* nemo dat quod non habet, dicit Bart. *in l. licet, C. de lega.* ſed an venditores de Feole potuerunt denunciare dicto Aloyſio vicino per tertium, vtique potuerunt, qui enim per ſe ipſum agere poteſt, & per alium etiam facere poteſt, & qui per alium facit

facit per ſe ipſum facere videtur argumento notatorum *in toto tit. ff. & C. de procur. & mandat.* in ſpecie Cœpolla *in conſ.4.n.14.& ſeqq.& in conſ.73. num.11.* Coſta *de facti ſcient. & ignor. in ſpect.* 36. Viuius *deciſ.*445. *nu.*17. Franc. Molina *de ritu nup. & de pactis in matrim. conuent. libr.* 1. *cap.* 25. *numer.* 1. *& ſeqq.* & ita egerunt venditores de Feole, qui per ſemetipſos, & per tertios denunciauerunt, vt in eorum depoſitionibus patet.

An autem mandatum præſumatur, doctores variis in locis maximè torquentur, mihi autem arridet, & placet opinio diſtinguentium, aut conſtat de ſcientia principalis, cuius nomine actus geritur, & tunc mandatum colligitur, cum non ſit ex contractibus, qui ſcripturā requirunt ad ſubſtantiam ipſorū ſecundū gloſſ. *in ca.1. de cenſib. in 6.* Aut principalis ignorat quod quis pro eo gerit, & ſi negat mandatum non præſumitur. Sed in caſu noſtro tam principales, quam tertij mandatum fatentur de eo non erit dubitandum. Hanc diſtinctionem ſequitur Coſta *in 6. tract. de facti ſcient. & ignor. cent. 1. diſt.97.* Maſcard. *de probat. concl.* 1004. *n.43.& ſeqq.* Flam. *par. de benef. lib. 9. qu. 22. n.16. & ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib.2. præſ.33.* Teſtes etiam de hoc ordine, & mandato deponunt per quos poſſe probari non dubitatur Illuſtriſſimus Cardinali Mantica *de tacitis, & ambig. conuent. lib.7. tit.3. n.26.* Stephan. Grat. *deciſ.*107. *& lib.2. diſcept. for. c.*337. Io. à Monte alegre *de exerc. pract. act. lib. 1. cap.6. nu.17. & ſeqq.*

Sed adhuc præcitati DD. inſiſtunt authoritate Proſp. Rendellæ *in 6. conſt. in primo text. in verb. denuncietur, n.2.* vbi ait quod vicinus non tenetur extraneis denunciantibus credere ſine mandato, vel cum mandato eo tamen non exhibito, & *ſub nu.* 3. non ſufficit illud exhibere, niſi detur copia, & *ſub nu.* 4. ſequitur quod ſi mediator vir dignæ fidei dicat, & deponat, quod ipſe nomine venditoris, vel emptoris requiſiuit vicinum, ei non eſt credendum. Igitur Aloyſius de Feole vicinus non tenebatur credere dictis mediatoribus extraneis, & per conſequens illa denunciatio non poterit ei præiudicare.

Ad hoc multipliciter reſpondetur; aliquis non tenetur credere, ergo non poteſt ſi vult; Negatur conſequentia, nam verbum *non tenetur* non præſupponit pręciſam neceſſitatem, ſed ſpontaneam dependentiā ex mera voluntate, vt patet ad ſenſum argumento notatorum per DD. *in l.3. C. de pignorib.* Rebuff. *in cap.1. de cauſ poſſ. & prop. n.52. & 54.* Io. Fæiſ. *ad conſ. Tur. tit.26. §.10. gl. 3. Lit. q.* Steph. Grat. *tom. 4. diſcept. for. cap.630. n.2. & ſeqq.* Anton. Monach. *in deciſ. Luc.67. n.26. & ſeqq. & in deciſ.35. n. 4.* Igitur ex quo voluit credere potuit, & quod ſit verum patet, quia tempore denunciationis declarauit nolle emere dando licentiam vendendi, vt principales mandatarij, & teſtes fatentur, ergo credidit.

Secundò reſpondetur quod doctrina Rendellæ debet intelligi ſecundum DD. quos allegat Bart. *in l. non ſolum §. liberationis ff. de liber. leg.* Tiraq. *de nobilit. c.25. n.4.* & primò allegat Tiraq. *de retract. lig. §. 26. gloſ.2.* in multis numeris, qui loquitur ſecundum conſuetudinem Galliæ, vbi denunciatio debet fieri apud acta, vt ibi in verbis Rubricæ. Sed apud acta nemo comparere poteſt ſine mandato, vt *in cap. 1. de procur. & toto tit. ff. & C. eod.* Nam tum ſi ſit neceſſe oſtendi mandatum, & legitimari perſonam *l. non ignorat, C. de his qui accuſ. non poſſunt l. ſi quæramus ff. de teſtam.* Imo ſi nō fuit oppoſitum adhuc acta, & geſta valerent ſecuta quandocunque ratihabitione ante oppoſitionem

Digitized by Google

DD.omnes in *l.licet.C.de procur.* de quibus latè Jo. à Monte Alegre *de enerc. pract.act.lib.1. cap. 6. per totum*, Virg. *de legit.perſ.cap.*14.ſecundum autem conſtitutionem noſtram poteſt fieri in quocunque loco, & tempore, etiam extraiudicialiter, ſine ſcriptis, vt ibi Afflict. *in* §.2. *n.*11. & quod non requiratur denunciatio in ſcriptis, & iudicialis Steph. Grat. *tom.5.diſcept.for. cap.*957. *n.*30. *& ſeqq.* Viſconte *in ſuis comm.concl. verb.ius congrui*, Peritiſſimus Riccius dominus meus *deciſ.*95.*part.*4. citat etiam eundem Afflict. *in d.num.*11.*verſ.ſed quid* qui loquitur de procuratore, qui vt diximus ſine mandato non admittitur, ſi fuit oppoſitum, quod in caſu noſtro non reperitur vnde oſtendere, & exhibere mandatum non petitum; & de quo nunquam fuit oppoſitum non erat neceſſe, nec inducit actus nullitatem; inſuper vicinum non teneri credere eſt inductum in eius fauorem, igitur illi renunciare poteſt, *l. ſi quis in conſcribendo, C.de pactis.* Nec vltra procedunt DD. hoc aſſerentes quod ſi vicinus credat ſibi non pręiudicet, ſi quidem maximum eſſet abſurdum omnino euitandum *l. nam hoc abſurdum ff. de operis liber.*

Opponitur etiam quod iſta denunciatio debebat fieri cum declaratione certi precij, vt dixit Bal. de Peruſio *de iure proth. num.*18. *&* 19. quem multi ſequuntur, quod non fuit obſeruatum, in caſu noſtro; Sed hoc pariter non refragatur, nam cum ſecundum noſtrã conſtit. denunciatio poſſit fieri ante venditionem. Ibi, *non aliter ei concedimus alienare, niſi prius denuncietur, &c.* & ita vicinus denunciatus dixit nolle emere non erat opus precium declarare, vt in propriis terminis dixit Camill. Bonell. *allegato conſ.*69.1.*cent.n.*14. *verſ. Ridiculum enim mihi videtur, &c. alias à nobis allegato* aſſignat rationem, quia ante alienationem non poteſt dari certitudo veri, & iuſti precij, & pars denunciata non tenetur credere denuncianti certum precium ob ſubdolos homines, qui colludere poſſent maius precium ad finem, vt vicinus denunciatus ob precij magnitudinem à retractus petitione ſe abſtineret, tanto magis, quia conſtit. loquitur de iuſto precio, cuius iuſtitiam examinare ſpectat ad iudicem, Afflict. *ibid.in* §.2.*n.*17. & ideo poſito quod vendere volens feciſſet denunciationem cum precij taxatione non erat coactus vicinus illi credere, & tunc oporteret notificari precium, quando cum alio fortè eſſet venditio completa, & ſic eſſet facta certitudo precij. Secus in caſu noſtro, vbi nec cum Carolo, nec cum alio erat venditio completa; notorium eſt enim in caſu venditionis, & emptionis prius tractari de voluntate alienãdi, & de voluntate vendentis, & ementis, & ipſis contrahentibus conſentientibus, tunc ſecundario agi de precio, vnde eſt neceſſe primo fieri denunciationẽ vicino, & poſtea ipſi acceptanti notificari precium, alias inſulſa, & extra propoſitum eſſet tractatio de precio, & illud notificare vicino, qui fortè voluntatem emendi non habet; Ad quid enim opus erat dicto Aluyſio vicino denunciare precium ſi pluries interpellatus declarauit nolle emere, ſed potius velle vendere ſuũ; fruſtra fiunt ea, quæ facta nihil operantur, & ſunt ſine vtilitate, *l. hac ſtipulatio ff. vt legat. nom.caueat. cap. 2. de probat.* & lex nunquam operatur fruſtra, & incaſſum, *l. non cogendum* §. *Iulianus ff. de procur.* nec Afflict. meruit allegari in contrarium *in* §. *vt infra triginta dies dictæ conſt.nu.*3. per patronum partis aduerſæ Horatiũ Seſſa. nam loquitur, quando cum alio eſſet cõcluſa, & determinata venditio precio iam ſtabilito, & vicinus denunciatus

ciatus

ciatus acceptaret velle emere, tunc precium determinatum eſſet ei notificandum, hoc patet per formalia verba text. *in alleg. §. vt infra triginta dies. Ibi, vt infra triginta dies ſoluendo iuſtum preciũ, quod ſine mora verus emptor, & ſine fraude dederit, &c.* quid declarius, vnde loquitur in diuerſis terminis, à quibus non eſt facienda illatio *l. Papinianus exuli ff. de miner.*

A quo etiam debeat fieri hæc denunciatio fuit pariter dubitatum, patronus enim partis aduerſæ aſſerebat fieri tantum, poſſe à venditore arguendo ex text. *in dicta conſt. in §. ſcriptum eſt enim in finalibus verbis*, ibi, *ita tamen ſi fuerint à venditoribus requiſiti.* Sed contrarium ego reſpondi nempe poſſe fieri tam à venditore, quam ab emptore, nam ipſa conſtitutio non declarat à quo ſit facienda, vt videre, & legere eſt in principio illius, & ſic loquitur generaliter, & cum non diſtinguat infertur poſſe fieri ab vtroque, argum. *l. de precio ff. de publ. in rem act. & l. vnica §. ſin autem in fin. C. de caduc. toll.* & ita expreſſè fatetur Afci. *in deter. 32. n. 3. & 4.* & Proſp. Bend. *in allegata conſt. in text. 1. in verbo denuncietur n. .. & in text. 2. in verbo, dederit n. 6. in fin.* Nec obſtat authoritas allegati *§. ſcriptum eſt*, quia illa verba nõ ſunt conſtitutionis noſtræ, ſed eſt relatio quorundam verborum legum Græcarum, vt per Afflict. *in d. §. ſcriptum eſt in princ.* & melius hoc expreſſit *in §. 1. precedenti in finalibus verbis*, quæ leges grecę non ſeruantur niſi vbi viget conſuetudo, vel ſtatutum, hoc idem voluit idem Afcia *in deter. 179. n. 7. & 8.*

Fuit etiam dubitatum, quando hoc ius incipit competere vicino, dixi ante venditionem non poſſe competere, quia non entis nullæ ſunt partes, *l. manumiſſiones ff. de iuſt. & iur.* & venditio eſt cauſa retractus, igitur ceſſante cauſa debet ceſſare effectus, *l. adigere §. quamuis ff. de iure patr.* Ideo incipit competere, & currere tempus triginta dierum à die denunciationis poſt venditionem, Afflict. *in §. 2. nu. 1. & ſeqq.* Giurba *in deciſ. 77. n. 7. & ſeqq. & deciſ. 80. n. 24. & 28.*

Quando verò nulla interuenit denunciatio incipit competere, & currere tempus decennij à die venditionis, vt *in dicta conſt. in §. tranſcurſo vero decennio*, & doctiſſimus Nouarius meus dominus *lib. 1. qq. for. qu. 29. n. 1.* ex quibus infertur quod denunciatio poteſt fieri ante venditionem, & ſi vicinus dixerit nolle emere ſtatim excluditur, & aliud tempus non eſt expectandum, vt alias dixi in primo meo labore ex mente Rebuffi, & Jo. Fabri, quibus nuper addo Jas. *in l. fin. n. 14. C. de iur. emph.* ſi verò declarat velle emere, tunc expectandus eſt menſis, qui terminus à iudice ex iuſta cauſa poteſt abbreuiari: Præſes de Franch. *deciſ. 588. part. 4.* Maſcarell. *de fideiuſſ. modo 17. n. fin.* Idem procedit ſi fiat denunciatio poſt venditionem, quam poſſe fieri fatetur Proſp. Bend. *in dicto text. 1. in verbo non aliter num. 1. & ſeqq.* ſi verò nulla interuenerit denunciatio datur decennium, hæc omnia colliguntur *ex dicta conſt. 16. non aliter concedimus alienare, &c. & illis denuncietur, & infra triginta dies, &c. & in §. tranſcurſo vero decennio, &c.* & ſi alias intelligerentur verba dictę conſt. ex illis maxima oriretur implicatio, & contradictio, quod non eſt aſſerendum, *l. vbi repugnantia ff. de reg. iur.*

Circa tertiam ſingularitatem facilis eſt reſponſio, & contrarium, ex actis apparet, nam Marcus Compagno examinatus in prima inſtantia in fine eius depoſitionis vocat in conteſtes Antonellum de Teo Franciſcum de Lanno, & Jo. Jacobum decianeio, hoc probatur per lecturam depoſitionis teſtium Camil. della Ratha *conſ. 58. n. 1. & ſeqq.*

Quid enim importat vocare aliquos in conteſtes, niſi dicere illos fuiſſe præſentes cum vocante ipſo, hoc patet ad ſenſum cum lex ſit impoſita rebus, & non verbis, *l.2. in fin. C. comm. de legatis, & in l. de quibus, verſ. nam quid intereſt ff. de legibus*, idem fatendum eſt in teſtibus examinatis in ſecunda inſtantia, vbi concludunt Aloyſium declaraſſe coram pluribus nolle emere, & quatenus eſſent ſingulares quod negatur, dico quod iſta ſingularitas, vt DD. omnes, qui hanc materiam pertractarunt, non eſt obſtatiua ſeu diuerſificatiua, ſed eſt adminiculatiua, & cumulatiua cum ex ea nulla reſultet repugnantia, obſtantia, ſeu diuerſitas factorum, poſtquam omnes teſtes ſuper ipſo facto principali concordant, & ad eumdem finem tendunt ad comprobandam, & coadiuuandam actoris intentionem licet de loco, & tempore non concordent Far. *de opp. contra exam. teſt. lib. 3. quæſt. 64.* nouiſſimè Font. *tom. 2. de pact. nupt. cla. 5. gloſſ. 5. part. 1. n. 68. & ſeqq.* Steph. Grat. *tom. 4. diſcept. for. cap. 681. n. 2. & ſeqq.*

Fuit etiam dubitatum ſi mediatores ſint idonei teſtes, maximus eſt DD. conflictus, & nos in caſu de quo quæritur ſiue affirmatiuam ſiue negatiuam amplectamur idoneos eſſe tenemus, quia licet ſecundum DD. qui negatiuam ſequuntur non ſint integræ fidei, & omni exceptione maiores, non tamen in totum à teſtimonio repelluntur, ſed quanta fides eis ſit adhibenda circumſtantiis, qualitate perſonarum, & cauſæ iudicis arbitrio remiſſum affirmarunt Abb. *in cap. dilecto num. 3. verſ. ideo dicerem de teſtib.* diffusè Maſcard. *de probation. libr. 2. concl. 1036. num. 5.* & illorum depoſitio licet debilis ſuppletur, vel ex præſumptionibus Gabr. *tit. de teſtib. concluſ. 20. num. 4.* vel ex habilitate aliorum teſtium Bened. *deciſ. 61. poſt numerum 5. verſ. & tanto magis*, vel ex numero, Maſcard. qui omnia ſupradicta recenſet *in loco relato num. 28.* imò fortius dico quod in caſu noſtro non fuerunt mediatores, non proxenetæ, ſed nuncij mandatarij, & perſuaſores, qui nunquam repelluntur Maſcard. *ibid. n. 29.* quem cum multorum authoritate ſequitur Far. *de oppoſ. contra perſ. teſt. q. 60. n. 438.*

Fuit pariter dubitatum ſi venditor erat idoneus teſtis reſolutiuè procedendo omiſſa quæſtione ad partes per DD. variis in locis agitata, dico quod in caſu noſtro, cum non teneatur de euictione, nec ad precij reſtitutionem Afflict. *in dicta conſt. § 2. n. 37.* Tiraq. *de retract. lign. § 1. gloſſ. 9. nu. 34. 46. & 48. & § 12. n. 6. & ſeqq.* Steph. Grat. *tom. 2. diſcept. for. cap. 205.* Far. *de opp. contra perſ. teſt. q. 6. illat. 11.* in propriis terminis loquitur Jo. de Amicis *in conſ. 145. num. 16. & ſeqq.* Camill. Bonell. *in alleg. conſ. 69. numer. 19. & ſeqq.* maximè cum ſuppleatur illius fides ex depoſitione aliorum teſtium, Joann. de Amicis *conſ. 119. num. 13. & ſeqq.* vtique non reprobatur.

Circa depoſitionem teſtium conſanguineorum Aloyſij, dico quod Petrus de Feole eſt ſororius illius, & principalis, quia Carolus fuit citatus ad inſtantiam Petri, & Aloyſij, vt in prima citatione videre eſt. Joan. Baptiſta eſt filius Petri, pater, & filius ſunt vna, & eadem perſona, *l. fin. C. de impub. & aliis ſubſt.* ergo ambo principales quibus omnino fides denegatur, *l. omnibus, C. de teſtib.* circa alios conſanguineos, licet non repellantur in ciuilibus, quantum tamen illis fides diminuatur refert. Far. *de teſt. quæſt. 54. per totum*, vt vnico verbo quidquid in hoc dici poteſt ſuccinctè complectar.

An verò Aloyſius interpellatus à venditore ſi volebat emere, qui decla-

clarauit nolle, vt dedit licentiam illi vendendi, poſſit pœnitere. Iam in primis meis allegationibus, quæ repeꝛiuntur impreſſæ *in 4.par.dec.doct.*Ricc. multorum DD. & celeberrimorum Senatuum rerum iudicatarum authoritate probauimus non poſſe pœnitere re non integra, hoc eſt facta venditione, quibus nouiſſimè addo Iaſ. *in l.fin. num.*14.*C de iur.emph.* Bald. *in cap.* 1. §. *ſed eſt res,* & ibi Affl. *ct.n.*8.*verſ.ſed,& ille proximior per quos fiat inueſtitura in vſib. feudor.*Piſt.*lib.*2.*q.iur.part.*1.*q.*11.Facch. *contro. iur. lib.* 7. *cap.* 17. Comes *ad ll. Tauri l.*70.*n.*14. Caualc. *in repert. deciſ. in verbo ius congrui nu.*1. Viſconte *in ſuis comm.concl.verbo ius congrui.* Amend. *in deciſ.de Franchu* 285.*n.*18.*& ſeqq.*

Et quoniam Carolus prius emerat ab illis de Feole quaſdam domos ſitas in ciuitate Caleni, & propriè in caſali caſanouæ, & poſtea permutauit illas cum arbuſto dell'acquaro cum dictis venditoribus de Feole.

Opponebat Seſſa patronus Aloyſij dictam permutationem fuiſſe ſimulatam factam ad ipſum fraudandum iure congrui, de quo licet in primis meis allegationibus nihil tetigi, quia opus eſſe mihi non videbatur ex anſa mihi nouiſſimè præſtita, breuiter dicam, quod ſentio, dico igitur, quod quamuis ex celeritate actuum, & vicinitate præſumatur fraus, & ſimulatio ſecundum tradita per DD. *in l.poſt contractum ff.de donation.* Camill. de Medicis *conſ.* 89.*n.*1.*& ſeqq.* Riccius meus Dominus obſeruandiſſimus *in deciſ.*159.*part.*3. *& var.reſol.praxi fori eccl. part.*3. *reſol.* 499. & ob actuum, & actionum celeritatē vnus occultatur Camill. de Medicis *conſ.* 152.*num.* 69. tamen in caſu noſtro ceſſat hæc præſumptio, quia arbuſtum dell'acquaro erat dotale, & pro ſecuritate euictionis, & dotis fecerunt dictam venditionem, & emptionem domorum, & poſtea incontinenti illas permutauerunt cum dicto arbuſto, vnde vna præſumptio excludit aliam, *l.diuus ff.de integ. reſt.* Tiraq. *in repet. l.ſi vnquam in verbo donatione largitus num.* 156. R.Vallenſ.*conſ.*77.*n.*41. maximè ad excludendam fraudem, & ſimulationem ſecundum tradita per DD. *in l. merito ff.pro ſocio.* Carr.*caſu* 33. Viui. *dec.* 131.Menoch.*de præſumpt. præſumpt.* 1.2. *&* 4. & quælibet cauſa excuſat à ſimulatione, & fraude Ioan.de Amicis *conſ.* 84.*n.*6.*& ſeqq.* Tiraq.*de pœnis temp. cauſa* 43. Gutt. *conſ.*37. & in dubio fraus non præſumitur, vt perbellè declarat doctiſſimus Riccius *lib.* 3. *variar. reſol. praxi fori eccl.reſol.*464. imò fraus pro ſui cautela permittitur, Mar. Giurba *deciſ.*112.*num.*18. & non præſumitur feciſſe in fraudem, qui fecit actum in ſui vtilitatem, licèt in conſequentiam alteri noceat Giurba *ibid.num.*19. hinc ſi hodie emo, & cras dono ceſſante ſimulatione, & fraude excluditur vicinus à iure congrui. Neapod. *in conſ. Neapol. ſi quis numer.* 42. *de iur. congrui* Afflict.*in d conſt.*§.3.*n.*8.*& in deciſ.*338. Viu.*deciſ.*256 *&* 320. ita pluries fuiſſe deciſum teſtantur. Hæc ſunt quæ pro meis viribus in fauorem Caroli mei Clientuli afferre valui in hac ſecunda vice, togans dominum iudicantem, cæteróſve, ad quorum manus fortaſſe præſentes meæ tenues allegationes peruenerint, vt ſi aliquod ridiculum protulerim emendent caritatiuo calamo, ſubiciens me ſemper iudicio rectiùs ſentientis die 28. menſis Octobris 1614. his attentis in tertia inſtantia fuit lata ſententia in fauorem mei clientuli, & confirmata quæ lata erat in prima, & ſecunda inſtantia. Iudex primæ inſtantiæ fuit doctor Stephanus Vrſus Romanus. Secundæ inſtantiæ fuit doctor Nicolaus Antonius Sixtus Sueſſanus, viri do-

ctiſſimi,& integerrimi, licet vnica dicatur inſtantia iudicis primarum, ſecundarum,& tertiarum cauſarum, eiuſdem Baronis perbelle Capob. *de off. & auth. Baron. pragm. 8. part. 1. nu. 193. & ſeq.*

Franciſcus Seuerinus.

COLLECT. 3069.

Super cap. quidam de Renunciatione.

¶ *Beneficium reſignare an cogatur qui petijt licentiam cedendi, & obtinuit?*

PRobatur in hoc textu poſſe cogi ad reſignandum beneficium qui petiit à ſuperiore licentiam cedendi, illamque poſtea obtinuit, & ita Caſſador. *deciſ. 1. & 2. de renunciatione.*

Amplia hanc concluſionem procedere, ne dum in ſimplici beneficiato, in habente dignitatem eccleſiaſticam etiam epiſcopalem, tamque ſi fuerit petita, & habita licentia à Papa, quam ſi ab aliis inferioribus ordinariis, Rub. *deciſ.* 193. vbi quoque dicit hoc eſſe verum; & procedere, ſiue fuerit huiuſmodi licentia petita, & obtenta per ſe, ſiue per alios de mandato tamen, & ad inſtantiam beneficiatorum.

Verum ne erres hodie aduertas, quod in beneficiis inferioribus, & in dignitatibus, quæ expediuntur extra conſiſtorium huiuſmodi text. theorica non procedit, neque eſt in vſu, quia licita eſt pœnitentia poſt petitam, & obtentam licentiam renunciandi, ſiquidem licitum eſt pœnitere, quouſque conſenſus fuerit extenſus, quia Romanæ curiæ vſus, & ſtylus eſt, vt ſoleat præſtari conſenſus in camera, vel cancellaria Mohedan. *deciſ. 5. de renunciatione*, Puteus *deciſ.* 111. qui *in deciſ. 360. lib. 2.* affirmat, quod ſi alibi quis conſentiat nulliter conſentit, nam paria ſunt præſtare conſenſum, & præſtare ſine ſolemnitate.

COLLECT. 3070.

Super Bulla Pij V. incip. in conferendis beneficiis.

¶ *Beneficia quæ conferuntur, & quæ non conferuntur per concurſum quæ ſint?*

COlligitur regula ab iſta Bulla, quod illa beneficia concurſu cõferuntur, quæ curam animarum habent. Tu autem ad ornatum notabis multos caſus, in quibus parochiales eccleſiæ habentes curam animarum abſque concurſu conferuntur.

Et primò in vacatione parochialiũ, quæ ſunt iuris patronatus laicorum examen per concurſum fieri non debet, ſed ſufficit quod deputatus à patronis examinetur ab examinatoribus in Diœceſana Synodo deputatis, & idoneus iudicetur, refert deciſum Rota in vna Vlixbonen. concurſus prima Julij 1611. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Rotæ Decano apud Farinac. *part. 2. tom. 2. deciſ. 579. n. 4.* quando verò plures ſunt præſentati requiritur examen per concurſum inter ipſos præſentatos tantum, ex his, qui facto examine idonei ab examinatoribus renunciati fuerint, Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illum, & non alium inſtituat, vt refert deciſum Mareſcott. *var. lib. 1. cap. 52. n. 11.*

Sic etiam ius patronatus deuolutũ ad ordinarium confertur per concurſum pro ea vice, vt refert deciſum Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ verbo ius patronatus pag. 145. col. 2.*

Secundò in reſignationibus parochialium factis in manibus Papæ in fauorem, examen per concurſum fieri nõ debet, refert deciſum idem Gonzalez

zalez *in reg. 8. cancell. Gloſ. 6. nu. 121. cum ſeq.* vbi etiam reſoluit, quod reſignatarius prouiſus à Papa, vel mandatum de prouidendo in forma dignum obtinens, dumtaxat examinari debet abſque concurſu, & approbari, ſi idoneus repertus fuerit ad curam animarum, ſiue reſignatarius ſit præſens in curia, ſiue abſens in partibus Rubin. *deciſ. 135. part. 1.* vbi etiam verba illa in Concil. poſita per reſignationem etiam in Curia intelligit de reſignatione ſimpliciter facta, & non de ea, quæ fit in fauorem.

Tertiò in permutationibus Eccleſiarum parochialium non requiritur exàmen, ſi verò adſit magna inæqualitas numeri parochianorum, vel permutantes non fuiſſent examinati eo tempore, quo parochiales adepti ſunt, tunc ſunt examinandi, ſed abſque cócurſu, in permutationibus verò, quæ fiunt de beneficio ſimplici, & curato, licèt non ſit neceſſarius concurſus, examen tamen neceſſarium eſt, refert deciſum Thoming. *deciſ. 129.*

Quartò dignitas Abbatiæ concurſu non confertur, quamuis vnita ſit ei Parochialis Eccleſia, dummodo hęc vnio authoritate Sedis Apoſtolicæ, ac perpetuò, & acceſſoriè facta ſit referunt deciſum Gonzal *ad reg. 8. cancellar. gloſ. 5. §. 7. n. 13. & gloſ. 6. n. 62.*

Quintò dignitas, quæ parochialem perpetuò acceſſoriè vnitam habet cócurſu non confertur, referunt deciſum Anaſtaſ. Germon. *de indult. Cardinal. §. quibuſuis n. 7.*

Sextò parochialis eccleſia, quæ eſt vnita dignitati, vel canonicatui concurſu non confertur refert deciſum Rot. in vna Vicen. Parochialis Caſtri Tertoli 14. Januarij 1611. coram R. P. D. Manzanedo apud Farinac. *part. 2. tom. 1. deciſ. 323. n. 8.* nam Parochialis, cui vnitus eſt canonicatus, aſſumit naturã, conſuetudines, & priuilegia illius Gonzal. *d. Gloſ. 5. §. 7. nu. 2.* & reſidentia facienda eſt in canonicatu, & non in parochia Garz. *de benef. part. 12. cap. 2. n. 23.* vbi *n. 26.* reſoluit ad canonicatum, cui vnita eſt Parochialis, non requiri ætatem 25. annorum.

Septimò beneficium curatum quod verè eſt dignitas nõ eſt conferendum per concurſum refert deciſum Gzler. *in margarita caſuum conſcientiæ verbo beneficium pag. 24. & verbo canonicus vltim.* refert quoque deciſum in Sacra congregat. Canonicum habentem annexam curam animarum, etiam in perpetuum non eſſe examinandum.

Octauò dignitas habens curam animarum in Eccleſijs collegiatis concurſu non confertur, nec in illa examen eſt neceſſarium, quale requiritur in parochialibus refert deciſum Gatz. *d. cap. 2. n. 195.*

Nonò cura animarum, quæ in Eccleſia collegiata exercetur per canonicos, vel hebdomadarios, concurſu nõ confertur, nam in iſto caſu iure dicitur eſſe penes collegium, & non penes ſingulos, aut quemcunque canonicum per ſe, ita vt canonicatus dicatur curatus, refert deciſum Gonzal. *d. gloſ. 6. n. 158.*

Decimò Parochialis eccleſia quando eſt ſubiecta monaſterio, aut annexa, vel de eius menſa, concurſu non confertur, quia monaſterium nominat Rectorem, & epiſcopus confirmat, & fuit reſolutum in vna Tiraſonen. iuris præſentandi 23. Maij 1588. coram Bubalo, & in vna Vlixbonen. iuris cóferendi 2. Decembris 1605. coram D. Litta, & refertur à Farin. *deciſ. 102. part. 1. tom. 1.* quando autem dicatur beneficium de menſa monaſterij decidit Rota in vna Vlixbon. iuris conferendi 13. Junij 1607. coram Illuſtr. Lancellotto apud Farin. *tom. 1. part. 2. deciſ. 204.*

Digitized by Google

Vndecimò Vicariæ perpetuæ Parochialium vnitarum concurſu non conferuntur, ſed ſolum ad nominationẽ, ſeu præſentationem illorum, quorum dignitati, vel eccleſiæ parochiali eſt vnita, & anneza deputandi, vel inſtituendi ſunt Vicarij, refert deciſum Garz. *d. cap.* 2. *n.* 289. in Parochialibus verò vnitis quotieſcunque in Vicarium transfertur nõ ſolum exercitium curæ, ſed etiam cura habet locum concurſus 1. Julij 1611. coram Reuerendiſſ. D. Iameo Coccino Rotę Decano apud Farinac. *part.* 2. *tom.* 2. *deciſ.* 579. & in altera Vlixbonen. concurſus 1. Junij 1615. coram R.P.D. Remboldo, apud Farin. *tom.* 1 *part.* 2. *deciſ.* 710. vbi etiam reſolutum fuit concurſu habere locum in vicaria perpetua quotieſcunque in vicarium transfertur totalis curia quo ad exercitium, & habitum, & nihil referre ad hunc effectum, an Vicarius ſit perpetuus, vel ad nutum amouibilis?

Duodecimò beneficia regularia, quæ regularibus conferri conſueuerunt concurſu non ſunt conferenda, referunt deciſum Gonzal. *ad regul:* 8. *cancellar. gloſ.* 6. *num.* 162. & Rota in vna Vicen. Parochialis Caſtri Tertioli 14. Januarij 1611. coram R.P.D. Manzanedo apud Farinac. *part.* 2. *tom.* 1. *deciſ.* 323. *n.* 6.

Decimotertiò prioratus regulares habentes curam animarum ſoliti commendari ſecularibus concurſu non conferuntur, refert deciſum Garz. *d. cap.* 2. *n.* 199.

Decimoquartò in Parochialibus, quas quis acquirit per regreſſum non eſt neceſſarium examen, quod eſt intelligendum, ſi eam poſſederit, ſecus ſi eam nunquam poſſederit refert deciſum Garz. *d. cap.* 2. *n.* 168.

Decimoquintò; Beneficia ſimplicia concurſu non conferuntur, vt tenuit Rota Romana in vna Calaguritana reductionis Motus proprij 29. Martij 1595. coram Illuſtriſſimo Seraphino.

Decimoſextò Parochialis litigioſa concurſu non confertur, quia tunc ſi alter collitigantium cedat, vel decedat ſiue ſit poſſeſſor Parochialis, ſiue non, cum ab Ordinario alter ſubrogari nequeat, ne multiplicentur collitigantes, aut collitiganti ſuperuenienti præiudicium irrogetur, concurſus ceſſat Gonzal. *d. gloſ.* 6. *à nu.* 142. quando verò Summus Pontifex noluerit collitigantem ſubrogare, vel ius demortui in alium transferre, locum habebit decretum Conc. Trident. *ſeſſ.* 25. *de regul. cap.* 18. niſi illi Sanctitas ſua voluiſſet derogari refert deciſum Garz. *d. cap.* 2. *num.* 170.

Decimoſeptimò Parochialis quando eſſet exigui redditus, vt examinis per concurſum operam non ferret, aut nemo eſſet, qui ſe dicto examini velit ſubiicere, aut ob apertas factiones, ſeu diſſidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facilè grauiores rixæ, aut tumultus poſſent excitari, concurſu non confertur Seraph. Rotæ Roman. *deciſ.* 942. *n.* 10. *part.* 1. verum in prouiſione parochialis etiam modici valoris tres examinatores eſſe adhibendos reſoluit, refertque deciſum Galect. *verb. beneficium pag.* 25. *concluſ.* 2. quia etiam in impetratione debet fieri mentio de quolibet beneficio, quamuis modico, vt tenuit Rota in vna Calagurit, canonicatus 8. Februarij 1580. coram Illuſtriſſimo Seraphino nunc inter eius deciſiones *deciſ.* 445.

Decimooctauò quando approbatus per concurſum, & electus non vult conſentire penſioni, quæ à Papa ſuper beneficio de tempore prouiſionis reſeruatur, tunc ipſo ſic recuſante Papa ſolet beneficium alteri conferre abſq; concurſu, præuio ſolo examine ſimplici ad curam animarum cum derogatione

tione expreſſa, vel tacita dicti Concilij propter decretum irritans Rota Romana *deciſ.48.part.1.diuerſ.*

COLLECT. 3071.

Super Doctrina Ripæ in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudicat.

¶ *Exceptio nullitatis ex eiſdem actis apparentis, an & quando impediat executionem ſententiæ?*

DIcit hic iſte Author *numer.* 10. quod exceptio nullitatis apparentis ex eiſdem actis impedit executionem ſententiæ, & ita Afflict. cum Vrſill. *in deciſion.* 183. *column.* 1. Cacheran. *deciſione Pedemont.* 142. *numer.* 45. quæ concluſio procedit quando allegaretur exceptio nullitatis euidentis aduerſus executionem alicuius obligationis ſtipulatæ penes acta Curiæ, quæ ſi euidens, & notoria ſit impeditur exequutio pro vt in facto dicebamus in Curia Archiepiſcopali, vbi etiam idem affirmabatur ſi allegatur aduerſus liquidationem inſtrumenti publici, & liquidi, vel ipſius executionem.

Item ſimiliter videmus procedere in ſententia fori iudicationis quæ ferri non poteſt ſuper citatione euidenti nulla, præſes de Franch. *deciſione* 132. Item ſi ſententia ipſa foriudicationis apparet ex actis euidenter nulla, poteſt, & debet declarari nulla eſto quod foriudicatus non ſit carceratus agnatis, & eis conſanguineis inſtantibus vt deciſum refert idem *deciſ.* 688.

Et ad materiam nota quod exceptio nullitatis notoria nunquam dicitur ſublata, nec excluſa Intrigliol. *deciſ. Sicil.* 5. & vide ad eandem materiam Ludouicum *deciſ. Lucenſ.* 24.

COLLECT. 3072.

Super Doctrina Camerarij in cap. Imperialem de prohib. feud. alien.

¶ *Sententia lata contra defunctum qui poſſidebat feudum hæreditarium in actione perſonali an poßit exequi contra hæredem in ſubſidium ſuper fructibus?*

AFfirmat hic Camerarius *fol.* 18. *& ſeq.* quod executio ſententiæ latæ contra defunctum poſſidentem feudum hæreditarium in actione perſonali poteſt contra eius hæredem in ſubſidium exequi ſuper fructibus feudi prędicti & ita deciſum in Sacr. Conſil. teſtatur Affl. *deciſ.* 26. etiam ad valorem feudi, Minadous *deciſ.* 20. *in fin.* & ibi de materia Gramat. *deciſ.* 503. *n.* 148. tam ſi fructus ſint percepti, quam ſi pendentes Affl. *deciſ.* 240. *poſt n.* 10. & ratio poteſt eſſe, quia fructus feudi nō ſunt feudales ſed burgenſatici, præſes de Franch. *dec.* 18. *n.* 10. etiā ſi ſint à ſolo ſeparati, Viu. *deciſ.* 8. *num.* 8. *in fin.*

Sed num ius nuzzoli, quod à Barone percipitur ex oliuis terrarum exiſtentibus in Baronia dicatur feudale? declarat Caſtill. *deciſ. Sicil.* 15. qui concludit quod ſic, quando Baronia eſt conceſſa in feudum.

Et nota quod hodie pro debito feudatarij ſuſpenditur iuriſdictio, & mittitur Capitaneus ad exigendum introitus, vt ſatisfaciat creditoribus, vt probat, & refert Ann. *ſingul.* 180. *in fin.* & ita reperio fuiſſe obſeruatum de anno 1600. ad inſtantiam creditorum Marchionis Piſcariæ, vel hæres in feudo hæreditario creditoribus hæreditariis tenetur pro concurrenti valore feudi ſoluere, aut cogitur illud vendere, vt de precio eius ſatisfiat, ipſoque renuente vendere poterit carcerari, vt deciſum refert præſes de Franch. *deciſ.* 704.

SSſ

Digitized by Google

COLLECT. 3073.

Super cap. ad noſtram, & ibi DD. de emption. & vendit.

§ *Pactum de retrouendendo infra certum tempus, ſi adſit læſio an efficiatur perpetuum?*

COncludunt hic DD. quod pactũ de retrouendendo infra certum tempus ſi adſit læſio efficiatur perpetuum, & ita tradunt Valaſc. *deciſ.* 70. *part.* 1. Giurb. *deciſ.* 58. Monach. *deciſ. Lucenſ.* 55. Verum intelligitur ſtante læſione vltra dimidiam vt apud Rot. Lucenſ. *diuerſ. deciſ.* 81. Faber *deciſ.* 4. *C. de in integr. reſtit. & deciſ.* 5. *&* 7. *de reſcind. vendit.*

Et nota quod pactum de retrouendendo cum modicitate precij inducit contractum vſurarium, quaſi celebretur contractus pignoris, & res empta retineatur pro pignore, donec pecunia mutuata, ideſt precium ſoluatur, vide Afflict. *deciſ.* 65. Gramat. *deciſ.* 76. Boer. *deciſ.*. 102. Cornazzan. *deciſ. Lucenſ.* 41. Franc. Marc. *deciſ.* 484. *to.* 1. Marta *deciſ.* 54. Gama *deciſ. Luſit.* 138.

Et huiuſmodi pacto de retrouendendo num detur præſcriptio? vltra Viu. *deciſ.* 424. vide Guglielm. *in deciſ. Rot. Spirenſ.* 185. licèt quod pactum de retrouendendo quandocumque adiectum ſit in inſtrumento cum iuramento non præſcribatur ſpatio triginta annorum deciſum in Sacr. conſil. in cauſa Franciſci Serrano cum Cæſare Montaquila in anno 1565. die 14. menſis Februarij referat Nouar. *in pragmat.* 1. *rubric. de pact. de retrouend. n.* 8. vbi plura deciſa cumulat, quæ per te videre poteris.

Et ad eandem hanc materiam vide ſequentes allegationes, in quibus multa de hoc pacto de retrouendendo cumulati, & ſunt videlicet.

INanes eſſe prætenſiones Jo. Ferdinandi Carelli aduerſus illos de Moglia Terræ Roccæ Monfinæ, ac nullo iure, & ratione foueri; adductis pro eo per V. I. D. Fabium leporæ Conchę, minimè refragantibus, hæc infraſcripta ſuccinctè ponderata demonſtrabunt.

Primò aduertendum eſt quod pactum de retrouendendo etiam infra certum tempus de iure validiſſimum eſt, *l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit. ibi, quandocunque, vel infra certa tempora, &c.* adeò quod illo tempore adiecto elapſo excluditur venditor à facultate agendi, *l. ſi venditor, §. illud ff. de diſtract. pignor.* affluenter Tiraq. *de retract. conuen.* §. 1. *gloſſ.* 2. *n.* 42. *& ſeq.* Jaſon. *in l. ſiquis ita §. Seia n.* 10. *ff. de verb. oblig.* Aret. *conſ.* 199. & licèt pars aduerſa conetur probare lęſionem, & proinde pactum huiuſmodi temporale effectum fuiſſe perpetuum iuxta tradita per doctores *in alleg. l.* 2. & per Canoniſtas *in cap. ad noſtram de empt. & vend.* Caſſan. *conſuet. Burg. rubr.* 5. §. 1. *n.* 20. & Rub. 10. §. 10. *n.* 4. Gaſp. Rodor. *de annu. menſtr. & reddit. lib.* 1. *ca.* 3. *n.* 4. Anna pater *allegat.* 10. *in fin. & alleg.* 83. *nu.* 4. *&* 5. Anna filius *conſ.* 68. *vol.* 1. Foller. *de cenſib. in verbo inſtrumentorum gratia, n.* 18. *& ſeq. verſ. modicitas autem.* Menoch. *de arbit. iudic. caſu* 217. *n.* 4. *&* 5. Ant. Faber *in* 1. *p. Chiliadis decade* 9. *err.* 10. Steph. Grat. *tom.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 26. *n.* 20. *& cap.* 206. *n.* 17. *& ſeq. part.* 2. Minadous *conſ.* 28. *ſub n.* 15. Valaſc. *conſul.* 70. *part.* 1. *conſ. Rouit. conſi.* 56. *n.* 8. *& ſeqq.* Thor. *in comp. deciſionum Neap. verbo, res vendita* doctiſſ. Jo. Maria Nouarius *part.* 1. *qq. for. q.* 124. *& ſuper collect. reg. pragm. collect.* 186. *nu. fin.* Paul. Staib. *conſ.* 4. *n.* 26. *conſ.* 32. *n.* 5. *& conſ.* 75. *n.* 12. *& ſeqq.* Camill. Borrell. *conſil.* 63. *nu.* 3. tamen hoc debet intelligi ſtante læſione vltra dimidiam, Rota Luc. *diuerſ. in deciſ.* 81. *verſ. Modicitas autem.* Ant.

Fab.

Digitized by Google

Fab. *in C. Fabr. in tit. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ deciſ.* 4. *& in tit. de procur. deciſ.* 12. *& in tit. de reſc. vend. deciſ.* 5. *&* 7. quos ſequitur Doctiſſimus Jo. Maria Nouarius *part.* 2. *qq. for. q.* 52. non obſtat ſi dicatur pactum huiuſmodi cum precij modicitate, ſimulatum cōtractum, vſurarium, ac pignoratium operari, ſi quidem procederet ſimiliter ſtante læſione vltra dimidiam Rota Luc. *diuerſ. deciſ.* 60. & colligitur ex traditis per Gram. *in deciſ.* 76. Afflict. *deciſ.* 65. latè Cacher. *in deciſ.* 41. Franc. Marc. *deciſ.* 484. *part.* 1. Mynſing. *cent.* 3. *obſ.* 62. Ant. Fab. *in C. Fabr. tit. de reſc. vend. deciſ.* 29. Camill. Borr. *conſ.* 25. *n.* 13. *& ſeq. & conſ.* 63. *n.* 9. *& ſeq.* Caſtill. *rer. quotid. cap.* 25. & licet aliqui doctores dicant ſimpliciter debere interuenire precij modicitatem, nonnulli enormiſſimam læſionem, & tandem multi non reperiri hoc in iure cautum, ideo id relinquant arbitrio iudicantis, vt per Afflict. *in deciſ.* 40. *n.* 19. Menoch. *de arbitr. iud. caſu* 13. Maranta *in conſ.* 64. *n.* 12. Paul. Staib. *in alleg. conſ.* 32. *n.* 6. *& conſ.* 75. *nu.* 15. tamen communis reſolutio eſt quod debeat eſſe vltra dimidiam, maximè ceſſante tertio requiſito hoc eſt conſuetudine fœnerandi, vt ferè omnes relati doctores animaduertunt, & Cagn. *in dict. l.* 2. *n.* 58. *&* 81. *&* 98. Afflict. *deciſ.* 356. *n.* 2. *&* 4. Couarr. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 10. *in princ.* Menoch. *de præſumpt. præſ.* 122. *n.* 30. *lib.* 3. & ita fuiſſe deciſum in ſenatu Cathal. refert Canc. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 15. *& ſeq.* & propterea beneficium *legis* 2. *C. de reſc. vend.* ceſſare in re vendita cum pacto de retrouendendo deciſum refert Joſeph. Ludou. *in deciſ.* 97. Ricc. Dominus meus, vir ſingularis doctrinæ nunquam ſatis laudatus, ſed ſemper laudandus, ob magnanimas eius animi dotes, *collect.* 1. *part.* 1. nimirum, quia tale pactum dicitur pars precij iuxta tradita *in l. fundi partem ff. de contrah. empt.* & ideo operatur, vt res minoris ſit æſtimationis affatim Tiraq. *de retract. conuent. in præfat.* *n.* 20. *& ſeq* Ant. Fab. *in C. Fabr. in titul. de reſc. vend. deciſ.* 27. *&* 28 Fonta. *de pact. nupt. tomo* 1. *cla.* 4. *gloſſ.* 8. *part.* 1. *n.* 77. *& ſeq.* & hoc adeo verum eſt, quod doctores vltra progreſſi fuerunt aſſerentes hoc pactum diminuere tertiā partem iuſti precij, Gamma *in deciſ.* 157. *n.* 2. *& deciſ.* 178. *n.* 9. Rolā Valle *conſ.* 58. *n.* 11. *& ſeqq. lib.* 4. Valaſc. *dicto conſ.* 70. *n.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.* 447. *nu.* 13. *part.* 1. Conſ. Rouit. *dicto conſil.* 56. *nu.* 11. *&* 12. Laderch. *conſil.* 129. *n.* 4. *& ſeq.* Steph. Grat. *tom.* 3. *diſcept. for. cap.* 600. *n.* 8. *& tom.* 4. *cap.* 616. *n.* 7. *&* 8. & licet teſtes Ferdinandi actoris, de enormi læſione deponant vltra dimidiam, de contrario tamen teſtantur teſtes reorum, qui cum magis veriſimilia deponant, eorum depoſitio præualere debet, *l.* 3. *§ ideoque, ibi, ex tempore veriſimilia reſponderint, ff. de teſtib.* Abb. *in cap. quia veriſimile de præſ.* Camill. Bortell. *conſ.* 66. *n.* 45. Tiraq. *in præfat. l. ſi vnquam n.* 42. *& ſeq. C. de reuoc. donat.* Viui. *deciſ.* 199. *part.* 1. notorium eſt enim in hac patria Roccæ Monſinę nō reperiri territorium tantæ æſtimationis, vt teſtes actoris fatentur, tanto magis debent præuidere teſtes reorum, quia habent aliquas præſumptiones pro ſe, nempe fidem multorum virorum, & æſtimi communis, etiam ſi eſſent numero pauciores, Viu. *deciſ.* 377. *n.* 9. *& ſeq. par.* 2. Alex. *conſ.* 10. *n.* 14. *vol.* 6. & magis creditur teſtibus conuentorum, quam deponentibus in fauorem actoris, Bald. *in l. qui accuſare C. de edend.* Alex. *conſil.* 169. *in fin. vol.* 5. Abb. & Felin. *in cap. ex litteris de probat.* etiam ſi teſtes actoris eſſent aliquantulum digniores, Abb. *in cap. ad noſtram de probat.* Menoch. *de præſumpt lib.* 2. *præſ.* 90. *n.* 8. nec vim facit prætenſum pactum *l. commiſſoria*, quia

Digitized by Google

illud in pignoribus tantum denegatur, vt patet *in rubr. C. de pact. pignor. & de l. commun. in pignor. reſcind.* Guid. Papa, *deciſ.6. in princ.* imo cum in caſu noſtro fuerit cautum, vt ſi actor non ſoluiſſet ducatos triginta ſibi mutuatos per totum feſtum Sancti Bartolomei ex nunc pro tunc intelligeretur datum in ſolutum, & pro ſoluto mutuanti dictum petium terræ ſecundum terminatum fuerat per Abbatem Rogerium Pilone, & Petrum Angelum di Cunto, in præſentia notarij ſtipulantis, fuerant enim illi de communi conſenſu electi æſtimatores ad æſtimandum dictum petium terræ, & ideo pactum illud nõ improbatur, gloſſ. *in l.1. C. de pact. pign.* Guid. Pap. *dicta deciſ.6. n.1. verſ. ſed ſi dicatur, l. ſi fundus, §. fin. ff. de pignor.* Bald. *in l. fin. C. de empt. & vend.* Alex. *in l. ſecundum, ff. de verb. oblig.* Ant. Fabr. *in C. Fabr. tit. de pact. pign. deciſ.1. verſ. cui conſequens eſt, & deciſ.2. verſ. quid rurſum? & de errorib. prag. decade 21. err.3.* Stephan. Grat. *tom.3. diſcept. for. cap.544. num.5. & ſeqq.*

Nec eſt attendendum illud precium exceſſiuum, ſingulare, & affectionis, *l. precia rerum ff. ad l. Falcid. l. ſi ſeruum meũ, ff. ad l. Aquil.* & valor rei non probatur, quod res fuerit tanti vendita, quia poterat valere pluris, vel minoris, & venditor, vel emptor potuit decipi, Bart. *in l. cum emptor in fin. ff. de damno infect.* Bald. *in l.2. col.2. C. de reſc. vend.* Marc. *conſ.128. num.8.* ideo illud precium ſolutum ab illis de Moglica emptoribus, vti ſingulare, & affectionis non debet attendi, maxime in incantu oblatum, iuxta tradita *in l. locatio, ff. de publ. & vectig.* vbi locutio, quæ calore licitantis vltra modum influit, non eſt facile admittenda, & *in l. ad officium in fin. cum ibi notatis, C. commun. diuid.* vbi non admittitur animoſus licitator, Tiraq. *de retract. conuen. §.1. gloſſ.18. n.2.* illi enim de Moglica emptores propter vicinitatem illud petium terræ tanti emerunt iuxta tradita *in l. ſi cui fundus, ff. de lega. 2. ibi ſæpe enim confines fundos etiam ſupra iuſtam æſtimationem intereſt noſtra acquirere,* & valor rei melius probatur per æſtimatores, quam per teſtes Viu. *deci.413. n.9. & ſeq.* & æſtimatio debet fieri ſecundum perceptionem fructuum deductis impenſis, & oneribus, *l. ſi quis, C. de reſc. vend.* doctores, *in l.2. eod. tit. & in alleg. l. precia rerum* Font. *de pact. nupt. tom.1. clar.4. gloſſ.18. part.1. n.54. & ſeq. & l. fructus ff. ſol. matr.* Rota Luc. *diuerſ. deciſ.124. verſ. diximus.* Coſta *de port. rat. q.67. tom.10.* Herc. Mareſc. *libr.2. var. reſol. cap.76. n.29. & ſeq. & cap.108. n.1. & ſeq.*

Nec refragatur ſententia Sacri Cõſilij Neapolitani, cuius copia fuit præſentata in actis, cuius ſenatus auctoritas iuris conſultos peritiſſimos deterret, vt aſſerit conſ. Scipio Theodorus *in alleg.28. n.2.* non enim negatur quin ſentẽtiæ prolatæ in illo regio tribunali decorato tantorum virorum togatorum corona, quorum fama toto vagatur orbe, obtineant vim legis ſecundum tradita *in l fin. C. de legib.* Afflict. *deciſ.383. n.8.* R. Valenz. *conſ.83. nu.15. & conſ.73. nu.53. & ſeq.* Joſeph. Ludou. *in deciſ. Luc.3. n.52.* vbi inuehit cõtra Caſſarellum aduocatum Romanum, qui dicere ſolebat, ***Rota rotat.*** nam oporteret videre acta illius cauſæ, facti ſeriem, & probationes, cum ex facto ius oriatur, & ex minima facti diuerſitate maxima oriatur iuris diuerſitas, iuxta tradita *in l. ſi ex plagiis, §. in cliuo capitolino, ff. ad l. aquil.* nec Princeps, aut ſenatus aſtringitur ſententiis ſuis, quominus poſſit aliter, atq; aliter iudicare vt iuſtitia ſuadet R. Valenz. *conſ.69. nu.215. & ſeq.* Steph. Grat. *lib.1. diſcept. for. cap.127. n.49. & ſeq.* & cum poſſit adeſſe facti diuerſitas non poteſt quicquã

ex vno

ex vno ad aliud inferri argumento. *l. Papinianus exult. ff. de minorib. l. exemplo C. de ſent. & interloc. omn. iudic.* D. Nouarius doctè vt ſolet *ſing* 52. *p.* 3. Et ex his, quæ hactenus diximus reſponſum eſt ad obiecta per doctorem Falium lepote, nempe quod in contractu vſurario non datur præſcriptio ſecundum tradita per Alex. *in conſ.* 46. *volum.* 3. & quod ex contractu ſimulato, pignoratitio, & nullo transfertur poſſeſſio, vel dominium, *l. emptor, ff. de aqua pluu. arc. l. emptione, C. plus valere quod agitur, &c.* vbi doctores; & per conſequens non poſſit tractari de præſcriptione ſecundum tradita *in l. male agitur, C. de præſcri.* 30. *vel* 40. *annor.* nec quod mala fides auctoris nec illius dolus noceat ſingulari ſucceſſori, iuxta tradita *in l. an vitiū, ff. de diuerſ. & temp. præſcript. & l.* 2. §. 1. *ff. de doli except.* & quod tertius poſſeſſor habens titulum à poſſeſſore malę fidei non præſcribit, niſi ſpatio triginta annorum, Affl *dec.* 40. *n.* 9. *verſ. ſed requiritur Auth. malæ fidei, C. de præſ. long. tempor.* nec eſt pariter curandum quod vnitis temporibus, quibus, poſſedit emptor ſucceſſores, ac tertij poſſeſſores, emptor ipſe iuuatur acceſſione ſui venditoris ad perficiendam præſcriptionem ſecundum tradita *in l. dolia* §. 1. *ff. de contrah. empt. & vend. l.* 2. §. *emptori, ff. de vſucap. pro empt.* & quod dum res de qua agitur, fuit affecta vitio litigioſi præſcriptio fuit interrupta, quod ſola citatione fieri non ambigitur, *toto tit. C. de litig.* etiam ſine litis conteſtatione Bart. & Angel. *in l.* 2. §. *ſi rem, ff pro empt. l. in omnibus in fine, ff. de diuerſ. & temp. præſcript. l. cum notiſſimi C. de præſcr.* 30. *vel* 40. *annor.* Camill. de la Ratha *conſil.* 58. *num.* 30. licet inſtantia fuerit perempta, quia & ſi perempta inſtantia non interrumpatur præſcriptio Steph. Grat. *tom.* 1. *diſcept. for. cap.* 2. *numer.* 44. tamen vitium litigioſi, adhuc perempta inſtantia durat Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 331. & 336. *num.* 7. vel res litigioſa non poteſt alienari, nec obligari vt *in toto tit. C. de litig. & conſt. regni* eorum fraudibus Neguſ. *de pignor.* 3. *membr.* 2. *part. num.* 46. in tantum quod facta alienatione poteſt fieri enunciatio contrà poſſeſſorem non citatum *per Cap. Regni Conuentus*, optime conſil. Ronit. *in conſil.* 66. adhuc perempta inſtantia vitium litigioſi durat. Thom. *in compend. deciſ. Neapol. verbo, vitium litigioſi*; Molfeſ. *conſil.* 47. *numer.* 22. vbi ita pluries fuiſſe deciſum per Sacr. Conc. referunt; & quod diximus ſola citatione indici vitium litigioſi, notandum eſt quod debet intelligi, dummodo incuſentur contumaciæ Rebuff. *ad conſtit. Gall. lib.* 3. *tit. de contumacia, art.* 1. *gloſſ.* 1. *nu.* 4.

Omnia enim ſupradicta ceſſant in præſenti caſu, nec de illis eſt diſceptandum, cùm non adſit modicitas precij neceſſaria ad illa inducenda, arg. *l. illud ff ad l. aquil. l. à Titio. ff. de verb. oblig. l. adigere.* §. *quamuis. ff. de iure patron.* nec conuenti de Moglica prædictis muniuntur, ſed validitate, & contractus efficacia, *l. ſicut. C. de obligat. & act.* Non negamus quod ſtante læſione enormi vltra dimidiam, vt diximus, vltra quod pactum perpetuatur, dicitur etiam cōtractus vſurarius, & pignoratitius, qui non patitur præſcriptionem, imo tunc fructus in ſortem imputantur, ſic perbellè declarat Rota Luc. *diuerſ. in deciſ.* 60. *l.* 1. & *fin. C. de pig. act.*

Et ſuperflui ſunt reſtituendi debitori vna cùm re pignorata, *Cap. conqueſtus de vſuris*, cùm aliis cumulatis per Neguſ. *de pignor.* 5. *membr.* 5. *part. num.* 1. & 3. Et adeo hoc eſt verum vt procedat etiam in ſingulari ſucceſſore Neguſ. *ibid. num.* 8. Verùm ſi non daretur ſimulatio, in contractu celebrato cum hoc pacto fructus percepti nō venirēt

in reſtitutione. Bald. Caſtr. & cæteri, *in alleg.l.2.C.de pact.inter empt. & vendit.* Tiraq *de retract.conuent.§.5.gloſſ.2.nu.1.& ſeq & gloſſ.4. & de retractu lign.§.15.& ſeq.* Giurba.*deciſ.92.ſub n.10.* Fructus vero pendentes pro rata temporis diuiduntur. Tiraq.*ibid.n.20.& ſeq.* Coſta *de port.rat.q* 36 Joſeph.Lud.*in deciſ.Peruſ.79.* Steph.Grat.*deciſ.176.* Tiraq. *d.§.5 gloſſ.4.n.1 & ſeq.* Eſcobar *de ratioc. comput.vltim.* quicquid dicat Berous, & ſequaces, *in q.98.n.4.* *Circa illud*, an hoc pactum afficiat tertios poſſeſſores, omiſſo illo conflictu inter duos illorũ anteſignanos, & legum proceres Caſtrenſ.& Alex. quorum vnus *in l.ſi cum venderet.ff.de pign act.* affirmatiuam tuetur, alter verò *in conſ.10.lib.1.* negatiuè reſpondet, multi ſunt Doctores, qui Caſtrenſem ſequuntur, innumeri Alex. opinionem amplectuntur, quos longa ſerie commemorat Blaſius *in ſilua memorab.iuris, mem.19.* Alex. Trentacinq. *lib.3.var.reſol.tit.de empt.& vend.reſol.10.nu.17.& ſeq.* Illuſtriſſimus Cardinalis Mantic, *de tacitis, & ambig. conuen. lib.4.tit.32.n.44.& ſeqq.* Giurba; *deciſ.83.* in tanta Doctorum varietate, quam etiã deplorat Crauett.*in conſ.101.n.2.& 3.* Tiraq.*de retract.conuent.§.1.gloſſ.7.n.7.& ſeq.* omiſſis illorum rationibus, quæ hinc inde afferuntur, quicquid ratiocinentur Alex. & illius ſectatores, mihi ſemper placuit opinio Caſtrenſis, quã magis æquam eſſe refert Apoſtilla *in d. conſil.* Alex. Boer. *deciſ.182.n.28.* hanc magis communem eſſe colligitur ex Doctoribus hinc inde relatis, tradidit Magon.*in deciſ.Lucenſ.80.n.2.* Menoc. *conſ.63.ſub nu.14.in fin lib.1.* & in praxi recipiendam tradit Couarr. *varia.reſol. lib.3.cap.8.ſul n.3.verſic hinc apparet*; veriorem refert Tiraq.*ibid §.3.num.9.* ſic pluries fuiſſe deciſum in variis Senatibus tradit ibid. Tiraq *ſub n.7.* & ita fuiſſe iudicatum in Rota Luc. refert Mag. *in dicta deciſ.80.n.2.* & ita in dies ſeruari & practicari voluit Giurba, *in dicta deciſ.83.* Rota Luc.*diuerſ. deciſ.125.* Vndè minimè mutanda ſunt quæ certam interpretationem ſemper habuerunt *l. minimè.ff.de legib.* Imò hodiernis temporibus de hoc dubitare nõ debemus, nam etiam attenta opinione Alex. & ſequacium, quando in inſtrumento adeſt hypotheca, cum iuramẽto, clauſula conſtituti, & precarij cum iuribus & actionibus, quæ omnia, etiam ab ignotis notariis apponi ſolent de communi ſtylo, ſemper pactum iſtud afficit tertios poſſeſſores, ita ferè omnes contrariæ opinionis Doctores fatentur in locis ſupra allegatis, vt videre eſt Vrſill.ad Affl ct.*in deciſ.163.n.4.* & Tiraq. *d §.3.gloſ.1.* optimè omnium nouiſſimè Amendola *in deci.1.*de Franch. *64.nu.10.& ſeqq.* Camill.de Medicis, *conſ.114.n.24.& ſeqq.* Hactenus de iuſtitia illorum de Moglica.

Franciſcus Seuerinus.

COLLECT. 3074.

Super cap. in præſentia de probation.

¶ *Monaſterium an & quando habeatur loco filij.*

PRobat hic text. monaſterium haberi loco filij, ſeu hæredis, ita vt grauato hæreditatem reſtituere ſi abſque liberis decedat profitente ſuccedat monaſterium excluſo penitus ſubſtituto, ita Gama *deciſ. Rot. Luſitan.318.* Maſtrill.*deciſ.65.* Valaſc.*deciſ.24.*

Limita tamen vbicumque ſubſtitutus fuerit teſtatoris filius, quia in tali caſu ſuccedet ille excluſo monaſterio Cacher.*deciſ.126.* Franch.*deciſ.29.*

Limita etiam ſi teſtator ſubſtituerit aliquem de ſua familia adiiciens velle ea bona perpetuo in familia conſeruari, tunc enim cenſetur velle, vt excluſo

mona-

monaſterio ſuccedat ſubſtitutus, quippè quod monaſterium incapax eſt conſeruandæ agnationis, & familiæ Cabed. *deciſ. Rot. Luſ.* 133. *part.* 1.

Limita quoque ſecundum Rubin. *deciſ.* 211. ſi grauatus religionem ingrediatur animo fraudandi ſubſtitutum, tunc enim non excludetur, vbi pariter idem dicit ſi grauatus inductus ſit ad religionem ſuaſionibus, & blanditiis Monachorum, quia tunc Monaſteriũ nulla huius profeſſi bona ; conſequetur *cap. conſtitut.* 2. *q.* 3. ac proinde minimè excludetur ſubſtitutus, ſic etiam affirmans vbicunque grauatus ante profeſſionem grauatus ſit inſtituendo hæredem extraneum, quia tunc non excludetur ſubſtitutus, & ſic etiam vbicunque non ſub conditione liberorum, vel nuptiarum, ſed pure, & ſimpliciter poſt mortem reſtituere fuerit grauatus, quia tunc cum in ea inſtitutione, nec expreſsè nec tacitè claudatur conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, non militat diſpoſitio huius text. prout quando conditio liberorum in propriam perſonam eſt delata, neque procedit firmata regula, vt exempli gratia ſi quis ſic teſtetur. Si abſque liberis deceſſero ſubſtituo Titium, quamuis enim teſtator non relictis liberis religionem ingrediatur non excludetur ſubſtitutus, ſed ille excluſo monaſterio ſuccedet.

Item limitatur prædicta concluſio, quando illa conditio, ſi abſque liberis deceſſerit, apponatur in contractibus oneroſis, nam text. huius deſumpta concluſio ſolum procedit in vltimis voluntatibus, & contractibus gratioſis, & fuit dictum in Curia Archiepiſcopali de anno 1626.

COLLECT. 3075.

Super Doctrina Affl. in c. 1. n. 11. qui feud. dar. poſſunt.

§ Prælatus licet non poſſit de nouo inueſtire, an & quando teneatur, renouare inueſtituram?

COncludit hic noſter Afflict. quod prælatus licèt non poſſit de nouo inueſtire, poteſt tamen renouare inueſtituram, & ratio eſt, quia bona eccleſiaſtica ſemel conceſſa in emphyteuſim poſſunt in poſterum concedi, Gama *deciſ. Rot. Luſitan. final.* & etiam nulla accedente ſolemnitate, idem *deciſ.* 24 *&* 36. *Rot. Bonon. diuerſ. deciſ.* 13. Phœbus *deciſ. Rot. Luſit.* 82. nam quando res fuit ſemel alienata cum debitis ſolemnitatibus, videtur ex tunc ſtatutum, & ordinatum, quaſi in vim illius primæ alienationis quod de cætero res poſſit alienari, & propterea quando reuertitur ad dominum directum, & de nouo alienatur in hoc dicitur executioni demandari antiqua alienatio, Rot. *deciſ.* 360. *n.* 12. *part.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 622. *n.* 20. *lib.* 3. *part.* 3. *etiam diuerſ.*

Sed quando bona in emphyteuſim concedi ſolita dicantur. Reſpondetur ſufficere, vnicam conceſſionem, & eſſe elapſos quadraginta annos ad effectũ vt concedi ſolita dicantur, Affl. *deciſ.* 305. Caualc. *deciſ.* 30. *&* 31. Gama *deciſ. Rot. Luſit.* 342. & etiam ſufficit quod bona ſint ſolita venire in diuiſionem, vt in futurum etiam diuidi debeant neque in tali caſu ſunt neceſſariæ, & requirerentur.

COLLECT. 3076.

Super cap. cum ſint homines de decimis.

§ Decimarum quantitas an, & quando pendeat à conſuetudine?

IN materia decimarũ recordor plura ſcripſiſſe in hoc opere collectanearum, verum quia circa illam repe-

Digitized by Google

rio quod conſuetudo multum tribuit, & ſuffragatur circa portionem, vt colligitur ex iſto text. propterea volui ad confirmationem hic reportare quod aliquando in Curia Archiepiſcopali fuit dictum, vt circa quantitatem decimarum ſit attendenda conſuetudo, quamuis dubitaretur, ſi id eſſet generaliter intelligendum, vel circa prædiales tantum, vel ſolum circa perſonales decimas, quare cum in facto contigiſſet articulus inter diœceſanos admodum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſimi Epiſcopi Auellinenſis, & in illa facti controuerſia ſcripſiſſet Doctor Nouarius Iureconſultus Lucanus integerrimus & doctiſſimus inter modernos ſcriptores, propterea placuit illius iuris allegationes hinc imprimi facere, cum valdè in facto occurrant quotidie, quæ quidem ſcripta ſunt quæ ſequuntur videlicet.

Auellinen. decimarum 1627. Ianuarij in ſacro conſilio Neapolitano decidenda.

NVllo iure iuuantur vniuerſitates Fontis Roſei Mirabellæ, & Criptæ Minardæ aduerſus decimarum ſolutionem debitam Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Auellinen. eiuſque litis conſortibus, non quidem præſcriptione, quia cum decimæ debeantur de iure diuino, vt probatur *Geneſi cap. & cap. 26. Exodi cap. 22. Leuitici cap. 28. lib. 1. Reg. cap. 8. Tobiæ cap. 1. Eccleſiaſtici ca. 35. Ezechiel. cap. 20. Eſaiæ cap. 6. Matthæi cap. 23. Lucæ cap. 11.* & alibi pluries, iuxta quam opinionem determinauit Rot. *in antiq. deciſ. 25.* & poſt cateruam Doctorum, & rationum Afflict. *in conſtit. Regn. Quanto cæteris* vbi etiam Foller. *n. 23.* Gregor. *in ſyntagmat. iur vniuerſal. lib. 2. cap. 21.* Capic. *deciſ. 20. nu. 5.* Ludouic. *deciſ. Peruſi. 106. n. 33.* Franc. Marc. *deciſ. 198. vol. 2.* Griſald. *deciſ. Catholic.* §. 10. Borell. alios allegans *conſ. 20. à num. 14. cum ſeq.* Cened. alios cumulans pro hac opinione *collect. 66. part. 1.* vt alios omittam in re tam clara, ſequitur propterea quod tales decimæ ſint impræſcriptibiles, laici illas præſcribere nequeunt Guid. Pap. *in deciſ. Gratian. 284. n. 2.* Franc. Marc. *in deciſ. Delph.* 205. *vol. 1. in deciſ. 198. n. 9. vol. 2.* Papon. *lib. 1. tit. 12. Arreſto 3.* Verall. *in deciſ. 241. n. 1. lib. 1.* Ludouic. *deciſ. Peruſin. 106. n. 8. 9.* Ber. *in conſ. 84. n. 33. vol. 1.* Paſethus *conſ. 55. n. 10. in conſ. 57. nu. 7. & 18.* Natta *in conſ. 138. vol. 1.* Purpurat. *in conſ. 7.* Riminal. Iunior. *in conſ. 169.* Peregr. *in conſ. 74. per totum vol. 1.* Reuſner. *in deciſ. 2. nu. 33. 35. lib. 4.* Card. Creſc. *in deciſ. 1 n. 2. de decimis*, quod eo magis procedit dum tractatur de decimis prædialibus, & non perſonalibus, Felin. *in cap. cauſam in princ. de præſcript.* Natta *in conſ. 136. nu. 7. vol. 1.* Couarr. *var. reſol. lib. 1. cap. 17. ſub n. 9.* Card. Pariſ. *in conſ. 25. n. 7. vol. 4.* Ludou. *in deciſ. Peruſin. 106. num. 35. & 36.* Viu. *in deciſ. 4. n. 45. & 57.*

Nec poſſunt ſe iuuare exemptionis titulo, quia nec habent nec allegant priuilegium Apoſtolicum, & ſi fortè allegarent neque aliquid opitularetur, niſi illud probarent, alleganti enim exemptionem incumbit onus probandi ex late traditis per Simon. de Pret. *conſ. 9.* & iuxta cumulata *in noſtra deciſ. Curiæ Archiepiſc. 211. part. 1.* vbi iuxta hanc ſententiam deciſum retulimus ſequitur plures pro hac opinione adducens nouiſſimè Kochier. *in ſuo tract. de iuriſdiction. ordinar. in exemptos*, & ego dixi *in praxi elect. & variat. fori.*

Ita quod ſupereſt tantum videre, an eis ſuffragetur aſſerta, & prætenſa conſuetudo ſoluendi decimas arbitrio incolarum nulla præfinita menſura, ſed ad libitum?

Et certè negatiua pars videtur verior, nam licet plurimum proſit conſuetudo circa portionem, & quantitatem

tatem decimæ, & ea ſit attendenda, vt colligitur ex *c. in aliquibus* §. *fin & capit. commiſſum, & cap. dilecti, & cap. ad Apoſtolica de decim.* id tamen procedit, & eſt verum circa decimas perſonales, non autem prædiales, vt docet Hoſtienſ. *in d. c. in aliquibus, de decimis*, Card. à Turre Cremata *in cap. reuertimini 16. q. 1. art. 7. n. 12.* Fel. *ca cauſam quærit de præſcr.* Rocc. Curt. *in rubr. de conſuet. & in c. fin. eod. tit. col. 3.* vbi teſtatur eſſe cõmunem opin. Balb. *in tract. de præſcr. 5. part. princ. quæ. 7.* Paril. *conſ. 25. conſ. 2. lib. 4.* aſſerens *nu. 12.* decimas conſuetudine ad vigeſimam trigeſimamve partem reduci poſſe, nõ autẽ diminui à ſtatuto numero, & eandem opinionem approbant Vicent. & Panorm. *in d. ca. in aliquibus n. 7.* Bal. *in l. compet. C. de præſc. 30 annorum* Socc. *conſ. 297. col. 3. lib. 2.* Fulgoſ. *conſ. 166. col. 2.*

Et quod vigore conſuetudinis laici non poſſint eximi partim à ſolutione decimarum prædialium, ſequitur quoque Henriq. *in cap. peruenit. col. 5. de decim.* ea ratione quia Diuini iuris ſunt vt cõmunis Doctorum Schola approbat.

Quinimò Gloſ. & Innocent. *in dict. cap. in aliquibus* affirmarunt quod exiſtente conſuetudine neque illa valeret in decimis perſonalibus niſi reperiretur in ſpecie approbata à Summo Pontifice affirmantes talem conſuetudinem nihil operare, & videndus eſt quoque Germon. *de Sacror. immunit. lib. 3. cap. 19. nu. 69.* non poteſt enim appellari conſuetudo ſed potius corruptela, & abuſus, & tanquam irrationabilis, & minimè legitimè præſcripta non eſt ſeruanda *cap. fin. de conſuet.* Cardinal. Tuſc. *lit. C. conclu. 795. & 796.* Suarez *de religione lib. 1. in tit. de diuino cultu cap. 13.* vbi plura.

Vltra quod dum talis conſuetudo eſt nociua, & onerosa eccleſiæ, & contra vtilitatem illius non admitti debet prout eam improbant Canones iuxta notata *in cap. cum cauſa de ſent. & re iudicata*, & habetur *in tit. de ſtatut. & conſuetud. contra libert. Eccleſ. & in Auth. Caſſa, & irrita C. de Sacr. Sanct. Eccleſ.* Franciſc. Marc. *in deciſ. Delphinal. 446. num. 5. vol. 1. & in deciſ. 1026. nu. 1. eod. vol. 1. in deciſ. 47. nu. 6. vol. 2.* Port. *in conſil. 62. num. 10. in conſ. 139. nu. 19.* Gramat. *in deciſ. 64. nu. 37.* Ceuall. *pract. opin. comm. contra. commum. quæſt. 388. nu. 10.*

Quæ omnia eò magis procedunt, cum huiuſmodi aſſerta cõſuetudo minimè probetur.

Et quod talis conſuetudo non probetur clare cõſtat, primo quia circumſcriptis exceptionibus teſtium, qui aut ſunt de vniuerſitate, & ſic verſamur in materia tangente intereſſe vti ſingulorum, aut ſunt coloni ſeu maſſarij, qui eaſdem patiuntur exceptiones, certum eſt enim in iure quod teſtes ciues non admittantur neque probant quando agitur de intereſſe, & commodo ſingulorum prout in caſu noſtro Felyn. latè *in capit. cum à nobis extra. de teſtibus* Campegia *in regul. 93. Fallent. 2.* vbi teſtatur de communi doctorum ſententia prout alios referendo ſic quoque dicit Bertazzol. *conſ. 178. libr. 1. numer. 5.* Cacherat. *deciſ. 99. num. 39.* Guid. Pap. *deciſ. 193.* Menoch. *de arbitrar. iudic. caſ. 106.* latè Maſtrill. *deciſ. Sicil. 255. part. 5.* plenè poſt alios ego *quæſt. forenſ. libr. 1. ca. 170.* vbi iuxta hanc ſententiam pluries deciſum in Sacra Rota Romana teſtatur Ludouiſ. *deciſ. 340.* latè Farin. *de teſtib. quæſt. 60.* Tanto magis quia huiuſmodi non ſunt conteſtes neque in eorum dictis concludunt, & de iure certum eſt quod in probanda conſuetudine teſtes debent eſſe conteſtes, & ſingulares circa actus, vt poſt antiquiores firmarunt Alex. *conſ. 196. n. 14. lib. 2.* Roland. *conſil. 13. lib. 4.* Menoch. *conſil. 187. nu. 57.* Cardinal. Tuſc. *concluſ. 795. num. 47. lit. C.* Valaſc. *deciſ. 162. num. 11.*

Digitized by Google

& 14. Ludouiſius *deciſ. Rot.* 162.

Secundò cum agatur de prȩſcriptione, cui ius commune reſiſtit; requiritur, ſtante quod ſumus in materia decimali, immemorabilis cum fama priuilegij Apoſtolici Joan. & Abb. *in cap. cum Apoſtolica de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu capituli* Geminian. & Philipp. Franc. *in cap. 2. & ſanè de decim. in* 6. Verall. *in deciſ.* 241. *n.* 2. Latius *in deciſ.* 242. *lib.* 1. *in deciſ.* 376. *n.* 2. 3. 4. *lib.* 2. Cappell. Tholoſ. *in deciſ.* 439. Andr. Barbat. *in conſ.* 35. *vol.* 2. Cardin. Pariſ. *in conſ.* 108. *vol.* 1. Ludouic. Gozadinus *conſ.* 7. *num.* Campagn. *in cap. regn. volumus num.* 10. Duaren. *in conſuet. feudal. cap.* 5. *n.* 7. Ferrar. *in vſus feudal. lib.* 2. *c.* 3. *col.* 8. *verſ. decima nunquid* Bortell. ad Bellug. *in ſpecul. princip. rubr.* 13. *§. tractemus in ver. inexpugnabile* Ludouiſi. *deciſ. Rot.* 574. *num.* 4. quinimmò qui quo ad decimarum cauſam præſcriptione vti vellent, neceſſe eſſet illam à Papa approbatã eſſe debere, vt firmant Boer. *deciſ.* 236. *ſub n.* 5. *verſ. tamen vbi eſſet,* Couarr. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 10. *ſub nu.* 9. Faber. *deciſ.* 14. *tit.* 13. *vol.* 2. *ſui Codic.*

Et licèt vniuerſitas Mirabellæ probare voluerit immemorabilem, tamen quia teſtes nec ſunt integri cum ſuas patiantur exceptiones, nec adſunt requiſita neceſſaria tam in perſonis, quá in eorum dictis ad probandam huiuſmodi præſcriptionem, quæ ne dum probata, ſed nec etiam articulata fuerunt, ita quod circa hoc non eſt inſiſtendum.

Tertiò cum ad inducendam cõſuetudinem requirantur actus vniformes, *l. quæſitum §. ſi quis codẽ ff. de fund. inſtruct. & inſtrum. leg.* Myſing. *obſeru.* 42. *centur.* 6. Maſcard. *de probat. concluſ.* 424. Vaſquez, *quæſt.* 97. *art.* 3. *diſput.* 177. *cap.* 5. Surd. *conſ.* 254. *nu.* 29. *vol.* 2. Rot. Auenion. *deciſ.* 10. *n.* 9. Suarez *de legib. cap.* 12. *lib.* 7. Caualcan. *deciſ. Rot. Piuen.* 11. *n.* 31. *part.* 1. & teſtes examinati debent deponere de viſu actuum, ex quibus dicunt fuiſſe inductam conſuetudinem, Valaſc. *deciſ.* 162. *num.* 10. & deponere quod illi actus fuerunt facti eodem modo, & intentione conſuetudinem inducendi Menoch. *conſ.* 187. *num.* 57. Card. Tuſc. *d. concluſ.* 795. *nu.* 105. Sayr. *in clau. Regia lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 8. Rendin. *in promptuario recept. ſententiar. tom.* 1. *tit.* 23. *n.* 2. & debent etiam non interrogati reddere rationem dicti ſui, Dec. *conſ.* 214. *n.* 3. Alex. *conſ.* 45. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 134. *n.* 2. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 62. *n.* 36. & alij ſupra citati, nec non tales actus veriſimiliter conſtare debet perueniſſe ad clerici, & epiſcopi notitiam, vt prodeſſe poſſit Bar. *in l. de quibus num.* 10. & Jaſ. *n.* 51. *ff. de leg.* Silueſt. *in ſumma in verbo conſuetudo.* Ceual. *commun. contr. commun. quæſt.* 357. *n.* 2. Mazzol. *conſ.* 118. *nu.* 30. non potuit igitur ex huiuſmodi varia incerta, & arbitraria præſtatione induci, aſſerta conſuetudo tantò magis quia plures teſtes ab vniuerſitate inducti arbitrariam huiuſmodi prȩſtationẽ fieri ſolitam, non in cauſam decimarum, ſed ex voluntate propria, & gratioſa, & eleemoſynaria fuiſſe factam, quo fit vt ex dictis ſolutionibus non poſſit induci conſuetudo circa decimas, cum defuerit animus, & intentio illam inducendi, quod ſanè eſt deeſſentia ad effectum conſuetudinis, prout ſupra retulimus.

Nec obſtat quod eadem Mirabellæ vniuerſitas prætendat probare famã exemptionis in vim aſſignationis cuiuſdam prædioli, ſeu Terulæ vocabulo de Grutta, quia illud eſt prædium modici valoris, cuius fructus ad minimam decimam partem non aſcendũt, vltra quod non eſt commune eccleſiæ collegiatæ, ſed proprium, & ſingulare menſæ Archipreſbyteralis, quæ non confert cum aliis concanonicis.

Imò

Imò quatenus eſſet communis adhuc non ſubſiſteret ſtante enormi læſion, & defectu aſſenſus Apoſtolici, qui quidem requiritur, vt eſt de eſſentia, vt latè probat Rebuff. *de decim. quæ.* 13.*n.*29. & poſt alios Azor. *inſtit. moral. tom.*1.*lib.*7.*cap.*37.*quæſt.*5. & conferunt ſcripta per Nouar. *quæſt. forenſ.* 63. *lib.*1. vbi latè firmauit tranſactionem ſuper franchitiis, quæ debentur clericis licitè ab ipſis non poſſe fieri, niſi Apoſtolico aſſenſu accedente.

Quandò quia, vt conſuetudo valeat, requiritur quod ſit obtenta in contradictorio iudicio, & debet eſſe rationabilis Mazzol. *conſ.*118.*n.*52. Card. Tuſc. *concluſ.*795.*n.*14. Barboſ. *in collectan. ad text. in cap. cum tanto n.*11. *de conſuet.* & in caſu noſtro neutrum conſtat.

Nec obſtat beneplacitum Apoſtolicum temporis diuturnitate præſumi, nam reſpondetur id ſubſiſtere non poſſe ſtante quod de exiſtentia tranſactionis non conſtat, quinimmo licet conſtaret adhuc neceſſe eſſet, vt in dicta tranſactione eſſet enunciatum à Notario aſſenſum Apoſtolicum interueniſſe, nam quando ex ipſa inſtrumenti inſpectione apparet ſolemnitatem nõn fuiſſe adhibitam, tunc cuiuſuis immemorabilis temporis curſu hęc ſolemnitas non præſumitur ita Caſtr. *conſ.*81.*n.*3.*lib.*2. Abb. *conſ.*61.*lib.*1. Alex. *conſ.*1.*nu.*21.*lib.*4. Gozadi. *conſ.*73.*n.*19. Afflict. *deciſ.*107.*n.*5. & ibi etiam Vrſil. *in addit.* Surd. *conſ.*28.*nu.*110.*lib.*1. Put. *dec.*110.*li.*2. Maur. *alleg.*4.*n.*6. vbi quod quando ex lectura conceſſionis apparet nullum interueniſſe aſſenſum, quia de eo nulla mentio fit, omnis præſumptio, quæ ex curſu temporis oriri ſolet ceſſat in tali caſu, ſequitur Coſta *de fact. ſcient. & ignor. diſt.*81.*n.*12. *& ſeq. cent.*2.

Nec tandem obſtat quod aliqui ex dictis vniuerſitatibus affirmant ſe eleemoſynæ ſiue decimarum nomine nihil ſoluiſſe ex aliis frugibus, ſed ſolum ex frumento aliquid dediſſe.

Quia totum contrarium deponunt alij dictarum vniuerſitatum teſtes, & ſufficit quod territorium ſit decimabile in vna ſpecie, & in vna ſui parte, vt totum, & in qualibet ſpecie dicatur decimabile, Abb. *in cap. fin. n.*6. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Ita quod Rota Romana pluries reſoluit quod exigens decimas quoad certos fructus eo ipſo cenſetur eſſe in poſſeſſione exigendi alios omnes fructus, ita Ruin. *conſ.*142.*li.*5. Cardin. Seraph. *deciſ.*1047. Beltram. *in addit. ad deciſ. Ludouiſ.*557.*n.*10. quia decima debetur de omni fructu Mohed. *deciſ.*69. De prouentibus molendinorum, fœno, lana, piſcationibus, apibus, vino, frumento, oleo, caſtaneis, nucibus, amygdalis, hordeo, ſiligine, ſpelta, fabis, leguminibꝰ, canape, lino, animalibus, palea, etiam milio, caulibus, lupinis, venationibus, croco, lignis, precio lapidicinarum, argenti fodinis, ac metalli, vt late dixit Borrell. *in conſ.*20. *n.*1. *vſque ad n.*14. *centur.*1. Franc. Marc. *in deciſ. Delphin.*531.*n.*1.2.3. *vol.*1. Cardi. Put. *in deciſ.* 100. *per totam libr.*1. Rota *diuerſ. deciſ. Roman.*17.*n.*10.11.*part.*1. plenè Reuſner. *deciſ.*2.*lib.*4. Anna *alleg.*94. *tom.*1. ego Nouarius *forenſ. quæſt.*21.*li.*1. vbi quod in decimæ exactione eccleſia habet intentionem fundatam, adeò quod ei debeatur de omnibus dictis fructibus licite acquiſitis, & quamuis prædium decimatorium duplicem fructum producat in anno, & ita dicit deciſum pluries in Rota Romana.

Ex quibus omnibus, & aliis quæ breuitatis cauſa relinquuntur aperte conſtat de iuſtitia Reuerendiſſimi Domini Antiſtitis, aliorumque litis conſortium, & de malo iure præfatarum vniuerſitatum; datum Neapol. die 20. Januarij 1617.

Jo. Maria Nouarius I. C. Lucanus.

COLLECT. 3077.

Super Gloſ.in §.conſideremus in verbo legitima Auth.de Triente, & ſemiſſe.

¶ *Alimenta danda illegitimis taxantur iudicis arbitrio.*

DIcit hic iſta Gloſa, quod in taxandis alimentis, quæ debentur filiis illegitimis, ſeu quibuſcunq; aliis, ſtandum eſt arbitrio boni viri. Ad cuius ornatum notabis, quod huiuſmodi arbitrium boni viri intelligitur pro mandato iudicis, vt in facto aliquoties fuit dictum in noſtra Curia Archiepiſcopali ex communi doctorum ſententia, quæ etiam approbauit idem arbitrium eſſe interpretandum eo modo, quo declararet diligens pater familias, qui nullum intereſſe haberet, ad text. *in l. quod niſi ad finem verſic. dummodo patronus ff. de oper. libert.*

Sed aduerte, quod licet iſta taxatio remittatur iudici, ſeu bono viro, vt diximus, tamen lex mandat, vt ab eo conſiderentur facultates illorum qui ſunt obligati alimenta præſtare, nam iuxta vires patrimonij, & redditus, qui ex eo percipiuntur eſt alendus naturalis, & illegitimus filius vel alius, cui ſimiliter deberentur de iure alimenta; *l. 2. & 3. vbi pupil. educ. deb.* Non ſufficiet tamen conſideratio facultatum, cum debeat quoque ſpectari dignitas, & qualitas perſonarum in huiuſmodi præſtatione alimentorum, *l. ſi cui vbi DD. ff. de annuis legat.* Verall. *deciſ. Rot. Rom. 12. part. 1.* licèt quod iſta conditio qualitatis perſonarum non ſit conſideranda in filio illegitimo, ſed ſufficiat illum ali iuxta neceſſitatem, & educationem de iure ciuili requiſitam tradunt Barzius *deciſ. Bonon. 69. & deciſ. 129.* & Benintend. *deciſ. eiuſdem Rotæ 22.* ſed vide præſid. de Franc. *deciſ. 282.* vbi contrarium tueri conatur tanquam verius, & ita iudicatum in facti contingentia teſtatur.

COLLECT. 3078.

Super Gloſ.in cap.teſte 3.quæſt.9.

¶ *Teſtes in codicillis an debeant eſſe rogati?*

FIrmat hic gloſ. in codicillis teſtes rogatos eſſe debere, & ita Boer. *deciſ. 34.* quamuis contrarium ſuadeatur ex *l. fin § fin. C. de Codicill.* & voluit Magon. *deciſ. Lucenſ. 32.*

In teſtamento tamen certum eſt, quod rogati debent eſſe ſeptem teſtes in teſtamento *l. heredes palam §. in teſtamentis ff. de teſtament. l. hac conſultiſſima in princ. C. eodem tit.* ſiue teſtamentum fiat in ſcriptis, vt *in dict. l. hac conſultiſſima*, ſiue nuncupatiuum Boer. *in d. deciſ. 34.* Gramat. *deciſ. 106.* Ludouic. *in deciſ. Lucenſ. 53. num. 37.* Franc. Marc. *in deciſ. Delph. 840. n. 8. vol. 1.* Vicecomes *in deciſ. nouiſſ. Roman. 620. num. 1. lib. 1.* Gamma *in deciſ. Luſitan. 45. num. 1. & in deciſ. 71. num. 1.* Magon. *in dict. deciſ. 36. numero 6.*

Declara ſupradictam cōcluſionem, quod in teſtamento facto per patrem inter liberos, non requiritur, quod Notarius, vel teſtes ſint rogati, Boer. *in d. deciſ. 34. nu. 6. & in deciſ. 140. ſub nu. 1.* Guid. Pap. *in deciſ. 543. n. 10.*

Qui dicunt idem eſſe in teſtamento ad pias cauſas, vt concludit poſt alios Gamma *in deciſ. Luſitan. 81. nu. 3.* Achill. de Graſſ. *in deciſ. sub tit. de teſtam.*

Rogitus fieri poteſt non ſolum à teſtatore, & à conſanguineis, ita quod ſufficiat quod à quocunque teſtes rogentur nec eſſe neceſſarium rogationem illorum à teſtatore fieri Franc. Marc. *in deciſ. Delph. 193. ſub nu. 7. vol. 2.* Magon. *in d. deciſ. Lucenſ. 32. n. 6.*

Et ad

Et ad materiam nota quod in cauſa matrimoniali debent teſtes eſſe rogati, cum iure ciuili, tum etiam iure Canonico notum eſt, iure ciuili ex *l. nullum ff. de diuort.*

Rogitus omiſſus in caſu vbi exigitur, & de illo in ſcriptura nō fiat mentio, poteſt teſtibus probari, ſi in eorum ſenſum cadat, vt dicit Aldobrand. *in deciſ. nouiſſ. Roman. 255. incip. propter contrarietatem num. 8. part. 1. vol. 1.* vbi neminem allegat, idem tamen tenuit Magon. *in d. deciſ. Lucenſ. 32. in verb. teſtes fuiſſe.*

Sed notandum cenſeo, & aduertendum quod ſi in aliquo teſtamento eſt inſerta clauſula codicillaris, eo caſu non exigitur in illo teſtamento, ſiue vltima voluntate, aliquis teſtium rogitus, ea ratione, quia cum in codicillis teſtes non debeant neceſſario eſſe rogati, vt *in l. fin. § fin. C. de codicill.* Et clauſula codicillaris vim codicilli ſibi vendicat, qui cum ſit vltima voluntas iners quidem, & informis, & nec deſideret teſtium Rogitum, vt dixi vbi adeſt dicta clauſula codicillaris, non obſtāte quod non adſit Rogitus teſtium, ſuſtinebitur teſtamentum, quia in eo cum eadem clauſula non exigitur, vt in ſpecie voluit Boer. *in d. deciſ. Burdeg. 34. n. 9.*

Apud Hiſpanos autem Rogitus teſtium nec in teſtamento in ſcriptis, nec in teſtamento nuncupatiuo requiritur Gamma *in deciſ. Luſit. 85. n. 5.*

COLLECT. 3079.

Super cap. quoad conſultationem de ſentent. & re iudic.

¶ Sententiæ quomodo ſint exequendæ?

PErcipitur, & colligitur ab iſto tex. quod fruſtra ſententiæ proferentur niſi debitæ executioni demandentur, & ita Catheran. *in deciſ. Pedem. 129. n. 1.*

Intellige tamen ſententiam, & exequi poſſit debere in rem iudicatam tranſiſſe, *vt in d. cap. quoad conſultationem l. cum quadam puella ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Magon. *in deciſ. Lucenſ. 48. num. 1.*

Nota autem in hac materia executionis, ſententiarum quod dum Sacri Conſilij ſententia etiam redacta ſit ad inſtar iudicij præfectus prætorij, à quo non appellabatur, ſed ſupplicatio dabatur, ita hodie ſententia illius exequitur ſupplicatione non obſtante iuxta terminos auth. *quæ ſupplicatio, C. de precib. Imper. offer.* vt de plano abſque dubio, non obſtante ſupplicatione, Sacri Conſilij ſententia paratam habet executionem, quia ſupplicatio eſt per principis gratiam, quę non ſuſpendit ſupplicatum, vt voluit Afflict. *in deciſ. 341. ſub num. 5.* quem ſequitur, & ita concludit Vincent. de Franch. *in deciſ. 603.* Gramat. *in deciſ. 9. ſub num. 2.* Guid. Pap. *in deciſ. Delph. 50. & in deciſ. 420.* Idem ſeruatur in Senat. Pedem. vt habetur per Theſaur. *in deciſ. Pedem. 2. in princip. & in deciſ. 181. num. 1.* Franc. Marc. *in deciſ. Delphin. 83. in princip. volum. 1.*

Declara tamen quod infra decem dies ſit reclamatum, & ſit præſtita cautio de reſtituendo in caſu retractationis, & poſtmodum ſit executio ſententiæ Sacri Conſilij, qua facta procedit per idem Sacrum Conſilium in cauſa reclamationis, vt per Franch. *in d. deciſ. 603.*

Declara ſecundò, quia, & ſi fiat executio ſententiæ Sacri Conſilij fit ſolum pro cauſa principali, de qua vertitur, ſecus verò pro expenſis, prò quibus nulla fit executio, & iſta prouiſio fuit facta per Reginam Ioannam *in ritu 252.* & ideò ſi quis ſuit condem-

natus ad expenſas, patietur tantummodò executionem pro cauſa, & debito principali, non autem pro expenſis, in quibus fuiſſet condemnatus, & hanc dubitationem reſoluit eadem Regina, cuius contrarium poterat attentari per text. in d. auth. quæ ſupplicatio, & ita ſeruari in hoc regno Neapolitano in cauſis ſententiatis per Dominum regium Conſilium refert Affl. *in deciſ.* 231. Valaſc. *deciſ. Luſitan.* 51. *n.* 28. 29. idem Afflict. *in deciſ.* 358. *in finalibus verbis.*

Sententia Regiæ Cameræ Summariæ habet ſicut Sacri Conſilij executionem paratam Capic. *in deciſ.* 17. *n.* 8.

Item notabis ad ornatum eiuſdem materiæ quod trium ſententiarum cõformium ſit executio nec retardatur in exequendo ob illatum vniformitatem Rot. *in antiq. in deciſ.* 21. *incip. nota quod vbi tres, & in deciſ.* 165. *incip. nota quod vbi ſunt, in deciſ.* 417. *incip. nota cauſa fuit in deciſ.* 441. *incip. nota vtrum latis in deciſ.* 517. *incip. nota quod tres* ead. Rot. *in nouiſ. in deciſ.* 2. *incip. aduerſus tres, & in deciſ.* 322. *incip. dixerunt, & ordinauerũt.* Guid. Pap. *in deciſ. Delphin.* 579. *ſub n.* 4. Franc. Marc. *in deciſ. Delph.* 291. *n.* 2. *vol.* 2. Cappell. Tholoſ. *in deciſ.* 430. *incip. Item fuit quæſitum quidam* Fab. *in deciſ. nouiſſ. Rom.* 46. *n.* 1. *lib.* 3. *vol.* 3. D. Cardin. Paleot. *in deciſ. nouiſſ. Roman.* 487. *lib.* 3. *vol.* 3. idem Paleot. *in deciſ. nouiſſ. Roman.* 502. *per totam eod. lib.* 3. *vol.* 3. D. Philipp. Pirou. *in deciſ. nuperr. Roman.* 370. *n.* 1. *par.* 1. *tom.* 1. Gratian. *in deciſ. Marchiæ* 18. *nu.* 2. Cæſar Barz. *in deciſ. Bonon.* 38. *nu.* 2. *& in deciſ.* 40. *n.* 4. Cardin. Pamphil. *in deciſ. nuperr. Rom.* 93. *part.* 1. *tom.* 1.

Ampliatur ſupradicta concluſio, vt quod ad Romanos, ciues, incolas, & diſtrictuales, duæ ſententiæ conformes ſufficiant, vt exequi poſſint D. Franc. Vbald. *in deciſ. nuperr. Rom.* 448. *n.* 1. *part.* 1. *tom.* 2.

Subampliatur iſta concluſio ſtatuti Romani duarum ſententiarum conformium, vt exequi debeant locum habere etiam in clericis, & perſonis eccleſiaſticis Aldobrand. *in deciſ. nuperr. Rom.* 452. *per totam vol.* 2.

Ampliatur ſecundò, quod ſi vna, vel vltima trium ſententiarum cõformis in quantitate, quia prima, & ſecunda fortè eſſent condemnatoriæ ad aureos mille, vltima verò eſſet ad quingentos, quia in ſententia minor ſumma in maiori ineſt, ita Afflict. *in deciſ.* 362. *n.* 3. Franc. *in deciſ.* 710. *n.* 8. Peregr. *in deciſ. Patauin.* 60. *n.* 1. Thorus *in compen. in verbo relationes duæ importa* Theſaur. *in deciſ. Pedem.* 122. *n.* 10.

Ampliatur tertiò executionem cõcedi poſt tres conformes ſententias in cauſis ſpiritualibus, ſiue eccleſiaſticis, & prophanis Grat. *in deciſ. Marchiæ* 18. *num.* 6.

Ampliatur quartò indiſtinctè, vt tres ſententiæ conformes quamuis in aliquibus diſſentiant, in omnibus tamen in quibus conueniunt, & ſunt cõformes, exequuntur cum eadem ſit ratio partis quo ad partem, quæ totius, quo ad totum, arg. *l. quo ad totum ff. de rei vendic.* Afflict. *in deciſ.* 362.

Ampliatur quintò tres ſententias conformes exequendas fore, non obſtante aliquo modo nullitatum oppoſitione, Viuius *in deciſ.* 495. *n.* 1. Gratian. *in deciſ. Marchiæ* 18. *n.* 5.

Declara ſupradictam quintam ampliationem non procedere quotieſcunque allegatur nullitas, quæ offeratur incontinenti probari, vt quæ oſtendatur ex actis, & proceſſu, Lanfranc. *in deciſ.* 471. *incip. clementina*, Viu. *in d. deciſ.* 495. *ſub n.* 1.

Item nullitatem militare, & ſi vltima tantum ſententia ex tribus allegaretur nulla, ſcribit Creſcent. *in deciſ.* 1. *n.* 2. *de ſent. & re iudic.*

Sed

Sed reſtitutio in integrum an impediat executionem trium ſententiarum conformium Doctores noſtri in diuerſas progreſſi ſunt ſententias.

Primò dicunt quod ſi conceſſa fuerit in integrum reſtitutio per iudicem, & loquimur de vnica ſententia, impeditur executio ſententiæ, & rei iudicatæ. Caſſador. *in deciſ.5. in fin. tit. de appellationibus.*

Limita dictam declarationem ſecus eſſe, ſi reſtitutio in integrum petita eſſet à minore, vel eccleſia, quia tunc impediretur executio Verall. *in deciſ.* 330. *n.4.part.1.*

Declaratur primò, quod aduerſus ſententiam principis non ita de facili admittitur beneficium reſtitutionis in integrum, niſi allegetur ſpecificè læſio, vel cauſa læſionis, minor ætas, vel cauſa eccleſiæ text. *in l. minor* § *ſi autem ff. de minor.* Capic. *in deciſ.*53.

Declara ſecundò tam concluſioné præfatam trium ſententiarum conformium, quam ſententiam Principis exequi, vt concluſum fuit, quando petitio reſtitutionis in integrum requireret altiorem indaginem, quia tunc prouideri oportet denuo, quod exequantur D. Philipp. Pirouan. *in deciſ. nuperrima* 370. Magon. *in deciſ. florent.*132. *ſub n.*4.

Hinc corroboratur ſupra notata ſecunda declaratio, quod ſententiarum exequutio per exceptiones requirentes altiorem indaginem, quod exequantur Ludouic. *in deciſ. Lucenſ.* 24. *num.*3.4.

Ratio in promptu eſt quia, & ſi ſtatutum reiiceret omnes exceptiones, non tamen intelligitur reiicere, quæ in promptu apparent Afflict. *in deciſ.*403. *num.*11.

Præterea notabis, quod Sacri Regij Conſilij, vel Senatus ſupremorum Regum ac Principum ſententiæ exequútur nec per ſupplicationem poſſe ſtatim retardantur, vt de ſententia Sacri Conſilij Neapolitani voluit Afflict. *in deciſ.* 356. *nu.*1. fundatur dicta concluſio de iure communi *in auth. qua ſupplicatio, C. de precib. imper. offer.* voluit Guid. Pap. *in deciſ. Delph.*50. *num.*1. *& in deciſ.* 420. *num.*1.2.

Quando per ſupplicationem fuit reclamatum à ſententia Sacri Conſilij non obſtante fatalium lapſu ſemper ſententia poteſt reuideri, vt de Stylo Sacr. Conſilij capta informatione à practicantibus dicit eſſe ſeruatum Affl. *in deciſ.*78. Capic. *deciſ.*109. *n.*5.

In criminalibus ſententia Sacri Cōſilij non ſtatim mittitur executioni ſi ab illa eſſet reclamatum de Franch. *deciſ.*139. Viu. *in deciſ.*495. *n.*13.

Excommunicationis exceptio ſi apponatur impeditur ſententiæ executio Guid. Pap. *in deciſ.*215. *n.*6. *& in deci.* 574. *n.*8.

Ante executionem quantitatis exequendæ liquidatio præcedere debet, alias enim executio fieri nequeat *l. hac autem* § .1. *ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat.* Magon. *in deciſ. Lucenſ.*3. *n.*2.

Sententia quæ fecit tranſitum in rem iudicatam exequitur *l. à Diuo Pio ff. de re iudic.* Afflict. *in deciſ.*13. *ſub n.* 28. & voluit Cæſar Barz. *in deciſ. Bonon.* 51. *n.*7. idem *in deciſ.*55. *nu.*1. *& in deciſ.* 40. *in fin.*

Reo condemnato mortuo ſententia non exequitur contra hæredes ſine aliqua ſaltem ſummaria cognitione cauſæ, Cacheran. *in deciſ. Pedem.*33. *ſub n.*14.15. Benintend. *in deciſ. Bonon.* 93. *n.* 12. Et in interdicto *vti poſſidetis* ſententiam contra defunctum prolatam non exequi debere contra hæredem ex abrupto, ipſo non citato, ac facto præambulo, quod ſit hæres, & ex facto ipſius hæredis Affl. *in deciſ.*145. Capic. *in deciſ.* 1. *n.*13.14. Franch. *in deciſ.*199. *& in deciſ.* 405. Vrſill. *in d. deciſ.*145.

Digitized by Google

Omnem ſententiam contra defunctum latam non exequi contra hæredem regulare eſt Chartar. *in deciſ. Genuæ 32.n.1.2.*

Contra filium familias ſi prolata fuerit ſententia exequitur in bonis filij maternis, ſi pater non ſe opponat habere in illis vſumfructum, quia impediretur executio *l.1.C.de bon. matern.* Guid.Pap.*in deciſ.Delphin.*526. Ludou. *in deciſ.Peruſ.*49.*n.*18.

Vxore condemnata per ſententiam pro debito ante matrimonium contracto credito fecit executionem in rebus dotalibus, dubitatur dum per maritũ opponitur quod in bonis dotalibus in ſui præiudicium exequi non poſſit, argum.*l. quinque legibus ff. de bon. damnata.* Tamen contrarium verius eſt, cum debitum fuerit contractum ante contractum matrimonium arg. *l. mulier bona in fin.ff.de iur.dot.* quia cum mulier dederit in dotem marito omnia bona, & illa intelliguntur deducto ære alieno, *l.ſubſignatum §.bona ff. de verb. ſignif.* illa quæ creditoribus debentur deducantur in remanentibus erit dos, vt *d.l.mulier.* ita voluit Guid.Pap. *in deciſ. Delph.* 547.quem ſequitur Valaſc.*in deci.Luſit.* 318.*ſub n.*10.Capic.*in deciſ.*128. *nu.* 4. 5. Gamma *in deciſ.Luſit.*200.*n.*3.

Liquidatio præcedere debet, antequam ſententiæ executio fieri tractetur, *l.hac autem §.1.ff.ex quib.cauſ.maior.* Magon.*in deciſ.Lucenſ.*3.*n.*2.

Et hæc breui manu collegiſſe ſufficiat in hac ſententiarum executionis materia.

COLLECT. 3080.

Super Doctrina Abbat.in cap.2. de ſtatu monach.

¶ Milites Hieroſolymitani verè, & propriè ſunt Religioſi.

Firmat hic Abbas *n.*2. Milites Hieroſolymitanos eſſe verè, & propriè Religioſos, & ita Rota Romana *deciſ.* 87.*part.*2.*in recent.& deciſ.*887.*part.*1. *etiam in recent.* & fuit dictum in Romana palatij de Laquila 26. Maij 1600. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Lancellotto, & in Tiraſonen. decima. 28. Maij 1618. coram R.P.D. Pirouano, & in Vrbeuetana hæreditatis 14. Aprilis 1614. coram R.P.D.Manzanedo ita quod de eis iudicandum eſt vti de cæteris Regularibus profeſſis, emittunt enim tria vota Caſtitatis, Paupertatis, & obedientiæ Rota *deciſ.*491.*nu.*5. *part.*1. *diuerſ.* Sayr. *deciſ.*21.*de regularibus.*

Et latè videndus eſt in materia Nouarius *forenſ.queſt.*42.*part.*1. & poſt eũ Giurba *in conſ.crimi.deciſiuo* 77. vbi tractat ſi Fratres Cappellani, cæterique clerici eccleſiæ ordinis Hieroſolymitani Miniſtri, an ordinariis locorum in delictis ſubiecti ſint, vel eiuſdem ordinis Priori qui ad ſuum forum miniſtrãtem clericum pro nemine remitti petat? & pro affirmatiua opinione concludit.

Sed num fratres ordinis Diui Joannis inſigniti Media Cruce Alba quam Thau.appellant, fori gaudeant priuilegio, vt cæteri eiuſdem religionis milites? videndus eſt idem *in conſ. deciſiu.* 21. vbi pro negatiua parte concludit, habens illos pro ſecularibus, dum viuunt abſque regula, & cum eorum bonis, ac vxorem ducunt, & certum eſt, quod religioſi debent obſeruare tria vota ſingulis nota, nempe paupertatem, caſtitatem, & obedientiam.

An autem milites hi Hieroſolymitanæ Religionis ſicuti perſonæ eccleſiaſticæ gaudeant priuilegio legis vnic. *C.quando Imperator inter pupil. & vid.* & conſtitut. Regni *ſtatuimus de officio magiſtri iuſtitiarij* vide D.Jo. Mariam Nouarium

narium I.C. Lucanum de legali ſcientia optime meritum, & virum fatigatum *in ſuo aureo, & ſpeciali tractatu elect. & variat. fori quaſt.* .... *ſect.*1. vbi plura ad illam materiam cumulat, quæ per te videre poteris, quando caſus in facto euenit.

COLLECT. 3081.
Super L. Pure in fin. ff. de doli exception.

¶ *Verbum, ſeu dictio* perpetuo, *an & quando in infinitum extendatur?*

NOtatur hic quod natura dictionis, *perpetuo*, eſt, vt ſine præfinitione temporis accipiatur, & ſe in infinitum extendat, & ita Puteus *deciſ.* 115. *par.* 1. & Monach. *in deciſ. Rot. Bonon.* 40. *punct.* 3.

Declara tamen id intelligi debere ſecundum ſubiectam materiam pro vt in ſucceſſore intelligitur quamdiu aliquis erit ſuperſtes, vt per Seraphin. *in deciſ.* 874.

Et in præſcriptione intelligitur de ſpatio triginta, & quadraginta annorum pro vt actiones competere poſſunt idem Seraph. *deciſ.* 1360.

Et quod huiuſmodi dictio accipiatur pro ſemper, & omni tempore, probat text. *in l. fundi* §. *Labeo ff. de action. empt. l. eum debere ff. de ſeru. vrban. prædior.*

Nota tamen quod licet præfata ſint vera, tamen ſi reperiatur vſusfructus eccleſiæ relictus, & in conceſſione fuerit adiecta dictio ſemper, & perpetuo, tamen centum annorum curriculo terminatur dictus vſusfructus, Rubin. *deciſ.* 176. Cauagnol. *deciſ.* 16. & latiſſimè probat Nouar. *in lib.* 2. *ſuarum quaſt. for.* nec non videas ſequentes allegationes factas circa hunc articulum, quas ad commodum lectoris hic reponere libuit, & ſunt tenoris ſequentis videlicet.

CVm non minus doctè, quam copioſè per eximios legum proceres hac noſtra tempeſtate nemini ſecundos D. Joannem Maria Nouarium I.C. Lucanum, & D. Joannem Aloyſiũ Riccium patritium Neapolitanum Sedilis Nidi, ac Archiepiſcopatus Neapolis primarium canonicũ, meos dominos allegatum in fauorem vniuerſitatis Roccæ Monfinæ ad infringendum prætenſionem eccleſiæ Sanctæ Mariæ Magnæ, ita vt nullus ferè videretur additioni locus ſupereſſe, ſilentio me dederam, cum iam demonſtratæ rei fruſtra demonſtratio adiiciatur, *l.* 1. *in fine ff. de dot. præleg.* & ſuperuacuis impendiis laborat, qui ſolem certat facibus adiuuare. *cap. ſi omnia* 6. *q.* 1. Cæterum meæ ſuauiſſimæ patriæ amore deuictus, vt immittat Scæuolam *in l. qui habebat ff. de leg.* 3. vt meas, licet fragiles interponerem partes, quid pro veritatis tutamine ſentiam, aliquibus additis referam, nec ſuperfluitate notabor, ſi qua dicta repetam, iuxta gloſſ. *in* §. *ius autem gentium inſtit. de iur. naturali gent. & ciuil.*

Et quoad primum vſumfructum eccleſiæ conceſſum, centum annorum ſpatio terminari, vltra allegata per ſupra enunciatos DD. voluit Tiraq. *de priuil. pia cauſa priuil.* 90. Caualc. *de vſufruct. mulieri relicto fol.* 436. *n.* 228. *in fin.* Gomeſ. *tom.* 2. *variar. reſolu. cap.* 18. *tit. de ſeruit. ſub n.* 20. *verſ.* 3. *infertur*, quibus addo Bartol. Cepoll. *de ſeruit. vrban. præd. cap.* 4. *n.* 6. Camill. Borr. *conſ.* 1. *n.* 20. *& ſeqq.* Ant. Fabr. *de error. pragm. prima parte Chiliad. decad.* 9. *error.* 10. qui licet loquantur, &c. in ciuitate. & vniuerſitate, tamen ciuitas, & eccleſia æquiparantur, eadem eſt ratio *l.* 1. *ff. de leg.* 1. & eadem ratio quæ militat in vno, militat & in altero, ideo idem ius eſt conſtituendum, *l. illud ff. ad l. aquil. & l. à Titio ff. de verb. oblig.* & concluſionis ratio eſt,

quia cum vſusfructus morte terminetur vulgatis iuribus, & eccleſia nunquam moriatur, eſt neceſſe ne proprietas ſit inutilis, vt aliquo tempore in ea finiatur, ita in terminis noſtris firmat oculatiſſimus ille vir noſter D. Jo. Maria Nouarius *in tract. de priuileg miſerab. perſ. priuil. 4. nu. 7.* Et quoniam centum annorum curriculo ad ſummum homo viuere poſſe præſumitur Guttier. *lib. 2. practic. qq. 7.* Steph. Grat. *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 78. n. 4.* Mecoch. *de præſumpt. præſumpt. 49.* R. Valenz *conſ. 17. n. 52,* meritò DD. determinauerunt centum annorum intercapedine vſufructum eccleſiæ conceſſum terminari, nec refragantur dictiones ſemper, & in perpetuum, quia cum capiantur ſecundum ſubiectum materiam, vt mei domini diffusè dixerunt, & ego allego R. de Ponte *conſ. 32. n. 7. & conſ. 155. n. 19. vol. 2.* & ſubiecta materia vſusfructus non patiatur, vt ſit perpetuus, omninò centum annorum ſpacio illum terminari, fatendum eſt. In ſpecie Bart. *in d. l. ſi vſusfructus n. 2. ff. de vſufru. leg.* & Borrell. *in alleg. conſ. 1. n. 21.* cui enim vſui foret vniuerſitati, reſeruata proprietas ſi in perpetuum abſque temporis præſcriptione vſusfructus eccleſię eſſe deberet? profecto nulli poſtquam fruſtra fiunt ea, quæ facta non releuant, *l. hæc ſtipulatio §. diuus ff. vt legat. nom. caueatur,* & nihil fruſtra *l. 1. §. ait prætor ff. de vi, & vi armat.* argumento notatorum *in l. ſi quando ff. de leg. 1.* & illa reſeruatio proprietatis poteſt eſſe ſine vtilitate, *cap. 2. de probat.* aliàs eſſent potius deluſio quæ omninò eſt euitanda *l. 1. §. pecuniã ff. de calumniat,* & lex eſſet impoſita verbis, & non rebus contra tex. *in l. 2. in fin. C. commun. de legat.* hinc differunt DD. quod ſi in conceſſione vſusfructus eſſet dictum, vt tranſiret ad hæredes, ne proprietas reddatur inutilis de primis hæredibus tantum intelligendum eſt, Gomeſ. *in loco ſuperius allegato ſub dicto n. 20. verſ. ex quo primo infertur.*

Quoad ſecundum, an ſpacio tanti temporis centum, & triginta annorũ præſumatur aſſenſus, & aliæ ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione rerum vniuerſitatis, de quibus *in l. fin. C. de venditione rer. ciuit. lib. 11.* Bart. *in l. ambitioſa ff. de decret. ab ordin. faciend.* Latè Nicol. Solæus *de iure vniuerſitatis part. 3. ca. 5.* dico quod non, nam licet ex temporis diuturnitate præſumantur, tamẽ iſtud procedit quando in inſtrumento fuit enunciatũ illas interueniſſe, Coſta *de facti ſcient. & ignor. cent. 2. diſt. 81. n. 12. & ſeq.* Marçell. de Maur. *alleg. 4. n. 6.* & Jacobus de Mauro *alleg. 16. n. 34. & ſeq.* Steph. Grat. *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 288. n. 4.* Caputaq. *deciſ. 304. part. 3.* & iſtud operatur temporis longinquitas, nam ſi ſecus, licet in inſtrumento fieret mentio de ſolemnitatibus ſi aliter verè de illis non conſtaret talis aſſertio non probaret Bart. *in l. ſi fortè ff. de Caſtrenſ. pecul. & l. ſi donatione, C. de collat.* Benint. *deciſ. 2.* Garſ. *deciſ. 25.* nouiſſimè Riccius Dominus meus *part. 1 prax. for. eccleſ. reſol. 30.* ratio eſt, quia huiuſmodi extrinſecæ ſolemnitates non præſumuntur, niſi probentur ſecundum tradita per ſcribentes *in l. ſciendum ff. de verb. obligat.* & de prædictis nimirum quia quando in inſtrumento nulla fit mentio ſolemnitatis ſumus in claris, & non eſt opus pręſumptionibus, & coniecturis, *l. continuus §. cum ita in fin. ff. de verb. oblig.* & præſumptio cadit in caſu dubio, non in claro gloſ. *in l. vnica §. accedit, C. de rei vxor. action.* multo magis prædicta procedunt in donatione, cum donare ſit perdere, diſſipare, iactare ſuum, ſpecies quędam furoris, & prodigalitatis. Viu. *deciſ. 67. n. 2. & ſeq.* Camill. Borrel. *conſ. 4. n. 25.* Jo. Antonius de Maur. *alleg. 12. num. 3.* conferunt nouiſſimè relata per Camill. *de Med. conſ. 38.*

Quoad

Quoad tertium, an liceat vniuerſitati propria auctoritate capere poſſeſſionem dicti vſusfructus? ad corroborationem dico affirmatiuè, nam finito vſufructu, omne ius vſufructuarij ſtatim reſoluitur, & plena proprietas quæ numquam ab ipſo proprietario receſſit, eidem remanet §. *fin. inſtitut. de vſufruct.* præterea vſufructuarius non ſibi poſſidet, ſed domino, cuius nomine poſſidere videtur gloſ. *in l. quiſquis, C. de donat.* Tiraq. *de iur. conſtit. part.* 3. *limit.* 9. *n.* 12. & is poſſidet, cuius nomine poſſidetur R. Valenz. *conſ.* 17. *nu.* 25. *& ſeqq.* Vnde mortuo vſufructuario ſtatim ipſo iure proprietarius incipit etiam naturaliter poſſidere, Bart. *in l. ſi arrogator numero duodecimo, verſicul. ſed hodie videtur ff. de adopt.* Et tandem quod proprietarius poſſit propria authoritate capere poſſeſſionem vſufructus cum ciuiliter poſſideat ſecundum magis receptam opinionem, & veriorem tradit Jaſon. *in l. clam poſſidere* §. *qui ad nundinas n.* 23. *&* 24. *ff. de acquir. poſſeſſ.* in indiuiduo tradit Imol. *conſ.* 16. quem ſequitur Caſtr. *in verb. decreto Mediolanenſi verſ.* 4. *pro declaratione, &c.* quæ omnia refert Amat. *conſ.* 52. *n.* 2. *verſ. ſequuto autem Ducis obitu, & ſeqq.* Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 4. *clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *part.* 3. *nu.* 31. *& ſeqq.* Steph. Grat. *tom.* 4. *diſcept. forenſ. ca.* 779. *n. & ſeqq.* Barboſa *in l. ſi de vi n.* 363. *& ſeqq. ff. de iud.* & nimirum, nam quid importat hoc nomen conſolidatio, in præſenti caſu niſi vnionem quandam ciuilis, & naturalis poſſeſſionis ipſo iure factam, abſque facto hominis, vt patet ad ſenſum, & ex traditis *in allega.* §. *finitur*, conferunt tradita per Ricciuum dominum meum *deciſ.* 23. *in princ. part.* 1.

Circa quartum non obſtat illa ſolutio, vt prætenditur facta aliquibus vicibus per vniuerſitatem ipſi eccleſiæ pro iudicatu, & actuariatu baiulatio-nis, primo quia non probatur vniformitas ſolutionis Rota Gen. *diuerſ. deciſ.* 146. *verſ. ſequitur*, ſecundo eccleſia nūquam fuit in poſſeſſione dictorum iurium, ergo prætenſa donatio nō habuit effectum *l. ſicuti* §. *ſuperuacuum ff. quib. mod pig. vel hypot. ſoluat. l. fin.* §. *Lucius ff. de donat.* nec clauſula conſtituti in hoc caſu aliquid operaretur Bart. *in d.* §. *ſuperuacuum*, imò dato quod dicta donatio eſſet valida, & ſortita fuiſſet effectum, cum per lapſum tanti temporis ſit extincta, vt diffusè illi peritiſſimi viri allegauerunt, & nos comprobauimus, illa naturalis poſſeſſio ipſo iure fuit conſolidata cum ciuili, & licitum fuit ipſi vniuerſitati prætenſas ſolutiones amplius non continuare, meritò, & æquo iure reperitur in poſſeſſione non ſoluendi, quæ per vnicum actum fuit ſibi acquiſita latè Rebuff. *in allegat. cap. cum eccleſ. Sutrina*, & manu teneri debet, cum cōſtet de poſſeſſione tempore litis motæ Grat. *lib.* 3. *diſcept. for. cap.* 431. *n.* 2. & poſſeſſio per eccleſiam prętenſa cum ſit nimis vaga, & obſcura, ius manutentionis ei tribuere non poteſt Steph. Grat. *d. lib.* 3. *cap.* 450. *n.* 41. *& ſeqq.* imò quatenus eccleſia ſtetiſſet aliquo tempore in poſſeſſione aliquid percipiendi ab vniuerſitate intuitu dictorum iurium, tamen cum per multū temporis ſpatium vniuerſitas ipſa à prætenſa ſolutione ceſſauit, quamuis tempus non ſit modus amittendę poſſeſſionis *l. ſi mulieri ff. quibus mod. vſusfr. amitt.* tamen eſt modus inducendi obliuionem, & obliuio eſt modus inducendi depoſitionem animi, & depoſitio animi eſt modus amittendi poſſeſſionem, & cum poſtea dicta vniuerſitas ſteterit in poſſeſſione illorum iuriū, nihil communicando dictæ eccleſiæ non poteſt conſiderari aliqua poſſeſſio illius, quamuis enim poſſeſſio ſolo animo longo tempore detineatur, in-

Digitized by Google

telligitur niſi alter interim poſſideret, ſupradicta omnia refert Grat. *in d. cap.* 450.*n.*30.*& ſeqq.* R.Valenz.*conſ.*71.*n.* 41. *& ſeqq.* qui pluribus mediis hoc comprobant.

Quoad nouiſſimam eccleſiæ prætenſionem, volentis affictare emolumenta tumuli per caſalia, & extra dies nundinarum, quantum ſit vana patet ex inſtrumento, in quo ſit tantum mentio de loco mercati, & in diebus mercati, quod cum ſit probatio probata, veritas apparens, imò dicatur noli me tangere, & qui habet inſtrumentum dicatur habere caſum expreſſum legis Muta *deciſ.*6.*n.*21. & quod inſtrumentum non cantat, nec nos cantare debemus, nec poſſumus addere, nec detrahere quicquam Muta *ibid. nu.* 11. Steph.Grat.*lib.*2. *diſcept. forenſ. cap.* 255. *n.*2.*& ſeq.& lib.*3.*cap.*531.*nu.*57. Camp. *in diuerſ. iur. canon. rub.*11.*cap.*20.*n.*38.& Camill.Borrell. *conſ.* 38. *ſub nu.* 11. & in contractibus, cum ſint ſtricti iuris, maximè donatio, ſtricta debet fieri interpretatio allegata, *l. quicquid aſtringendæ ff. de verb. oblig.* diffuſè Tiraq. *de retract. ligna.*§.1.*gloſ.*9.*n.*182.*cum plurib. ſequent.* Franc.Mol.*de pact. nupt. lib.*3.*ſect.*3.*q.*23. Amat. *conſ.*26.*n.* 5 *& ſeqq.* R. Valenz. *conſ.*9.*n.*27.*& conſ.*33.*n.*272.*& ſeq.* Font. *de pact. nupt. clauſ.*4.*gloſ.*27.*n.*41. *& ſeqq.*

Et licet eccleſia prætendat eius affictatorios aliquando exegiſſe emolumenta tumuli per caſalia, & extra dies mercati, iſta fuit vſurpatio, & actus clādeſtinus, & nullus, ex quo aliqua poſſeſſio acquiri non poteſt Steph. Grat. *lib.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 317. *num.* 1. *& ſeqq.* & cum in his eccleſia careat titulo, aliquo remedio poſſeſſorio vti non poteſt, C. Ratha *conſil.*28. *num.* 4. Cætera ſuppleuerunt mei domici Riccius, & Nouarius, quibus omninò me remitto.

Franciſcus Seuerinus.

COLLECT. 3082.

Super cap. ex epiſtolæ, & ibi Felin. de probationibus.

¶ *Princeps ex contractu inito cum ſubdito efficaciter obligatur.*

NOtant hic DD. & præcipuè Felinus quod princeps ex contractu inito cum ſubdito efficaciter obligatur, & ita Gama *deciſ. Rot. Luſit.*135. Seſſa *deciſ. eiuſdem Rot.* 187. ſunt enim contractus de iure gentium & non inſunt ſub poteſtate principis, Surd. *deciſ.* 43. & naturaliter, ac ciuiliter obligatur princeps ex contractu cum ſubdito celebrato, cum in contractibus celebretur vt priuatus idem Surd. *deciſ.*1.

Amplia adeò validam eſſe obligationem per principem ex conuentione contractā, vt nec ipſe nec eius ſucceſſor ſiue per electionem, ſiue per ſucceſſionem poſſit ſuum contractum, vel prædeceſſoris ſui infringere, vel ab eo recedere Cabed. *deciſ. Rot. Luſit.* 75.*part.*2. Gama *deciſ eiuſd. Rot.*335.

Vnde ſequitur principem non poſſe contractum cum ſubditis celebratum in totum, vel pro parte reuocare nec modum, aut conditionem ei adiicere iuxta regulam textus *in l. ſicut ab initio C. de actionibus, & l. perfecta C. de donat. quæ ſub modo* Cabedus *deciſ. Rot. Luſit.*19 *& deciſ.*75.*part.*2.

Nec etiam reuocare poteſt priuilegia, ſeu conceſſiones illas, quæ in naturam, & vim contractus tranſeunt, vel pro quibus pecunia interuenit, vel cōceduntur in recompenſationem meritorum Valaſc. *deciſ.*72.*&* 120. Cabedus *deciſ. Rot. Luſit.*95. *deciſ.*20. *& deciſ.* 75.*part.* 2. debet enim habere vnum calamum, & vnam linguam, & debet eſſe immobilis ſicut lapis angularis, & ſicut polus, ita vt etiam in donationibus quas facit immotus perſiſtere debeat,

Digitized by Google

beat, tanquam polus in cœlo, Surdus *deciſ.* 234. Phœbus *deciſ. Rot. Luſit.* 92. *tom.* 1.

Quamuis data iuſta cauſa non ſolum poteſt princeps contractum à ſe cum ſubdito celebratum limitare, eique modum, & conditionem præſcribere Cabedus *deciſ.* 19. *& deciſ.* 68. *part.* 2. ſed etiam in totum reuocare idem *deciſ.* 75 *part.* 2.

COLLECT. 3083.

Super cap. paruuli vbi Gloſ. in verbo cauſa 22. quæſt. 5.

¶ *Periurus an ſit audiendus in iudicio?*

IN hac materia alia cumulaui in cæteris collectaneis circa illam materiam, quod periurus non audiatur in iudicio, vt dicit hæc Gloſ. iuxta cuius ſententiam ſępe determinauit Rota vt *in deciſ.* 5. *part.* 1. *in recent. & deciſ.* 701. *part.* 1. *in recent.*

Quæ ſanè regula procedit, & habet locum parte opponente, vt fuit dictum per eandem Romanam Rotam in Hiſpalen. Coadiutoriæ 13. Martij 1614. coram R.P.D. Vbaldo, vbi vlterius determinatum fuit oppoſitionem in partibus factam non ſufficere, niſi ſit quoque facta in curia ſub termino citationis ad dicendum contra.

Licèt notare non deſinas illam locum habere etiam vbi agitur de ſola poſſeſſionis manutentione, vt dixit eadem Rota in vna Placentina Caſtri Julij 1601. coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, & in alia Caſertana beneficij 17. Junij 1605. coram R.P.D. Marcomontio, & iterum in Signina Caſtrorum Mercurij 26. Junij 1602. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Ludouiſio deinde Gregorio X V.

COLLECT. 3084.

Super Doctrina Aretini in cap. quoniam de teſtibus.

¶ *Teſtes maſculi præferuntur teſtibus fœminis in numero paribus, & quinam teſtes præferantur, & quorum teſtimonium præualeat?*

ANgelus Aretinus probat in hoc textu quod maſculorum teſtimonium præferendum eſt dicto fœminarum paritate data reſpectu eiuſdem numeri maſculorum, & mulierum argument. *cap. forus de verbor. ſignif.*

Ego autem pro ornatu multa colligam circa teſtium prælationem, & qui præferantur, vnde notabis quod clericorum, & ſacerdotum teſtificatio præfertur depoſitioni hominum laicorum, quia tantum valet dictum quatuor clericorum quantum ſex laicorum, vt dicit Gloſ. *in cap. Monachus* 77. *diſtinct. in verb. quorum.* Vndè non mirum ſi in numero æquali præferatur clerici, ſiue ſacerdotis teſtimonium teſtimonio clerici, Cæſar Barzi. *in deciſ. Bonon.* 19. *num.* 31. *in deciſ.* 50. *n.* 8. Cauſlecan. *in deciſ. Fluiz.* 46. *num.* 338. *part.* 1. tamen omnibus teſtibus paribus exiſtentibus, illi teſtes præferri debent, qui veroſimiliora teſtificantur, ac vero proximiora, vt *in cap. licet cauſam* §. *ex præmiſſis extr. de probat.* Afflict. *in deciſ.* 363. *num.* 6. Viuius *in deciſ.* 199. *num.* 6. 8. *& deciſ.* 377. *num.* 9. Bellon. *in deciſ. Genuæ* 24. *num.* 13. *in deciſ.* 106. *num.* 4. Ludouic. *in deciſ. Peruſin.* 14. *numero ſecundo.*

Ideoque teſtibus non veroſimilia deponentibus credi non debet ob mendacij, vel falſi ſuſpectum *cap. quia veriſimile de præſumpt.* Gram. *in deciſ.* 28. *num.* 2. Verall. *in deciſ.* 276. *nu.* 6. *part.* 5. Viuius *in deciſ.* 199. *num.* 2. Cardinal.

Digitized by Google

Lancellot. Iup. *in deciſ.138.n.6. in Recollectis per Farinaccium*. Cardin. Millinus *in deciſ.194.n.3.4.5. in eiuſdem recollectis.* Marc. Ant. Bellon. *in deciſ. Genuæ 58. numer.9.*

Teſtes ab vtraque parte producti ſi contrarij fuerint vbi non poteſt tractari concordia, ſemper illi teſtes præferuntur, qui in vna partium numero plures ſunt. Afflict. *in deciſ.363.n.2.*

Teſtes diuites præferuntur pauperibus, & inopibus Caualcan. *in deciſ. Fiuiz.46.n.339.part.1.*

Ratio illa redditur, quod teſtis pauper magis corrumpitur quam diues, §. *ſancimus autem auth. de teſtibus* Caualca. *in deciſ. Fiuiz.46.n.295.part.1.*

Secundò teſtibus dignioribus, maiuriſque authoritatis, atque integritatis potius, quam aliis minus dignis, credendum eſt ac fides adhibenda, & præferendi erunt, Caualcan. *in deciſ. Fiuiz.46.num.299.377.part.1.* Petrus Royſius *in deciſ. Litu.4.n.43.44.*

Tertiò præferuntur teſtimonia nobilium perſonarum teſtificationibus vilium, ac ruſticorum, & plebeiorum vt *in l.3. in princ. ff. de teſtibus* Caualcan. *in deciſ. Fiuizan.46.num.300.337.part.1.* Ludouic. *in deciſ. Peruſin.14.n.1.*

Et non ſolum præferuntur deponentes in ſpecie, deponentibus in genere, ſed deponentes in ſpecie præferuntur multis deponentibus in genere Boer. *in deciſ. Burdeg.25.& in dec.100.*

Quartò teſtibus affirmantibus plus creditur, quam negantibus Rub. *deciſ.* 183. dicens ideò credi magis teſtibus affirmantibus, quam negantibus, quia hoc eſt propter redditionem cauſæ credibilioris arg. *l. diem proferre §. ſi plures ff. de arbitr.* Ludouic. *in deciſ. Lucenſ. 3.num.19.*

Ampliatur ſupra dicta concluſio quod etiam ſi eſſent pauci affirmantes, & mille negantes adhuc præferuntur affirmantes ipſis negantibus, vel negatiuam deponentibus Franc. Marc. *in deciſ. Delph.266.n.3. in deciſ.485. n.4. 14. volum.1.* Magon. *in deciſ. Flor.17. ſub num.6.*

Limitanda tamen ſupradicta erunt procedere concluſionem quando negatiua eſſet loco, & tempore coarctata, tunc enim teſtes ita negatiuam probabunt, quia continent in ſe affirmatiuam, *cap. licet de prob. l. actor l. optimam, C. de contrahen. & committ. ſtipul.* Franc. Marc. *in deciſ. Delph.266.n.1.vol.1.* Affli. *in deciſ.324.n.9.* Gramat. *in deciſ.56.n.4.* idem Afflict. *in deciſ.400.n.8.9.* Verall. *in deciſ.283.nu.3.part.3.* Magon. *in deciſ. Florent.17.n.7.*

Quintò teſtibus Notarius præfertur teſti non Notario, vt de hac materia videndus eſt late Gramat. *in deciſ.73. num.34.*

Sextò teſtibus deponentibus quem eſſe ſanę mentis potius creditur, quam teſtibus de furore, vel inſania deponentibus Boer. *in deciſ. Burdeg.23.nu.71. 83.87.93.* Gamma *in deciſ. Luſit.303.n.1.* Valaſc. *in deciſ. Luſit.145.n.12.*

Ratio dictam concluſionem confirmat, quod de iure quilibet ſanæ mentis rectique iudicij præſumitur Ludouic. *in deciſ. Peruſ.1.n.10.* Boer. *in deciſ. Burdeg.23.*

COLLECT. 3084.

Super Cuman. in l. Gallus §. quidam Rectè nu.7. ff. de liber. & poſth.

§ *Teſtator quando inſtituit filium, & eius ſucceſſores an cenſeatur ſubſtituere vulgariter, vel per fideicommiſſum?*

SVbſtitutio cenſetur vulgaris non fideicommiſſaria quando teſtator inſtituit filium, & eius ſucceſſores, h.d. & ita Rota in Viterbien. fideicommiſſi lunæ

Digitized by Google

lunæ 24. Januarij 1605. coram Ludouiſio poſtea Gregorio XV. vbi fuit dictum nec obſtare clauſulam (omni meliori modo) quia illa non facit, vt recedatur à modo expreſſo, nec alterat aut ampliat diſpoſitionem, vt dixit Rota in vna Vrbeuetana hæreditatis 4. Februarij 1577. coram R.P.D. Robuſterio, & in Romana fideicommiſſi de Staccariis 13. Januarij 1597. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino præſertim quando nō adeſt copula Achill. de Graſſis *deciſ. 1. de clauſul.* Vetal. *deciſ.* 273 *lib.* 1. Cæſar de Graſſ. *deciſ. 1. de elect.* nec obſtare clauſulam codicillarem, quia illa non operatur, vt vulgaris importata per verba directa trahatur ad fideicommiſſum, quia iſtud eſſet præter intentionem teſtatoris, qui de fideicommiſſo non cogitauit.

Et quod quando plures etiam ſub nomine collectiuo ſunt vocati, niſi adſint verba importantia tractum temporis ſucceſſiuum in futurū cenſeantur ſolum vocati per vulgarem, adeo quod primo adeunte expiret ſubſtitutio quoad alios, tenuit Rota in Auenionen. ſtatus 6. Junij 1578. coram R. P.D. Bubalo, & *in deciſ.* 125. *& deciſ.* 43. vbi de communi DD. ſententia teſtatur, & vide *in deciſ.* 357. *n.* 2. *part.* 1. *in recent.* vbi in ſpecie *nu.* 10. reſpondit ad clauſulam codicillarem, & ita etiam dixit eadem Rota in Romana fideicommiſſi de Biſcaglis 1616. coram R. P.D. Pirouano, & vide Surd. *deciſ.* 346.

Declara tamen prædictam opinionem non procedere quoties vltra nomen collectiuum concurrerent ſimiliter verba perpetuitatem reſpicientia, & tractum ſucceſſiuum importantia, quia in tali caſu ſubſtitutio cenſeretur fideicommiſſaria, & primo adeunte non expiraret ſubſtitutio, ſed tenetur reſtituere aliis vocatis, ſeu comprehenſis ſub nomine collectiuo Rota *d. deciſ.* 125. *n.* 2. *deciſ.* 142. *ſub n.* 10. *& deciſ.* 266. *n.* 12. *& deciſ.* 357. *n.* 2. *&* 3. *par.* 1. *in recent.* Surd. *d. deciſ.* 346. *n.* 22.

Quæ autem ſint iſta verba, quæ tractum temporis ſucceſſiuum, & perpetuitatem ſignificant, Rota in Viterbien. fideicommiſſi 24. Nouembris 1603. coram R.P.D. Ottembergō reſoluit iſtam perpetuitatem tacitè induci ſi teſtator vocauerit maſculos excluſis fœminis, vel ſi adſit clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis (ſi non valet, vel non valebit.)

COLLECT. 3085.

Super clem. 1. in fin. de præbend.

¶ *Verba quæ præſupponunt an, & quando diſponant?*

COlligitur ex iſto textu axioma illud, quod quando aliquid præſupponitur, de eo nihil diſponitur, & vide Rotam *in deciſ.* 1. *de procur. in antiq.*

Nec non facias regulam, quod verba quæ præſupponunt minime diſponunt, eadem Rota *deciſ.* 23. *eod. tit.* Rota *deciſ.* 507. *part.* 1. *diuerſ.* *& deciſ.* 55. *part.* 1. *in recent.*

Amplia, quod potius eſt toleranda ſuperfluitas, quam quod verba præſuppoſitiua diſponant Surd. *deciſ.* 195. *verſic. non obſtat n.* 9.

Limita tamen non procedere quādo præſuppoſitum venit per neceſſarium antecedens ad id, quod eſt diſpoſitum, quia tunc etiam verba præſuppoſitiua diſponunt, Rota *deciſ.* 316. *par.* 1. *diuerſ.*

COLLECT. 3086.

Super Bal. in l. Nullum num. 3. C. de Teſtibus.

Digitized by Google

¶ *Depoſitio poſterior ſolemnis, & iudicialis eſt potius attendenda quam prior minus ſolemnis, & extraiudicialis.*

CONcludit hic Bald. quod depoſitio poſterior ſolemnis, & iudicialis potius eſt attẽdenda, quam prior minus ſolemnis, & extraiudicialis, & ita voluit Rota in Aquinaten. Beneficij Veneris 9. Decembris 1605. coram Gregorio XV.

Nec non conſtituas regulam magis eſſe ſtandum primę depoſitioni, quam ſecundę eiuſdem teſtis, Cęſar de Graſſis *deciſ. 8. de teſtibus*, Rota *deciſ. 346. part. 1. diuerſ. & in recent. deciſ. 415. part. 1.*

Limita tamen, quando ſecundum dictum erat magis veriſimile, quia in tali caſu eſt magis attendendum ſecundum, quam primum, prout dixit Rota in allegata Aquinaten. beneficij coram Gregorio XV.

Limita etiam neque habere locum firmatam concluſionem quando prima depoſitio eſſet extraiudicialis, & ſecunda iudicialis, licèt ſi prima depoſitio extraiudicialis eſſet iurata, tunc non eſſet ſtandum ſecundæ iudiciali contrariæ, ſed hoc caſu neutri eſſe ſtandum propter periuriam diximus in facti contingentia, licèt incidenter in noſtra Curia Archiepiſcopali Neapolis.

COLLECT. 3087.

Super cap. 1. de duobus fratribus.

¶ *Tenor inueſtituræ debet ad vnguem ſeruari.*

PRobatur in hoc textu, ibi (propter tenorem inueſtituræ) quod tenor inueſtituræ debeat ad vnguem ſeruari, & attendi, & ita ſcribit Cacheran *deciſ. Rot. Pedem. 23. n. 2.* Et notauit Boer. *in deciſ. Burdeg. 265. num. 6.* Viuius *deciſ. 326. num. 4.* Marta *deciſ. 15.*

Amplia idem procedere in priuilegio, cuius tenor quoque ad literam ſeruari debet, Franc. *deciſ. 166.* Viuius *d. deciſ. 326.* vbi etiam firmat tenorem dare legem, & formam priuilegio, reſcripto, & contractui.

COLLECT. 3088.

Super Angel. in l. ſi finita ff. de damno infecto.

¶ *Tenuta nulliter data debet confirmari, quando deberet de nouo concedi.*

FIrmat hic Angel. *num. 1.* quod ſi tenuta nulliter fuerit à iudice data non debet retractari, & reuocari, ſed confirmari, quando ſi non eſſet data de nouo deberet concedi, & ita habetur *in deciſ. Rot. Bonon. 53.* & tradiderunt Ludouic. *deciſ. Rot. Peruſin. 40.* Magon. *deciſ. Rot. Florent. 126. & deciſ. Rot. Lucenſ. 24. & deciſ. 74.* Marta *deciſ. 76.*

Contrarium tamen quod imò iudex non teneatur confirmare tenutam nulliter datam, & conceſſam tenent plerique apud Surd. *deciſ. 46. n. 13.* Cartar. *deciſ. Rot. Genuæ 39.* & vide etiam Vrſillum *deciſ. 392. poſt. n. 25.*

Nota autem, quod licèt tenuta nulliter proceſſerit, & conceſſa fuerit, nihilominus, ſi ille, qui eam obtinuerit vigore hypotecæ poſſidet abſque dubio poſſeſſori competit retentio, Anna *alleg. 22. & 93. in fin.* Marta *deciſ. 197.*

Quod verò ſi non poſſidet, ſed vult reuocare precarium, an licita ſit retentio? declarat Vrſill. *deciſ. 131.*

COLLECT. 3089.

Super Bulla Pij V. circa formam creandi cenſus.

¶ *Cenſus*

¶ *Cenſus conſtitutio, & creatio qualiter facienda iuxta bullam Pij V.*

PRo ornatu huius Bullæ colligam nonnulla maximè vtilia, & neceſſaria, & primò notare debes circa illa verba [hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus, cenſum, ſeu annuum redditum creare, conſtituiſſe nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus ſit deſignata] quod expreſſio cōfinium ibi requiritur ad effectum vt poſſit conſtare de peremptione rei, ſuper qua eſt impoſitus cenſus, cuius periculum ſpectat ad emptorem, ideò Rota in vna ciuitatis Caſtelli cenſus 11. Maij 1599. coram Cardin. Millino, cum præſuppoſito quod venditor cenſus tempore impoſitionis illius non haberet, niſi vnam domum in ciuitate Caſtelli, declarauit cenſum ſuſtineri, quamuis eſſet impoſitus ſimpliciter ſuper vna domo confinibus non expreſſis; quia cum in dicto loco nō adeſſet, niſi vna domus, in qua poſſet verificari impoſitio cenſus, expreſſio generalis ſuper vna domo habebat vim ſpecialis, & indiuiduæ deſignationis confinium. Et ſic ſatis dicebatur ſatiſfactū menti, & intentioni Bullæ, quia ſuccedente caſu peremptionis fundi non poterat eſſe dubium, ſuper qua domo cenſus fuiſſet impoſitus. Quod fuit dictum procedere licèt conſtaret venditorem habere aliam domum extra ciuitatem Caſtelli, quia in dubio cenſus intelligebatur impoſitus ſuper domo exiſtente in loco contractus. Præſertim ſtante confeſſione, & declaratione ipſius venditoris, quod cenſus fuerat impoſitus ſuper dicta domo.

Nota tamen quod licèt conſtitutio Pij V. loquatur per verba ſingularia (non niſi in re immobili) nihilominus cenſus ſuſtinetur, quamuis ſit impoſitus ſuper pluribus rebus, etiam non expreſſa ſumma, pro qua ſingula corpora ſint grauata, dummodò certi fines deſignentur, ſic fuit reſolutum in vna Romana cenſus 14. Januarij 1602. coram Sacrato.

Secundò extenditur vt locum habeat quamuis poſteà ſit dictum (nec non ſuper omnibus, & quibuſcunque bonis) quia quādo certa corpora ſunt expreſſa cenſus valet, nec vtile per inutile vitiatur, *cap. vtile de reg. iur. lib. 6. l. 1. §. ſed mihi de verb. oblig.* & ita tenuit Rota in vna Beneuentana cenſus 16. Decembris 1594. coram Cardinal. Mantica vbi cenſus fuerat impoſitus ſuper quadam vinea, & quibuſdam domibus certis finibus circunſcriptis, & poſtea fuerat dictum, & ſuper omnibus, & quibuſcunq; bonis, & iſta vltima verba fuerunt intellecta, vt ex abundanti pro faciliori cenſus exactione adiecta cenſerentur, & ſic quod nō nocerent, quia quæ ex abundanti interponuntur obeſſe non ſolent, *l. item ſi §. procurator. ff. de negoc. geſt. l. teſtamentum non ideò* C. *de teſtam.*

Tertiò extende vt cenſus impoſitus ſuper pluribus rebus certis finibus deſignatis ſuſtineatur, etiam ſi vna earum poſtea ſit perempta; dummodo alia remanens ſit capax pro illius ſuſtentatione, vt fuit tentum in d. Romana cenſus 14. Januarij 1602. coram Sacrato, in qua fuit allegatum ſimile de ſocietate officiorum inita ſuper duobus officiis, quæ ſuſtinetur, quamuis alterum ex officiis vacet, dummodò officium remanens ſit capax ſocietatis, vt fuit dictum in cauſa Romana ſocietatis de luchinis 24. Januarij 1573. coram Cardin. Blanchetto, ad idem facit deciſio in illa Romana cenſus 13. Junij 1586. coram Orano, Aſſli. *in deciſ. 267. num. 14.*

Præterea aduertendum eſt quod in terminis dictæ Bullæ res fructifera nō dicitur, niſi deductis expenſis, quæ fiunt in fructibus colligendis, cum id duntaxat appellatione fructuum contineatur quod ſupereſt illis deductis, & non aliàs; vnde ſi ſumptus ſint æquales, vel fructus ipſos excedant res non dicitur fructifera, nec cenſus ſuper ea ſuſtineri poteſt ſic tenuit Rota in vna Rauennaten. cenſus 10. Maij 1606. coram Marzanedo per *l. diuortio* §. *impendia ff. ſolut. matrim.*

Sic quoque videmus quod marito prohibetur cenſus impoſitio ſuper fundo dotali ex defectu dominij, & hypothecæ, cum maritus ad inſtar vſufructuarij prædium dotale nedum alienare *l. 1. & l. dotale prædium ff. de fund. dotal.* facit text. *in l. Iulianus ff. de fundo dotal.* vbi dicitur maritum ſuper dotali fundo ſeruitutem imponere nō poſſe.

Quod intellige verum præterquam in duobus caſibus: Primus eſt quando res dotalis data fuit marito æſtimata, quia tunc cenſus conſtitutio valet cum æſtimatio faciat emptionem, *l. ſi inter C. de iur. dot.* & ſic res dicitur pleno iure ad maritum ſpectare, ita vt ad libitum ſuæ voluntatis illam diſtrahere poſſit, *l. quoties C. de iur. dot. l plerumq; ff. eod. tit. l. æſtimatis, & l. æſtimata ff. ſolut. matrim.*

Secundus caſus eſt quando impoſitioni cenſus vxor ipſa cum iuramento conſenſit, quia hoc etiam caſu contractus valet, *cap. cum contingat de iur. iur.* niſi ſtatutū detrahat fidem inſtrumento, nam ea ſublata iuramentum nihil operatur, *l. non dubium C. de legib.* & fuit dictum in vna Romana fideiuſſionis 13. Maij 1596. coram Cardin. Seraphin. vel ſi ex tali conſenſu mulier remaneat indotata, & ſine aliquibus bonis, quia nec iſto caſu eius obligatiō etiam iurata valet tanquam facta contra publicā vtilitatem, & propter enormiſſimam læſionem iuramentum non operatur, Caſſad. *in deciſ. vnic. de empt. & vendit.* Theſaur. *in deciſ. 223. ſub num. 13.* tenuit Rota in alia Romana fideiuſſionis 5. Julij 1593. coram Card. Arigonio.

Præterea admonendi ſumus quod terminus conſtitutionis Pij V. cenſus poteſt conſtitui etiam ſuper alio cenſu valido, & capaci cum omnia in dicta conſtitutione requiſita concurrant Surdus *deciſ. 204. in princ.*

Impoſitio cenſus ſuper re eccleſiæ ſi ab initio fuerit vtilis non reuocabitur ex eo quòd non probetur verſio pecuniarum in vtilitatem eccleſiæ, nec emptor tenetur probare talem verſionē, fuit reſolutum per Rotam in pluribus cauſis vt in Romana deuolutionis domus 17. Nouemb. 1581. coram de Rubeis, & rurſus in Auximana bonorum 15. Nouemb. 1586. coram Blanchetto, & in vna Florentina bonorum 7. Maij 1590. coram Pamphilio.

Limita quod dictum eſt impoſitionem cenſus ſuper re eccleſiaſtica ſine ſolemnitatibus non valere, vt locum habeat eccleſia nolente Puteus *deciſ. 310. lib. 1.*

Secundò limita vt procedat quando impoſitio cenſus fuit facta auctoritate Papæ, nam licet in alienationibus rerum eccleſiaſticarum Papæ authoritas non ſuppleat defectum cauſę, tenuit Rot. apud Seraph. *deciſ. 178. n. 3. part. 2. diuerſ.* & in vna Senen. prædij 8. Octobr. 1584. coram Pamphilio, Rota *deciſ. 65. n. 2. part. 2. diuerſ.*

Tertiò limita vt locum non habeat in impoſitione cenſus, quæ fit ſuper re eccleſiæ ſolita alienari, in qua ſolemnitas obſeruatur, Graſſ. *deciſ. 3. n. 14. de reb. eccleſ. non alien. & deciſ. 4. n. 18 eod. tit.* & fuit reſolutum in vna Romana domus 27. Nouemb. 1587. coram Blanchetto.

Sed quæro hic nunquid vaſallus, ſeu feudatarius abſque Domini conſenſu

ſenſu ſuper re feudali, poſſit cenſum imponere? quæ & certe negatiue reſpondendum eſt, licèt talis concluſio extendatur,& reſtringatur multis modis,& primo quidem ampliatur vt neque ſuper feudo franco,& libero abſque conſenſu Domini cenſus imponi poſſit, cum illius alienatio,&hypotheca pariter ſit prohibita, Cacheran. *in deciſ. Pedem.163.*

Secundò ampliatur vt in bonis feudalibus cenſus conſtitui nequeat etiã propter aliquam neceſſitatem Rota in vna Romana cenſus 13. Junij 1586. coram Orano.

Sed contra iſtam deciſionem facit, quia vaſallo permiſſum eſſe videtur meliorem Domini conditionem facere ſine eius conſenſu, cum hoc in caſu prohibitionis cauſa finalis ceſſet Capic. *deciſ.*100.*n.*3.*cum ſeq.*

Tertiò dicta concluſio extenditur vt locum habeat, quamuis cenſus imponeretur ex cauſa dotis, quia neque ob iſtam cauſam ſine Domini conſenſu feudum poteſt obligari, vel hypothecari Cacheran. *deciſ. Pedem.*165.*n.*2. *& deciſ.*167.*n.*21.

Sed quamuis impoſitio cenſus ſuper feudo ſine conſenſu Domini regulariter non valeat, tamen hoc limitatur aliquot modis.

Et primò quidem reſtringi debet, vt non procedat & præiudicium ipſius imponentis Rota in vna Romana cenſus de Cuppis 17. Martij 1577. coram Seraphino,& in vna Spoletana terrarum die 11. Decembr.1599. corã Millino,& iterum in eadem cauſa ſub die 6. Martij 1600. coram eodem.

Secundo reſtringi debet quando in inueſtitura apponitur clauſula ad vendendum, alienandum, & quicquid vaſallo placuerit faciendum, quia vaſallus nedum poteſt illius vigore abſque Domini conſenſu feudum alienare Creſcent. *deciſ.*277. *alias* 6.*nu.*10. *& ſeq. de teſtam.* Rota *diuerſ. deciſ.*703. *num.* 2. *part.*1.

Clauſula enim ad habendum iuncta cum clauſula, & quicquid placuerit faciendum, tribuit facultatem vendendi,& hypothecandi vt ex ſupra citatis cõſtat, dummodo in inſtrumento inueſtituræ non adſit alia clauſula, quæ alienationem, & hypothecã prohibeat, quia tunc nihil operatur, ſed eius virtus per ſubſequentem prohibitionem alienationis, & hypothecæ euacuatur Pedemont. *deciſ.*164.*n.*6. & fuit dictum in vna Imol. bonorum 22. Junij 1602. coram Pamphilio eadem Rota *in deciſ.*8. *ſub n.*3. *& in deciſ.*11.*nu.*1. *ad finem verſ. in ſecunda parte & nu. ſequ. part.*1.*diuerſ.*

Declara tamen vt dictæ clauſulæ ita demum tribuant facultatem alienandi,& obligandi feudum quotieſcunq; apponuntur in parte diſpoſitiua ipſius inueſtituræ, ſecus ſi in parte executiua; quia tunc licet declarent intentionem dubiam concedentis de Franch. *deciſ.*6. *n.*8 *Pedem. d. deciſ.*164.*n.*2. de Franch. *vbi ſupra n.*7.

Rurſus declara vt dictæ clauſulæ nõ operentur quando feudum fuit conceſſum cum clauſula non immutata natura feudi, vel quando fuit facta cõceſſio in propriam, ſimplicem, & antiquam naturam feudi, præſertim addita dictione taxatiua Pedemont. *d. deciſ.* 164.*n.*5.6.

Tertiò dicta concluſio reſtringitur ſeu potius declaratur, vt impoſitio cenſus ſuper feudo valeat, quamuis in celebratione contractus conſenſus Domini non interuenerit, ſed poſtea. Nam licet vbi contractus iam eſt perfectus ſequens licentia, vel aſſenſus non valeat conualidare venditionem antea factam vt per Afflict. *in deciſ.*355. *per tot.*

Declaratur tamen hæc limitatio vt habeat locum reſpectu prẹiudicij Domini conſentientis, *l. iubemus C. de emancip. liber.* Oiaſchus *deciſ. Pedemont.* 167.*n.*21.

Verum quamuis impoſitio cenſus ſuper re expreſſim à teſtatore prohibita alienari ſit nulla ipſo iure ab initio. Tamen huic concluſioni dantur multæ limitationes.

Quarum prima eſt vt non procedat quando tempore creati cenſus emptori non conſtabat de huiuſmodi prohibitione, quia tunc impoſitio cenſus ſuſtinetur in præiudicium imponentis, etiam quod fuerit ſuper re aliena, quæ in præiudicium vendentis vendi poteſt, *l. rem alienam ff. de contrah. empt.* Affl. *deciſ.* 369. & ita tenuit Rota in vna Romana cenſus de Turrinis 28. Aprilis 1597. coram Corduba.

Secunda limitatio eſt, vt non procedat quando venditori cenſus ex bonis fideicommiſſi ſubiectis legitima debetur, cuius valorem cenſus non excedat, quia tunc non obſtante expreſſa prohibitione de non alienando cenſus reſpectu legitimæ, quæ nulli oneri, aut prohibitioni ſubiacet ſuſtinetur, *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam.* & ita fuit deciſum per Rotam in vna Romana cenſus de Palatiis 20. Nouembr. 1600. coram Sacrato.

Tertio limitatio ad eandem concluſionem affertur, vt nõ procedat quando prohibitio alienationis rei, ſuper qua cenſus fuit impoſitus, eſt nuda ab omni cauſa tam expreſſa, quam tacita, nam hoc in caſu cenſus impoſitio valet, cum talis prohibitio non attendatur, *l. filiusfamilias* § *diui ff. de legat.* 1. *l. Lucius de legat.* 3. & ita tenui Rota in vna Romana fideicommiſſi de Iacobatiis 12. Maij 1606. coram Gregorio XV. tunc Auditore Rotæ, in qua hoc fuit ampliatum procedere etiam ſi hæreditas fuerit adita, quia per talem aditionem cenſetur tantum acceptata dicta prohibitio prout ineſt, & ſecundum ſuam naturam, *l. in cauſa ff. de procurat.*

Dubium tamen eſt ſi feudum ex pacto, & prouidentia Domino, vel alijs aperiatur quomodo ſint diuidendi fructus feudi pendentes ad effectum, vt ex illis cenſus decurſi perſoluantur? & dicendum quod ſi Vaſallus moritur à menſe Septembris incluſiuè vſq; ad principium Martij ſequentis, omnes fructus illius anni erunt Domini demptis fructibus, qui in illo menſe Septembris pendebant, ſicuti eſt vindemia, oleum, poma, & ſimilia, ſi autem Vaſallus moritur à menſe Martij incluſiuè vſq; ad principium Septembris ſequentis fructus ſpectabant ad hæredes Vaſalli, & ex illis emptori cenſus ſatisfaciendum erit, cum ei remaneant obligati pro integra cenſus ſolutione, & ſupradicta diſtinctio ponitur *in cap.* 1. § *his conſequenter Hic finitur lex*, & fuit hæc diſtinctio ſeruata Neapoli in morte Franciſci Brancacij, qui deceſſerat in menſe Iunij, Nam ex decreto Sacri Conſilij Rex relaxauit ſuo hæredi fructus illius anni prouenientes ex feudis Loiani Fretolæ, licet ſua Maieſtas prætendiſſet feuda eſſe deuoluta ad Regiam Curiam.

Reſtringe tamen ſupradictam diſtinctionem locum habere in fructibus induſtrialibus, nam in naturalibus obſeruari debet id quod de vſufructuario dicitur videlicet, vt hæredes habeant fructus tempore mortis à ſolo ſeparatos, vt *in l. ſi verò*, *& in l. defuncta ff. de vſufruct.* Fructus autem naturales ſunt in quibus nulla, aut modica cadit, vel verſatur induſtria hominis, ſed multum operatur in eis natura; induſtriales verò ij, in quibus plurimũ verſatur induſtria hominis quod relinquitur

quitur arbitrio iudicis, qui debet iudicare fructus naturales, & induſtriales prout plus operatur induſtria, vel natura, *l. certum*. *C. de rei vendic. in l. 2. col. 2. C de ſeruitut. in l. ancilla, C de furt. in l. 1. C. de vſufruct.* & per glo. *in l. fructus, C. de rei vendic.*

Reſtringe tamen nam ſi in feudo adeſſent penſiones, vel redditus aliter diſtinguimus in eis, videlicet quod aut penſio erat ſoluenda in fine anni prout regulariter fieri debet niſi aliud ſit conuentum, vt notatur *in l. licet, C. locat.* ex qua fructuum loco iſta ſuccedunt, *l. penſiones ff. de vſur. & in l. mercedes de petit. hæredit.* Aut penſio debebat ſolui quolibet menſe, vel per certa tempora ſecundum conſuetudines, & ſtatuta locorum, prout eſt Neapoli, vbi medietas penſionis ſoluitur in principio, alia medietas in fine anni, & hoc caſu ſi Vaſallus decedat elapſo iam tempore quo redditus, vel penſio debebat iam ſolui hæres habebit, quia iam ceſſit, & venit dies quo defunctus potuit illos petere per *l. cedere diem ff. de verb. ſignif.* alias eſſet Domini, quia nec ceſſit; nec venit dies.

Secundò reſtringe Nam ſi Vaſallus decederet ante Martium ita quod feudum cum fructibus pendentibus ad Dominum deuolueretur Hæredes Vaſalli poterunt deducere expenſas per defunctum factas pro cultura, & fruct b s. *l. fructus ff ſolut. matrim. l. fundus ff famil erciſc.*

Tertiò reſtringe, nam quando eſſemus in feudo Cameræ, vel Cannauæ deuoluendo ad Dominum, ſucceſſor eius, qui feudum tenebat debet habere fructus eiuſdem feudi totius anni, quem ipſe Vaſallus mortuus iam ingreſſus erat arg im. *l. quintus* 9. *in ſingulos ff. de ann. legat*, licet in alijs feudis fructus aliter diſtribuantur, &c.

COLLECT. 3090.

Super Gloſ. in capit. nihilominus 3. quæſt. 9.

§ *Teſtes ſingulares an, & quando probent?*

Dicit hæc Gloſ. quod teſtes ſingulares non probant quia regulare eſt, vt tantum probent teſtes mille ſingulares quantum probat vnus, vt eſt text. *in c. licet cauſam de probat.*

Admittuntur tamen teſtes ſingulares ad probandum actum difficilis probationis, vt eſt adulterium, ſtuprũ, & ſimilia Boer. *in deciſ. Burdegal.* 23. *n.* 44. *&* 47.

Secundò in crimine hæreſis admittuntur teſtes ſingulares puta ad probandum quem hæreticum in genere, non autem in actu particulari probationis hæreſis in ſpecie puta inquiſitũ eſſe lutheranum, caluiniſtam, & ſimile; ſecus ſi tractaretur de aliqua aſſertione hæretica quia ſingulares teſtes non probabunt, & quod ad probandam hæreſim vnus teſtis dicit eum hæreticum, quia audiuit eum dicentem Non credo in vnum Deum alius dicit quod dixit Non credo in Catholicam eccleſiam, probarent, quia ſunt conteſtes in genere Boer. *in deciſ. Burdeg.* 342. *n.* 1. Franc. Marc. *in deciſ. Delph.* 462. *n.* 3. *vol.* 1.

Tertiò ſingulares teſtes admittuntur ſi vnus deponit de maiori ſumma, alter de minori, quia omnes ſunt concordes in minori ſumma, & probabunt Affl ct. *in deciſ.* 240. *num.* 5. Maynard. *in deciſ. Tholoſ.* 60. *ſub num.* 2. *lib.* 4. contrarium tenet Jatred. *in deciſ.* 151. & Afflict. *in deciſ.* 72. *n.* 5. 6. tamen concordia Doctorum præfatorum quod ſi teſtes loquuntur de eodem facto, & diſcordant in quantitate, nihilominus in minori ſumma probabũ, ſiue ſimus in ſumma quantitatis, ſiue contra-

Digitized by Google

ctus, ſiue temporis, vt concludit Jaſred. & Affl. *in loc. ſupra allegatis, &c.*

Quartò ſcientia alicuius actus facti probatur teſtibus ſingularibus, licet alias non admitterentur, ſed Rota Romana dicit quod ſcientia iuris præſumitur, niſi de ignorantia doceatur, vt per Peregr. Fabium *in deciſ. nouiſſ. Roma.* 270 *n.* 2. *lib.* 2. *vol.* 3.

Quintò admittuntur, & probant teſtes ſingulares iunctis aliis adminiculis Bubal. *in deciſ. nouiſſ. Roman.* 220. *n.* 4. *part.* 1. *vol.* 2.

Sextò teſtes ſingulares in loco, vel in tempore admittuntur, vbicunque nec tempus, nec locus ſunt de ſubſtantia actus Guid. Pap. *in deciſ. Grattonop.* 544. *ſub num.* 1. refert, & ſequitur Franc. Marc. *in deciſ. Delph.* 866. *n.* 11. *vol.* 1. Rauden. *in deciſ. Piſan.* 12. *n.* 12.

Septimò teſtes ſingulares ſuper actu reiterabili probant, & admittuntur, ſecus verò ſi tractaretur de actu non reiterabili, & diſcordarent in tempore, vt in homicidio, quia non admitterentur, ſecus in actu reiterabili, vt in adulterio, Cappell. Tholoſ. *in deciſ.* 15.

Octauò ad probandam iuriſdictionem teſtes ſingulares probant, & admittuntur Guid. Pap. *in dec. Delph.* 544.

Nonò teſtes ſingulares non, probant, tamen ſi ex illis iudex in credulitatem deducitur poteſt illis plenam fidem adhibere, licet iudices captioſi credere nolint, Cacheran. *in deciſ. Pedem.* 99. *nu.* 29. Caualcan. *in deciſ.* 45. *in addit. n.* 4. 5.

Decimò ſingulares teſtes in materia decimarum probant, puta vnus dicit, vidiſſe decimam exigi de frumento, alius de hordeo, & alius de leguminibus d. gloſ. *in d. cap. nihilominus* 3. *q.* 9.

Contrarium tenet Giurba *in deciſ. Siciliæ* 84. *n.* 7. dicens non credi teſtibus, quorum vnus dicit fuiſſe ſolutas fabas, alius ſi ceram, & ſic decidit omnium fructuum decimum ſolui oportere idem Giurb. *in d. loc. ſupra allegat.*

Vndecimò ad probandam extraiudicialem confeſſionem admittuntur teſtes ſingulares Caualc. *in deciſ.* 19. *ſub n.* 12. *part.* 1. Joſeph. Ludouic. *in deciſ. Peruſin.* 9. *n.* 15.

Contrarium tenet fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio Afflict. *in deciſ.* 364. *n.* 4. Cardin. Puteus *in deciſ.* 476. *n.* 4. *in fin. libr.* 2. Marlian. *in deciſ. Genua* 48. *nu.* 17. Cornazan. *in deciſ. Lucenſ.* 68. *n.* 10. Bellon. *in deciſ.* 5. *n.* 8. & videtur hæc vltima opinio communior, recipit tamen aliquam diſtinctionem, de qua videndus eſt Vſill. *in d. deciſ.* 364.

COLLECT. 3091.

Super Bar. in l. quo minus num. 88. ff. de flumin.

¶ *Aqua exiens de fundo alicuius deſinit eſſe in eius dominio.*

BArt. *hic n.* 85. & 88. affirmat, quod aqua egrediens de fundo alicuius definit eſſe in dominio illius, & tranſit in dominium recipientis, & ita Rota Romana in vna Viterbien. Aquarũ lunæ 16. Nouembris 1603. coram Illuſtriſſimo Ludouiſio deinde Gregorio XV. vt apparet *in deciſ. eiuſdem impreſſ.* 135. & aliàs idem affirmauit eadem Rota in Bononien. Molendini 3. Decembris 1618. coram R. P. D. Veroſpio.

Amplia id procedere, & habere locum quamuis iure ſeruitutis aqua reciperetur, nam nihilominus fit recipientis, & voluit eadem Rota in dicta Bononien. Molendini coram R. P. D. Veroſpio.

COLLECT. 3092.

Super l. repetendi ff. de condict. ob cauſ.

¶ *Voluntas animo retenta nihil prodeſt.* Proba-

Digitized by Google

PRobatur in hoc textu illa concluſio, quod voluntas retenta animo nihil prodeſt, & ita dixit Rota Romana apud Farinac. *deciſ.*354.*tom.*1.*part.*1. *n.*6. nam retenta animo nihil prolunt.

Et nota, quod voluntas ſola non ſufficit abſque effectu, cum illa facto magis, quam verbis declaretur, *l. Paulus ff. rem ratam haberi* Surd. *deciſ.*194.*n.*21. *& deciſ.*371.*num.*65. Valasc. *deciſ. Rot. Luſit.*169.*n.*11. & voluntatem, qui explet lucrari dicitur ad text. *in l. ſi pignori ff. de furtis*; qui vero non explet damnum ſentit,

Sed voluntas diſponentis, qualiter intelligi debeat, declarat Nouarius *foren. quæſt.*91.*n.*8.*lib.*1. firmans quoque *quæſt.*108.*eod. lib.*1. voluntatis mutationem in dubio non præſumi.

COLLECT. 3093.

Super cap. Nuper de teſtibus.

¶ *Religioſi quando poſſint eſſe teſtes?*

PRobat hic text. quod Religioſi non prohibentur eſſe teſtes.

Amplia Religioſum poſſe eſſe teſtem, tam iudicialem, quam cuiuſcunque inſtrumenti, ſeu teſtamenti Rubi. *deciſ.*161.

Declara tamen debere interuenire licentiam ſui ſuperioris vide Fabrum *in deciſ.*10.*C. de teſtibus*, licet multi DD. ſint in contraria opinione, vt patet ex ſequenti diſcurſu in iure edito à Domino I.C. Lucano, in quo cum viderim huius text. materiam bene tractatam, & elucidatam fuiſſe, placuit propterea illam hic de verbo ad verbum inſerere, eius autem tenor eſt, vt ſequitur.

NOn dubitatur Religioſum poſſe eſſe teſtem, nam id apertè probatur *in cap. nuper de teſtib.* & tradiderũt Jaſ. *in auth. ingreſſi, C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. n.*20. vbi etiam D. Regens Tapia *in §. ideoque nec de his cap.*1.*n.*63. Clar. *in §. teſtamentum q.*55.*n.*7. Burg. *de pace in l.*3. *Tauri part.*1.*n.*406. Molin. *de iuſt. & iur. tract.*1.*diſput.*127.*§. verum.* Hernandez *in l.*3. *Tauri part.* 2. *nu.* 17. & alij omnes vnanimiter.

Quæ ſanè concluſio adeò eſt vera, vt procedat etiam ſi Religioſi eſſent fratres mendicantes Franciſcani, quia eis non interdicitur nec degenerare eſt ab inſtituto eorum teſtes eſſe etiam teſtamenti cum pecuniam non contrectent, nec quid iudiciale exerceant, prout in terminis teſtamenti tradidit Bart. *in l. in tantum, n.*1 *ff. de rer. diuiſ.* Jaſ. *in d. auth. ingreſſi* Clar. Molin. & Hernandez ſupra allegati, & alij, quos coaceruat Farinac. *in ſuo tract. de teſtib. q.* 61. *n.*126. *cum ſeq.*

Et generaliter Franciſcanos poſſe eſſe teſtes ſcripſerunt Abb. *in cap. cum nuncius n.*4. *de teſtib.* Angel. *in ſua ſumm. in verb. teſtis nu.*3. & ibi etiam Syluestr. *quæſt.*1. *dicto* 1. Alberic. de Malet. *in ſuo tract. do teſt. cap.*5 *n.*18. *&* 29 *par.*1. Maſcard. alios citans *de probat. tit.* 1. *cap.*3. *nu.*12. Farinac. *in cit. tract. de teſtib. quæſt.* 60. *n.*466. vbi *nu.*468. affirmat adeò eſſe veram concluſionem quod Religioſi poſſint eſſe teſtes in teſtamento vt locum ſibi vendicet etiam ſi in teſtamento illo aliquid relinquatur monaſterio Religioſi qui illius teſtis ſcribitur ex plurium DD. authoritate, quos allegat, quibus iungo Aretin. *inſtit de teſtament. §. ſed neque hæres* Roſell. *in ſua Summ. in verb teſtamentum n.*13. Mandol. *de priuil. ad inſtar gloſ.*7.*n.*7.

Difficultas tamen in eo verſari videtur, ſi requiratur ſuperioris licentia ad effectum, vt poſſit Religioſus teſtificari, & ſi illa non interueniente teſtimonium Religioſi non valeat.

In qua difficultate ſciendum eſt quod quando Religioſus tanquam

Digitized by Google

teſtis in iudicio deponit certum eſt exigi ſuperioris licentiam, quia iudex illa petiturus iuramentum tanquam à teſte non eſt proprius religioſi iudex atque ita exactus ab illo teſtificari non poteſt, nec ſe ſponte illi ſubiicere ad teſtificandum abſque ſuperioris licentia, vt docuerunt Faber *inſtit. de teſtam.* §. *teſtes n.* 3. Specul. *in tit. de teſt.* §. 1. *num.* 36. Abb. & Felin. *in cap. cum nuncius de teſtib.* Nellus ad Geminian. *in tract. de teſtib. part.* 1. *n.* 22. Campegia *de teſtib. reg.* 94. & alij plures apud Maſcard. *de probat. d. titul.* 1. *cap.* 3. *n.* 12.

Sed quando Religioſi ſunt teſtes inſtrumentarij id eſt vt ſcribãtur teſtes in aliquo teſtamento, vel inſtrumento, ſi neceſſaria ſit licentia ſuperioris DD. non ſunt concordes, ſi quidem quod dicta licentia ſit de ſubſtantia, affirmarunt Faber *d.* §. *teſtes n.* 3. Ioann. de Amic. *conſ.* 137. *n.* 22. Angel. Aretin. *conſ.* 233. *col.* 2. Maſcard. *de probat. concluſ.* 260. *n.* 2. & 4. Farinac *de teſtib. queſt.* 61. *n.* 130. Campeg. *de teſt. d. reg.* 94. Belle&. *diſquiſition. clerical. part.* 1. *tit. de cleric. teſte* §. 3. *num.* 1.

Quorum ſanè opinio poſſet probari quia id interdicitur *in cap. fin.* 14. *queſt.* 2. vbi Papa loquens de ſacerdotibus ait quamquam ſacerdotum teſtimonium credibilius habeatur, tamen ipſi in ſecularibus negotiis pro teſtimonio aut conficiendis inſtrumentis non rogentur quia eos in talibus rebus eſſe non conuenit.

Quod autem præfata licentia non ſit neceſſaria vbicunque Monachus teſtis inſtrumentarius eſt tradiderunt Caſtrenſ. Soccin. Syluan. Guid. Pap. & Pariſ. quos refert, & ſequitur Burgoſ. de Paz. *in l.* 5. *Tauri par.* 1. *nu.* 407. & 408. Horoſcius *in l. ſumma itaque num.* 5. *ff. de ſtat. homin.* Lopez *in l.* 9. *in l. Niloſiernot tit.* 1. *part.* 6. & alij apud Farinac. *d. q.* 61. *nu.* 128.

Qua retenta opinione vtique dicẽdum eſt teſtimonium Religioſi adhibitum in teſtamento validum eſſe non obſtante quod non interuenerit licẽtia ſuperioris, licet diſputent DD. ſi quando Religioſus teſtificatur abſque ſuperioris licentia coram iudice ſeculari valeat eius teſtimonium, nam quidam dicunt non valere prout fuerunt Angel. Aretin. *in tit. de iure perſon. inſtit. in rub. nu.* 7. Angel. *in ſua ſumm. in verb. teſtes nu.* 4. aſſerens ſiuè ſponte deponat ſiuè coactus, Felyn. *in d. cap. cum nuncius num.* 3. *de teſtib.*

Cæterum alij fuerunt in opinione contraria tale teſtimonium valere, vt dixerunt Abb. *in d. cap. cum. nuncius num.* 4. Soccin. *conſil.* 17. *num.* 16. *volum.* 1. Silueſter *in ſua ſumm. in verb. teſtis queſt.* 1. *dict.* 1. Roland. *conſil.* 24. *num.* 81. *vol.* 1. Burgoſ. de Paz. *in d. l.* 3. *Tauri par.* 1. *nu.* 407. Maſcard. *concluſ.* 260. *nu.* 12. *de probat.* Molin. *de iuſtit. & iuſtit. & iur. d. diſput.* 127. Pacian. *conſil.* 162. *num.* 75. *vol.* 1. Farinac. alios referens *in tract. de teſtib. q.* 61. *nu.* 134. Guid. cap. 517. *col.* 2.

Quamuis Soccin. *conſ.* 17. *nu.* 16. *vol.* 1. declarauerit id procedere niſi pars defectum licentiæ ad teſtificandum oppoſuiſſet, & adhuc admitteretur, quia tunc dicit ipſe non valere teſtimonium.

Et hæc breuiter dixiſſe ſufficiat in tam arcto tempore vnius horæ quod conceſſum fuit. Datum Neapoli Die 30. Februarij 1625.

Io. Maria Nouarius I. C. Lucanus.

COLLECTAN. 3094.

Super Butrio in cap. Rainaldus num. 11. de teſtament.

§ *Conditio, ſi ſine filijs defecerit, intelligatur de filijs maſculis, & etiam de fœminis?*

Firmat

Firmat hic iſte Doctor quod ſi teſtator hęredi inſtituto ſubſtitutionem fecerit ſub conditione, ſi defecerit abſque filiis, non ſolum videtur ſenſiſſe de filiis maſculis ſed etiam de fœminis, ita, quod ipſæ faciant deficere ſubſtitutionem ſicut maſculi, & iuxta hanc regulam firmauit Rota in vna Imolen. fideicommiſſi 17. Maij 1592. coram Orano, & rurſus in vna Camerinen. fideicommiſſi 1595. coram Penia, & in cauſa Farſen. fideicommiſſi 20. Junij 1611. coram Gregorio XV. tunc Rotæ auditore, & ſæpius in aliis, cauſis per *l. ſiquis ita ff. de teſtament. & l. ſi ita ſcriptum de legat. 2.*

Et ita quidem opinio multo facilius eſt admittenda, ſi fideicõmiſſum à fœmina factum fuerit, dixit Rota in ſupra allegata Farſen. fideicommiſſi.

Similiter hæc opinio facilius admittitur quando fideicommiſſum reperitur in fauorem extranei factum, vt fuit conſideratum in dicta Imolen. fideicommiſſi ſub die 17. Junij 1591. coram R.P.D. Orano.

Porrò conditio hæc ſi ſine filiis deceſſerit, intelligitur defeciſſe quamuis vna tantum filia ſuperſit, Nam licet ad numerum pluralem verificandum duo ſaltem requirantur *l. vbi numerus ff. de teſtib. & l. fin. ff. ad Trebell.* tenuit Rota in allegata Camerinen. fideicommiſſi coram Pœnia.

Sed aduertendum eſt, quod quamuis in conditione, ſi ſine filiis, regulariter fœminę ſicut maſculi comprehendantur, tamen ab hac regula ex coniecturis recedi conſueuit, *l. Lucius §. quæſitum de legat. 3.* dummodò coniecturæ ſint valdè probabiles, & neceſſariæ, itaut per eas euidenter conſtare poſſit teſtatorem de maſculis tantum ſenſiſſe, vt dicitur *in l. 1. C. de cond. inſert.* & dixit Rota in cauſis ſupra allegatis.

Sed hæc coniectura intelligi debet quando filius ex diſpoſitione ſtatuti ab inteſtato excluderet neptem à ſucceſſione grauati, idcirco hanc coniecturam in ſpecie reprobauit Rota in ſupra citata Camerinen. fideicommiſſi coram Pœnia, & iterum in vna Romana fideicommiſſi 13. Januarij 1597. coram Illuſtriſſimo Seraphino.

Secunda coniectura deducitur quotieſcunque teſtator in inſtitutione fecit expreſſam mentionem de filiis maſculis, quia tunc nullam habuiſſet rationem fœminarum, immò eas excluſiſſe, *l. cum prætor de iud. l. ſicut certi, C. de teſtam. milit.* ergo cum filios prætulerit filiabus propter ſexum videtur etiam in conditione appoſita fideicommiſſo ad excluſionem ſubſtituti ſenſiſſe ſolum de maſculis, quia ex inſtitutione declaratur ſubſtitutio.

Cæterum hæc coniectura communiter etiam reprobatur, vt dixit Rota in dicta Farſen. fideicommiſſi coram Gregor. XV. tunc Rotæ Auditore.

Præterea in hac controuerſia illud expeditum eſt, quod vbi probabilis ratio differentiæ reddi poteſt, cur magis in vno caſu, quam in alio expreſſa fuerit qualitas maſculinitatis, quod in alia parte mentio filiorum non ſit reſtringenda ad maſculos, & ita in his terminis fuit reſolutum per Rotam in dicta cauſa Farſen. fideicommiſſi coram Gregor. XV. tunc Rotæ auditore, & ſenſit etiã Rota in dicta deciſ. Camerin. fideicommiſſi, idcirco ſi ex verbis vel cõiecturis appareat teſtatorem ob id vocaſſe maſculos quia voluit agnationem per eos conſeruare, tunc qualitas maſculinitatis poſita in inſtitutione ſine dubio in conditione repetita cenſetur, quod firmatur ex deciſione facta in alia Camerinen. fideicommiſſi 7. Februar. 1573. coram Blanchetto, vbi fuerunt inſtituti filij maſculi, & filiis decedentibus ſine filiis fue-

rant ſubſtituti alij maſculi ſuperuenientes, & filij maſculi præmortuorum, ex quo colligebatur teſtatorem habuiſſe reſpectum ad conſeruanda bona in agnatione, vnde Rota cenſuit qualitatem maſculinitatis eo caſu in conditione repetitam fuiſſe ad excluſionem fœminarum, voluit Theſaur. *in deciſ.* 188.*n.*2.*&* 3.

Tertia verò coniectura ex eo deduci conſueuit, ſi extet ſtatutum quod filias excludat à ſucceſſione ab inteſtato propter filios maſculos, nam teſtator præſumitur ſe in ſuo teſtamento voluiſſe cum eo conformare, & ex hoc oritur difficultas quando ex forma ſtatuti filia grauati per ſubſtitutum non excluditur à ſucceſſione patris ab inteſtato defuncti, ſed teſtatoris, nam iſtam coniecturam adhuc ſibi locum vendicare, & conſequenter neptem ſub illa conditione filiorum non contineri idem Theſaur. *d.deciſ.*188.*n.*14.

Sed horum ſententia reprobauit Rota in ſupra allegata Camerinen. fideicommiſſi coram Penia, in qua fuit reſolutum verba conditionis eſſe declaranda ſecundum ſtatuta diſponentia de ſucceſſione eius, cui ſubſtitutio eſt facta, & non teſtatoris, quia ſicut caſum reliquit diſpoſitioni iuris communis, *l. Lucius la* 2.*de hæred.inſtit.* Vnde ſequitur vt perſona ipſius grauati propter mentem teſtatoris inſpicienda ſit, & propterea quando vigore ſtatuti ſubſtitutus non excludit filias ab hæreditate grauati, dicendum eſt quod fœminæ ſub conditione contineantur ſicut maſculi, & ita fuit deciſum per Rotam in vna Montis Faliſci hæreditatis die 14. Maij 1584. vt *in deciſ.*790. *part.*1.*diuerſ.n.*3.& rurſus in vna Romana fideicommiſſi 13 Ianuarij 1597.coram Seraphino. Hoc idem in terminis eiuſdem ſtatuti fuit reſolutum in d.deciſ.Farſen. fideicommiſſi coram Gregor.XV. tunc auditoræ Rotæ, quę fuit confirmata 16. Decembr.1611. nam cũ Auguſtinus prætenderet ſuccedere vigore fideicommiſſi, & opponeret de ſtatuto contra Martam, & Hieronymum, fuit dictum quod non erat de illis perſonis, quæ illos excluderent à ſucceſſione Siluij grauati, & propterea argumentum potius retorquebatur vt per Surd. *in deciſ.*84.*n.*11.

Quarta igitur & ineuitabilis coniectura deducitur quando apparet teſtatorem habuiſſe rationem cõſeruandi bona in agnatione, quia tunc neptes ad excluſionem ſubſtituti in conditione poſitæ non cenſentur, ſed propter talem rationem verba illa *ſine filiis* ad maſculos tantum reſtringuntur iuxt. *l.cum pater* §.*dulciſſimis de leg.* 2.

Ratio eſt manifeſta quia agnatio per maſculos conſeruatur, *l.*1.§.*ſeruus ff.de ventr.inſpic.*

Hæc autem coniectura extenditur vt locum habeat quamuis conditio fideicommiſſi fuerit concepta his verbis ſi ſine liberis, aut ſub alio nomine, quod vtrumque ſexum ſecundum propriam ſignificationem continet, *l.Publius in fin.de condit.& demonſtr.*

Secundò hæc coniectura extenditur vt procedat etiam in teſtamento fœminæ, Nam ipſæ quoque mulieres amant familiam, & agnationem filiorum conſeruari dixit Rota in allegata Farſen. fideicommiſſi coram Gregorio XV. tunc Rotæ Auditore.

Tertiò eadem coniectura extenditur vt locum habeat etiã ſi neptes grauato, vel iure communi, vel per ſtatutum ab inteſtato ſucceſſiſſent, quia ratio agnationis conſeruandæ præualet illi, quæ colligitur ex eo, quod teſtator cenſeatur ſe conformare cum diſpoſitione iuris quando iure communi admittuntur perſonæ, quę repugnant rationi ſubſtitutionis, & conſequenter præ-

præſumptæ menti teſtatoris ſecundũ quam etiam conditiones declarantur *dicta l.ex facto §.ſi quis rogatus ad Trebellian.*

Verumtamen prædicta ſunt intelligenda quando clarè conſtat fideicommiſſum fuiſſe factum ratione conſeruandi bona in agnatione veluti ſi dicta ratio in teſtamento fuerit expreſſa, aut ex coniecturis neceſſario, vel ſaltem maximè probabiliter colligatur, ſecus autem quando decedenti ſine filiis ita ſubſtitutio facta eſt, vt obſcura ſit ratio nec percipiatur ita clarè teſtatorem ſubſtituiſſe, & agnationem conſeruaret, quia tunc cum euidenter non conſtet de voluntate teſtatoris iuxta *l.2.C.de condit.inſert.* tunc dici non poteſt contra certiſſimam legis interpretationem neptes verbis conditionis non contineri.

Pari quoque ratione ſi teſtator fratrem, cuius filios maſculos ſolum ſubſtituiſſet, tunc agnatio neque contentiuè diceretur conſiderata, nam ſi teſtator hanc mentem habuiſſet omnes agnatos, non fratrem ſolum, & filios vocaſſet, ſed neque etiam effectiuè quia cum deſcendentes ſuos filiorum ſubſtituerit facilè oſtendit caſu quo filius decederet ſine deſcendentibus *d.l.1.C.de condit.inſert.* & ita quoque intellexit Rota in dicta Romana fideicommiſſi 13. Ianuarij 1597. coram Seraphino.

COLLECT. 3095.

Super cap.ſi beneficia vbi Jo. Andreas de præbend.in 6.

¶ *Priuilegij verba generalia, & cum clauſula vniuerſali an comprehendant omnem caſum? & etiam futura.*

COlligitur ex dictis hicà Jo. Andrea, quod quando verba priuilegij ſunt generalia, & cum clauſula vniuerſali, tunc vniuerſaliter omnem caſum debent comprehendere etiam futura, & ita Cacheran. *deciſ. Rot. Pedemont.1.* & vide textum *in cap. quia circa de priuileg.* Rubin. *deciſ.139.*

Declara tamen, quod quantuncunque priuilegia ſint generalia, non per hoc tamen comprehendunt onus recipiendi hoſpitia, niſi expreſſe, & in ſpecie fuerit explicatum in priuilegiis per text. *in cap. ſunt munera ff. de vacat. muner. & hono.* & ita decidit Regia Camera Summariæ in Ciuitate Capuæ die 8. Aprilis 1570. referente Domino præſidente Moles, vt *in eius deciſ. manuſcriptis deciſ.6.* vbi latius tractat quando munus recipiendi hoſpitium veniat ſub immunitate generaliter conceſſa, & an ſubditi teneantur gratis ſubire onus hoſpitij perpetuò.

Quæ quidem deciſio adhuc lucem non viderit, neque impreſſa reperiatur pro commodo, & vtilitate lectoris hic per extenſum apponere libuit, & eſt vt ſequitur videlicet.

DVbitatum etiam fuit an conceſſio immunitatis à functionibus fiſcalibus ordinariis, & extraordinariis munus & onus officij realis quoque veniat.

Et contra fiſcum fuit conſideratum quod quando verba priuilegij ſunt generalia cum clauſula vniuerſali, in tali caſu tunc vniuerſaliter omnem caſum debent comprehendere, ac futura, *cap. ſi beneficia de prebend.in 6.* & ibi Jo.And. *in cap.ſi Romani deſtinct.19.* Soccin. *conſ.8.n.9. prima quaſt.* Alex. *conſ.3 in princ. & in 6.dubio col.5.* Dec. *conſ.113. & in deciſ.Pedem.91.n.12.* Crauet. *conſ.294.* & etiam alia quæ allegaui ſupra *in deciſ. 2. in princip. in hoc tit.* etiam ſi nulla fieret mentio de futuris.

Immunitas generaliter conceſſa cõprehendit futura, vt *in cap. quia circa de*

Præterea aduertendum eſt quod in terminis dictæ Bullæ res fructifera nõ dicitur, niſi deductis expenſis, quæ fiunt in fructibus colligendis, cum id duntaxat appellatione fructuum contineatur quod ſupereſt illis deductis, & non aliàs; vnde ſi ſumptus ſint æquales, vel fructus ipſos excedant res non dicitur fructifera, nec cenſus ſuper ea ſuſtineri poteſt ſic tenuit Rota in vna Rauennaten. cenſus 10. Maij 1606. coram Mar zanedo per *l. diuortio §. impendia ff. ſolut. matrim.*

Sic quoque videmus quod marito prohibetur cenſus impoſitio ſuper fundo dotali ex defectu dominij, & hypothecæ, cum maritus ad inſtar vſufructuarij prædium dotale nedum alienare *l. 1. & l. dotale prædium ff. de fund. dotal.* facit text. *in l. Iulianus ff. de fundo dotal.* vbi dicitur maritum ſuper dotali fundo ſeruitutem imponere nõ poſſe.

Quod intellige verum præterquam in duobus caſibus: Primus eſt quando res dotalis data fuit marito æſtimata, quia tunc cenſus conſtitutio valet cum æſtimatio faciat emptionem, *l. ſi inter C. de iur. dot.* & ſic res dicitur pleno iure ad maritum ſpectare, ita vt ad libitum ſuæ voluntatis illam diſtrahere poſſit, *l. quoties C. de iur. dot. l. plerumq; ff. eod. tit. l. æſtimatis, & l. æſtimata ff. ſolut. matrim.*

Secundus caſus eſt quando impoſitioni cenſus vxor ipſa cum iuramento conſenſit, quia hoc etiam caſu contractus valet, *cap. cum contingat de iur. iur.* niſi ſtatutũ detrahat fidem inſtrumento, nam ea ſublata iuramentum nihil operatur, *l. non dubium C. de legib.* & fuit dictum in vna Romana fideiuſſionis 13. Maij 1596. coram Cardin. Seraphin. vel ſi ex tali conſenſu mulier remaneat indotata, & ſine aliquibus bonis, quia nec iſto caſu eius obligatio etiam iurata valet tanquam facta contra publicã vtilitatem, & propter enormiſſimam læſionem iuramentum non operatur, Caſſad. *in deciſ. vnic. de empt. & vendit.* Theſaur. *in deciſ. 223. ſub num. 13.* tenuit Rota in alia Romana fideiuſſionis 5. Julij 1593. coram Card. Augonio.

Præterea admonendi ſumus quod terminus conſtitutionis Pij V. cenſus poteſt conſtitui etiam ſuper alio cenſu valido, & capaci cum omnia in dicta conſtitutione requiſita concurrant Surdus *deciſ. 204. in princ.*

Impoſitio cenſus ſuper re eccleſiæ ſi ab initio fuerit vtilis non reuocabitur ex eo quòd non probetur verſio pecuniarum in vtilitatem eccleſiæ, nec emptor tenetur probare talem verſionẽ, fuit reſolutum per Rotam in pluribus cauſis vt in Romana deuolutionis domus 17. Nouemb. 1581. coram de Rubeis, & rurſus in Auximana bonorum 15. Nouemb. 1586. coram Blanchetto, & in vna Florentina bonorum 7. Maij 1590. coram Pamphilio.

Limita quod dictum eſt impoſitionem cenſus ſuper re eccleſiaſtica ſine ſolemnitatibus non valere, vt locum habeat eccleſia nolente Puteus *deciſ. 310. lib. 1.*

Secundò limita vt procedat quando impoſitio cenſus fuit facta auctoritate Papæ, nam licet in alienationibus rerum eccleſiaſticarum Papæ authoritas non ſuppleat defectum cauſę, tenuit Rot. apud Seraph. *deciſ. 178. n. 3. part. 2. diuerſ.* & in vna Senen. prædij 8. Octobr. 1584. coram Pamphilio, Rota *deciſ. 65. n. 2. part. 2. diuerſ.*

Tertiò limita vt locum non habeat in impoſitione cenſus, quæ fit ſuper re eccleſiæ ſolita alienari, in qua ſolemnitas obſeruatur, Graſſ. *deciſ. 3. n. 14. de reb. eccleſ. non alien. & deciſ. 4. n. 18. eod. tit.* & fuit reſolutum in vna Romana domus 27. Nouemb. 1587. coram Blanchetto.

Sed quæro hic nunquid vaſallus, ſeu feudatarius abſque Domini conſenſu

ſenſu ſuper re feudali, poſſit cenſum imponere? quæ & certe negatiue reſpondendum eſt, licet talis concluſio extendatur,& reſtringatur multis modis,& primo quidem ampliatur vt neque ſuper feudo franco,& libero abſque conſenſu Domini cenſus imponi poſſit,cum illius alienatio,&hypotheca pariter ſit prohibita, Cacheran. *in deciſ. Pedem.*165.

Secundò ampliatur vt in bonis feudalibus cenſus conſtitui nequeat etiã propter aliquam neceſſitatem Rota in vna Romana cenſus 13. Junij 1586. coram Orano.

Sed contra iſtam deciſionem facit, quia vaſallo permiſſum eſſe videtur meliorem Domini conditionem facere ſine eius conſenſu,cum hoc in caſu prohibitionis cauſa finalis ceſſet Capic.*deciſ.*100.*n.*3.*cum ſeq.*

Tertiò dicta concluſio extenditur vt locum habeat, quamuis cenſus imponeretur ex cauſa dotis, quia neque ob iſtam cauſam ſine Domini conſenſu feudum poteſt obligari, vel hypothecari Cacheran.*deciſ. Pedem.*165.*n.* 2. *& deciſ.*167.*n.*21.

Sed quamuis impoſitio cenſus ſuper feudo ſine conſenſu Domini regulariter non valeat,tamen hoc limitatur aliquot modis.

Et primò quidem reſtringi debet,vt non procedat & præiudicium ipſius imponentis Rota in vna Romana cenſus de Cuppis 17. Martij 1577. coram Seraphino,& in vna Spoletana terrarum die 11. Decembr. 1599. corã Millino,& iterum in eadem cauſa ſub die 6. Martij 1600. coram eodem.

Secundò reſtringi debet quando in inueſtitura apponitur clauſula ad vendendum, alienandum, & quicquid vaſallo placuerit faciendum, quia vaſallus nedum poteſt illius vigore abſque Domini conſenſu feudum alienare Creſcent.*deciſ.*177. *aliàs* 6.*nu.*10. *& ſeq. de teſtam.* Rota *diuerſ. deciſ.*703. *num.* 2.*part.*1.

Clauſula enim ad habendum iuncta cum clauſula, & quicquid placuerit faciendum,tribuit facultatem vendendi,& hypothecandi vt ex ſupra citatis cõſtat,dummodo in inſtrumento inueſtituræ non adſit alia clauſula, quæ alienationem, & hypothecã prohibeat,quia tunc nihil operatur,ſed eius virtus per ſubſequentem prohibitionem alienationis, & hypothecæ euacuatur Pedemont. *deciſ.*164.*n.*6. & fuit dictum in vna Imol. bonorum 22. Junij 1602. coram Pamphilio eadem Rota *in deciſ.*8.*ſub n.*3.*& in deciſ.*11.*nu.*1. *ad finem verſ. in ſecunda parte & nu. ſequ. part.*1.*diuerſ.*

Declara tamen vt dictæ clauſulæ ita demum tribuant facultatem alienandi,& obligandi feudum quotieſcunq; apponuntur in parte diſpoſitiua ipſius inueſtituræ,ſecus ſi in parte executiua; quia tunc licet declarent intentionem dubiam concedentis de Franch.*deciſ.*6. *n.*8 *Pedem. d. deciſ.*164.*n.*2. de Franch. *vbi ſupra n.*7.

Rurſus declara vt dictæ clauſulæ nõ operentur quando feudum fuit conceſſum cum clauſula non immutata natura feudi,vel quando fuit facta cõceſſio in propriam,ſimplicem, & antiquam naturam feudi, præſertim addita dictione taxatiua Pedemont. *d. deciſ.* 164.*n.*5.6.

Tertiò dicta concluſio reſtringitur ſeu potius declaratur, vt impoſitio cenſus ſuper feudo valeat, quamuis in celebratione contractus conſenſus Domini non interuenerit, ſed poſtea. Nam licet vbi contractus iam eſt perfectus ſequens licentia, vel aſſenſus non valeat conualidare venditionem antea factam vt per Affl. *ct. in deciſ.* 355. *per tot.*

Declaratur tamen hæc limitatio vt habeat locum reſpectu præiudicij Domini conſentientis, *l. iubemus C. de emancip. liber.* Oiaſchus *deciſ. Pedemont. 167. n. 21.*

Verum quamuis impoſitio cenſus ſuper re expreſſim à teſtatore prohibita alienari ſit nulla ipſo iure ab initio. Tamen huic concluſioni dantur multæ limitationes.

Quarum prima eſt vt non procedat quando tempore creati cenſus emptori non conſtabat de huiuſmodi prohibitione, quia tunc impoſitio cenſus ſuſtinetur in præiudicium imponentis, etiam quod fuerit ſuper re aliena, quæ in præiudicium vendentis vendi poteſt. *l. rem alienam ff. de contrah. empt.* Affl. *deciſ. 369.* & ita tenuit Rota in vna Romana cenſus de Turrinis 28. Aprilis 1597. coram Corduba.

Secunda limitatio eſt, vt non procedat quando venditori cenſus ex bonis fideicommiſſi ſubiectis legitima debetur, cuius valorem cenſus non excedat, quia tunc non obſtante expreſſa prohibitione de non alienando cenſus reſpectu legitimæ, quæ nulli oneri, aut prohibitioni ſubiacet ſuſtinetur, *l. quoniam in prioribus, C. de inoffitioſ. teſtam.* & ita fuit deciſum per Rotam in vna Romana cenſus de Palatiis 20. Nouembr. 1600. coram Sacrato.

Tertio limitatio ad eandem concluſionem affertur, vt nō procedat quando prohibitio alienationis rei, ſuper qua cenſus fuit impoſitus, eſt nuda ab omni cauſa tam expreſſa, quam tacita, nam hoc in caſu cenſus impoſitio valet, cum talis prohibitio non attendatur, *l. filiusfamilias § diui ff. de legat. 1. l. Lucius de legat. 3.* & ita tenui Rota in vna Romana fideicommiſſi de Jacobatiis 12. Maij 1606. coram Gregorio XV. tunc Auditore Rotæ, in qua hoc fuit ampliatum procedere etiam ſi hæreditas fuerit adita, quia per talem aditionem cenſetur tantum acceptata dicta prohibitio prout ineſt, & ſecundum ſuam naturam, *l. in cauſa ff. de procurat.*

Dubium tamen eſt ſi feudum ex pacto, & prouidentia Domino, vel alijs aperiatur quomodo ſint diuidendi fructus feudi pendentes ad effectum, vt ex illis cenſus decurſi perſoluantur? & dicendum quod ſi Vaſallus moritur à menſe Septembris incluſiuè vſq; ad principium Martij ſequentis, omnes fructus illius anni erunt Domini demptis fructibus, qui in illo menſe Septembris pendebant, ſicuti eſt vindemia, oleum, poma, & ſimilia, ſi autem Vaſallus moritur à menſe Martij incluſiuè vſq; ad principium Septembris ſequentis fructus ſpectabant ad hæredes Vaſalli, & ex illis emptori cenſus ſatisfaciendum erit, cum ei remaneant obligati pro integra cenſus ſolutione, & ſupradicta diſtinctio ponitur *in cap. 1. § his conſequenter Hic finitur lex*, & fuit hæc diſtinctio ſeruata Neapoli in morte Franciſci Biancaeij, qui deceſſerat in menſe Junij, Nam ex decreto Sacri Conſilij Rex relaxauit ſuo hæredi fructus illius anni prouenientes ex feudis Loiani Fretolæ, licet ſua Maieſtas prætendiſſet feuda eſſe deuoluta ad Regiam Curiam.

Reſtringe tamen ſupradictam diſtinctionem locum habere in fructibus induſtrialibus, nam in naturalibus obſeruari debet id quod de vſufructuario dicitur videlicet, vt hæredes habeant fructus tempore mortis à ſolo ſeparatos, *vt in l. is verò, & in l. defuncta ff. de vſufruct.* Fructus autem naturales ſunt in quibus nulla, aut modica cadit, vel verſatur induſtria hominis, ſed multum operatur in eis natura; induſtriales verò ij, in quibus plurimū verſatur induſtria hominis quod relinquitur

quitur

quitur arbitrio iudicis, qui debet iudicare fructus naturales, & induſtriales prout plus operatur induſtria, vel natura, *l. certum, C. de rei vendic. in l. 2. col. 2. C de ſeruit. in l. ancilla, C de furt. in l. 1. C. de vſufruct.* & per glo. *in l. fructus, C. de rei vendic.*

Reſtringe tamen nam ſi in feudo adeſſent penſiones, vel redditus aliter diſtinguitur in eis, videlicet quod aut penſio erat ſoluenda in fine anni prout regulariter fieri debet niſi aliud ſit conuentum, vt notatur *in l. licet, C. locat.* ex quia fructuum loco iſta ſuccedunt, *l. penſiones ff. de vſur. & in l. mercedes de petit. hæredit.* Aut penſio debebat ſolui quolibet menſe, vel per certa tempora ſecundum conſuetudines, & ſtatuta locorum, prout eſt Neapoli, vbi medietas penſionis ſoluitur in principio, alia medietas in fine anni, & hoc caſu ſi Vaſallus decedat elapſo iam tempore quo redditus, vel penſio debebat iam ſolui hæres habebit, quia iam ceſſit, & venit dies quo defunctus potuit illos petere per *l. cedere diem ff. de verb. ſignif.* alias eſſet Domini, quia nec ceſſit; nec venit dies.

Secundò reſtringe Nam ſi Vaſallus decederet ante Martium ita quod feudum cum fructibus pendentibus ad Dominum deuolueretur Hæredes Vaſalli poterunt deducere expenſas per defunctum factas pro cultura, & fructibus, *l. fructus ff. ſolut. matrim. l. fundus ff. famil. erciſc.*

Tertiò reſtringe, nam quando eſſemus in feudo Cameræ, vel Cannauæ deuoluendo ad Dominum, ſucceſſor eius, qui feudum tenebat debet habere fructus eiuſdem feudi totius anni, quem ipſe Vaſallus mortuus iam ingreſſus erat argum. *l. quintus §. in ſingulos ff. de ann. legat,* licet in aliis feudis fructus aliter diſtribuantur, &c.

COLLECT. 3090.

Super Gloſ. in capit. nihilominus 3. quæſt. 9.

¶ Teſtes ſingulares an, & quando probent?

DIcit hæc Gloſ. quod teſtes ſingulares non probant quia regulare eſt, vt tantum probent teſtes mille ſingulares quantum probat vnus, vt eſt text. *in c. licet cauſam de probat.*

Admittuntur tamen teſtes ſingulares ad probandum actum difficilis probationis, vt eſt adulterium, ſtuprũ, & ſimilia Boer. *in deciſ. Burdegal. 23. n. 44. & 47.*

Secundò in crimine hæreſis admittuntur teſtes ſingulares puta ad probandum quem hæreticum in genere, non autem in actu particulari probationis hæreſis in ſpecie puta inquiſitũ eſſe lutheranum, caluiniſtam, & ſimile; ſecus ſi tractaretur de aliqua aſſertione hæretica quia ſingulares teſtes non probabunt, & quod ad probandam hæreſim vnus teſtis dicit eum hæreticum, quia audiuit eum dicentem Non credo in vnum Deum, alius dicit quod dixit Non credo in Catholicam eccleſiam, probarent, quia ſunt conteſtes in genere Boer. *in deciſ. Burdeg. 342. n. 2.* Franc. Marc. *in deciſ. Delph. 462. n. 3. vol. 1.*

Tertiò ſingulares teſtes admittuntur ſi vnus deponit de maiori ſumma, alter de minori, quia omnes ſunt concordes in minori ſumma, & probabunt Afflict. *in deciſ. 240. num. 5.* Maynard. *in deciſ. Tholoſ. 60. ſub num. 2. lib. 4.* contrarium tenuit Jafred. *in deciſ. 151.* & Afflict. *in deciſ. 72. n. 5. 6.* tamen concordia Doctorum præfatorum quod ſi teſtes loquuntur de eodem facto, & diſcordant in quantitate, nihilominus in minori ſumma probabũt, ſiue ſimus in ſumma quantitatis, ſiue contra-

Digitized by Google

ctus, ſiue temporis, vt concludit Jafred. & Affl. *in loc. ſupra allegatis, &c.*

Quartò ſcientia alicuius actus facti probatur teſtibus ſingularibus, licet alias non admitterentur, ſed Rota Romana dicit quod ſcientia iuris præſumitur, niſi de ignorantia doceatur, vt per Peregr. Fabium *in deciſ. nouiſſ. Roma.* 270 *n.* 2. *lib.* 2. *vol.* 3.

Quintò admittuntur, & probant teſtes ſingulares iunctis aliis adminiculis Bubal. *in deciſ. nouiſſ. Roman.* 220. *n.* 4. *part.* 1. *vol.* 2.

Sextò teſtes ſingulares in loco, vel in tempore admittuntur, vbicunque nec tempus, nec locus ſunt de ſubſtantia actus Guid. Pap. *in deciſ. Grationop.* 544. *ſub num.* 1. refert, & ſequitur Franc. Marc. *in deciſ. Delph.* 866. *n.* 11. *vol.* 1. Rauden. *in deciſ. Piſan.* 12. *n.* 12.

Septimò teſtes ſingulares ſuper actu reiterabili probant, & admittuntur, ſecus verò ſi tractaretur de actu non reiterabili, & diſcordarent in tempore, vt in homicidio, quia non admitterentur, ſecus in actu reiterabili, vt in adulteria, Cappell. Tholoſ. *in deciſ.* 15.

Octauò ad probandam iuriſdictionem teſtes ſingulares probant, & admittuntur Guid. Pap. *in dec. Delph.* 544.

Nonò teſtes ſingulares non probant, tamen ſi ex illis iudex in credulitatem deducitur poteſt illis plenam fidem adhibere, licet iudices captioſi credere nolint, Cacheran. *in deciſ. Pedem.* 99. *nu.* 29. Caualcan. *in deciſ.* 45. *in addit. n.* 4. 5.

Decimò ſingulares teſtes in materia decimarum probant, puta vnus dicit, vidiſſe decimam exigi de frumento, alius de hordeo, & alius de leguminibus d. gloſ. *in d. cap. nihilominus* 3. *q.* 9.

Contrarium tenet Giurba *in deciſ. Siciliæ* 84. *n.* 7. dicens non credi teſtibus, quorum vnus dicit fuiſſe ſolutas fabas, alius ſi ceram, & ſic decidit omnium fructuum decimum ſolui oportere idem Giurb. *in d. loc. ſupra allegat.*

Vndecimò ad probandam extraiudicialem confeſſionem admittuntur teſtes ſingulares Caualc. *in deciſ.* 19. *ſub n.* 12. *part.* 1. Joſeph. Ludouic. *in deciſ. Peruſin.* 9. *n.* 15.

Contrarium tenet fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio Afflict. *in deciſ.* 364. *n.* 4. Cardin. Puteus *in deciſ.* 476. *n.* 4. *in fin. libr.* 2. Marlian. *in deciſ. Genuæ* 48. *nu.* 17. Cornazan. *in deciſ. Lucenſ.* 68. *n.* 10. Bellon. *in deciſ.* 5. *n.* 8. & videtur hæc vltima opinio communior, recipit tamen aliquam diſtinctionem, de qua videndus eſt Vrſill. *in d. deciſ.* 364.

COLLECT. 3091.

Super Bar. in l. quo minus num. 88. ff. de flumin.

¶ *Aqua exiens de fundo alicuius deſinit eſſe in eius dominio.*

BArt. *hic n.* 85. *&* 88. affirmat, quod aqua egrediens de fundo alicuius deſinit eſſe in dominio illius, & tranſit in dominium recipientis, & ita Rota Romana in vna Viterbien. Aquarũ lunæ 16. Nouembris 1603. coram Illuſtriſſimo Ludouiſio deinde Gregorio XV. vt apparet *in deciſ. eiuſdem impreſſ.* 133. & aliàs idem affirmauit eadem Rota in Bononien. Molendini 3. Decembris 1618. coram R. P. D. Veroſpio.

Amplia id procedere, & habere locum quamuis iure ſeruitutis aqua reciperetur, nam nihilominus fit recipientis, & voluit eadem Rota in dicta Bononien. Molendini coram R. P. D. Veroſpio.

COLLECT. 3092.

Super l. repetendi ff. de condict. ob cauſ.

¶ *Voluntas animo retenta nihil prodeſt.*

Proba-

Digitized by Google

PRobatur in hoc textu illa concluſio, quod voluntas retenta animo nihil prodeſt, & ita dixit Rota Romana apud Farinac. *deciſ.* 354. *tom.* 1. *part.* 1. *n.* 6. nam retenta animo nihil proſunt.

Et nota, quod voluntas ſola non ſufficit abſque effectu, cum illa facto magis, quam verbis declaretur, *l. Paulus ff. rem ratam haberi* Surd. *deciſ.* 194. *n.* 21. *& deciſ.* 371. *num.* 65. Valalc. *deciſ. Rot. Luſit.* 169. *n.* 11. & voluntatem, qui explet lucrari dicitur ad text. *in l. ſi pignori ff. de furtis*; qui vero non explet damnum ſentit,

Sed voluntas diſponentis, qualiter intelligi debeat, declarat Nouarius *foren. quæſt.* 91. *n.* 8. *lib.* 1. firmans quoque *quæſt.* 108. *eod. lib.* 1. voluntatis mutationem in dubio non præſumi.

COLLECT. 3093.

Super cap. Nuper de teſtibus.

¶ *Religioſi quando poſſint eſſe teſtes?*

PRobat hic text. quod Religioſi non prohibentur eſſe teſtes.

Amplia Religioſum poſſe eſſe teſtem, tam iudicialem, quam cuiuſcunque inſtrumenti, ſeu teſtamenti Rubi. *deciſ.* 161.

Declara tamen debere interuenire licentiam ſui ſuperioris vide Fabrum *in deciſ.* 10. *C. de teſtibus*, licet multi DD. ſint in contraria opinione, vt patet ex ſequenti diſcurſu in iure edito à Domino I.C. Lucano, in quo cum viderim huius text. materiam bene tractatam, & elucidatam fuiſſe, placuit propterea illam hic de verbo ad verbum inſerere, eius autem tenor eſt, vt ſequitur.

NOn dubitatur Religioſum poſſe eſſe teſtem, nam id apertè probatur *in cap. nuper de teſtib.* & tradiderũt Iaſ. *in auth. ingreſſi, C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. n.* 20. vbi etiam D. Regens Tapia *in §. ideoque nec de his cap.* 1. *n.* 63. Clar. *in §. teſtamentum q.* 55. *n.* 7. Burg. *de pace in l.* 3. *Tauri part.* 1. *n.* 406. Molin. *de iuſt. & iur. tract.* 1. *diſput.* 127. *§. vtrum.* Hernandez *in l.* 3. *Tauri part.* 2. *nu.* 17. & alij omnes vnanimiter.

Quæ ſanè concluſio adeò eſt vera, vt procedat etiam ſi Religioſi eſſent fratres mendicantes Franciſcani, quia eis non interdicitur nec degenerare eſt ab inſtituto eorum teſtes eſſe etiam teſtamenti cum pecuniam non contrectent, nec quid iudiciale exerceant, prout in terminis teſtamenti tradidit Bart. *in l. in tantum, n.* 1 *ff. de rer. diuiſ.* Iaſ. *in d. auth. ingreſſi* Clar. Molin. & Hernandez ſupra allegati, & alij, quos coaceruat Farinac. *in ſuo tract. de teſtib. q.* 61. *n.* 126. *cum ſeq.*

Et generaliter Franciſcanos poſſe eſſe teſtes ſcripſerunt Abb. *in cap. cum nuncius n.* 4. *de teſtib.* Angel. *in ſua summ. in verb. teſtis nu.* 3. & ibi etiam Syluestr. *quæſt.* 1. *dicto* 1. Alberic. de Malet. *in ſuo tract. de teſt. cap.* 5 *n.* 28. *&* 29 *par.* 1. Maſcard. alios citans *de probat. tit.* 1. *cap.* 3 *nu.* 12. Farinac. *in cit. tract. de teſtib. quæſt.* 60. *n.* 466. vbi *nu.* 468. affirmat adeò eſſe veram concluſionem quod Religioſi poſſint eſſe teſtes in teſtamento vt locum ſibi vendicet etiam ſi in teſtamento illo aliquid relinquatur monaſterio Religioſi qui illius teſtis ſcribitur ex plurium DD. authoritate, quos allegat, quibus iungo Aretin. *inſtit de teſtament. §. ſed neque hæres* Rotell. *in ſua Summ. in verb teſtamentum n.* 13. Mandol. *de priuil. ad inſt. ar gloſ.* 7. *n.* 7.

Difficultas tamen in eo verſari videtur, ſi requiratur ſuperioris licentia ad effectum, vt poſſit Religioſus teſtificari, & ſi illa non interueniente teſtimonium Religioſi non valeat.

In qua difficultate ſciendum eſt quod quando Religioſus tanquam

teſtis in iudicio deponit certum eſt exigi ſuperioris licentiam, quia iudex illo petiturus iuramentum tanquam à teſte non eſt proprius religioſi iudex atque ita exactus ab illo teſtificari non poteſt, nec ſe ſponte illi ſubiicere ad teſtificandum abſque ſuperioris licentia, vt docuerunt Faber *inſtit. de teſtam. §. teſtes n. 3.* Specul. *in tit. de teſt. §. 1. num. 36.* Abb. & Felin. *in cap. cum nuncius de teſtib.* Nellus ad Geminian. *in tract. de teſtib. part. 1. n. 22.* Campegia *de teſtib. reg. 94.* & alij plures apud Maſcard. *de probat. d. titul. 1. cap. 3. n. 12.*

Sed quando Religioſi ſunt teſtes inſtrumentarij id eſt vt ſcribãtur teſtes in aliquo teſtamento, vel inſtrumento, ſi neceſſaria ſit licentia ſuperioris DD. non ſunt concordes, ſi quidem quod dicta licentia ſit de ſubſtantia, affirmarunt Faber *d. §. teſtes n. 3.* Joann. de Amic. *conſ. 137. n. 22.* Angel. Aretin. *conſ. 233. col. 2.* Maſcard. *de probat. concluſ. 260. n. 2. & 4.* Farinac *de teſtib. quaeſt. 61. n. 130.* Campeg. *de teſt. d. reg. 94.* Bellect. *diſquiſition. clerical. part. 1. tit. de cleric. teſte §. 3. num. 1.*

Quorum ſanè opinio poſſet probari quia id interdicitur *in cap. fin. 14. quaeſt. 2.* vbi Papa loquens de ſacerdotibus ait quamquam ſacerdotum teſtimonium credibilius habeatur, tamen ipſi in ſecularibus negotiis pro teſtimonio aut conficiendis inſtrumentis non cogentur quia eos in talibus rebus eſſe non conuenit.

Quod autem praefata licentia non ſit neceſſaria vbicunque Monachus teſtis inſtrumentarius eſt tradiderunt Caſtrenſ. Soccin. Syluan. Guid. Pap. & Pariſ. quos refert, & ſequitur Burgoſ. de Paz. *in l. 3. Tauri par. 1. nu. 407. & 408.* Horoſcius *in l. ſumma itaque num. 5. ff. de ſtat. homin.* Lopez *in l. 9. in l. Niloſicruos tit. 1. part. 6.* & alij apud Farinac. *d. q. 61. nu. 128.*

Qua retenta opinione vtique dicẽdum eſt teſtimonium Religioſi adhibitum in teſtamento validum eſſe non obſtante quod non interuenerit licẽtia ſuperioris, licet diſputent DD. ſi quando Religioſus teſtificatur abſque ſuperioris licentia coram iudice ſeculari valeat eius teſtimonium, nam quidam dicunt non valere prout fuerunt Angel. Aretin. *in tul de iure perſon. inſtit. in rub. nu. 7.* Angel. *in ſua ſumm. in verb. teſtes nu. 4.* aſſerens ſiuè ſponte deponat ſiuè coactus, Felyn. *in d. cap. cum nuncius num. 3. de teſtib.*

Caeterum alij fuerunt in opinione contraria tale teſtimonium valere, vt dixerunt Abb. *in d. cap. cum. nuncius num. 4.* Soccin. *conſil. 17. num. 16. volum. 1.* Silueſter *in ſua ſumm. in verb. teſtis queſt. 1. dict. 1.* Roland. *conſil. 24. num. 81. vol. 1.* Burgoſ. de Paz. *in d. l. 3. Tauri par. 1. nu. 407.* Maſcard. *concluſ. 260. nu. 12. de probat.* Molin. *de iuſtit. & iuſtit. & iur. d. diſput. 127.* Pacian. *conſil. 162. num. 75. vol. 1.* Farinac. alios referens *in tract. de teſtib. q. 61. nu. 134.* Guid. cap. 517. *col. 2.*

Quamuis Soccin. *conſ. 17. nu. 16. vol. 1.* declarauerit id procedere niſi pars defectum licentiae ad teſtificandum oppoſuiſſet, & adhuc admitteretur, quia tunc dicit ipſe non valere teſtimonium.

Et haec breuiter dixiſſe ſufficiat in tam arcto tempore vnius horae quod conceſſum fuit, Datum Neapoli Die 30. Februarij 1625.

Io. Maria Nouarius I. C. Lucanus.

COLLECTAN. 3094.

Super Buttio in cap. Rainaldus num. 11. de teſtament.

¶ *Conditio, ſi ſine filijs defecerit, intelligatur de filijs maſculis, & etiam de foeminis?*

Firmat

FIrmat hic iſte Doctor quod ſi teſtator hęredi inſtituto ſubſtitutionem fecerit ſub conditione, ſi defecerit abſque filiis, non ſolum videtur ſenſiſſe de filiis maſculis ſed etiam de fœminis, ita, quod ipſæ faciant deficere ſubſtitutionem ſicut maſculi, & iuxta hanc regulam firmauit Rota in vna Imolen. fideicommiſſi 17. Maij 1592. coram Orano, & rurſus in vna Camerinen. fideicommiſſi 1595. coram Penia, & in cauſa Farſen. fideicommiſſi 20. Junij 1611. coram Gregorio XV. tunc Rotæ auditore, & ſæpius in aliis, cauſis per *l. ſiquis ita ff. de teſtament. & l. ſi ita ſcriptum de legat.* 2.

Et iſta quidem opinio multo facilius eſt admittenda, ſi fideicõmiſſum à fœmina factum fuerit, dixit Rota in ſupra allegata Farſen. fideicommiſſi.

Similiter hæc opinio facilius admittitur quando fideicommiſſum reperitur in fauorem extranei factum, vt fuit conſideratum in dicta Imolen. fideicommiſſi ſub die 17. Junij 1591. coram R.P.D. Orano.

Porò conditio hæc ſi ſine filiis deceſſerit, intelligitur defeciſſe quamuis vna tantum filia ſuperſit, Nam licet ad numerum pluralem verificandum duo ſaltem requirantur *l. vbi numerus ff. de teſtib. & l. fin. ff. ad Trebell.* tenuit Rota in allegata Camerinen. fideicommiſſi coram Pœnia.

Sed aduertendum eſt, quod quamuis in conditione, ſi ſine filiis, regulariter fœminę ſicut maſculi comprehendantur, tamen ab hac regula ex coniecturis recedi conſueuit, *l. Lucius §. quæſitum de legat.* 3. dummodò coniecturæ ſint valdè probabiles, & neceſſariæ, itaut per eas euidenter conſtare poſſit teſtatorem de maſculis tantum ſenſiſſe, vt dicitur *in l.* 1. *C. de cond. inſert.* & dixit Rota in cauſis ſupra allegatis.

Sed hæc coniectura intelligi debet quando filius ex diſpoſitione ſtatuti ab inteſtato excluderet neptem à ſucceſſione grauati, idcirco hanc coniecturam in ſpecie reprobauit Rota in ſupra citata Camerinen. fideicommiſſi coram Pœnia, & iterum in vna Romana fideicommiſſi 13. Januarij 1597. coram Illuſtriſſimo Seraphino.

Secunda coniectura deducitur quotieſcunque teſtator in inſtitutione fecit expreſſam mentionem de filiis maſculis, quia tunc nullam habuiſſet rationem fœminarum, immò eas excluſiſſe, *l. cum prætor de iud. l. ſicut certi, C. de teſtam. milit.* ergo cum filios prætulerit filiabus propter ſexum videtur etiam in conditione appoſita fideicommiſſo ad excluſionem ſubſtituti ſenſiſſe ſolum de maſculis, quia ex inſtitutione declaratur ſubſtitutio.

Cæterum hæc coniectura communiter etiam reprobatur, vt dixit Rota in dicta Farſen. fideicommiſſi coram Gregor. XV. tunc Rotæ Auditore.

Prætetea in hac controuerſia illud expeditum eſt, quod vbi probabilis ratio differentiæ reddi poteſt, cur magis in vno caſu, quam in alio expreſſa fuerit qualitas maſculinitatis, quod in alia parte mentio filiorum non ſit reſtringenda ad maſculos, & ita in his terminis fuit reſolutum per Rotam in dicta cauſa Farſen. fideicommiſſi coram Gregor. XV. tunc Rotæ auditore, & ſenſit etiã Rota in dicta deciſ. Camerin. fideicommiſſi, idcirco ſi ex verbis vel cõiecturis appareat teſtatorem ob id vocaſſe maſculos quia voluit agnationem per eos conſeruare, tunc qualitas maſculinitatis poſita in inſtitutione ſine dubio in conditione repetita cenſetur, quod firmatur ex deciſione facta in alia Camerinen. fideicommiſſi 7. Februar. 1573. coram Blanchetto, vbi fuerunt inſtituti filij maſculi, & filiis decedentibus ſine filiis fue-

præſumptæ menti teſtatoris ſecundũ quam etiam conditiones declarantur *dicta l.ex facto §.ſi quis rogatus ad Trebellian.*

Verumtamen prædicta ſunt intelligenda quando clarè conſtat fideicommiſſum fuiſſe factum ratione conſeruandi bona in agnatione veluti ſi dicta ratio in teſtamento fuerit expreſſa, aut ex coniecturis neceſſario, vel ſaltem maximè probabiliter colligatur, ſecus autem quando decedenti ſine filiis ita ſubſtitutio facta eſt, vt obſcura ſit ratio nec percipiatur ita clarè teſtatorem ſubſtituiſſe, & agnationem conſeruaret, quia tunc cum euidenter non conſtet de voluntate teſtatoris iuxta *l.2.C de condit. inſert.* iure dici non poteſt contra certiſſimam legis interpretationem neptes verbis conditionis non contineri.

Pari quoque ratione ſi teſtator fratrem, cuius filios maſculos ſolum ſubſtituiſſet, tunc agnatio neque contentiuè diceretur conſiderata, nam ſi teſtator hanc mentem habuiſſet omnes agnatos, non fratrem ſolum, & filios vocaſſet, ſed neque etiam effectiuè quia cum deſcendentes ſuos filiorum ſubſtituerit facilè oſtendit caſu quo filius decederet ſine deſcendentibus *d.l.1.C.de condit.inſert.* & ita quoque intellexit Rota in dicta Romana fideicommiſſi 13. Ianuarij 1597. coram Seraphino.

COLLECT. 3095.

Super cap.ſi beneficia vbi Jo. Andreas de præbend.in 6.

¶ Priuilegij verba generalia, & cum clauſula vniuerſali an comprehendant omnem caſum? & etiam futura.

COlligitur ex dictis hic à Jo. Andrea, quod quando verba priuilegij ſunt generalia, & cum clauſula vniuerſali, tunc vniuerſaliter omnem caſum debent comprehendere etiam futura, & ita Cacheran. *deciſ. Rot. Pedemont.1.* & vide textum *in cap. quia circa de priuileg.* Rubin. *deciſ.139.*

Declara tamen, quod quantuncunque priuilegia ſint generalia, non per hoc tamen comprehendunt onus recipiendi hoſpitia, niſi expreſſe, & in ſpecie fuerit explicatum in priuilegiis per text. *in cap. ſunt munera ff. de vacat. muner. & bono.* & ita decidit Regia Camera Summariæ in Ciuitate Capuæ die 8. Aprilis 1570. referente Domino præſidente Moles, vt *in eius deciſ. manuſcriptis deciſ.6.* vbi latius tractat quando munus recipiendi hoſpitium veniat ſub immunitate generaliter conceſſa, & an ſubditi teneantur gratis ſubire onus hoſpitij perpetuò.

Quæ quidem deciſio adhuc lucem non viderit, neque impreſſa reperiatur pro commodo, & vtilitate lectoris hic per extenſum apponere libuit, & eſt vt ſequitur videlicet.

DVbitatum etiam fuit an conceſſio immunitatis à functionibus fiſcalibus ordinariis, & extraordinariis munus & onus officij realis quoque veniat.

Et contra fiſcum fuit conſideratum quod quando verba priuilegij ſunt generalia cum clauſula vniuerſali, in tali caſu tunc vniuerſaliter omnem caſum debent comprehendere, ac futura, *cap. ſi beneficia de præbend. in 6.* & ibi Jo. And. *in cap. ſi Romani deſtinct.19.* Soccin. *conſ. 8.n.9. prima quæſt.* Alex. *conſ.3. in princ. & in 6. dubio col.5.* Dec. *conſ.113. & in deciſ. Pedem.91.n.12.* Crauet. *conſ.294.* & etiam alia quæ allegaui ſupra *in deciſ. 2. in princip. in hoc tit.* etiam ſi nulla fieret mentio de futuris.

Immunitas generaliter conceſſa cõprehendit futura, vt *in cap. quia circa de*

priuileg. Natt. *conſ.*525.*vol.*3. tamen his non obſtantibus contrarium decidit Camera in ciuitate Capuæ die 8. Aprilis 1570. me referente, & decidimus quod quãtumcunque verba priuilegij ſint generalia non comprehendere onus recipiendi hoſpitia niſi in ſpecie, & indiuiduo fuerit explicatum in priuilegiis per tex. *in l. ſunt munera ff. de vacat. muner. & honor. l. qui immunitate*, C. *de muner. patrim.* firmant glo. & DD. *l.* 1. C. *de epiſc. & cleri.* Et ratio eſt, quia hoc munus merè reale eſt à lege inductum, & eo ipſo quod domus in mundo erigitur, hoc onus conſtituitur ei à lege, vt milites regij in ea recipiantur, quando neceſſitas imminet *l.*3. §. *munera. ff. de muner. & honor.* firmant etiam hoc Bart. & DD. *in l. fin. C. de muner. patrim.* & proinde priuilegium immunitatis eſt odioſum, quia cæteri grauarentur, & ſic diſtinguendum, vt tradit Dec. *in conſ.*32.*col. vlti.* & ideo eſt quod DD. dicunt *in l. vacatis*, C. *de decurionibus*, quod talis immunitas concedi nõ poteſt, quia iſta ſunt onera, quæ ab omnibus agnoſci debent, quo facilius obſequiis publicis pareatur, *l. fin. & tot. tit. C. de muner. patrimonialibus.*

Item requiritur ſpecialis mentio huius oneris, quando conceditur immunitas, quia ſpeciali lege eſt cautum quod tale onus militibus regiis debeatur *l.*2. C. *de metat. lib.*12. notant Bald. poſt Gugliel. *in l. obſeruare in princ. ff. de offic. proconſul.*

Sed omnia prædicta debent intelligi, quando hoſpitium eſt temporale & pertranſitorium.

Secus ſi ageretur de aliquo pręſidio perpetuo prout in ciuitate Gaietæ in hoc Regno, &c. in ciuitate Vrbitelli, & in portu Herculis, quæ tenentur per regiam Maieſtatem in partibus Heturiæ, in agro Senenſi, pro quibus locis fuit deciſum per Cameram me referente ſub die 8. Julij 1568. & die 29. Aprilis 1569. quod poſtquam hoſpitium militum in dictis locis non eſt temporale, ſed perpetuum, quod vniuerſitates etiam non habentes priuilegium de iure communi non teneantur tale onus ſubire gratis.

Ratio eſt, quia tunc quando milites perpetuo volunt hoſpitari, non eſt onus præſtare hoſpitia, ſed perpetuam ſeruitutem habitationis, *l.*1. §. *habitare, & §. hoſpes ff. de his, qui deiecerunt, vel effuderunt*, vbi quia notabiliter conſiderat differentiam habitationis ab hoſpitio, & quòd ſit plus habitare, quam hoſpitari, & ideo Præſides, quibus gratis debetur hoſpitium, *d. l.*2. *C. de meta.* nõ tamen habent habitationem gratis, niſi ſoluto precio *l. penult. ff. de offic. prætor. Prou.* & licet Curia habeat priuilegium recipiendi habitationem à ſubditis occurrente neceſſitate, tamen illud intelligitur ſoluto precio, ita And. *in cap.*1. §. *& plauſtrorum in princ. quæ ſint regalia.*

Et pro iſta deciſione Excellentiſſ. Ferdin. de Aualos allegauit ſingularem deciſ. in text. *in cap.*1. *in* §. *Vaſallo ibi moram ſuperfluam, & ibi gloſ. de pace conſtantia in vſibus feudorum*, & ita deciſum fuit die prædicta me referente.

COLLECT. 3096.

Super Doctrina Abbat. in c. at ſi clerici de iudic.

§ *Teſtis de vſu vel auditu quando dicatur exceptione maior?*

INter cætera, quæ hic firmat Abbas eſt, quod teſtis omni exceptione maior vocatur, qui deponit de viſu, vel auditu in illis, quæ ſolo auditu percipi valent, ſine alio ſenſu corporeo. vide tu Barzium *deciſ. Rot. Bonon.*147.

Et

Digitized by Google

Et nota, huiuſmodi teſtis depoſitionem ſemiplenam probationem facere, etiam in criminalibus, vt aliquando fuit dictum in Curia Archiepiſcopali, & præſertim in anno 1626.

Nec non aduertas teſtem omni exceptione maiorem facere legitimum indicium ad torturam, quamuis aliqua alia indicia, ſiue leuia ſiue grauia concurrant, prout ita quandoque fuit in eadem curia reſolutum.

Sed num quilibet præſumatur teſtis omni exceptione maior, niſi contrarium probetur? affirmatiuè reſoluimus *in praxi fori eccleſiaſtici reſolut. 232. part. 2.*

COLLECT. 3097.

Super Bart. in l. teſtium. C. de teſtib.

¶ *Teſtis depoſitio debet fieri per ſenſus viſus, & auditus.*

BAr. noſter in hac l. prima lectura annotauit teſtium depoſitionem ex aliquo corporis ſenſu fieri oportere præſertim per ſenſus viſus, & auditus.

In tantum quod iurare debet teſtis deponens ſe vidiſſe, & audiuiſſe, & in præſentia ſua factum fuiſſe, & ita fert teſtimonium de viſu.

Vnde ad euitandas falſitates, & mendacia hominum teſtimonia legiſlatores non aliter probarunt, niſi cauſam iudices reddere facerent, aliquo ex quinque humani corporis ſenſibus. Hi enim externi ſenſus corpori, animoque tanquam feneſtræ quædam, illis extrinſecus obiecta quædam repræſentant, & illorum quilibet ſua vtitur functione. Viſus, ſenſus ante omnes per oculos tanquam ſpeculatores in locum corporis altiorem poſitos ſuo fungitur munere; oculi enim duobus clariſſimis luminibus, rerum omnium formas cœlo, terra, & aquis, luce medium illuſtrante, diſcretas, ac ſeparatas, ordinis, numeri, magnitudinis, motus, ac venuſtatis, & decentiæ, coloribus diſſimilibus, certius, & velocius patefaciunt: indiget autem, vt poſſit operari, præſentia lucidi corporis. hinc ſole egemus die, Nocte autem Luna, alióve lumine, ſic locorum inſpectiones, delictorum patrationes, operum exercitationes aliquæ ex ſenſu Viſus teſtificantur: ipſorum oculorum beneficio philoſophiam aliaſq; ſcientias cognoſcimus, vt Plato in Timæo prodidit. Sic, & ille qui Platonizat Philo Iudæus in lib. de Abrahamo docens quo modo Philoſophia ad nos peruenit ſublato inquit vultu in æther viderunt illi Solem, Lunam, Stellas fixas, & erraticas, Sacratam Cœli militiam, & ipſius mundi ornatum, & poſt pauca inquit colluſtrantibus iiſdem Aërem, Terras, Maria, cuncta hæc mens percepit ipſorum iudicio, & Auerroes in lib. de ſenſu, & ſenſato dicit viſui proprium eſſe habere præſentiam lucidi corporis. Hinc oculi materiam viſum eſſe, quo deficiente non eſt amplius oculus, niſi æquiuoce inquit Ariſtoteles *lib. 2. de Anima cap. 1.*

Auditus autem ſenſus teſtes tunc rationem reddunt cum voces, etiam ſonos ipſarũ percipiunt, & teſtificatio hinc naſcitur, dum peſſimas, & deterrimas Hæreticorũ aſſertiones audiunt, blaſphemias in Deum omnipotentẽ, Beatiſſimam Virginem, Sanctos, ſanctaſq; proferunt, maledicta in Principes, iniurias, & contumelias in alios effundunt, vnde Plato in Minoe inquit Auditum per aures ſonos declarare, à quo Galenus inquit ſenſum Auditus eſſe, qui percipit ſonum auribus infuſum per ſpiritum latius idem Galen. *de vſu partium lib. 8. & lib. 11. c. 12.*

Odoratus ſenſu eget teſtis, dum olfactu naribus vtitur dumque rerum odoratu vim ſentit, odorifera, & fœtida diſcernit; luxus humanus magnus

Digitized by Google

hodie videtur, fiunt mercaturæ rerum odorem ſuauiſſimum redolentium, vt Balſami, moſchi, Ambræ & ſimilium, quibus veſtes, chiroteca, ſandalia, & calceos hodie muliebres inficiunt, vinum, oleum, omniaque liquamina, & frumenta ſi optimè, aut peſſimè oleāt, teſtificari poſſent, ex naſo odoratus attrahitur, de hoc ſenſu Auerroes *libr.* 2. *colliget. capit.* 17. *& lib.* 3. *c.* 38.

Guſtus ſenſu teſtis rationem reddere non poteſt, niſi lingua guſtauerit, quia guſtus linguæ organum dicitur per Alexandr. Aphrodis. *libr.* 1. *de anima cap.* 17.

Tactus ſenſus habet quandam cum ſenſu guſtus qualitatem, cum guſtus quodammodo tactus ſit, vt dicit Ariſtoteles *lib.* 2. *de anima cap.* 10. *de partibus animalium lib.* 2. *cap.* 17.

His ſic generaliter præmiſſis firma regulam quod teſtes de auditu regulariter non probant, vt *in l. teſtium* vbi Gloſ. *C. de teſtib. & in c. tam literis extr. de teſtib.* Raudenſ. *in deciſ. Piſan.* 12. *nu.* 50. Rota *in nouiſſ. in deciſ.* 117.

Secundo intellige teſtes de auditu alieno, ſiue auditu auditus, & ſi non probent, faciunt tamen præſumptionem, vt fuit originalis opinio Benint. *in deciſ. Bonon.* 67. *n.* 3. Puteus *in deciſ.* 13. *lib.* 2. Bellon. *in deciſ. Genuæ* 103. *n.* 8. Carrocc. *in deciſ.* 66. *n.* 13.

Tertiò intellige; vt illa præſumptio, quæ oritur ex dicto teſtis deponentis de auditu alieno, ſiue auditu auditus operetur, vt transferat onus probandi contrarium in partem aduerſam Put. *in d. deciſ.* 13. *lib.* 2. Triuiſan. *in deciſ. Veneta.* 11. *n.* 12. *lib.* 1. Raudenſ. *in deci. Piſan.* 5. *n.* 12. Bellon. *in deciſ.* 103. *ſub n.* 8.

Quartò intellige tunc demum teſtes de auditu alieno & alterius relatione fidem facere quando ſumus in factis antiquis, vt *in l. ſi arbiter ff. de probat.* vbi dicit quod in factis admodum antiquis, in quibus agitur memoriam non extare teſtes de auditu aliorum probare; textum *in capit. licet ex quadam de teſt.* Capic. *in deciſ.* 193. *n.* 4. Franc. Marc. *in deciſ. Delph.* 334. *n.* 5. Gamma *in deciſ. Luſitan.* 88. *n.* 1.

Antiquum verò tempus, ac factum hoc caſu dicitur tempus centum annorum argum. *l. fin. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ.* Afflict. *in deciſ.* 277 *ſub n.* 3. Viſi[l]l. *in deciſ.* 245. *n.* 3. Quinimmò ob vitæ humanæ nunc breuitatem antiquū tempus appellari quinquaginta, & ſexaginta annorum firmant Franc. Marc. *in deciſ. Delphin.* 335. *nu.* 2. *vol.* 1. Gama *in d. deciſ. Luſit.* 88. *n.* 1.

Quintò intellige admitti teſtem de auditu, & auditu, auditus in re, & actu per viſum perceptibili puta audiendo prolationem verborum Rota *in nouiſſ. in deciſ.* 117.

Sextò intellige teſtes de auditu, etiā in antiquis tunc admitti, & probare, ſi quod teſtificantur audierint ante litē motam, nam ſi audiſſent poſt litē motam, non audirentur, nec probarent, quia præſumerentur id facere in fraudem, *cap. licet ex quadam de teſtib.* Caroc. *in deciſ.* 67. *n.* 13. *in fin.* Rota *in nouiſſ. in deciſ.* 117.

Septimò intellige, quod vltra teſtimonium de auditu requiratur fama, & alia adminicula Capic. *in deciſ.* 193. *in fi.* quam opinionem ſequuntur omnes, quæ eſt fundata *in cap.* 1. & ibi Gloſ. finalis magiſtra *de præſcript. in* 6. ex qua omnes concluſerunt teſtes de Auditu auditus in factis antiquis, & immemorabilibus excedentibus centum annos, & memoriam non extare in contrarium admitti, & probare cum fama publica, aliiſque adminiculis, & ita in omnibus Tribunalibus obſeruari, quā practicam ſequitur ad longum Verall. *in deciſ.* 344. *nu.* 1. *part.* 3. concluſionem etiam tenuit Tholom. *in deciſ. nouiſſ.*

Roman.

*Roman.995.lib.3.*dicens debere eſſe tres teſtes cum fama in factis antiquis.

Octauò intellige, teſtes, qui dicunt audiuiſſe,& de auditu teſtificantur dicere oportere à quibus perſonis id audierint, & de pluribus dicant audiuiſſe ſaltem à duobus teſtibus,& ipſos nominent alias ipſos non probare voluit Cappell.Thol. *in dec.*379.Hieronym. de Laurent.*in deciſ.Auenion.15.ſub nu.12. & in deciſ.36.n.4.*

Sed in Rota Romana ſufficit,quod teſtes dicant de fama publicè audiuiſſe, nec dicant à quibus, & ſequuntur Caſſador.*in deciſ.3.de probat.* Verall. *in deciſ.289.num.1.part.3.* Pirouan.*in deciſ.338.num.7.*

Nonò intellige,quod in cauſis poſſeſſoriis,ſiue ſpolij ſufficiunt teſtes de auditu etiam à parte,quæ tenet,& poſſidet rem ſpoliatam, ita voluit Rota *in nouiſſ. in deciſ.*117. Rota *in antiq. in deciſ.* 458.

Decimò intellige quod quando tractatur de vnione beneficiorum eccleſiaſticorum admittuntur teſtes de auditu auditus, ac ſimiliter eccleſiam eſſe curatam, vel non curatam, ſimiliter admittuntur teſtes de auditu auditus,vt in iis recipiantur cum curſu temporis immemorabilis Rota *in antiq. in deciſ.*105. *& in deciſ.*375. Verall. *in deciſ.* 344 *part.*3. quamquam in quaſi poſſeſſione collationis beneficiorum uon probare teſtes de auditu, voluerit Fabius *in deciſ.nouiſſ.Roman.7.n.2.lib.3.*

Notandum tamen eſt, quod teſtis de auditu ſi dicat audiuiſſe ab aliquo, qui ſi examinatus fuiſſet repelleretur, fidem aliquam non facit, quia teſtes repelluntur,fidem aliquam non facit, quia teſtes repelluntur, quorum authores repelluntur *cap. fraternitatis de Hereticis.* Caualcan.*in deciſ.Eiuiz.11.n.42. part.1.in deciſ.1.n.47.part.2.*

Si autem teſtis dicat audiuiſſe de auditu aliono,vt fidem, ſiue præſumptionem faciat, debet conſtare illum, à quo audiuit, eſſe mortuum aut à longe reperiri non tamen admittitur,ſi diceret audiuiſſe ab aduerſario principali, Verall.*in deciſ.164.n.8.part.3.*

COLLECT. 3098.

Super Alex. in l. filiusfamilias §. diui ff.de leg.1.

¶ *Praeceptum iudicis in his, quæ non concernunt eius officium non valet.*

IVdicis præceptum in his quæ non ſpectant ad eius officium minime valet,nec ei parendum eſt, & contrauenìens non incidit in pœnam, ita dicit hic Alex.iuxta terminos text.*in l.factum à iudice ff.de reg.iur.*

Amplia,quod iudicis præcepto iniuſto non obtemperans non efficiatur contumax,vt deciſum refert Rota Lucenſis *deciſ.43.in nouiſ.* vbi etiam idem dicit procedere quando iudicis præceptum fuit factum abſque cauſæ cognitione,quia vti iniuſtam non tenet, & reuocari debet.

Eſt tamen verum, quod quando potuit quis reſiſtere & non reſiſtit, excuſatur Franc.*deciſ.107.n.9.*

Hinc etiam iudex non poteſt alicui mandare, vt deſiſtat à turbando, vel quod ad poſſeſſionem non accedat, ſi ipſi non liquet,quod pars ad cuius inſtantiam ſit mandatum verè poſſideat, Viuius *deciſ.*226. quia interdictū *Vti poſſidetis* datur poſſidenti ciuiliter tantum, & naturaliter tantum, Marta *deciſ.*181. *in princip.* Seraphin. *deciſ.*287. vbi refert iudicatum, manutentionem non dari illi, qui non reperitur in poſſeſſione tempore litis motæ, & vide eundem *deciſ.* 1106.

COLLECT. 3099.

Super Bal. in cap. 1. apud quem, vel quos controu. feud. termin. deb.

¶ *Princeps in dubio non præſumitur tollere iura.*

IVra tollere Principem non præſumi in dubio, cum profiteatur legibus eſſe ſubiectum, iuxta vulgatum text. *in l. digna vox, C. de legib.* colligitur à Baldo in hoc loco, & probatur expreſsè, vt *in l. 2. §. meritò ſi quis à principe, infra ne quid in loco publico in l. nec auus, C. de eman. liber in cap. ſuper eod. de officio delegat. cap. quamuis de reſcript. lib. 6. cap. licèt de officio ord. cap. ex tuarum de author. & vſu pal. cap. cum dicat Apoſtolus de eccleſ. ædific. cap. patentibus, & cap. cum* Capella, & ibi Doctores de priuilegiis, quod etiam locum habet ſi agatur de modico præiudicio iuris alieni non ſolum re, verum etiam ſpe probabili quæſiti.

Hoc autem quod diximus in dubio locum habet, ſecus quando con de contraria voluntate principis in facto dicebatur in Curia noſtra Archiepiſcopali Neapolitana, quæ quidem voluntas, & quod vti velit plenitudine poteſtatis, & tollere iura colligitur primo ex clauſula *nō obſtante*, qua vtitur Princeps quando vult iuris impedimentum tollere, *l. ſed in hoc ff. de excuſat. tutorum.* Rubin. *deciſ.* 184. *n.* 3. vbi quod generalis clauſula, *non obſtante*, non eſt ſufficiens ad tollendam alicuius conſilij conſtitutionem, niſi fiat expreſſa eius mentio, aduertendo, quod huiuſmodi clauſula non poteſt vti inferior à principe Anton. *reſol.* 38. *lib.* 1.

Nec etiam hæc generalis clauſula non obſtante ſufficiens eſt ad tollendam legem iuratam, vt apud Afflict. *deciſ.* 5. *n.* 3. *& deciſ.* 11. *n.* 13.

Præterea hæc generalis clauſula nō operatur quando plura obſtarent, quia in tali caſu facienda eſt ſpecialis mentio omnium, quę obſtant, prout neque illa vllum operabitur effectum quoties ageretur de derogatione legis conſtitutæ cum conſilio procerum.

Et nota, quod videtur principem velle iura tollere quotieſcunque reſcriptum geminat, cum geminatio habeat vim clauſulæ non obſtante ex certa ſcientia, & motu proprio, *cap. paſtoralis, & ibi Gloſ. de fide inſtrument. §. hoc vero iubemus auth. vt nulli iudic. §. deinde auth. de mandat. princ.* expreſſa ſi quidem concedentis voluntas per reſcripti geminationem ſignificatur, vt teſtatur Gramat *deciſ.* 166. *nu.* 59. nam geminatus actus enixam voluntatem demonſtrat & geminatio verborum enixam voluntatem legiſlatorum oſtendit, Seſſe *deciſ. Aragon.* 230. Antonin. *reſolut.* 3. *lib.* 1. *& reſolut* 35. *lib.* 2. Rot. apud Farinac. *deciſ.* 266. *part.* 1.

Item vbicunque eſt appoſita per principem clauſula *ex certa ſcientia*, in tali caſu princeps videtur velle vti plenitudine poteſtatis, cum dicta clauſula retineat vim clauſulæ derogatoriæ, *non obſtante*, Gail. *obſeruat.* 56. *lib.* 2.

COLLECT. 3100.

Super cap. bona de elect.

¶ *Negatiua non poteſt probari.*

REgula deſumitur ab iſto text. quod negantis factum per rerum naturam nulla eſt probatio, quæ pariter probatur *in cap. ſuper hoc de renunciat.* Negatiua enim probari non poteſt, ſed qualiter negatiua clericatus probetur declarauimus *in dec. Curia Archiepiſcop.*

Nota autem quod negatio facit rem dubiam cap. veniens de ſupplenda negligentia prælatorum.

Et negatiua plus negat, quam affirmatiua

Digitized by Google

natiua affirmet Surd. *deciſ.* 253. vbi *nu.* 7. afferit quod negatiua diſpoſitio nullum caſum excipit.

Et Negatio plus tollit, quam ponit affirmatio, quia malignantis naturæ eſt, & quidquid ſequitur negat *l. filiusfamilias* §. 1. *C. de donat.* Rubin. *deciſ. Lucan.* 222.

COLLECT. 3101.

Super Doctrina Bal. in l. ſi mater ſua, C. ne de ſtat. defunct. per quinquenn. quæratur.

¶ Vltimus ſtatus beneficij, an & quando attendatur?

DIcit hic Bald. *nu.* 1. quod Beneficium ab initio curatum pro non curato habetur ſi ad præſens regatur tur ſine cura, nam vltimus ſtatus in materia beneficiali attenditur.

Quod autem inſpici debeat vltimus ſtatus in materia beneficiali ad effectum videndi an cadat ſub reſeruatione? dixit Rota in Vicen. beneficij 19. Nouembris 1599. coram R.P.D. tunc Decano, & Taraconen. Sachriſtię 9. Junij 1600. coram R.P.D. Juſto in Tiraſonen. Canonicatus 4. Februarij 1608. coram Scotto, & in Andrien. beneficij 14. Januarij 1609. coram R.P. D. Ottembergo Rot. *deciſ.* 154. & 233. *part.* 1. *in recent.*

Et circa hanc materiam vltimi ſtatus in materia beneficiali, præcipuè ſolet attendi vltimus ſtatus quando agitur de ſuſtinenda prouiſione iam facta, quicquid ſit quoad futuras vacationes, & ideò ſi vltimus ſtatus beneficij ſit de libero ſuſtinetur collatio facta ab epiſcopo non obſtante exceptione iuriſpatronatus Rot. *deciſ.* 625. *part.* 2. *in recent.* & *deciſ.* 435. *n.* 1. *ead. part.* 2. *in recent.* vbi in fortioribus iam erat reſolutũ de iure patronatus, & nihilominus Rota ſuſtinuit collationem epiſcopi factam vti de libero propter vltimum ſtatum, & *deciſ.* 154. *ſub n.* 3. *part.* 1. *in recent.* vbi dicitur contraria procedere quando ageretur principaliter inter collatores de pertinentia collationis, ſecus quando agitur ad ſuſtinendam collationem. Sicut, & è cõtra collatio vti de iure patronatus facta ad præſentationem patronorũ, ſuſtinetur, ex ſolo vltimo ſtatu iuſta, *cap. conſultationibus de iure patron.* & ſæpius fuit deciſum, & pręſertim in Nouarien. iuriſpatronatus 28. Junij 1517. coram R.P.D. Vbaldo, & coram eodem in Romana iuriſpatronatus, ſeu beneficiat⁹ 9. Decemb. 1619. & ratio eſt, quia collatio, electio, præſentatio ſunt fructus, & vti fructus ſpectant ad poſſeſſorem. Si tamen ante factam collationem cõſtaret de iurepatronatus vel de libertate beneficij, tunc vltimus ſtatus non ſuffragaretur, nec etiam ad ſuſtinendam collationem de proximo faciendã, quia proprietas abſorbet poſſeſſionem iuxta latè deducta in Lucana iuriſpatronatus 25. Januar. 1612. coram Penia, & Rot. *diuerſ. dec.* 167. *n.* 10. *p.* 2. & bene Rota *dec.* 525. *n.* 2. *par.* 2. *in recent.* Benè verum eſt quod non dicitur de hoc conſtare, niſi quando adeſt, vel confeſſio partis vel res iudicata Rot. *deciſ.* 269. *n.* 4. & 5. *p.* 2. *diuerſ.* Seraph. *deciſ.* 555. *nu.* 8. Mareſcott. etiam quando conſtaret per publicum inſtrumentum pro vt latè in præallegata Lucana iuriſpatronatus coram Penia.

Prædictis eſt conformis alia concluſio, quod vltimus ſtatus non ſit attendendus, quando conſtat de anteriori ſtatu præcedenti, niſi ſtatus vlmus ſit legitimè præſcriptus, prout latè firmauit Rota *in deciſ.* 188. *ſub numer.* 1 *part.* 1. *in recent.* circa quod tamen eſt benè aduertendum, & eſt diſtinguendum inter ſtatum beneficij, &

Digitized by Google

inter quaſi poſſeſſionem conferendi, ſeu præſentandi; nam quando agitur de ſtatu, puta quod beneficium ſit ſeculare, vel regulare, curatum, vel ſimplex, & de ſimilibus qualitatibus, quæ propriè eſt materia, *cap. cum de beneficio de præbend. in 6.* tunc verum eſt quod non attenditur vltimus ſtatus quando conſtat de anteriori contrario, nec etiã ad effectum ſuſtinendi collationem. Si verò agatur de quaſi poſſeſſione cõferendi, præſentandi, eligendi, quæ eſt materia capitis *querelam de elect.* & cap. *conſultationibus de iure patronat.* & cap. *cum olim de cauſ. poſſeſſion.* tunc ſola quaſi poſſeſſio ſufficit ad ſuſtinendam prouiſionem, nec attenditur præcedens ſtatus contrarius per rationem ſupra allegatam, quia ſcilicet iſti actus, vti fructus ſpectant ad poſſeſſorem, & ita benè inter ſtatum beneficij, & poſſeſſionem conferendi diſtinxit Rota *in deciſ. 219. ſub n. 2. & 3. part. 1. in recent.* vbi dicitur hanc eſſe legitimam intelligentiam, cap. *conſultationibus de iurepatronat.* & vide ad materiam ſequentes allegationes.

CVm exiſtat in antiquiſſima quaſi poſſeſſione Illuſtriſſima familia de Duce præſentandi Cappellanum, ſeu Rectorem in Cappellania ſub tit. SS. Jo. Pauli in Regione Sedilis nidi, cumque nuper eueniſſet caſus vacationis per obitũ Jo. Hieronymi Campanilis quondam Epiſcopi Iſerniæ, Dominus Andreas de Duce filius, & hæres Jo. Ant. de Duce veri, & legitimi patroni dicti iuriſpatronatus infra legitima tempora præſentauit in dicto beneficio Clariſſimum Aloyſium Milanum Neapolitanum, & fuit inſtatũ pro illius inſtitutione contra quam Dominus fiſcus Curię Archiepiſcopalis Neapolitanæ ſe oppoſuit, & prætendit de nouo docendum de titulo.

Quam prętenſionem, pace ſua, inanem eſſe oſtendere conabor ex antiquiſſima quaſi poſſeſſione, in qua reperiuntur Domini de Duce præſentandi in dicto beneficio, in quo iure fuerunt confirmati etiam poſt Concilium ab hac Reuerendiſſ. Curia.

Nam ſi attendatur vltimus ſtatus, Jo. Hieronymus Campanilis Epiſcopus, vt ſupra tunc Canonicus Illuſtriſſimi Capituli Neapolitani anno Domini 1593. volens mutare Canonicatum ſuũ cum Jo. Laurentio Grandillo vltimo, & immediato tunc Rectore ſupradicti beneficij Io. Antonius de Duce Iunior verus, & legitimus patronus dicti beneficij præſtitit aſſenſum in dicta cõmutatione, & ſic fuit dictus Hieronymus inſtitutus ab ampliſſimo, & oculatiſſimo Præſule Annibale Capua, qui in illa inſtitutione non proceſſit incaute, & ex abrupto, ſed cum cauſæ cognitione, vt ex actis apparet, in quibus eſt videre dictum Campanilem produxiſſe octo præſentationes continuatas, & non interruptas ab anno 1539. factas à Dominis de dicta familia cum ſententijs, quæ effectum ſortitæ fuerunt, vt ex bullis inſtitutionum, quæ imprompttu producuntur inſpicitur, nec non in eiſdem actis eſt videre depoſitiones quindecim fere teſtium deponentium in anno 1556. de tempore ſuo per Sexaginta, & quadraginta annos, & ex auditu à ſuis maioribus ſupradictum ius præſentandi reſidere, & eſſe penes prædictam familiam, deponentium ex auditu de fundatione, & dotatione item nominantium, & cognoſcentium alios aſcendentes in dicta familia viuentes anno 1524. habentes hoc ius, & præſentantes, & alios ex auditu ante annum 1524. & longe ante annum 1539. à quo incipiunt præſentationes in actis productæ, & ſic concludentes centenariam, & vltra in dicta poſſeſſione.

Quibus

Digitized by Google

Quibus præmiſſis ſic ſtantibus non eſt dubium, quin Dominus Andreas ſit in ſua quaſi poſſeſſione manutenendus in dicto patronatu propter expreſſam declarationem ampliſſimorum patrum Sacri Concilij interpretũ adductam à multis, & præcipuè ab Epiſcopo Campanili *in ſuo diuerſ. rub.* 11. *cap.* 13. *n.* 414. his verbis; Cenſuit Sacra congregatio non poſſe patronum repelli à ſua quaſi poſſeſſione præſentandi, ſi adhibita cauſæ cognitione ſuper iur. patr. poſt Concilij ordinarius à patrono præſentatum admiſiſſet, etiamſi poſt obitum eiuſdem præſentati de validitate iuris patronatus iterum contigerit dubitari.

Et quis affirmabit vltimum, & immediatum Rectorem fuiſſe admiſſum ab ordinario abſque cauſæ cognitione, ſi præuiis omnibus antedictis fuit inſtitutus Jo. Hieronymus Campanilis vltimus, & immediatus in hoc beneficio Rector & Cappellanus. Qui enim præſentationes prædictas ab ordinario abſque cauſæ cognitione fuiſſe admiſſas affirmabit, in quorum inſtitutionũ ſententiis, ſunt poſita hæc, & ſimilia verba, videlicet quia per merita dicti proceſſus, & ſcripturarum clarè liquet, & euidenter apparet Clericum N.N. ſuam fundaſſe intentionem, &c. quare venit inſtituendus, &c. vel quia nobis plenè conſtitit, & conſtat beneficium ſiue rectoriam, &c. fuiſſe, & eſſe de iure patronatus Alphonſi de Duce.

Quæ, & ſimilia verba Illuſtriſſimi Pręſules, & Antiſtites Neapolitani proculdubio non appoſuiſſent ſi à veritate abhorruiſſent, cum ageretur de diminuenda iuriſdictione ordinariorũ, in quo caſu reddunt ſe præſules difficiles in admittendo beneficium eſſe de iure patronatus & inſtituendo pręſentatos à patronis, vt aiunt plurimæ Rotæ deciſiones præſertim 425. ſed retento fine ll. de iure patronatus in nouis, nec non altera Paleotti in vna Auſculana Parochialis 9. Julij 1559. de qua *in lib.* 3. *part.* 5. *diuerſ.* eſt 1c *deciſ.* 376. oſtendebatur *deciſ.* 1449 *ead. part.* 3. *lib.* 4. Ex qua ratione motæ prædictæ deciſiones affirmant ſi in literis Præſulum fiat mentio de præſentationibus etiamſi illę non appareant in actis, tamen eſſe factum ſatis menti S. Concil. Trident. quod requirit multiplicatas præſentationes. Ita à pari etiamſi non appareant in actis omnes neceſſariæ ſcripturæ, dummodo in inſtitutionibus mentio de illis fiat, non poteſt negari fuiſſe præſentatos cum cauſæ cognitione admiſſos ab ordinario, eſtque deciſio vnica Caſſad. *de præſumptionibus* quod præſumitur pro proceſſu ex ſententia, ex quo fuit lata ſupra aliquem, & non appellantem, etiamſi nõ doceatur de proceſſu per doctrinam Inn. *in cap. cum in iure de offic. deleg.* vbi etiam Abb. & *in l.* 1. *C. de relat.* & Abb. poſt alios *in cap. quoniam contra de prob. col.* 15. ſequitur Gabr. *conſ.* 196. *nu.* 9. & *conſ.* 198. *ſub n.* 3. & alij recentiores.

Ex præfatis igitur declarationis verbis apparet præſentantem manutenendum eſſe in poſſeſſione, ſi ex actis appareat ordinarium eſſe aliqua adductum ratione, eumque non ex abrupto motum, ſed probationibus, & etiamſi probationes ipſæ non appareant tam lucidæ, & euidentes, ſed potius dubietatem aliquam complectentur (quod alienum credo in caſu noſtro) neque omnem tollerent ambiguitatem, adhuc procederet meo iudicio relata declaratio, nam ſi acta, & probationes tales eſſent quod patronatum aperte verificarent, valideque probarent, certè non ſententiis, inſtitutionib⁹, bullis, literis ordinariis, aut illius admiſſione inniterentur præ-

Digitized by Google

fata declaratio, ſed ipſiſmet iuribus impulſa pronunciaſſet, manutenendū eſſe patronum, nec ſubiunxiſſet illa verba videlicet. etiamſi poſt obitum præſentati de validitate iuriſpatronatus iterum cōtigerit dubitari, quandoquidem ſi iura prædicta adeo eſſent efficacia, minime contingere poſſet, vt de iurepatronatus rurſus dubitaretur: itaque verba declarationis inſinuant manutenendum eſſe, quoties cauſæ cognitio anteceſſit inſtitutionem, licet dubium aliquod præ ſe ferunt probationes, & iura prædicta, ita quod neq; apertè conuincant, neque apertè reiiciant, ita Io. Hieron. Camp. *in ſuo diuerſ. loc. cit.* concludendum igitur, quod ſi ad effectum manutentionis vltimus ſtatus ſufficiat poſſeſſionis, *c. conſultationibus.* & ibi Abb. *n. 2. & 9. de iur. patr. cap. querelam de elect.* Dec. *conſ. 134. nu. 1.* Creſcent. *deciſ. 2. in fin. de iurepatr.* latius Mareſcott. *var. reſolut. lib. 1. c. 55.* vtique Dominus Andreas de Duce eſt manutenendus cū in ſimili materia ita fuiſſe obſeruatum atteſtatur Marcus Antonius Genuenſis in hac Reuerend. Curia *c. 63. n. 3.* alias nunquam (vt ipſe ait) daretur finis litibus. Hæc in poſſeſſione.

Sed ſi comminus cum hoſte dimicare, & in petitorio ius patronatus prędictum, prædicto Domino Andreæ de Duce ſpectare oſtendere velimus, libenter congrediar, tutus quod hoſtis minime delere poterit iuſpatronatus illud, quod à tempore omnium debellatore acerrimo minimè occultari, ac deleri potuit, iuſpatronatus illud cuius memoriæ Græcis, Gallicis, ac latinis literis fuit fidelis conſeruatrix inferius oſtendenda antiquitas.

Ex mente Sacri Conc. Trid. *c. 9. ſeſſ. 25. de reform.* duobus modis probatur exiſtentia patronatus, nempe oſtendēdo titulum aut poſſeſſionē, verificando cū multiplicatis præſentationibus.

Et in caſu noſtro vtrumq; oſtendā, ac de poſſeſſione; illam, cum de poſſeſſorio egimus, ſatis probatam iudico, ibi enim oſtēdimus multiplicatas præſentationes per longiſſimum octuaginta ſeptem annorum temporis curſum, quæ omnes fuerunt effectum ſortitæ, nec non ſpatio pluſquam centum annorum, vt ex teſtiū depoſitionibus in facto eſt videre *fol. 26. in primo proceſſu cum ſeq. & fol. 39. cum ſeq.* qui teſtes probant de tempore ſuo per 40. & 60. annos, & à ſuis maioribus ex auditu, dominos de Duce fuiſſe in prædicta quaſi poſſeſſione, vt in teſtibus, qui deponunt de poſſeſſione tanti temporis, cuius memoria non extat, exigit gloſ. *in c. 1. de præſcript. in 6.*

Quod oſtenſis tot præſentationibus ſpacio 87. annorum ſit reſiduum vſque ad immemorabilem probari per teſtes clarè liquet ex verbis eiuſdemmet Concil. Trid. *ibi, aliaſque ſecundum iuris diſpoſitionem, & atteſtationes teſtium in actu redactas circa probationem iur iſpatronatus (etiam vniuerſitatis)* quia acta publica dicuntur, cenſeri etiam authenticas ſcripturas non dubitatur, ita quòd ex illis intelligatur ſatis Concilio factum concludit Menoch. *conſ. 336. n. 23.* per ibi allegata. Quod etiam appellatione apertiſſimi documenti veniant teſtes, docet Gl. *in c. 1.* & ibi Archid. *de except. in 6.* & ſic probari iuſpatronatus poſt Conc. determinauit Rota in Lucana plebis Mercurij 13. 22. Junij 1590. coram Gypſio, & eſt deciſio 541. inter recollectas à Farinac. & ſæpè Rota ſic cenſuit, vt coram Bubalo *dec. 520. inter recol. à Farinac.* altera coram Penia in vna Tiraſonen. iuris præſentandi die Mercurij 5. Maij 1593. Gabr. *concluſ. 108. lib. 2.* & Menoch. *conſ. 241. n. 1. & ſeq. lib. 3.* vt alios reiiciam.

Nec obſtat quod teſtes ſint de famil. de Duce, tum quia multi non ſunt de

familia,

Digitized by Google

familia, tum quia illi de familia non probarent, qui vocem, & intereſſe haberent in dicto iure patronatus & de quorum ſingulorum vt ſingulorum commodo ageretur, vt probatur à fortiori in caſu allato à Genuenſ. *in ſua practica c. 63.* in teſtibus Vniuerſitatis etiam ſi alius adeſſent Abb. Fel. Dec. *in c. inſuper de teſt.* Menoch. *de arb. lib. 2. caſu* 106. qui teſtatur de commun. contetrunt ſcripta per nos *in queſt. for. fin. lib. 1.*

Quod in iure prędicto alij de familia non habeant vocem, niſi primogenitus, probatur ex omnibus teſtibus in proceſſu reproductis *fol. 26. & ſeq.* ex qua antiquiſſima poſſeſſione præſumi titulũ ex fũdatione, nõ eſt qui dubitet.

Sed vt clarius oſtendatur tit. recenſenda ſunt nonnulla alia apertiſſima documẽta in actis producta & primũ.

Fideliſſimum Domini viſitatoris de titulo huius patronatus teſtimonium, qui Dominus cum anno 1599. Cappellani prædicta SS. Joan. & Pauli inuiſiſſet, in lib. viſitationis dicti anni, ita teſtatur, dicta die acceſſit Dominus viſitator ad viſitandam dictam Cappellam, cuius eſt beneficiatus Reuerendus D. Jo. Hieronymus Campanilis qui alias docuit de eius titulo in viſitatione anni 1594. *fol. 12. in 3. proceſſu.* Cuius viſitationis anni 1594. regiſtri iactura facta eſt, cum in Archiuio cuius curiæ vnà cum illius actuario diligentiſſimè quæſiuiſſemus, minimè inuenire potuimus, vt ipſemet Archiuius Barreſius teſtari poterit, quod ſi tantæ Domini viſitatoris atteſtationi non credendum, quibus adhibenda ſit fides non video, & viſitationes in libris regiſtrare inane iudico, niſi iis in regiſtris inuentis tantum pro fiſco facientibus credendum.

Secundum & euidentiſſimum præſentis patronatus documentum, quod ex antiquiſſimo tempore fundationẽ docet, illud producitur, inſcriptiones ſcil. in vetuſtiſſimis marmoribus Græcis, Gallicis, ac Latinis inſculptæ literis in dicto Sacello exiſtentes, & autore prætore exemplatæ, & in actis productæ, vt *fol. 15. 3. proc. quarum prima eſt.*

Nobilis familiæ de Duce Sacellum S. Joanni, & Paulo dicatum.

Adeſt alia Græco Idiomate, cum Græcam linguam minime callebat Actuarius Suſanna illam traducere haud potuit, ſed eruditiſſimum perlegens ego Capacium Neapolitanæ hiſtoriæ grauiſſimum, ac fideliſſimum ſcriptorem *in lib. 1. cap. 12.* de Ducibus Neapolitanis, nec non in tract. Petri de St[e]fano de eccleſiis Neapolitanis, & eorum fundatoribus eamdem inſcriptionem traductam inueni, traductio autem eſt huiuſmodi, vt eſt videre *in 3 proceſſ. fol. ſupra cit.*

Theodorus Conſul, & Dux à fundamentis templum

ædificauit, & Diaconiam ex nouo perfecit in d.

IIII. Regni Aſontis, & Conſtantini, Dei amatorum,

& Regum, qui reuerenter vixit in fide, & conuerſione ſex menſis Octobris hic viuens Chriſto annos XL.

Quem lapidem ipſemet Capacius, & Petrus de Stefano locis cit. in eadem prędicta Cappella SS. Jo. & Pauli in Regione Sedilis Nidi vidiſſe teſtantur, vt *in 3. proc. fol. 17.*

Hunc Theodorum ſuperſtitẽ fuiſſe Conſtantini, & Irenæ tempeſtate anno 786. & fuiſſe illum Theodorum, qui Longobardos eiecit ab Italia, qui pluſquam viginti annps in illa quieuerant, primum fuiſſe Ducem Græcum Neap. notat Capac. *loc cit.* cuius deſcendentes appellati ſunt à Duce, Nam ex incurſione, & confuſione barbararum nationum, homines nominibus tantum diſtinguebantur,

non autem cognominibus, hæc acceperunt poſt libertatem à dictis nationibus, & quidam acceperunt à ciuitate, quidam à moribus, quidam ab animalibus, quidam à dignitate, & officio quod habebant, ita teſtatur Scipio Ammiratus, *in tract. de nobilitate, & nobilibus cognominibus his verbis: Molti cognomi vengono da gradi, dignità, & profeſſioni come ſono quelli del Duce, Marcheſe, Conti, Imperiali, Tribuni, Viſconti, Abbati, Alfieri, Baroni, Baroncelli, Falconieri, Maſtrogiudici, Protonobiliſſimi, Nobili, & altri.*

Tertiò adeſt marmoreus tumulus, in quo Gallicæ videntur inſculptæ literæ tenoris ſequentis videlicet. Hic iacet corpus Marini Capice de Duce militis domeſtici familiaris Regij, qui obiit anno 1335. 13. menſ. Septembris indictione 4. anima eius requieſcat in pace amen, vt *in 3. proc. fol.* 15.

Adeſt & quartò magnus lapis marmoreus abſque inſcriptione, ſed ſatis teſtatur, quod nos probare intendimus, nam in eo inſpicitur figura quædam ad ſimilitudinem hominis iacentis cum duobus inſignibus familiæ de Duce, vt *eod. proc. fol.* 15.

Vtrum autem iuſpatronatus probetur per literas antiquas inciſas in marmoreis, ſeu aliis lapidibus ſuper hoc conſuluit Bald. *conſ. 445. incip. in Chriſti nomine, &c. An patronatus Eccleſia, in 4. vol.* vbi primo dicit videri quod non, in contrarium dicit eſſe plures gloſas ordinarias, quod huiuſmodi ſcriptum cum temporis longinquitate faciat fidem, & dicit iſtam eſſe gloſam ordinariam *in c. cum cauſam extra de probationibus 24. quæſt.* 2. ſane quod his inſcriptionibus, & titulis fides ſit adhibenda, niſi contrarium appareat, ſi longinquitate temporis fulciuntur, ſecus ſi eſſent factæ ſcripturæ de proximo notat Lambert. *lib. 3. art.* 4. 5. 9. principalis Roc. de Curt. *in verbo honorificum in fine 50. col.* quærit de hoc, & concludit iuſpatronatus probari per literas antiquas inciſas in lapidibus, & allegat dictum conſilium Baldi, & quod hæc probatio per literas antiquas inciſas in lapidibus ad probandũ iuſpatronatus inſeruiat eo modo, quo inſeruiret inſtrumentum antiquum fundationis, & illos effectus habere poſſet, docet Lambert. *loc. cit. n.* 3. & probare affirmat iuſpatronatus eſſe de tali familia maxime ſi cõtra eos de familia non eſſet præſcriptum, & ſic eſſent in quaſi poſſeſſione, vt in caſu noſtro.

Addo quod in dicta Cappella SS. Joannis, & Pauli ſunt arma, ſeu inſignia familiæ de Duce, quod aliud argumentum eſt dictam Cappellam eſſe Dominorum de Duce, cum in textu Jo. de Anan. *conſ.* 86. relatus à Lamber. *loc. cit.* dicat ſtare regulam, non eſſe licitum ſuper re aliena imponere ſigna, vel arma, allegat *l. 1. per totum C. nemini licere ſigna imponere*, & Barto. *in ſuo tract. de inſignibus, & armis circa principium*, nam intereſſe dicit memoriæ illius fundatoris, vt alia arma, vel inſignia quam ſua non ponantur, nam per impreſſionem armorum alicuius, memoria fundatoris poſſet de facili confundi in proceſſu temporis poſſet dubitari, quis illas Cappellas ædificare fecerit, & ſic non conſeruaretur dignitas fundatoris, quæ ſalua ſemper debet eſſe.

Quare ex armis, & inſignibus ibi appoſitis valde oritur fumus iuriſpatronatus, nam huiuſmodi inſignia valdè faciunt ad probationem iuriſpatronatus Rip. *in cap. cum eccleſia nu. 97. de cauſ. poſſeſſ.* Ferrett. *conſ.* 29. R[illegible] *decis.* 518. *nu. 5. part. 1. in recent* Cocci. *decis.* 230. in Hiſpalen. de Cueuas 20. Martij 1590. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, & in Romana vnionis, ſeu iuriſpatronatus 16. Januarij 1599. coram

Digitized by Google

ram R.P.D. Orano D. Riccius *in Curia Archiepiſc. Neap part. 2.*

Ex his igitur concludendum eſt Dominum Andream de Duce eſſe manutenendum, & ſatis conſtare de exiſtentia iuriſpatronatus prædicti.

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 3102.

Super Alex. in l. ſeruum filij §. eum qui chirographum ff. de legat. 1.

¶ *Iura, & ſcripturæ quas pars poteſt habere à notario ab eo petere debet, & non à parte: & hic plura habes de iurium editione.*

COlligitur dictis per Alex. *hic n. 2.* quod quando pars poteſt habere à Notario ſcripturam debet vel, illam ab ipſo petere, aut reficere expenſas ſolutas à contraria parte in releuando ſcripturam illam, & ita dixit Rota in Fauentina ſucceſſionis Veneris 7. Nouembr. 1603. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Ludouiſio deinde Gregorio X V.

Nec non notabis, quod duo copulatiuè requiruntur, vt intret æquitas Canonica, iuxta quam quis tenetur edere iura parti contrariæ. Primò probatio exiſtentiæ ſcripturæ penes illum, à quo petitur exhibitio. Secundò quod conſtet de intereſſe poteſtatis Seraph. *decis.* 1224. Verall. *decis.* 194. *par.* 1. & latè fuit dictum in Colonien. canonicatus 8. Martij 1611. coram R.P.D. Penia, & penes Farin. *decis.* 318. *n.* 2. *& decis.* 278. *n.* 1. plenè & concludenter non ſufficeret probare præſumptiuè, vt dixit Rota *decis.* 250. *n.* 1. *part.* 1. *in recent.* vbi quam plures deciſiones referuntur, & probari debet exiſtentia de tempore motæ litis. gloſa *in l. non ignorabit in verbo fuiſſe C. ad exhiben.* Rota *decis.* 259. *n.* 6. *part.* 2. *in recent. & dicta decis.* 278. *n.* 2. & fuit etiam dictum in Romana redditionis Computorum 22. Martij 1602. coram R.P.D. Coccino Decano, vbi dicitur, quod non valet in hac materia argumentum de præterito in præſens, prout etiam dicitur *in dicta decis.* 259. quod tamen declaratur procedere ſolum in iis perſonis, quæ ratione officij non tenentur conficere, & cuſtodire libros, & ſcripturas quæ quales ſint vide *in decis. coram ſanctiſſim. decis.* 199. ſecus autem eſt quando ſumus in perſonis, quæ ratione officij tenentur cõficere, & cuſtodire prout poſt plures deciſiones relatas diſtinxit Rota *decis.* 259. *ſub n.* 6. *part.* 2. *in recent.* & fuit poſtea etiam dictum in Romana Computorum 25. Maij 1615. coram R.P.D. Coccino Decano, huiuſmodi etiam perſonæ niſi probent amiſſionem, & caſum amiſſionis coguntur edere, & non eſt neceſſe probare exiſtentiam penes illas præcisè de tempore motæ litis, Rota poſt relatos, *decis.* 339. *ſub n.* 5. & fuit etiam dictum in Marſicen. iuriſdictionis 20. Nouembr. 1617. coram R.P.D. Buratto, nec ſtandum illarum iuramento circa amiſſionem, non obſtante quod eſſent perſonæ valde legales, Rota *dicta decis.* 278. & fuit etiam dictum in dicta Marſicen. iuriſdictionis 1617. coram R.P.D. Buratto.

Quando verò verſamur in perſonis, quæ ratione officij non tenentur conficere, & conſeruare, tunc ſi agatur cõtra eorum hæredes ſufficit dictis hæredibus negare medio iuramento penes ſe non extare ſcripturas petitas, vt fuit dictum in Anconitana Bonorum, 21. Maij 1605. coram R.P.D. Ottembergo Ludouiſius *decis.* 199.

In hac autem materia aduertendum eſt, quod licèt ſcriptura non ſit penes eum, contra quem petitur exhibitio, ſed ſit penes perſonam, cui ille poteſt

præcipere tunc perinde haberi debet ad iſtum effectum exhibitionis, ac ſi penes illum, à quo petitur extaret Seraphin. *deciſ.* 1224. *n.* 3. & fuit dictum in dicta Marſicen. coram R.P.D. Buratto, vbi habetur quod Epiſcopus tenebatur edere iura, quæ conſeruabantur in eius Archiuio penes eius Notarium, quia poterat Notario præcipere, & dicta iura habere.

Quo verò ad illud ſecundum requiſitum concernens intereſſe petentis exhibitionem, ſufficit ſummariè, & aliqualiter illud probare Rota *deciſ.* 250. *ſub n.* 2. *part.* 1. *in recent.* imo probatur ſolo iuramento petentis Iaſon. *in* §. 1. *n.* 46. Rota *deciſ.* 178. *n.* 2.

Æquitas Canonica cogens ad exhibendum non habet locum, vbi ageretur de detegenda turpitudine illius, à quo petitur exhibitio. Veral. *deciſ.* 39. *part.* 1. fuit dictum in Abulen Canonicatus 20. Nouembris 1598. coram Rubeo.

COLLECT. 3103.

Super Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ.

¶ *Fructus ſunt reſtituendi deductis expenſis.*

Affirmant hic Baldus, quod licèt ſtatuto caueatur vt fructus reſtituantur, intelligitur id deductis expenſis, & ita Caualcan. *deciſ.* 27. *n.* 14. *p.* 3.

Amplia quod fructus, & redditus æſtimantur deductis oneribus, vt per Caualcan. *deciſ.* 37. *n.* 89. *& deciſ.* 22. *part.* 2. *& deciſ.* 27. *n.* 14. *part.* 3.

Amplia quòd quando quis ratione fructuum perceptorum tenetur ſoluere collectas, & tributa intelligi debet deductis oneribus, & impenſis Rubin. *deciſ.* 201. vbi aſſignat rationem, quia bona, & redditus deductis oneribus debitis, & ære alieno intelliguntur Vrſill. *deciſ.* 252. quæ quidem concluſio habet locum, & procedit etiam in debito fiſcali, quia illud debetur deducto ære alieno Capic. *deciſ.* 20. Viuius *deciſ.* 4.

Amplia vt etiam releuium competens fiſco Regio ſuper feudis in ſucceſſione tranſuerſalium debetur deductis oneribus, vt latius eſt videre apud Maſtrillum, *deciſ. Rota Siciliæ* 112.

Quamuis in hoc aduertere debeant Hiſpanæ Regionis Ciues, quod in Luſitania totum contrarium ſeruatur vt fatetur Cabedus *deciſ. Rot. Luſitaniæ* 188. *part.* 1.

COLLECT. 3104.

Super cap. non ſolum de appell. in 6.

¶ *Attentata an & quando ſint reuocanda pendente appellatione?*

Regula deſumitur ab iſto textu, quod appellatione pendente aliquid innouari, & attentari non poteſt, nec à iudice, nec à parte, ſed reuocanda ſunt ante omnia, Rota *in antiq. in deciſ.* 518. *nota quod attentata* Caſſador. *in deciſ.* 3. *incip. petens reſtitutionem*, Rota *in nouis in deciſ* 14. *incip. fuit dubitatum* Affl. *in deciſ.* 352. *n.* 2. *in deciſ.* 354. *nu.* 19. Grat. *in deciſ. Marchiæ* 70. *nu.* 5. 20. *in deciſ.* 91. *n.* 11. Maſtrill. *in deciſ. Sicil.* 52. *n.* 10. Cacheran. *in deciſ. Pedem.* 5. *nu.* 1. Verall. *in deciſ.* 154. *n.* 1. *par.* 1. Valaſc. *deciſ.* 91. Rota *in deciſ.* 124. *part.* 1. *in impreſſ. Lugdun. & deciſ.* 235. *part.* 1. *tom.* 1 *& deciſ.* 264. *ead. part.* 1. *tom.* 1. *& alibi pluries.*

Verum quia dantur multi caſus, in quibus attentata reuocari non poſſunt, prout alij datur, in quibus attentata ècontra reuocantur, ideo in hac Collectanea quam breuiter petere annotabo prius aliquos caſus, in quibus attentata non reuocantur, & deinde alios, in quibus attentata reuocantur enucleabimus.

Primò

Primò attentata, quæ ſunt poſt appellationem extraiudicialem interpoſitam ante notificationem, ſiue intimationem parti factam per modum attentatorum minimè reuocantur, quia ob iuſtam ignorantiam non poteſt redargui attentans, quod ſuperiori non obedierit, voluit Rota *in nouiſ. in deciſion.309. incipien. attentata per iudicem,& in deciſ.344. incip. licet cauſa*, & antea eadem Rota *in nouiſ. ſimiliter in deciſ.38. incip fuit dubitatum.* Eum enim, qui certioratus eſt certiorari vlterius non oportet, *cap. cum de regul. iur. in 6.* quo in loco nonnulla ſimilia optimè tenuit Rota *in antiquis in deciſ. 12. incip. Rota quod vbi appellatur,* & eadem Rota *in nouis in deciſ. 127. incipien. valet intimatio.*

Ex his redditur conſideranda aſſertio, qua dicunt, quod citatio partis obtenta, & executa ſi fuit ſimplex ad dicendum contra iura, & ex qua citatus plenè non eſſet inſtructus, vt non habeatur pro citato, ita vt fieri poſſit attentatorum reuocatio, tanquam minus valida litis pendentiam non induceret ad attentatorum effectum, Vbald. *in deciſ. Nuperrim. Roman.500.n.5. 9.part.1. tom.2.*

Ampliatur autem dicta concluſio non reuocari, vt attentata, quæ innouata ſunt poſt extraiudicialem appellationem, niſi in illa ſint expreſſæ cauſæ appellationis, & illatum in probando oblatio facta, vt per Rotam *in nouis in deciſ.38. incip. fuit dubitatum*, & ſæpè, & *in deciſ.344. incip. licet cauſa.*

Declarando tamen interim excommunicatum declarari poſſe qui priuatus intelligatur fructibus ſui beneficij, & etiam quotidianis diſtributionibus Franc Marc. *in deciſ. Dolph.884.n.2.vol. 2.* Put. *in deciſ.280. lib.1.*

Secundò quando res eſt tempore peritura puta probationes amitterentur ob teſtes abſfuturos, aut tempore breui morituros, non cenſetur appellationi renunciare, petendo teſtes recipi, & examinari, nec dicetur iudex à quo decernens illos recipi attentare, nec poterunt attentatorum intuitu reuocari ex notatis per Rotam *in antiq. in deciſ. 386. incip. nota vtrum poſtquam* quæ loquitur de iudice ordinario, qui detulit appellationi, & ſimile dicitur de iudice ad quem fuit appellatum, per eandem Rot. *in antiq. in deciſ. 59. incip. nota quod vbi eſt appellatum, in deciſ. 110. incip. nota quod cauſa pendente, in deciſion. 198. incipien. nota quod per iudicem.*

Tertiò remedium attentatorum locum non habet in taxatione expenſarum, quæ fieret per iudicem à quo, quia non dicitur innouare, vel aliquid noui facere expenſas taxando, cum ſit ſequela primæ ſententiæ, & non noua, vt dicit Rota *in nouiſ. in deciſ. 13. incip. ſi iudex.*

Quartò cum reus ſuam poſſeſſionem continuat non dicitur attentare *cap.1. vt lite pendente cap. dudum de priuileg.* quod reformare poteſt iudex appellanti poſſeſſionem ſibi turbatam, Rota *in antiq. in deciſ. 86. incipien. nota quod vbi*, & melius *in nouiſ. in deciſ. 344. incip. licet in cauſa* Bellamer. *in deciſion. 700. incip. ſi poſſeſſor comitatus.* Vndè continuando ſuam poſſeſſionem non ſpoliat, & ideò non innouat *cap. olim de reſtit ſpoliat.* Rota *in nouiſ. in deciſ. 259. incip. ſi rector alicuius cap. cum teneamur de appellat.* Capic. *in deciſ. 72. per totam* ſequitur Jafred. Lanfranc. Balb. *in deciſ. 447. incip. poſſidens.*

Quintò inde ſequitur caſus, in quo appellatio eſſet nulla quia cum ex nullitatis illius interpoſitione iudex à quo non obligetur, ſequitur attentata eo caſu minimè eſſe reuocanda ex præfatis voluit Bellamer. *in deciſ.*

239. *in cauſa Domini Gulielmi.*

Sextò quando notoriè conſtat de non iure petentis reuocationem attentatorum, tunc illud remedium locum non habet, Rota *in antiq. in deciſ.* 357. *incip nota quod attentata* eadē Rot. *in nouiſ. in deciſ.* 14. *verſ. ſed ſi conſtet.* clare Afflict. *in deciſ.* 98. *in fin. in deciſ.* 352. *ſub nu.* 2. Bellamer. *in deciſ.* 356. *incip. ille, de cuius in deciſ.* 393. *incip. ſi petens reuocari. in deciſ.* 552. *incip. concluſio.* Caſſador. *in deciſ.* 3. *n.* 4. *tit. de reſtit. ſpoliat.* idem Bellamer. *in deciſ.* 191. *incip. ſi conſtat.*

Septimò quando eſt facta concluſio in cauſa non vendicat ſibi locum reuocatio per viam attentatorū, quia illa viam præfatam præcludit concluſioni quemadmodum præcludit viam ſuſpenſioni petitorij, Rota *in nouiſ.* 57. *incip. attentata lite pendente* Afflict. *in deciſ.* 352. *n.* 3. *& per totam,* Rota *in antiq. in deciſ.* 307. *&* 518. *incip. nota quod attentata.*

Intellige ſupradictam concluſionē procedere quando tractatur de concluſione facta in eadem inſtantia non autem in alia, voluit Mantica *in dec.* 33. *ſub n.* 17. *verſ. poſtremo non obſtat.*

Octauò remedio attentatorum nō eſt locus vbicunq; nec iudici nec parti appellatio intimata, ac notificata fuit, quia ab ignorantibus appellationem attentata minimè reuocantur, Rota *in nouiſ. in deciſ.* 309. *incip. attentata per iudicem. & in deciſ.* 344. *incip. licet in cauſa in princ.* Bellame. *in deciſ.* 540. *incip. ignorans in fin.*

Nonò poſſe offendi bannitum ſtatuto diſponente appellatione facta in nullitate oppoſita non obſtantibus Guid. Pap. *in deciſ. Delphin.* 74. Franc. Marc. *in deciſ. Delph.* 907. *n.* 2. 3. *vol.* 1.

Quis autem concedere poſſit ſecuritatem ſiue ſaluum conductum Bannito, ſiue malefactori? Ad ſupremum Principem ſpectare hanc ſecuritatem ſiue ſaluum conductum, vt voluit textum *in l. Relegati. ff. de Pœn.* Afflict. *in deciſ.* 4. *n.* 2.

Decimò attentata non reuocantur pendente appellatione à decreto alimentorum, quia præſtantur, non obſtante appellatione ac litis pendentia, præſertim quo ad alimenta futura, vt dicit Afflict. *in deciſ.* 152. *n.* 3. Reuſnerus *in deciſ.* 9. *n.* 6. 7. *lib.* 2.

Vndecimò, tertius, ſi aliis litigantibus innouauerit, non reuocabuntur attentata, vt poſt Rot. *in antiq. in deciſ.* 58. *incip, nota quod vbi auditor.* Afflict. *in deciſ.* 354. *n.* 21. 22. Graſſ. *in deciſ.* 26. *incip. attenta,* niſi tamen adhæreat collitiganti, vt apud Aldobrand. *deciſ. Rom. diuerſ.* 243. *vol.* 1.

Enarratis ſupradictis caſibus, in quibus attentata, & innouata reuocari nequeunt, erit vtile quoque notare alios, in quibus reuocatio locum habebit.

Vnde dico primò, vt obtinere debeat attentatorum reuocationem ille, qui probare intendit ſe fuiſſe in poſſeſſione tempore motæ litis, & ſpoliatum fuiſſe, Rot. *in antiq. deciſ.* 89. *& deciſ.* 14. in nouis Afflict. *deciſ.* 98. *& deciſ.* 352. vbi hanc attentatorum reuocationem fieri poſſe apud appellationis iudicem vſque ad cauſæ concluſionem affirmat, ſequuntur Rot. *in nouiſ. deciſ.* 57. & Gratian. *deciſ. Rot. Marchiæ* 110. qui declarat hanc concluſionem locum habere, licet ſpoliatus haberet ſolam detentationem, nam ſufficit probare ſtatum, in quo quis erat tempore attentationis, vt dicit Rot. *deciſ.* 57. *in nouis,* & voluit Bellamer. *deciſ.* 101.

Item ſi is qui appellauit ſuper negotio principali litem conteſtauerit, poterit attentatorum reuocationem petere, Rot. *in nouis deciſ.* 185. Afflict. *deciſ.* 352.

Item quando pendet ſuper eccleſiaſtico

Digitized by Google

ſiaſtico beneficio lis, ſi reus, vel poſſeſſor transferat beneficium per permutationem, vel alio modo, & deinde moriatur, in tali caſu permutatio ſoluitur per viam attentati, citato tamen prius poſſeſſore, Rot. *in antiq. deciſ.* 400. *& deciſ. in nouiſ.* 56. Rot. *diuerſ. deciſ.* 1147. *part.* 3.

Sic etiam, ſi quis reſcriptum, ſiue commiſſionem cauſæ impetrauerit contra aliquem, & præſentauerit corã illo, cui commiſſa fuerit cauſa, vel reſcriptum directum, à quo impetrauerit decerni citationem aduerſus illum, quem conuenire intendebat, & ante quam exequeretur citatio, vel ante quam illa ad notitiam illius partis peruenerit, ipſum, contra quem ob reſcriptum, & commiſſionem fuerat impetrata citatio, ſpoliauerit, erit nihilominus locus remedio attentatorum, Rota *in antiq. deciſ.* 426.

Item attentatorum iudicium locum ſibi vendicat in eccleſiaſticis, ſiue beneficialibus, & profanis tam in ciuilibus, quam in criminalibus, Rota *in antiq. deciſ.* 570. Valaſc. *deciſ.* 156. licèt in cauſis beneficialibus requiratur ex parte petentis reuocatio attentatorum, quod demonſtretur titulus coloratus, Bellamer. *deciſ.* 286.

Item dum ſumus in præſentatione Rectoris, ſiue Cappellani in iure patronatus, quia ſi aliquis præſentatus fuerit inſtitutus, & ab huiuſmodi inſtitutione fuerit appellatum, & appellatione pendente de dicta captura poſſeſſionis poteſt vti attentata peti, & fieri reuocatio Gomez *deciſ.* 31. Guidobon. *deciſ.* 104. Rota *diuerſ. deciſ.* 6. *parte* 2.

Item datur caſus in collatione beneficij facta per priuationem intra terminum datum ad appellandum, quia per viam attentatorum reuocabitur, Guid. Pap. *deciſ.* 74. habetur enim curſus decem dierum, ac ſi appellatum fuiſſet, & ideò non mandatur executioni ſententia intra decem dies, Capic. *deciſ.* 167. Franc. Marc. *deciſ.* 271. *& deciſ.* 760. *vol.* 1. & quoad beneficium collatum ob priuationem intra decem dies appellationis non factæ ita habetur per Rot. *diuerſ. deciſ.* 834. *part.* 3. *& deciſ.* 1149. *ead. part.* Raudenſ. *deciſ. Rot. Piſan.* 13. *n.* 105.

Similiter datur alius caſus in Monacho ſpoliato ab Abbate prioratu, vel adminiſtratione, quæ pendebat contra Abbatem, quæ proſequebatur ab ipſo Monacho, quia in tali caſu, vt attentatus ab Abbate reſtituitur, Rot. *in antiq deciſ.* 1.

Item ſi pendente appellatione poſt inhibitionem aliquid innouaretur vti attentatum reuocabitur etiam non iuſtificata appellatione, Rota apud Farin. *deciſ.* 637. *tom.* 1. *part.* 2. *& deciſ.* 655. *ead. part.* 1. *tom.* 2.

Item, pendente lite ſuper aliqua re ſtabili ſi fiat alienatio, & incurratur litigioſi vitium, alienatio tanquam attentata reuocatur Afflict. *deciſ.* 293. *par.* 1. *tom.* 1.

Item ſi colonus reperiatur expulſus pendente lite, quia expulſio dicitur caſus attentatus, ideo eſt reuocandus, Grat. *deciſ. Rot. Marchiæ* 132. vbi allegat *deciſ. Rot. in nouiſ.* 77.

Tandem quando pendente aliqua lite ſuper feudo coram Domino illud feudum alteri concedit, ac nouam de ipſo inueſtituram facit, de facto feudatarium diſueſtit, in tali caſu attentatum reuocatur, & ſpoliatus, atque diſueſtitus in priſtinum ſtatũ reducitur, reuocatur, atque deducitur, Rota *diuerſ. deciſ.* 187. *part.* 2. Rota *in antiq. deciſ.* 25. Bellamer. *deciſ.* 748.

Quibus ſic præmiſſis ad materiam vtile erit ſcire, aliqua ſpecialia priuilegia, & prærogatiuas, quas habet cauſa

attentatorum, & primò in cauſa attentatorum non requiritur ordo iudiciarius, ſed in illa ſummariè, de plano, & ſine figura iudicij proceditur abſque libello litis conteſtatione, & ſine obſeruatione terminorum, Rota *in antiq. in deciſ.* 348. *incip. nota quod ſi conſtat in fin. in deciſ.* 474. *incip. nota quod ſi attentata*, eadem Rot. *in antiq. in deciſ.* 765. *incip. ſciendum eſt*, eadem Rot. *in nouiſ. in deciſ.* 14. *incip. fuit dubitatum.* Bellamer. *in deciſ.* 101. *incip. ſi conſtat de non iure, in deciſ.* 148. *incip. ſententia*, Affl. *in deciſ.* 351. *n.* 2.

Secunda prærogatiua eſt, quia contra petentem reuocari attentata non poteſt opponi exceptio excommunicationis, Rota *in nouiſ. in deciſ.* 14. *incip. fuit dubitatum.*

Tertia prærogatiua eſt, quia articulo, & diſcuſſione attentatorum pendente fatalia non currunt, vt dicit Rota *in antiq. in deciſ.* 89. *incip. nota quod vbi poſt appellationem in fin. & in deciſ.* 488. *incip. nota quod fatalia.* eadem Rota *in nouiſ. in deciſ.* 102. *incip. fatalia ad proſequendum.* Creſcent. *in deciſ.* 10. *n.* 3. *in titul. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.*

Quarta prærogatiua eſt, quia iudicio attentatorum pendente ſuſpenditur iudicium, & exequutio cauſæ, & ſententiæ principalis, etiam ſpolij, & nullitatis, ac omne iudicium, Rota *in antiq. in deciſ.* 448. *incip. nota quod fatalia.* Afflict. *in deciſ.* 98. *n.* 3. 4. 5. Bellamer. *in deciſ.* 506. *incip. concluſio.* Puteus *in deciſ.* 51. *n.* 2. *lib.* 3. Verall. *in deciſ.* 52. *num.* 2. *part.* 2.

Quinta prærogatiua eſt, quia in iudicio attentatorum etiam nemine petente ex officio iudex poterit attentata reuocare, etiam ſi de partis intereſſe non conſtat, cum plus offendatur iudicis authoritas, quam offendatur pars, *cap. non ſolum de appellat. in* 6. Caſſador. *in deciſ.* 3. *n.* 6. *titul. de reſtit. ſpoliat.* Verall. *in deciſ.* 57. *num.* 1. *part.* 1. Affl. &c. *in deciſ.* 351. *num.* 2. Rota *in nouiſ. in deciſ.* 14. *incip. fuit dubitatum.*

Sexta prærogatiua erit quod in cauſa attentatorum non poteſt apponi ſequeſtrum Bellamer. *in deciſ.* 54. *incip. in ſententia lata.* Puteus *in deciſ.* 33. *incip. fuit reſolutum lib.* 2.

Septima prærogatiua eſt, quia executio brachij ſecularis impeditur per iudicium reuocationis attentatorum, donec non ſit facta illorum purgatio, Verall. *in deciſ.* 56. *part.* 1.

Iudex attentatorum eſt iudex ad quem, cuius authoritas, & maieſtas, vt dicunt, eſt contempta non obtemperando ſuis præceptis, & inhibitionibus, & ad eum pertinet reuocatio, & purgatio attentatorum, dicuntur enim attentata fieri in contemptum iuriſdictionis iudicis, qui de cauſa inter partes cognoſcit, & coram quo eſt introducta cauſa, vt notatur per eum procedi debere, quia per ipſum eſt inhibitum, eiuſque prouiſio, & inhibitio iuſtè & iniuſtè timenda eſt, *cap. ſignificantibus de appellat.* quorum authoritate per eundem iudicem prouideri ſuper attentatis voluit Rota *in antiq. in deciſ.* 307. *incip. nota quod ibi audientia*, eadem Rota *in nouiſ. in deciſ.* 14. *incip fuit dubitatum, & in deciſ.* 411. *incip. ſi lite pendente.*

His probatis in cauſa attentatorum profertur ſententia, quæ licèt expreſsè, & tacitè renunciari poſſit, & ſic lapſo tempore viginti annorum, non poteſt amplius tractari reuocatio attentatorom, vt cenſuit Rota nouiſſima 93. *incip. in cauſa Pampilonenſi libr.* 1. *tom.* 3. quem refert, & ſequitur Vbald. *in deciſ. Roman. Nuperrima* 409. *num.* 8. *part.* 1. *tom.* 1. quo in loco allegat Robuſter. qui *in deciſione nouiſſima* 552. *incipien.* quamuis Horatius *numer.* 5. 6. *part.* 1. *volum.* 1. dicit longam poſſeſ-

ſionem

Digitized by Google

ſionem excludere attentata, & dolum, & malam fidem, & quod color quilibet ſufficit ad ea excludenda.

Per ceſſionem in iudicio legitimè factam ſeu renunciationem fit etiam purgatio attentatorum Achill. de Graff. *in deciſione 21. incipien. attentata, & in deciſione 43. ſub titul. de appellat.* Mohedan. *in deciſione 9. titul. de ſentent. & re iudicat.* Coccin. *in deciſione Nuperrima Roman. 715. ſub num. 1. part 1. tom. 2.* Cardinal. Bonon. *in deciſ. Nuperrim. Roman. 743. ſub numero tertio, part. 2. tom. 2.*

Princeps purgationem attentatorum facit, cum alteri colliganti gratiam faciendo, quam facere poteſt, quia eſt ſupra ius, dicatur facta purgatio, Rota *in nouiſſ. in deciſ. 310. incip. ſi reus, & poſſeſſor. colum. fin. verſ. non poteſt etiam dici.* Bellamer. *in deciſ. 748. incip. licèt per appellationem col. 2. ſub num. 3. verſ. nota primo quia faciliter.*

Tertiarum, ſiue vindemiarum exceptio non impedit reuocationem attentatorum, ſiue reſtitutionem poſſeſſorij, *cap. fin. de iudic.* Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. *in deciſ. 159.* Gratian. *in deciſ. Marchiæ 70. n. 6.*

Depoſitum non admittitur in cauſa attentatorum, vt dicit Vetall. *in deciſ. 219. incip. tertius par. 1.*

Attentatis renunciaſſe videtur, qui paſſus eſt ſententiam proferri ſuper iuſtitia cauſæ, ſiue ſententiæ Matth. Buratt. *in deciſ. Nuperrima 586. nu. 4. part. 2. tom. 2.* idem Buratt. *in deciſ. 592. num. 4. part. 2. tom. 2.*

COLLECT. 3105.

Super cap. ſicut dignum de homicid.

§ *Irregularis dicitur occidens, & qui cauſam dat, vel iuuat, vel conſulit.*

IRregularis non ſolum dicitur, qui occidit, vel mutilat, ſed etiam qui cauſam dat, vel iuuat ad occidendum, & ita Sayrus *deciſ. 21. de homicid.* idem aſſerens in conſulente, mandante, vel opem ferente homicidio, vt *in deciſ. 11. eod. tit.* & vide aliqua apud Martam Rot. Piſan. *deciſ. 155.*

Et nota quod irregularitatem quis non incurrit, niſi in caſibus à iure expreſſis *cap. 15. de ſentent. excommunit. in 6.* & diximus *deciſ. Curiæ Archiepiſcop. 53. part. 2.* & ideò ſi clericus accuſat eius offenſorem citra pœnam ſanguinis, & accuſator, ſiue offenſor condemnatur ad pœnam corporalem, non efficitur irregularis, *cap. 2. de homicid. in 6.* & nos diximus *deciſ. Curiæ Archiepiſcop. 134. part. 2.*

An autem irregularitatem incurrat clericus delinquendo pro defenſione patris, fratris, vel aliorum reſolutum fuit *in deciſ. eiuſdem Curiæ Archiepiſc. 82. part. 2.*

Et quæ irregularitas tollatur per ingreſſum Religionis vide *in deciſ. eiuſdem Curiæ 82. part. 1.*

COLLECT. 3106.

Super cap. 1. de reſtit. ſpoliat. in 6.

§ *Metus an inducatur ex amiſſione maioris partis bonorum? & ex quibus alijs inducatur?*

COlligitur ex iſto textu, quod amiſſio maioris partis bonorum inducit iuſtum metum, & adde textum, *in l. propter litem, ff. de excuſat. tuto.* & vide Roizium *deciſ. Rot. Lituaniæ* & Grammat. *deciſion. 5.* vbi etiam alia coaceruat firmans, quod ſufficit probabiliter dubitare de offenſione, adhoc vt inducatur iuſtus metus ad textum, *in l. ſiquis fumo §. quod dicitur, ff. ad l. Aquiliam, & in l. habitatores §.*

iterum ff. locati, & vide eundem Gramat.*deciſ.*18.

Item locus non tutus ob inimicos eſt iuſtus metus, *cap. accedens il* 1. *vt lit. non conteſt.* Roiz *deciſ. Rot. Lituan.* 4. *nu.* 359.*cum ſeq.*

Item carcer inducit iuſtum metum, quando ob illum contractum faciendum fit incarceratio, ac ſecus ſi ob aliam cauſam *l. qui in carcerem ff. quod metus cauſa* Affl.*deciſ.*246.*in fin.* Franciſc. Marc.*deciſ.*377.*tom.*2.

Item inimicitia hominis potentis inducit iuſtum metum, prout quoque amiſſio inſtrumentorum, bonorum omnium, vel maioris partis, & timor lucri amittendi Rubin.*deciſ.*29.

Item iuſſus iudicis inducit iuſtum metum, *l. quanquam ff. de aqua pluu. arcen.* vide Gail.*obſeru.*102.*lib.*2. & preces ſuperioris adhuc inducere metum percipitur ex *l.fin.ff.de his quæ vi metúſve cauſ.fiunt*, Affl ct.*deciſ.*69. Cacheran. *deciſ.Rot.Pedem.*179. ſi quidem principum preces cum neceſſitate vtique coniunctæ ſunt, vt ait Cicer. *in epiſtol. incip.tuas lib.*9.

Et prouerbialiter dicitur, quod cogit rogando qui rogat potentior, quod tamen intelligas quando is, qui rogat ſolet ſæuire in eos, quos non exorauit.

COLLECT. 3107.

Super Doctrina Gloſ.in l.2.C.de in ius vocand.

¶ *Princeps, qui facit gratiam quam pœnam intelligatur remittere?*

AFfirmat Gloſa iſta, quod quando princeps facit gratiam pœnã tantum intelligitur remittere, non tamen illam, quæ læſum tangit. Vnde infero quod quando princeps gratiam facit, intelligitur illa conceſſa ſatisfacta parte quamuis non dictum ſit Rota Auenion.*deciſ.*47.& ita deciſum in Sacro Regio Conſilio Neapolitano fatetur Nouarius *in comment. ad pragmat. Regni* 1.*n.*5.*ſub rubrica de abolitionibus*, de quo tu regnicola videas pragmaticam 4. *ſub rubrica de compoſitionibus*, vbi Nouarius idem plures tibi cumulat deciſiones.

Sed num princeps poſſit cogere ad faciendam remiſſionem? dicendum eſt quod ſic, cum congruat religioni, & pietati Chriſtianæ, vt iudex cogat partem ad ineundam pacem, nam Saluator noſter mandat, vt diligamus inimicos, & tam in foro conſcientiæ, quã externo ad iſtud præceptum obſeruandum cogi poſſunt Chriſtiani, ac ſub pœna excommunicationis ab epiſcopo cogi valent imò ex legalis philoſophiæ præceptis Rector prouinciæ curare debet, ne ciues veniant ad arma, vt quietè, ac pacificè viuant, *l. æquiſſimum ff. de vſufruct.* vbi Gloſ. *& in l. congruit ff. de offic. præſid. & in l. quidam exiſtimauerunt de reb. credit. cap. placuit* 90. *diſtinct.*

Quæ eò magis procedunt, & habent locum quotieſcunque Reus procurauit pacem, & illam obtinere non potuit, quia in tali caſu iudex poterit compoſitionem facere, & princeps poterit aggratiare non obſtante quod non habuerit pacem, vt deciſum in Senatu Pedemontano teſtatur Theſaur. *forenſ.quæſt.*26.*lib.*4.& aliàs refert Nouarius *in pragmatica Regni* 1.*nu.*7.*ſub rubrica de abolitionibus*, vide pariter Theſaurum patrem *deciſ.Senat.Pedem.*21.

Nec non ad iſtam materiam, vide quæ notauimus *in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neap.*86.*quæſt.*1.

COLLECT. 3108.

Super Doctrina Ia[illegible] in l. fideiuſſor §. ſi ſatiſdatum ff. qui ſatiſdat. cogant.

¶ *Inhibitio*

Digitized by Google

¶Inhibitio maioru iudicu minoribus iudicibus quando, & qualiter facienda?

NOtat hic Iaſ. *nu.*31. quod licet ad quemlibet iudicem, vel ſuperiorem ſpectet inhibere minori, & inferiori tamen id eſt verum decernẽdũ eſſe in rebus immobilibus non autem in bonis mobilibus, & ita Verall. *deciſ.* 92.*part.*1.& *deciſ.*158.*part.*3.

Declara autem inhibitionem à ſuperiore, & maiori iudice, non ſolum iudici ſuo inferiori, ſed etiam partibus inhibere poterit, quia ſi conſtat duos contendere de poſſeſſione, iudex tamen ſi ſit vnum ipſorum poſſidere, alteri inhibere, ne illum moleſtet, & ſi ambo conſtituant poſſidere iudex ad vitanda ſcandala inhibet partibus ne ne ad locum accedant ſed ad ſe illam auocat ne illæ ad arma concurrant, Afflict.*in deciſ.*2.*ſub nu.* 3. Guid.Pap. *in deciſ. Delphin.* 246.*ſub nu.* 5. & in ſpecie quando iudici conſtat quod aliquis poſſideat, ſed tamen diſcordia, & contentio ſit inter illos, & dubitatur, ne veniant ad rixas, & arma, poterit iudex ad manum ſuam rem ponere, donec cognouerit quis eorum ſit potior citra ipſorum præiudicium vt argum. *l ſi cuius §. ſed ſi inter duos ff. de vſufruct.* Guid. Pap. *in deciſ. Delphin.* 578. *in fin.* Franc. Marc.*in deciſ. Delphin.*1198.*n.*1.2. ſequitur Benintend. *in deciſ. Bonon.* 73. *nu.* 5. Aufrer.ad Cappell.Thol. *in deciſ.* 477. *incip. fuit quæſitum aliquis col.* 1. *verſ. & quoties timor.*

Tamen ſi cauſæ commiſſarius fuit aliquis Cardinalis & facta ab illo appellatione committitur alteri Cardinali cauſa à Summo Pontifice eo caſu Cardinalis non inhibet Cardinali, ſed ob reuerentiam dignitatis tantum notificat, & commiſſionem intimat, de qua obſeruantia meminit Rota *in antiquis in deciſ.*712.*incip. Nota quod quando aliqua, & in deciſ.* 659. *incip. & eſt ſciendum in fin.*

Amplia dictam declarationem tanto plus procedere ſi cauſa, quæ prius commiſſa erat Cardinali, commiſſa eſſet poſtea alicui ex Rotæ auditoribus, quia ſimiliter auditor non facit inhibitionem Cardinali quia facit tantummodo intimationem commiſſionis, vt dicit Rota *in antiq. in d. deciſ.*959. *incip. & eſt ſciendum.*

Declara primò quod ſi cauſa fuerat prius commiſſa alicui auditori Sacri Palatij & poſtmodum alteri auditori eiuſdem Sacri Palatij committatur, tunc inhibitio fieri debet Rota *in nouiſ. in deciſ.*1,8. *incip ſi appelletur, & in deciſ.* 412.*incip. ſi appelletur manifeſtè.*

Declara ſecundò quod ſi à Sacra Rota Romana emanauerit inhibitio iuſtè, vel iniuſtè obſeruanda eſt, nec contra ipſam aliquid innouari, cum iudex inhibitus non ſit durante inhibitione iudex, nec illam declarare quã cauſam, vel caſum comprehendat, vt per D. Achill.*in deciſ.*29. *tit. de appellat.* & per Accorambon. *in deciſ.* 53.*libr.* 1. quos refert, & ſequitur Cardinalis Lãcell. Iun. *in deciſ. Nuperrim. Roman.* 74. *n.*3.*part.*1.*tom.*1. Vbald.*in deciſ. Nuperri. Roman.* 464.*n.*1. *in fi. & n.*2.*part.*1.*tom.*1. Robuſter.*in deciſ. nouiſ. Roman.*513.*n.*9. 10.*part.*1.*tom.*2. Puteus *in deciſ.* 395.*n.*1. *lib.*2.idem Vbald.*in deciſ. Nuperrima Roman.*637.*n.*1.2.*part.tom.*1.

Si tamen pars videret per eandem inhibitionem grauari appellare debet, aliàs cum pręſumatur pro iudice, tranſſibit in rem iudicatam, niſi fuerit reclamatum Lanfranc. Balb.*in deciſ.*466. *incip. ſi iudex ad quem.* idem Balb. *in d. deciſ.*466.*incip. ſi iudex.*

Declara tertiò quod facta inhibitione, in conformitatem præcedentis declarationis, quæ fuerunt innouata reuocantur, quæ facta fuerunt poſt

illam, ita Guid. Pap. *in deciſ. Delphin.* 113. Puteus *in deciſ.* 395. *n.* 2. *lib.* 2.

Contrarium patet quod tunc per inhibitionis in obſeruantiam, attentata reuocantur; ſi inhibitio fuerit canonicè facta, vt per Rot. *in nouiſ. in deciſ.* 412. *incip. ſi appelletur manifeſtè friuole.* Bellamer. *in deciſ.* 239. *incip. cauſa.*

De pœnarum comminatarum inhibitionibus incurſione ſcribit Magon. *in deciſ. Florentina* 128. *n.* 1.

Declara quartò quod idem cauſatur à delatione, quam facit iudex à quo ſi defert appellationi, quia delatio vim habet inhibitionis, & ſi ſunt ligatæ manus iudicis per delationem, ſicuti per inhibitionem Fiamin. Chartat. *in deciſ. Genuæ* 111. *n.* 9. 10.

Declara quintò quod ſi appellatio ab interlocutoria fuerit interpoſita, & iudex à quo appellationi non detulit antequam ſibi inhibeatur, potuerit ad vlteriores actus in cauſa procedere, vt habetur *in cap. non ſolum de appellat. in* 6. voluit Lanfranc. Balb. *in deci.* 448. *incip. licet iudex*, facit Rota *in nouiſ. in deciſ.* 138. *incip. ſi appelletur à grauamine in deciſ.* 412. *incip. ſi appelletur manifeſtè friuolè.*

Declara ſextò iudicem cauſę appellatæ poſſe facere inhibitionem tam in Curia, quam extra Curiam, etiam ſi commiſſio diceret ſolum cum poteſtate inhibendi, ita voluit Caſſador. *in deciſ.* 4. *incip. tempore feriarum ſub n.* 1. 2. *tit. de reſcript.*

Declara ſeptimò inhiberi ſtatim etiam extra Romanam Curiam poſſe quando cum cauſa grauaminis commiſſum eſſet principale negotium cum poteſtate citandi ad partes, quia tunc vbique inhibere poteſt, vt de ſtylo fieri, & ſuſtineri dicit Rota *in antiq. in deciſ.* 391. *incip. nota quod auditor.*

Declara octauò quod iudex laicus non inhibeat eccleſiaſtico, ſed dicatur potius iudicem eccleſiaſticum inhibere poſſe iudici laico, ne ſe contra perſonas eccleſiaſticas intromittat, nec ſuper cauſis ſpiritualibus, vt arg. *cap. ſeculares de for. compet. lib.* 6. Boer. *in deciſ. Burdegal.* 114. *ſub n.* 2.

Idem dicebant ex pendentia petitionis abſolutionis à iuramento, quia, & ſi pendeat coram epiſcopo nihilominus ille non poteſt ex cauſa dictæ pendentiæ inhibere iudici ſeculari, de quo decreuit ampliſſimus ordo per decretum apud Affli. *in deciſ.* 30. Boer. *in dec. Burdegal.* 40. *nu.* 4. Caualcan. *in deciſ. Fiuiz. nu.* 1. *n.* 17. *part.* 1.

Nunc itaque quæri poſſet, quando Vaſallus iuraſſet fidelitatem Domino, cum ex iuramento præſtito ius ſuum pateat, & habeat intentionem fundatam contra Vaſallum Dominus illo caſu Vaſallus feudum oſtendere cogitur, pro quo fidelitatem iurauit Affl. ct. *in deciſ.* 265. *ſub n.* 86.

Declara nonò quod Vaſallus ſi præſtet Domino ſeruitium tenebitur eo caſu feudum pro quo ſeruitium præſtat oſtendere Affl. ct. *in d. deciſ.* 265. *ſub n.* 86. *verſ.* 17. *tenetur*, & hic caſus differt à præcedenti quia hic procedit in Vaſallo præſtante ſeruitium, & acceptante ſe eſſe vaſallum, & illo caſu in negante, vt per Vrſill. *in deciſ.* 265. *n.* 86.

Declara decimò in Regno Neapolitano inhibitiones fieri tam in ſententiis diffinitiuis, quam etiam in interlocutoriis ad iudices maiores, maior enim pars Principum, ducum, Marchionum, Comitum, & Baronũ non habẽt in eorum Vaſallos iuriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum appellationum, & ſunt aliqui Domini, qui habent tertias cauſas idest ſecundas appellationes, quia à primo iudice datur prima ſententia, & ab iſto appellatur ad ſecundum iudicẽ, & à ſententia huius ſecundi iudicis appellatur ad tertium iudicem ſecundarum appel-

appellationum apud eum, qui illas habent, quando autem illi non habent tertias cauſas, à ſecundo iudice appellatur ad ſuperiores Regios, eſt enim libertas eundi ad Regias audientias prouinciales eundo ad illam prouinciam, vbi locus, vbi prolata eſt ſententia ſub eſt, vel ad Magnam Curiam Vicariæ, aut ad Sacrum Conſilium ſuper quibus habemus leges Regni videlicet Federici Imperatoris *conſtit. incip. appellationum tempora*, & habemus *pragmat. ſimiliter incip. appellationum tempora*, vbi Nouarius deciſiones ſibi cumulat.

COLLECT. 3109.

Super l. his honoribus angariarum ff. de vacat. muner.

¶ *Doctores legum an ſint immunes de iure communi à munere hoſpitij.*

COlligitur ex iſto textu, Doctores eſſe immunes à munere hoſpitij, de quo cum nos locuti ſimus in l. medicos, C. de profeſſoribus, hic ſolum per extenſum adducam deciſionem Regiæ Cameræ Summariæ apud Moles, quæ reperitur manuſcripta, & in ea habebis an Doctores legum ſint immunes de iure communi à munere hoſpitij, eius autem tenor eſt, qui ſequitur videlicet.

OCcaſione præcedentis quæſtionis alias fuit dubitatum in Camera vtrum DD. legum ſint immunes ab onere hoſpitandi milites, quæ quidem quæſtio fuit reputata multum dubia in Camera cum accidiſſet in perſonam Franciſci Valignani de ciuitate Theatina, pro quo fuit allegatus text. *in l. medicos, C. de profeſſoribus, & medic.* vbi expreſsè dicit text. quod legũ DD. gaudent hac immunitate, & fortè non reperitur alia lex, quæ faciat mentionẽ de dictis legibus. ad idem eſt text. rotundus *in l. fin. ff. de muner. & honor.*

Tertio ad idem etiam eſt text. ſingularis *in l. his honoribus angariarum ff. de vacat. muner.*

Quarto ad idem eſt text. particularis *in l. fin. C. de profeſſoribus*, & licet Bart. *in l. medicos* videatur reſtringere illum text. in doctore actu legente, & non in Aduocante, tamen videtur quod fundatur in aliqua ratione, & eſt extra illum, qui indiſtinctè loquitur, etiam quod Bart. non erat Aduocatus, ſed lector. Guid. Pap. *deciſ. Pedemont.* 88. & ipſius Guid. Pap. opinionem ſequitur Rip. *in lib. 2. reſponſ. de reſcript. cap. 20. col. 2.* vbi allegat Aretin. & alios hanc opinionem tenentes, quod *l. medicos* indiſtinctè de omnibus doctoribus legum tam legentibus, quod aduocantibus intelligitur.

In contrarium fuit allegata regula generalis, quod à munere officij nemo excuſatur, quia eſt munus reale, & patrimoniale, *l. 3. §. munus hoſpitij ff. de muner. & honor.* ideò nemo excuſatur, quantumcumq; ie nobilis, & priuilegiatus, quo facilius obſequiis publicis pareatur, *l. fin. C. de muner. patrim.* & nobiles non excuſantur ab ipſis per *l. ciues, & l. ſi quis in patria, C. de incolis lib. 7. l. munerum §. patrimoniorum ff. de muner. & honor.* & ideo ponderat Bart. quod nobiles firmat de Roſata *in rub. de muner. & honor. col. 12. verſ. quæro numquid nobiles*, ex dec. Guid. Pap. 88. debet intelligi de muneribus perſonalibus, & ſordidis à quibus nobiles ſunt immunes, per *l. humilioribus, C. de ſuſcept. & archar. in l. honorib. ff. de munerib.* alias erraret maximè Guid. Pap. quia nullibi eſt iure cautum, quod nobilitas habeat immunitatẽ à muneribus realibus, imo quod contrarium eſt prouiſum in iuribus ſupra allegatis, imò nec à perſonalibus excuſantur nobiles

quando ſunt talia munera, quæ cum dignitate concurrunt *l. curiales ff. de decurionibus*, firmat Batt. & omnes *in l. 1. C. de mulier*, & in quo loco per Alber. vt ſupra, & etiam priuilegiati à muneribus non gaudent hoc munere recipiendi hoſpitio, *l. fin. §. pen. ff. de muner. & honor.* nec quidquam aliud, niſi expreſsè in iure reperiatur cautum, vt dicit gloſ. *in l. 1. C. de epiſc. & cleric.*

Modò ego dico quod l. *medicos*, tantum loquitur in legente, & proinde quod in eo tantum attendi debeat eius prouiſio, *l. qui hæredi plures ff. de condit. inſtit. cum ſimilibus*, probat prima rub. tituli, qui dicit de profeſſoribus, qui profeſſores illi tantum intelliguntur, qui actu legunt aliis literas.

Ita omnes authores linguæ latinæ teſtantur, ille ergo qui ſtudet literis latinis, non dicitur profeſſor, ſed ille, qui alios docet, & ideo iura, quæ in aliis excuſationem tribuunt profeſſoribus, de legentibus loquuntur, §. *Item qui Romæ inſtituta de excuſat. tutor.* Item hoc illud probat verbum *Doctor legum*, nam licet hodie vulgò etiã aduocatos Doctores vocamus, tunc ſupradicto vocabulo propriè non poteſt dici Doctor legum, niſi qui alios docet legendo, officium autem aduocatorum magis in patrocinando, & defendendo alios, quam in docendo conſiſtit, ideo ratio huius text. *in l. medicos in fine* vbi dicit quod facilius alios inſtruant, procedit quoad omnia *in d. l. diſpoſita*, & aliter intelligi non poteſt.

Non obſtat text. *in l. fin. ff. de muner. & honor.* quia ille text. incipit *magiſtris*, & dum ſubdit, hanc immunitatem etiam philoſophi, & oratores, debet intelligi de magiſtris, ſcilicet quod illi philoſophi gaudeãt, qui magiſtri ſunt, & non alij, quod vna ſcriptura verborum text. procedit, & probat hoc benè text. *in d. l. final. C. de profeſſ. & medic.* vbi dicit quod Grammatici, philoſophi, oratores, & præceptores hac gaudent immunitate, non ergo ſimpliciter philoſophus, ſed philoſophiæ præceptor eſt immunis, & ita etiam eſt probatus idem text. vbi ſubdit Nat. autem deterendo mandamus, quos ergo ſupra vocauimus grammaticos, & docentes quod quaſi ſi grammatici, oratores, & philoſophi ſint immunes, quia profeſſores, & philoſophi ideſt qui legentes ſunt probatur ex hoc argumento ab inconuenienti, quia aliàs non poſſet reſponderi ad *l. in honor. §. philoſophi non gaudent muneribus realibus*, quia procedit cum generaliter hoc eſt, quod nemo etiam in quacunque dignitate poſitus, etiam miles, & veteranus non eſt immunis à muneribus realibus, *d. l. fin. §. patrimoniorum verſ. ab huiuſmodi ff. de muner. & honor.* debet intelligi quod limitet regulam in philoſopho actu legente, & ad text. *in l. his honoribus §. angariarum ff. de vacat. muner.*

Clarior eſt reſponſio, quia loquitur in profeſſore, qui latinè non dicitur, niſi qui legit. & iſte text. potius debet retorqueri, & probatur opinio Barr. & ſequacium tenentium quod docentes non gaudeant hac immunitate niſi legentes, pro qua opinione excellentiſſ. d. Alphonſus Daualus Regiæ Cameræ locum tenens allegauit conſ. Laurentij Salernitani *ſing.* 88. quod nõ videtur, licet ipſe non fuerit in hac opinione, ſed contrariam opinionem firmat And. *in auth. habita de ſtatu, & conſuetudine, quando licet ecleſ. nu.* 14. ſed pro maiori parte fuit concluſum in Camera, quod DD. Regni non deberent gaudere hac immunitate hoſpitij per ſuperius allegata.

Accedit etiam quod his temporibus maximus eſt numerus ipſorum in Regno, & vt plurimum indocti ſunt, & doctorelli dici poſſunt, cum quibus

Ripa.

Ripa in d. reſponſ. 20. non concurrit, quod debeant gaudere hac immunitate per rationes per ipſum adductas, & ita fuit obſeruatum die 23. Septembris in perſonam dicti Franciſci de ciuitate Teatina quod non deberet gaudere referẽte Domino Bernardino de Sancta Cruce. Licèt per ipſum fuerint adductæ tres prouiſiones Regiæ Cameræ antiquæ, in quibus erat diſpoſitum quod Doctor. legum, & Aduocati debeant gaudere hac immunitate aſſerendo, quod ex informatione oretenus capta conſtabat Regiæ Cameræ in Regno obſeruari, & extaret prouiſio in libro partium 20. anni 1517. fortaſſe quia illo tempore ita debebat practicari.

Hodie verò aucto, quam maximo numero doctorum in Regno in contrarium practicatur, ideo Domini de Camera pro maiori parte perſiſterunt in eo voto, quod de iure non debeant gaudere, & quod debeant impediri prouiſiones, prout ſic fecerunt.

Et officiales Regij à quibus muneribus ſunt immunes, & an id ſit de iure communi, vel de ſpeciali priuilegio, declarat idem Moles *in ſua deciſ. manuſcripta*, quæ ſub hoc um verborum ſerie continetur.

Occaſione præcedentis quæſtionis fuit aliàs dubitatum in regia Camera, vtrum immunitas, qua gaudent Regij Conſiliarij, & præſidentes huius RegiæCameræ, ſit ex diſpoſitione iuris communis, vel ex hoc particulari priuilegio.

In hoc Regia Camera adhibuit triplicem diſtinctionem, nam munera quæ neceſſario ſubimus, aut lege, aut more, vel imperio ſubimus, vt dicit text. *in l. munus la 2. ff. de verb. ſignif.* ſunt etiam triplicia, ſcilicet perſonalia, realia, ſiue patrimonialia, & mixta *l. munerum* §. *perſonalium, & patrimonialium, & mixtorum ff. de muneribus, & honoribus.*

Primò quoad munera mixta quæ animi vigilantia, & corporis labore acquiruntur fuit concluſum, quod ſi officialis Regius non eſt ciuis in aliquo loco, ſed exterus, ſeu bona tenens, tũc non teneatur habere hæc munera perſonalia, & ad hoc non ſpecificatur, ſed communi iure, quod munera perſonalia tantum ciuibus imponantur *l. libertas* §. *ſola ratio ff. ad municip. l. cum neque, & l priuilegio, C. de incolis*, & ibi DD. *l. 1. C. de mulier.* & in quo loco, & in prima parte, & ibi omnes Alex. *in conſ. 68. lib. 2.* & ibi multa *in additione*, ſi verò officialis regius fuerit ciuis; tunc ſubdiſtinguendum eſt, quod munerum perſonalium, quædam ſunt ſordida, & ciuilia, de quibus *in l. maximarum, & in l. ſordidarum*, C. *de exact. muner. lib.* 8. & tunc officiales regius non tenetur talia ſubire munera, quæ humilioribus perſonis tantum indicuntur *l. humilioribus perſonis*, C. *de ſuſcept. & arcar.* & honor. ſuſcipien. tale onus non imponitur. *l. honor ff. de minor.* & hoc modo officiales reg j non eſt dubium quod in maxima ſunt dignitate ſed etiam quia cũ ſint de regio conſ. ſeu conſiſtorio clariſſimi efficiuntur, & ex latere Regis illuſtrantur *l. 1. C. de præpoſ. later. lib. 10. l. reſtituenda, C. de aduocat. diuerſ. & in l. quiſquis ff. ad l. Iul. Maieſt. & l. humanum, C. de legibus.*

Si verò ſunt munera perſonalia, quæ ſine dedecore, & cum honore, & dignitate poſſunt exerceri, de quibus *in l. fin.* §. *adiudicandi de muner. & honor. l. legatario* §. *fin. de interdictis, & relegat. l. honor. ff. ad municip.* & tunc licet iſta munera ſubire ciues in quacunque dignitate exiſtentes *l. curiales, C. de decurionibus*, & in quo loco, tamen reg j officiales alia ratione excuſantur ab his munetibus, quia tenentur perpetuò

aſſiſtere,& à Ciuitate, & regiis Tribunalibus non diſcedere, *l. ſi quis decurio l. euictionum*, *C. de curſ. public.* ſicuti, & Cardinales, qui non poſſunt à Curia exire ſine Summi Pontificis licentia, ita Jo.And.& DD. *in cap. eccleſia veſtra il ſecondo de elect.* Item etiam alia ratione excuſantur officiales videlicet ne duplici onere grauentur, & ne duo officia eodem tempore exerceant gloſ. *in l. honorem ff. de muner. & honorib. l. 1. C. quemadmodum ciuilia munera*, vnde facit argum. text. *in l. 16. C. de oper. libert. & in l. ſicut ff. eodem* aliàs enim ab eorum officio auocarentur, quod lex abhorret, *l. præcipit, C. de decur. largit. lib. 10.* & per illum text. firmat Bart. & Luc. de Penna *in l. 1. C. de immunitat. nemin. conced.* & ſic remanſit concluſum in Camera quod præſidentes, & Conſiliarij regij indiſtinctè ſint immunes ex diſpoſitione iuris ab omnibus, & quibuſcumque muneribus perſonalibus.

Quò verò ad realia munera, ſiue patrimonialia fuit dictum, quod etiam hæc munera duplicia ſunt, quædam enim à ciuibus, quædam etiam ab exteris debentur, ita text. *in l. reſcripta §. fin. ff. de muner. & honor.* & quo ad munera, ad quæ ciues tantum tenentur, tunc ſimiliter fuit concluſum, quod officiales ſunt immunes ſicut dictum eſt ſupra in muneribus perſonalibus.

Quò verò ad alia munera patrimonalia, more quo ab ipſis rebus inducuntur, & propriè etiam ab exteris ſoluuntur in loco, vbi poſſident, vt *in dicta l. 1. C. de mulier. & in quo loco in fine.* In iſtis eſt dubium an officiales exteri ſint immunes, vel ne? Bart. tenuit quod in iſtis non ſint immunes per *l. prima*, *C. de immunit. nem. conced. in l. actores, C. de exact. tribut. & in d. l. 1. C. de mulier.* & in quo loco, & pro iſta opinione Bart. faciunt plures rationes videlicet.

Primò quia in his muneribus merè legalibus regula eſt generalis, quod nemo excuſatur, *l. fin. §. patrimoniorum ff. de muner. & honor. l. in fraudem de annon. & tribut. & l. omnes, & l. fin. C. exact. l. 1. C. de immunitate nemin. concedend. & l. ſunt munera ff. de vacat. & exact. muner.* nec numerus liberorum excuſat. *l. 2. §. qua patrimonium ff. eodem*, nec aliæ cauſæ, quæ ſolent alios excuſare probant excuſationem ab iſtis muneribus, *l. reſcripto §. qui munera ff. de muner. & honor. & toto tit. C. de muner. patrim.* nec in eis immunitas concedi poteſt, quia eſt in præiudicium publicæ vtilitatis *l. vacuatis, C. de decurionibus l. 1. C. de vacat. public. muner.* Anchar. latè *conſ. 8.* ergo hæc regula generalis includit etiam officiales.

Secundò quia in his muneribus per *l. fin. §. patrimonia verſ. ab huiuſmodi*, non excludit militem veteranum, quacumque dignitate præditum, nec ipſum Pontificem à præſtatione dicti muneris, ergo nec officiales.

Tertiò quia nemo à dicto munere excuſatur, & ratio eſt, quia dicitur reale munus, & ab ipſo iure gentium introductum, ius enim gentium eo ipſo, quod dominia diſtinxerit per ea imperium gentibus tradidit Canon *quo iure 8. diſt.* eodem etiam modo introduxit in perſonam ſubditorum, vt bona ipſa ad præſtationem munerum deueniant ſubmiſſa, quaſi quoddam correlatiuum, ſiue neceſſarium ſubſequens, pro tuenda, & conſeruanda ipſa regia iuriſdictione, ideo munera ipſa dicit iure communi fuerunt à lege introducta, *l. in honore §. qui munera ff. de legibus muner. ibi, & ea verò, quæ ex lege fiunt & ab omnibus agnoſci debent, quo facilius obſequiis publicis pareatur* dicit text. *in l. fin. C. de muner. patrimonial.* & dicit text. *in l. munera ff. de verb. ſignif.* quod hæc munera canonicas præſtatio-

Digitized by Google

ſtationes appellant *l. 1. C. de indict.* & lege debent, dicit text. *in l. omnes*, C. *de annon. & tribut.* & ideo in omnibus iuribus prædictis dicitur quod vacatio à prædictis muneribus non conceditur tanquam, quod exemptio ſit contra legem Senat. conſult. & contra Principum conſtitutiones, vt dicit text. *in l. 1. C. de vacat. muner.* & contra ius, & vtilitatem publicam factum, & ideo immunitas ſimpliciter conceſſa non intelligitur à dictis iuribus legalibus, ſed ab aliis Bart. *in l. ſi ex toto ff. de leg. 1.* vbi maximè Aretin. *in prima col.* quæ ratio non minus, quam officiales, quam omnes alios priuilegiatos in dignitate conſtitutos tangit, ergo eadem eſt diſpoſitio.

Quintò quando aliqua res affecta hoc onere exit à manu non priuilegiata, & tranſit cum eodem onere, etiam quod à manu tranſiret, de hoc ſunt iura *in l. fin. C. de exact. tribut. l. fin. de annon. & omn. reb. municip. l. placet l. iubemus*, C. *de Sacroſ. eccleſ.* ergo idem exit, quando dignitas ſuperuenit in aliqua perſona, quod non per hoc bona debent eſſe immunia, quia onus reale, & dignitas poſſeſſoris eſt quid diuerſum, ſeu melius, quid ſeorſum, & nihil commune habet cum onere ipſius Regis.

Quintò, & vltimò de hoc iudicio eſt text. *in l. actor, C. de exact. tribut.* quæ in officiali loquitur, & per iſtas actiones regia Camera decreuit, quod officialis, ſiue ciuis teneatur ad hæc omnia onera, ſiue exterus bona teneat, vt nullo modo ſit exemptus aliquo iure à prædictis muneribus patrimon. & realibus declarando quod ſi ciuis tenetur ad hæc omnia onera patrimonialia ſiue ipſa ſint verè realia, quæ non ab ipſius rebus exiguntur, ſiue ſint alia, quæ exiguntur à perſonis pro rebus.

Siue ſit exterus teneatur adire realia tantum, vt ſupra dictum eſt, ſe declarauit Regia Camera iſta procedere in illis muneribus patrimonialibus, quæ ſunt ordinaria, id eſt, quæ à lege, more, vel Regio Imperio inducta ſint, & perpetuam habent præſtationem, nam in iſtis procedunt iura allegata, quod nemo exemptus, ſi verò extra ordinem ſunt inducta, & imperata, & extraordinariis contingentibus impoſita, non cum vniformi, & ordinaria præſtatione, tunc iſta munera, licet ſint merè patrimonialia, tamen habent contrariam deciſionem iuris, quia in eis valet, & extenditur immunitas conceſſa, & qui non excuſantur ab illis, benè excuſantur ab ipſis, *l. hi qui, & in l. in honoribus* §. *qui munera ff. de leg. muner. l. qui munera ff. de muner. & honor. l. 1. C. de vacat. public. muner. l. 1. & 2. C. de collat. fund. patrimon.* & gloſ. per illa iura, *C. de indict. in verſ. poſtuletur*, & ideo tales excuſantur ab iſtis muneribus dicit gloſ. *in l. honorem ff. de muner. & honor.* & idem in quocumque officiali firmauit Bart. per prædicta iura *l. omnia, C. de immunit. nemin. concedend.* & melius *l. 2. ff. de iur. immunit.* quia cum non ſint iura introducta à lege non ſunt certa, non ordinaria, non perpetua, meritò contra iuris diſpoſitionem, & non ita ſtrictè ſentiuntur aliis iuribus, quia quod non perpetuò, ſed contra ordinem debetur, verè non dicitur debeti *l. ſcio.* §. *merito ff de annon.* & caſus extra ordinem, & repentinus non venit ſub ordinaria iuris diſpoſitione *l. ſed ſic per prætorem* § *ſi ferte ff. ex quibus cauſis maior.* Et ideo immunitas ſimpliciter conceſſa de iſtis muneribus extraordinariis intelligitur conceſſa, quia non ſunt munera, quæ à lege debentur, & quæ ordinariè debeantur; meritò poteſt Rex in his concedere immunitatem, quod nõ

Digitized by Google

eſt in aliis,ita DD.omnes poſt Dyn.& Ruyn.*in l.ſi ex toto ff. de leg.*1. vbi Imol. Aretin.bene Alex.& Rip.poſt Bart. *in l.1.ff de iure immunitatis.*

Et ſic fuit concluſum,& deciſum in Regia Camera quod officiales Regij ſunt immunes de iure communi ab iſtis muneribus extraordinariis per tex. *in d.l.neque & l.honoribus* §.*qui muneris ff. de leg.muner.& l.*1.*C eod.* & per rationes ſupra allegatas eſt ita deciſum, quod hæc immunitas, quæ de iure communi competit cadit in damnum vniuerſitatis,vt ſcilicet vniuerſitas minus exigat ab ipſo officiali, integrum tamen debitum ſoluat Curiæ, ſed reſpectu immunitatis, quæ nõ de iure communi,ſed ex mero priuilegio, & conſuetudine ita obſeruata, competit officialibus tunc procurata immunitas prædicta cedat in damnum ipſius Regis, vt tanto minus ſoluat vniuerſitas de eo,quod debet quantum importat rata immunitatis prædictæ.

Quo verò ad munera mixta tranſierunt Domini de Camera cum dec. Bart.*in l.*1.*C.de muner.*& in quo loco *in vltima col.n.*39.*verſ.modò ad tertium*, vbi dicit quod ſi quis eſt immunis à perſonalibus, non per hoc erit immunis à mixtis,quatenus ad bona attineat.Et è contra obligatus in munere mixto quatenus attingat, ſed fiat ſeparatio ſecundum diſtinctionem ſupra factum allegat text. *in l.maximarum,C.de exact.muner.lib.*10. & ita fuit determinatum,& deciſum.

Et ſic remanſit concluſum, & deciſum quod quando munera mere realia quæ ordinaria ſunt à lege, vel à principe antiquitus indicta cum certa, & ordinaria proteſtatione officiales non habent aliquam immunitatem à iure communi, ſed ex priuilegio particulari,& pro antiqua conſuetudine,& pro ſtis immunitas cedit ad damnũ Curię.

Quo verò ad alia, quæ habent immunitatem à iure communi, vt ſupra dictum eſt, & intelligi debet deciſio Guid.Pap.378. aliàs ſupra indiſtinctè loquitur.

COLLECT. 3110.

Super Doctrina Afflict. in conſtit. Regni ſi maritus.

¶*Dolor iuſtus in delictis an, & quando excuſet?*

AFflictus in hac conſtitutione *n.*1. affirmat, quod iuſtus dolor in delictis non excuſat, vt delinquens euadat impunitus,ſed benè debet pœna minorari,Ratio autem quia difficile eſt iuſtum temperare dolorem.

Quid autem dicendum ſit marito occidente vxorem, declarat Matta *deciſ.Rot.Piſan.*206.in patre occidente filiam, & in fratre occidente ſororem repertam cum Amaſio,& in aliis multis caſibus vide apud Guibam *in conſ. crimin. deciſ.* 86. vbi latè materiam tractat.

Et nota quod iuſtus reputatur dolor in eo, qui aggreditur ad effectum ſe defendendi, quamuis excedat modum inculpatæ tutelæ, quia punietur de exceſſu arbitrio iudicis, ſed excuſabitur ab homicidio,vide Barz.*deciſ.Rot. Bon.*182. Griuell. *deciſ. Senat. Dolan.* 26. Antonin. *var. reſolut. cap.*16. Seſſ.*deciſ. Rot. Aragon.*141. qui *in deciſ.* 104. affirmat homicidium dici factum pro defenſione, etiam quod inſultatus nondum fuerit ab inſultante percuſſus,aut inſultatus,vide pariter Maynard. *deciſ.* 23.*part.*2.& Magon.*deciſ.Lucenſ.*56.

COLLECT. 3111.

Super clement. 1. de ſequeſtrat. poſſeſſ.

¶*Senten-*

Digitized by Google

§ Sententia nullæ an poſſit confirmari parte non opponente?

NVllitatis remedium impedit executionem ſententiæ h. d. Ad cuius ornatum ego aliqua colligam deciſa præſertim in Rota Romana.

Vnde notabis ſententiam nullam parte non opponente ſe confirmari Cæſar de Graſſis *deciſ.9.n.13. de ſent. & re iud.* Seraph. *deciſ.*1261.*nu.*3. Put. *deciſ.* 60.*lib.*3. iuxta antiq. impreſſ. Rota *deciſ.*572.*nu.*2. *part.*2. *in recent.* & *deciſ.*37. *part.*4. *in recent.*

Quod procedit etiam ſi nullitas proueniret ex defectu iuriſdictionis, Achill. *deciſ.*4. *de ſententia, & re iud.* Rot. *deciſ.* 474.*n.*4. *part.*2. *in recent.* fuit dictũ in Romana canonis 18. Decembris 1609. coram R.P.D. Ottembergo, & etiam ſi vitium non eſſet remiſſibile per partes Rota *d. deciſ.*572. *ſub n.*2. *verſ. etiam ſi vitium n.* 2. *in recent.* & poſtquã ſententia eſt confirmata non poteſt amplius ex capite nullitatis impugnari, & ſecunda confirmans claudit viam nullitatis contra primam, Rota *deciſ.*7. *de re iud. in antiq.* Achill. *deciſ.*5. *de ſententia & re iud.* & ſequitur Rota *d. deciſ.* 572. *ſub n.* 2. *verſ. & ideo*, vt fuit dictum in Oſcen. parochialis impreſſa penes Marcheſ. *de commiſſ. tom.*2. *fol.*595.

Prædicta verò concluſio non eſt ſimpliciter vera, ſed ſolum quando ſecunda ſententia confirmans primam iam tranſiuit in iudicatum, antequam autem ſecunda confirmans tranſeat in iudicatum poteſt dari de nullitate primæ Mant. *deciſ.*301. *n.*1. latè Rot. *deciſ.* 474.*n.*4. & *ſeq. part.*2. *in recent.* vbi reſpondet ad omnia in contrarium, & *deciſ.*510.*n.*1. & *deciſ.*512.*n.*1. & 2. *eadem part.*2. *in recent.* & ideo non eſt habenda ratio de deciſ. Oſcen. coram Dom. mem. Cardinal. Lancell. impreſſa penes Marcheſ. *de commiſſ. tom.*2. *fol.* 595. vbi dicitur non poſſe dari de nullitate primæ, etiam ſi ſecunda confirmans non tranſiuerit in iudicatum, nam ad ibi deducta reſpondet Rota *in d. deciſ.* 474.*part.*2. *in recent.* Hinc eſt quod ſi reperiatur commiſſa cauſa nullitatis æquè principaliter cum cauſa appellationis, tunc quia fatalia nullitatis durant ſpatio 30. annorum non obſtante lapſu fatalium appellationis, poterit opponi de nullitate primæ ſententiæ confirmatæ Rota *deciſ.*512. *nu.*3. *part.*2. *in recent.* è contra verò quando verſamus in caſu, in quo duæ conformes faciunt rem iudicatam, tunc ſtatim ſecunda confirmans claudit viam nullitatis contra primam, ita fuit dictum in Ferrarien. decimarum 11. Januar. 1614. coram R.P.D. Pirouano.

Item ſi vitia primæ influerent in ſecundam poteſt dari de nullitate primę non obſtante confirmatione ſecundę, vt fuit dictum in Laudenſ. pecuniaria coram Orano impreſſa penes Marcheſ. *de commiſſ. tom.*2. *fol.*144. *ſub nu.*5. *verſ. tum quia*, & in Tarulina ſimoniæ 13. Maij 1596. coram Corduba impreſſ. penes Farinac. poſt primum *lib. conſ. in ordine deciſ.*111. Gabriel. *d. conſ.*49. *nu.*5. & 6. *libr.*1. vbi declarat quando vitia primæ dicantur influere in ſecundam.

Prædicta omnia procedunt parte non opponente de nullitate, nã ſtante oppoſitione non poteſt iudex appellationis ſententiam nullam confirmare, ſed debet ante omnia illam vti nullam reuocare, Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 9.*n.*13. *de ſentent. & re iudic.* Rota *deciſ.* 37.*part.*4. *in recent. deciſ.*474.*n.*11. & *deciſ.*572. *ſub n.* 2. *verſ. & quando non fuit oppoſitum part.*2. *in recent.* requiritur tamen ad iſtum effectum, quod ſpecifice opponatur de nullitate in particulari, & non ſufficeret quod opponeretur in genere, vel quod committeretur cauſa nullitatis ęquè principaliter cum

cauſa appellationis, Rota *d. deciſ.* 572. *ſub n.* 3. *part.* 2. *in recent.* vbi plura cumulantur, & etiam dixit Rota in Toletana Parietum 5. Nouembr. 1605. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacraro, Item requiritur, quod dicta nullitas obiecta ſubſiſtat, aliàs poteſt iudex appellationis illam non attendere Rot. *d. deciſ.* 572. *ſub n.* 5. *part.* 1. *in recent.* imo ſi ſit dubia poteſt iudex cognita iuſtitia ſententiæ illam confirmare non obſtante oppoſitione nullitatis, Rota *d. deciſ.* 474. *ſub nu.* 11. *verſ. niſi nullitas part.* 2. *in recent.* eſt autem neceſſe, quod in quolibet actu repetatur iſta oppoſitio nullitas ita fuit dictum in Aconitana Afflictus 8. Junij 1587. coram Platto, pro quo facit concluſio, quod in iudicialibus repeti debet proteſtatio in quolibet actu.

COLLECT. 3112.

Super Imol. in l. Mutianæ ff. de condit. & demonſtrat.

¶ *Vidua inſtituta ſub conditione, ſi vitam vidualem ſeruauerit an teneatur reſtituere fructus perceptos, ſi tranſeat ad ſecunda vota?*

AFfirmat hic Imola *nu.* 4. quod vxor inſtituta ſub conditione viduitatis, tranſiens ad ſecunda vota tenetur fructus omnes perceptos reſtituere, & ita latè fuit deductum in Rota Romana in vna Rauennaten. hæreditatis 24 Nouemb. 1582. coram R.P.D. Rubeo, & in alia Anconitana fideicommiſſi 1598. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto.

Et quod vidua non ſeruans vitam vidualem teneatur reſtituere omnes fructus hæreditatis eccleſiæ ſub conditione viduitatis, latiſſimè fuit dictũ in Imol. bonorum 31. Maij 1613. coram R.P.D. Coccino Decano, & *deciſ.* 693. *n.* 1. *part.* 1. *in recent.* Adeo quod nec excuſetur vxor à reſtitutione fructuum perceptorum ſub prætextu ignorantiæ, vt pluribus comprobat Rota *deciſ.* 693. *n.* 2. *& ſeq.* item concluſio procedit ſiue vxor fuerit inſtituta hæres ſub cõditione viduitatis, ſiue per viam modi, & per verba ſuſpenſiua, donec vidualiter vixerit, & fuit dictum in Anconitana fideicommiſſ. 19. Junij 1598. coram Cardinali Lancellotto, & in dicta Imole. bonorum 31. Maij 1613. coram R.P.D. Coccino Decano, vbi optimè fuit animaduerſum dictam diſtinctionem ſolum poſſe applicari in legatis, non autem in inſtitutione cum conſtitutio non poſſit fieri diſtinctè per annos, ſed debeat eſſe vnica, & perpetua, prædicta autem non procedunt quando conſtaret de voluntate teſtatoris in contrarium etiam tacita, quia tunc vidua non tenetur fructus iam perceptos reſtituere, vt fuit deſideratum in dicta Imolen. vbi pro coniectura deſideratur maxima dilectio mariti erga vxorem, & alia ibi deducta.

COLLECT. 3113.

Super Jaſon. in l. ſi filius n. 6. ff. de acquirend. hæredit.

¶ *Ius adeundi hæreditatem an, & quando tranſmittatur?*

IVs adeundi hæreditatem paternam tranſmitti à filio ad quoſcumque, hæredes ſuos etiam extraneos ex potentia ſuitatis ex communi DD. ſententia ſcribit hic Jaſon. *nu.* 6. tu autem videas Theſaur. *deciſ. Rot. Pedemont.* 87, latè Surd. *deciſ.* 138. Gratian. *deciſ. Rota Marchiæ* 135. & Matt. *deciſ. Rota Piſana* 121.

Sed an clauſula codicillaris operetur tranſmiſſionem hæreditatis non aditæ? declarat idem *deciſ.* 87. vbi multa cumu-

accumulat in materia tranſmiſſionis.

Et ex quibus cauſis tranſmiſſio impediatur declarat Surd. *deciſ. Rot. Mant. 140. à n. 14. cum ſequent.*

Et an ius delatum à ſtatuto, etiam non agnitum tranſmitti poſſit, vide Franc. *deciſ.* 32. & vide aliqua apud Theſaur *forenſ. quæſt.* 78. *part.* 4.

An autem ius adeundi hæreditatem ſit in bonis debitoris negatiue reſoluendum eſt, *l. precia rerum*, vbi DD *ff. ad l. Falcid.* Franc. *deciſ.* 101. *n.* 24. vbi etiam quod nec venit appellatione bonorum, nec cedi poteſt ob dictam rationem, quia non eſt in bonis debitoris antequam hæreditas adeatur, & ita dicit decitum in Sacro Conſilio idem Franc. *deciſ.* 60. vt ipſe refert *d. deciſ.* 101. *ſub n.* 17. vbi ſimiliter ad alias quæſtiones infert.

COLLECT. 3114.

Super Bart. in l. fin. §. ſed, & ſi, C. commun. de leg.

¶ *Arbitrium, an intelligatur prout de iure?*

Affirmat hic Bart. *nu.* 16. quod arbitrium intelligitur prout de iure, & ita Peregrin. *deciſ. Rot.* 239. *libr.* 2. Cæſar de Graſſis *deciſ.* 7. *de re iudic.* Rota in Vlixbonen. bonorum 20. Januarij 1594. & in Brixien. penſionis 15. Martij 1599. coram R. P. D. tunc Decano, & in aliis pluribus caſibus *in deciſ.* 456. *deciſ.* 387. *& deciſ.* 669. *part.* 2. *in recent.*

Amplia id tanto magis procedere, quando arbitrium legitur in commiſſione emanata à ſignatura iuſtitiæ, quæ non facit reſcripta gratioſa, ſeu aberrantia ab ordine iuris, vt dixit eadem Rota *deciſ.* 758 *part.* 1. *in recent.*

Non nego tamen, quod arbitrium dat facultatem aliquid relaxandi de iuris rigore, *deciſ.* 450. *& deciſ.* 185. *& deciſ.* 587. *part.* 2. *in recent. & deciſ.* 85. *& deciſ.* 179. *part.* 1. *in recent.* & operatur, vt relicto extremo rigoroſo ſeruetur æquitas Rota *deciſ.* 506. *part.* 2. *in recent. & deciſ.* 461. *part.* 1. *in recent.*

Et hoc tanto magis habet locum, quando reſcribitur iudici, aliàs ampliam iuriſdictionem habenti, ne ſi reducatur ad meros iuris terminos, reddatur talis clauſula inanis, ita eadem Rota *deciſ.* 363. *part.* 2. *in recent.*

Et notare debemus quoque, quod ob eandem rationem dici poteſt, quod arbitrium relaxet iuris rigorem, quando conceditur circa ea, quæ ſunt à iure determinata, vt fuit reſolutum per eiuſdem Romanæ Rotæ Tribunal. in vna Catanien. Illegitimitatis 10. Januarij 1583. coram bonæ memoriæ Clement. VIII. tunc Rotæ Auditore.

Verum aduertas, quod etiam in caſibus, in quibus cenſetur datum arbitrium ad effectum recedendi à iuris rigore, id intelligitur ſolum ſubſiſtente aliqua rationabili cauſa, & non aliàs, vt fuit dictum in Tiraſone. coram Scotto in pr iſſa apud Marcheſ. *de commiſſion. tom.* 1. *fol.* 344.

COLLECT. 3115.

Super Gloſ. in l. Modeſtinus in verbo actionum ff. de ſolut.

¶ *Fideiuſſor ſoluens quando poſſit obtenta ceſſione conuenire confideiuſſores?*

Fideiuſſor qui debitum ſoluit poteſt obtenta ceſſione conuenire confideiuſſores ad reſtitutionem pecuniarum per ipſum ſolutarum, & ita tradit Franc. *deciſ.* 55. & voluit Rota in Bononien. pecuniaria 14. Junij 1610. & 27. Junij 1611. coram R. P. D.

Digitized by Google

Coccino Decano, & in Romana cenſus 18. Maij 1618. coram R.P.D. Manzanedo.

Imò etiam, quod confideiuſſor, qui totum ſoluit, & reportat ceſſionem poſſit inſolidum agere etiam non detracta ſua rata, tenuit Rota in Romana ceſſionis coram Robuſterio *in impreſſ. deciſ.* 859. *part.* 4. *in recent.* vbi redditur ratio, quia ſicuti creditor cedens potuiſſet inſolidum agere nulla rata detracta, ita videtur quod idem poſſit fideiuſſor ceſſionarius, qui vtitur omnibus iuribus cedentis, eadem Rota *deciſ.* 361. *part.* 1. *in recent.* vbi tamen fuit dictum hoc apud nonnullos ex dominis habere difficultatem, prout in rei veritate diſcordant in hoc DD.

Tu autem illos ſic diſſentientes conciliare poteris, nam aut fideiuſſor ſoluit, vti tertius, quaſi emendo nomen debitoris iuxta textum *in l. cum his ff. de ſolut.* & tunc poteſt procedere relata opinio, nam in tali caſu non cenſetur vti fideiuſſor, ſed vti quilibet tertius, aut verò ſoluit vti confideiuſſor, & in tali caſu omninò tenetur detrahere ſuam ratam, prout cum hoc diſtinctionis fœdere reperio tranſiuiſſe eandem Romanam Rotam in vna Romana ſocietat. 24. Februarij 1612. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Sacrato impreſſ. apud Zacchiam de ſociet. *deciſ.* 17. & penes Farinac. *poſt ſecundum librum Conſiliorum deciſ.* 362.

Et ad materiam notabis, quod ſi confideiuſſor non reportat ceſſionem, nequit agere contra alios confideiuſſores, vt tenuit Rota *deciſ.* 731. *par.* 2. *in recent.*

Nec non aduertas, quod dum agit aduerſus alios confideiuſſores tenetur quoque illis cedere actionem prius ſibi ceſſam, & alteri ex fideiuſſoribus exiſtente non ſoluendo iſtud damnum ad inuicem pro rata diuidi debet, prout conſultus ego quandoque reſpondi, & præcipuè in quadam cauſa Nolanæ diœceſis.

COLLECT. 3116.

Super Dec. in cap. 1. num. 25. de probationibus.

§ Iudex an poſſit compellere aliquem ad deponendum an apoca ſit eius manu ſubſcripta.

ANnuit hic iſte Doctor, quod iudex poteſt compellere aliquem ad reſpondendum, & deponendum an apoca, vel ſcriptura priuata ſit eius manu ſubſcripta, & ita Vrſill. *deciſ.* 85. poſt Gramma. *deciſ.* 34. & vide eundem Vrſill. *deciſ.* 173.

Amplia, vt poſſit id agere etiam ad finem comparationis faciendæ Anna *ſingul.* 271. & ita ſeruatum fuit aliquando in Curia Archiepiſcopali.

Amplia vt ideò procedat concluſio iſta, vt ſit vera quamuis eſſet petita remiſſio cauſæ ad alium iudicem, quæ alter non ſit, neque ſuper ea prouidetur, niſi prius facta recognitione Apocæ, ſiue ſcripturæ priuatæ, vt apud Franc. *deciſ.* 590. & latius probat Notarius *in ſua praxi elect. & variat. foſi quæſt.* 26. *ſect.* 2. vbi lectorem relego.

COLLECT. 3117.

Super Aretin. in cap. ſi quem Teſtium de teſtibus.

§ Sumptus litis, & alimenta debentur ob paupertatem, & præſumptionem boni iuris.

PRætendes ſibi ſubminiſtrari ſumptus litis ab Aduerſario duo debere probare annuit hic Aretin. *col.* 3. nempe

nempe paupertatem, & præſumptionem boni iuris, & ita Creſcent. *deciſ.* 8. *de iudic.* & fuit dictum in vna Valen. Emolumentorum 27. Nouembris 1579. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino, idem *deciſ.* 426. *& deciſion.* 1098. & Rota *deciſ.* 748. *part.* 2. *in recentiorib.*

Quæ ſane concluſio procedit etiã ſi non agatur ad vniuerſitatem bonorum, ſed ad res particulares, vt dixit Rota *deciſ.* 748. *part.* 2. *in recent.*

Requiritur tamen, quod agatur de re fructifera, vel aliâs precio æſtimabili, Rota *deciſ.* 470. *num.* 6. *part.* 2. *in recent.* item etiam requiritur quod altera pars ſit diues, vel ſaltem non egeat, pauper enim non tenetur alere alium pauperem, vt in his terminis dixit Rota *dicta deciſ.* 470. *nu.* 6. *part.* 2. *in recentiorib.*

Præſumptio boni iuris ad iſtum effectum debet eſſe non leuis, dixit etiam Rota coram eodem Sanctiſſimo *in deciſ.* 514. *num.* 2. & Rota *deciſ.* 250. *ſub num.* 2. *part.* 1. *in recent. & deciſ.* 748. *ſub num.* 2. *part.* 2. *in recent.* vbi fuit dictum non tolli præſumptionem boni iuris ex ſecunda ſententia reuocatoria primæ, ſiue prima fuit poſtea per tertiam ſententiam confirmata.

Paupertas debet probari in ſpecie reſpectu effectus, de quo agitur, & ideo nõ ſufficeret quod in genere paupertas probaretur, niſi in ſpecie probaretur paupertas talis, ob quam non poſſit quis ſe, & litem ſuſtentare, Seraphin. *deciſ.* 426. & fuit dictum in Corduben. Cappellaniæ 8. Nouembr. 1610. coram R.P.D. Ottembergo, & ſi haberet patrem diuitem, vel ei non eſſet indecorum propriis manibus laborare, tunc ceſſaret paupertas, prout in iſtis terminis dixit Rota *deciſ.* 470. *n.* 5 *part.* 2. *in recent.*

Sciendum eſt autem, quod huiuſmodi alimenta, & ſumptus litis, quæ lite pendente colliriganti ſubminiſtrantur non imputantur in ſortem principalem, neque in caſu ſuccumbentiæ reſtituuntur, Valaſc. *deciſ. Rot. Luſitan.* 1. Franc. *deciſ.* 614. & voluit Rota in Romana bonorum de Cecchis 14. Nouembris 1603. coram R.P.D. Penia, & in Romana Saluiani 17. Maij 1613. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato, vbi propterea fuit dictum, quod non teneatur recipiens cauere de reſtituendo.

COLLECT. 3118.

Super Bal. in l. non ſolum col. 2. **verſic. tu adde ff. de procuratorib.**

¶ *Procurator ſi negat poſitionem an poſſit cogi principalis ad deponendum.*

SCribit hic Baldus, quod ſi procurator neget poſitionem adhuc poſſet cogi principalis ad deponendum, & ita obſeruatum, & decretum fuiſſe reperio per Magnam Curiæ Vicariæ, cuius ſententia fuit confirmata facto verbo per Sacrum Regium Conſilium in cauſa, & lite vertente inter Prothonotarium Brezennam cum Joanne Vincentio de Orlando de anno 1572. apud Bancam Caloſani, nunc vero, vt audio Anaſtaſij.

Sed num depoſitio facta à procuratore deponente vti principali noceat Domino? Reſoluendum eſt negatiue, niſi in ſpecie haberet mandatum ad deponendum Vrſill. *deciſ.* 148. *circa finem*, quare in facto ſeruant Curiales cauſidici mediante iudicis decreto prius mandari faciunt procuratori, vt ſpeciale mandatum ad deponendum procuret.

Et an principalis teneatur deponere in caſu repulſæ, ſi poſitio contineret delictum? ſcias, quod in viridi praxi

ſeruatur, non teneri principalem reſpondere quando poſitio eſt ſuper repulſa eius teſtium productorum, & contineat delictum, ſed tantum circa conſanguinitatem.

Nec non ad materiam notabis quod quando poſitio eſt partim vera, & partim falſa, tunc pro cautela debet negari cum qualitate, nempè (quod nego narrata, vt narrantur) ad euitandam pœnam negatiuam illas Ludouic. *deciſ. Peruſin.* 51. *part.* 1.

Imò ſi tunc totaliter negetur incurrit periurium, Surd. *deciſ.* 58.

Et ad hanc materiam vide quæ cumulat Nouarius *ſuper pragmatica Regni* 8. *ſub rubrica de ordin. iudic.* vbi plures deciſos caſus reperies.

COLLECT. 3119.

Super Gloſ. in cap. 1. de præſcription. in 6.

¶ *Immemorabilis quæ requirat? & an ceſſet vis præſcriptionis immemorabilis?*

IMmemorabilis requiſita quæ ſint hic recenſet Gloſa hæc quam quidem Rota paſſim ſequitur, vt apud Seraphin. *deciſ* 1101. *& deciſ.* 1450. Ludouiſ. *deciſ.* 196. & fuit dictum in Romana ſeruitutis 15. Martij 1619. coram R. P. D. Vbaldo.

Verum aduertas, quod illud requiſitum, quod maiores non viderint, vel audiuerint contrarium non eſt neceſſarium attenta opinione eiuſdem Rotæ in Conchen. decimarum de Guauenna 31. Maij 1617. coram R. P. D. Manzanedo.

Sed immemorabilis præſcriptionis vis, & effectus an ceſſet ſi reperiatur aliqua ſententia, in qua declaratur idem quod vigore præſcriptionis prætenditur? deciſionem habes in ſequenti allegatione, à I. C. Lucano edita.

CEntenaria, ſiue immemorabilis præſcriptio pluribus quidem potitur priuilegiis, & prærogatiuis abundat, maximaque eſt præſcriptionis virtus, & vis, pluteſque producit effectus, inter quos connumeratur, nam habet vim priuilegij à principe legitime obtenti, *cap ſuper quibuſdam* §. *præterea* vbi Gloſ. *in verbo non extat in princip. de verbor. ſignific.* Bal. *in l. ſiquis ad declinandum colum.* 13. *C. de epiſcop. & cleric.* Jaſon. *in l. quominus colum.* 13. *ff. de flumin.* Abb. *in cap. cum nobis numer.* 4. *de præſcript.* Imol. *in l.* 1. §. *denique verſic. idem adde ff. de Aqua pluu. arcend.* Bero. *quæſt.* 114. Alexand. *conſ.* 24. *volum.* 2. Afflict. *deciſ* 254. Marfil. *ſingul.* 8. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 131. *numer.* 38. *cum ſeq.* Peregrin. *de iur. fiſci lib.* 6. *titul.* 8. *num.* 5. id tradens in tributis debitis principi, & in aliis ſimilibus rebus, adeo quod præſcriptio tanti temporis habet vim priuilegij etiam reſeruatis Principi, vt eſt textus *in dict. capit. ſuper quibuſdam* §. *præterea de verbor. ſignific.* & ponit gloſ. *in cap. innouamus in verbo Regum de cenſibus*, & hanc opinionem ſequuntur Bart. *in l. quominus in* 2. *quæſt. verſ. item habet licitè ff. de flum.* Abb. *in dict. capit. ſuper quibuſdam verſ. in gloſ. in verb. non extat*, *& in conſ.* 94. *colum.* 1. *verſ. ſed his non obſtantibus volum.* 1. vbi loquitur in reſeruatis epiſcopo vel aliis Prælatis. Bartol. *in l. ſi publicanus* §. *in vectigalibus in princip.* vbi loquitur de vectigalibus *ff. de publican.* & idem dicit *in l. vectigalia ff. eod.* Iſern. *in capit.* 1. §. *præterea ducatus numer* 16. *& ſequent. de prob. b. feud. alien. per Feder.* qui loquitur in demaniis Regni, vel Imperij Alexand. *conſ.* 35. *colum.* 1. *verſ. & etiam conſulo volum.* 2. qui loquitur in collectis ſubditis imponendis, licèt collectæ non ſint de reſeruatis Principi, vt dicit Felin. *in capit.*

cum

cum nobis colum.3. verſ. demum nota vnum de præſcript. Laud. *in tract. de princip. quæſt.*171. qui loquitur in regalibus quem refert, & ſequitur Felin. *in dict. cap. cum nobis colum.* 2. Soccin. *in conſ.7. num.* 4. *volum.* 3. Jaſon. qui expreſſe loquitur in reſeruatis *in conſil.* 208. *colum pen. verſ. tamen ea volum.* 2. Abb. *in capit. cum nobis colum.*1. qui loquitur in reſeruatis *de præſcript. & in cap. quod tranſlationem in 2. notab. de offic. leg.* vbi idem dicit, & *in cap. cum contingat colu.* 3. *verſ. quædam ſunt reſeruata de foro competent.* Bald. *in l.1. col.1. verſ. ſed in caſibus, & ver tamen bene præſcribitur.* qui loquitur in rebus Cæſaris, *C. ne rei domi. & in l. cum proponas in 6. notab. C. de naut. fæn.* Anch. *conſ.142. col.1. verſ. quoad primum.* Butr. *in capit. per venerabilem col.15. verſ. idem mihi videtur dicendum qui fil. ſint legit.* Aret. *l. more colum.* 2. *verſ. ſed contra hoc facit ff. de acquir. hæred.* Bal. *in capit. 1. col.2 verſ. quædam nituntur in titul. quæ ſint Regalia,* imo *in l. publicanus §. in omnibus in princip. ff. de publican.* & etiam quo ad ea, in quibus ius commune repugnat poſſident, vt eſt quando quis in aliena parochia poſſidet, vt eſt text. *in cap.2. de præſcript. in 6.* & hanc opinionem tenet Card. *in conſ.* 88. *col.* 1. *verſ. item ſine & conſ.* 118. *col.* 2. *verſ. venio ad aliud, & conſil.* 38. *col.1. verſ.2. quia communis & conſ.114. num.9.* Alexandr. *in diſput. incip. Sigiſmundus col.* 20. *verſ. aut de iure Canonico, & col.* 27. *verſ. non obſtat quod dicitur.* Jaſon. *in l. quominus num.* 42. *ff. de flum.* Imol. *in capit. cum Apoſtolica colum.6 verſ. vlterius quæro de his quæ fin. à præl.* Roman. *in l. vectigalia col.2. verſ. opinionem tamen vltimam ff. de publican.* Cardin. *in Clem.* 2. *in* 8. *quæſt. de rebus eccleſ. non alienand.* Felin. *in cap. ſi diligenti col. pen. verſ. præterea habet eod. tit.* Bald. *in tract. de præſcript. in 6. quæſt. 2. part. 3. part. princip. numer.* 27. *colum.* 2. Loffred. *conſilio* 40. *numero* 36. Palat. *in rubr. de donat. in 6. inter vir. & vxor.* Caſſan. *colu.* 26. *col. pen. verſ. & etiam quia.* Curt. Jun. *conſil.* 20. *num.6.* Ruin. *conſ.111. col. pen. vol.6.* vbi loquitur de regalibus & collectis, ex quo talis præſcriptio operatur, vt in alieno territorio quis lignandi, & paſcendi facultatem habeat, vt tradit Hoſt. *in capit. dilecti colum. 1. verſic. quid ſi aliquis miles,* vbi Jo. And. *in princip.* & Butr. *columm. 2. verſ. quod ſi miles* & ibi Abb. & alij *de arbitr.* qui tamen hoc declarant non procedere quando talis præſcriptio fuiſſet violenta, vel ſi ille locus, in quo quis præſcriptione tanti temporis acquiſiuit ius lignandi vel paſcendi non habet tot nemora, vel paſcua quæ poſſint vtriſque ſufficere, quia tunc ſemper dominus, vel vniuerſitas loci contra quam fuit inducta talis præſcriptio in tali caſu eſſet præferenda.

Priuilegiatur pariter, nam talis præſcriptio habet vim tituli tex. eſt *in l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quot. & æſtiu. & in c.1. de præſcript in 6. & in l. ſi quis diuturno ff. ſi ſeru. vend.* & voluit Gloſ. *in capit ſuper quibuſdam §. præterea in verb. non extat de verbor. ſignific.* Glo. *in cap in verb. vſque adhoc tempus* 18. *q* 2. Rot. *in ca. peruenit col.1. ver. illud tamen videtur,* & ibi Jo. And. *col.1. verſ. dicit Hoſt.* & ibi Butr. *col.15. verſ. quando probatur* & ibi Abb. *col.2. verſ.2. caſu de cenſibus.* Abb. *in cap. ſuper quibuſdam circa fin. verſ. in gloſ. in verb. non extat de verb. ſign.* & Inn. *in cap. ſi diligenti col. 1. verſ. ſecus ſi eſſent talia,* & ibi Hoſt. *col. 2. verſic. ſecus ſi eſſent talia,* & ibi Card. *circa fin. ver. videtur tamen.* & ibi Felin. *col. pen. verſ. nona, & vlt.* & ibi Bal. *in fin verb. de præſcript.* Bart. *in l. cum de in rem verſ. col. 2. verſ. veniamus ad ſecundum ff. de vſur.* Bart. *in l. prima colum. 2. verſic. quia non minus* C. *ne rei dom. vel temp. & in l. ſolemnibus verſic. Petr. dicit, Cod. de fide inſtrument.*

Digitized by Google

Card. *in clem.* 2. *in princip. in* 8. *quaſt. de rebus eccleſ non alien.* Natta *conſ.*283. Cephal. *conſ.*403.*n.*62.*lib:*3. & alij, quo caſu tituli probatio non eſt neceſſaria, quia præſumitur, Cyn. *in l. ſi certis annis col. fin. C. de pact.* Bal. *conſ.*391. *volum.*1. Corn. *conſ.*168. *col.*11. *vol.*4. Alex. *conſ.* 6.*vol.*1. Iaſon. *in* §. *omnium inſtit. de act. n.*72. Paris *conſ.*27.*n.*80.*vol.*1. Decian. *conſ.*341.*col pen.* quod etiam in præſcriptione iuriſdictionis procedit Bal. *in c. ſi diligenti de praſcr.* hæc enim ſola præſcriptio immemorabilis, ſiue centenaria habet vim tituli, & priuilegij, Coſta *conſ.*68.*n.*7.

Similiter eſt priuilegiata hæc præſcriptio, quia in illa bona fides non requiritur, cum ex tanti temporis curriculo præſumatur, Salic. *in l.* 2. *col. fin. C. de ſeruit.* Bal. *conſ.*352. *vol* 1. Zabarel. *conſ.*38.*n.*7. Iaſ. *conſ.*209.*vol.*2. Dec. *in l. in traditionibus nu.* 12. *C. de pact.* Boer. *deciſ.*39.*n.*6. Caſſan. *conſ.*34.*n.*7. Alex. *conſ.*24.*num.*18.*libr.*5. Angel. *in l. pen. C. quib. non ob long. temp. praſcript.* Ioann. Andr. *in addit. ad ſpecul. in titu. de teſte* §. *nunc videndum.* Butr. *in cap. cum eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ. & propriet. col. fin.* niſi tamen euidenter appareat contrarium, quia tunc eſſem opinionis immemorabilem minime ſuffragari, quoniam licet longi temporis curſus malam fidem excludat, hoc tamen intelligitur in mala fide præſumpta, at ſecus in mala fide vera probaretur per inſtrumenta, vel teſtes, aut ex aliis legitimis probationibus, quia in tali caſu mala fide minime tollitur non obſtante temporis diuturni curriculo, etſi maximo iuxta declarationem Crauet. *in ſuo conſ.*146.*& in tract. de antiqu. tempor. part.* 4. *nu.* 169. vbi concordantes citat.

Adhuc priuilegiatur, quia præſcribit omne ius etiam impræſcriptibile, & cuius præſcriptioni lex, ſtatutum, edictum, ſeu pragmatica reſiſtit, Soccin. *conſ.*76.*n* 94.*lib.*1. Balb. *in ſpecial. tract. de praſcript. part.* 4. *part.* 5. *princ. col.* 4. vnde ideò præſcribitur decima, Berous *conſ.*34.*n.*12. *&* 13.*lib.*1. Cacher. *conſil.* 34.*n.* 44. *&* 45. præſcriptio enim immemorabilis, & centenaria non excluditur quando lex ſiue ſtatutum præſcriptionẽ excludit, vt poſt antiquiores eſt videre apud Crauett. *de antiqu. tempor.* §. *materia iſta nu.*43. Decian. *in conſ.*24. *nu.* 114. firmantes hoc eſſe verum, etiam ſi lex tolleret quamcunque præſcriptionem, & ideò ſi quis priuatus, vel priuilegiatus, puta eccleſia, haberet priuilegium, quod cõtra eam non currat præſcriptio, non intelligitur remota præſcriptio centenaria. Iaſ. *conſ.*92.*col. pen. lib.*3. Alex. *conſ.*16. *nu.*11. *lib.*5. Felin. *in rubric. de praſcript. col. fin.* Socci. *in d. conſ.*76.*n.*85. *cum ſeq.* Angel. *in l. non ſolum in princip. ff. de vſucap.* & hinc feudum impræſcriptibile hoc tempore præſcribitur, Soccin. *d. conſ.* 76. *n.*61. *&* 68. Decian. *d. conſ.*24.*num.* 108.*lib.*1.

Præterea reperitur priuilegiata, quia in tali præſcriptione non eſt neceſſaria ſcientia illius, aduerſus quem præſcribitur, Gloſ. *in d. l. hoc iure* §. *ductus aqua in verbo memoriam.* Butr. *in cap. peruenit. col.*13 *de cenſibus.* Iaſ. *in l. imperium colum.* 7. *ff. de iuriſd. omn. iudic.* Abb. *conſ.*7. *vol.* 2. Laudenſ. *de princip. quaſt.*171. Curt. *in tract. de feud. part.* 1. *col.* 4. *verſic & ideo pro iſta communi* Cacher *conſ.*34. *nu.*42. *& ſeq.* Balb. *de praſcript. part.* 4. *part.* 5. *princip. colum.*10. *verſic. ſexto quaro*, & alij antiquiores, & recentiores, quorum opinio ſuadetur vigore text. *in cap.* 1. *de praſcript. in* 6. quinimò dato quod talis ſcientia requireretur, fatendum eſt illam præſumi ex tanti temporis diuturnitate, Salic. *in l. authoritate in fin. C. vnde vi.* Calder. *conſ.*15. *de prabend.* Alex. *cit. conſ.*74. Dec. *conſ.*185. Loffred. *conſ.* 40.*num.*

Digitized by Google

40. *num.* 50. quos in facto ſectabar, dum fuiſſem conſultus in anno 1622.

Priuilegiatur quoque, nam talis cõſuetudo habet vim conſtituti, Io. And. *in cap. ſuper quibuſdam verſic. in gloſ. not. ibi de verb. ſignif. Monach. in cap.* 2. *num.* 4. *de prabend. in* 6. Archid. *in cap. generali col. fin. verſic. conſuetudine de elect. in* 6. Andreas *in cap.* 1. §. *preterea ducatus de probibit. feud. alien. per Feder.* Affli&.*deciſ.* 239. *in fin. & deciſ.* 154. *nu.* 4. Corn. *conſil.* 268. *col.* 10. *vol.* 4. Mant. *conſ.* 38. *nu.* 12. Zabarel. *conſ.* 118. *n.* 14. Pariſ. *conſ.* 111. *n.* 43. *vol.* 1.

Item eſt priuilegiata, quoniam in tali præſcriptione non requiritur pacifica poſſeſſio, vt eſt text. *in l. hac autem ff. de ſeruit. vrban. prad. & in cap. Abb. ſanè de verb. ſignif.* tenet Oldrad. *conſil.* 172. *n.* 9. quos in facto ſectabar in anno 1621. dum eſſem conſultus.

Similiter priuilegiatur, quoniam reſtitutionem in integrum excludit, vt dicit Salic. *in auth. quas actiones col.* 3. *C. de ſacroſ. eccleſ. d. conſ.* 709. *volum.* 2. Barb. *conſ.* 41. *col.* 13. *vol.* 1. Pariſ. *conſ.* 23. *n.* 221. *vol.* 1. Boer. *deciſ.* 39. *n.* 6. latè Crauett. *de antiq. tempor. d. part.* 4. §. *materia iſta nu.* 44. Soccin. Jun. *in ſepius cit. conſ.* 76. *n.* 102. *cum ſeq.* vbi rationem aſſignat, vt ſit litium finis, rerumque dominia ne ſint in incerto, quorum opinio eſt vera, licèt adſit iuſta ignorantia, vt tenet Pinel. *de bon. matern. in auth. niſi tricen. n.* 58. Crauett. *part.* 1. *n.* 59. quinimò quadragenariam præſcriptionem ſufficere voluerunt Theſaur. *in deciſ.* 131. & Raudenſ. *deciſ.* 37. *part.* 1.

Tandem, vt cetera omittam breuitatis gratia, priuilegiatur talis præſcriptio, quoniam merum imperium præſcribit, Bellon. *conſ.* 40. *n.* 6. item, & iuriſdictionem Bal. & cæteri Canoniſtæ *in cap. ſi diligenti de praſcript.* Auendan. *de exequend. mandat. cap.* 1. *n.* 20. *cum ſeq.* & etiam iuriſdictionem ſupremam exemptiuè præſcribit, de Ponte *in tit. qui feud. dar. poſſ. num.* 40. & directum dominium Ruin. *conſ.* 16. *n.* 32. & 33. Cacher. *d. conſ.* 34. *n.* 37. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 116. *n.* 6. & omnia quæ ſunt principi reſeruata, Caballin. *milleloq.* 591. & ſic præſcribit regalia, Affli. *d. deciſ.* 254. *n.* 55. Curt. Jun. *conſ.* 57. *n.* 118. Dec. *in cit. conſ.* 24. *n.* 112. & ea quę ſunt ſpecialiter reſeruata Rim. *conſ.* 26. *n.* 33. item ciuitates, & Regna tanto tempore præſcribuntur Calder. *cit conſ.* 34. *nu.* 29. licèt ius regium ex præſcriptione minime lædi aſſerat, Franc. *in deciſion.* 138. *num.* 11.

His ſic pręmiſſis deueniendo ad caſum propoſitum, aſſeueramus vim, & effectum præſcriptionis immemorabilis, & centenariæ non ceſſare ex eo, quia reperitur aliqua ſententia, licèt ſit nulla in qua declaratur idem quod prætenditur per præſcriptionem immemorabilem, ſiue centenariam, nec in hoc probatur initium pręſcriptionis immemorabilis, nec nouam ſpeciem inducit, ſed dicitur continuatio præſcriptionis, quia ſententiæ natura eſt declarare ius vetus, non de nouo inducere, Pomponius §. *Seium ff. de acqui. poſſeſſ. l. ficuti* §. *ſi queratur ff. ſi ſeruit. vendic. l. quid tamen* §. *ſi arbiter ff. de arbitrariis l. ſi prator ff. de iudic.* ſicque in quadam lite paſcuorum notat Corn. *in conſ.* 188. *n.* 8. *lib.* 4. Faber *in* §. 1. *num.* 11. *inſtit. de oblig.* Hern. *in cap.* 1. *n.* 8. & 9. *quo tempor. mil.* Burſat. *conſ.* 187. *nu.* 12. *lib.* 2. Abb. *in cap. fin. n.* 31. *de praſcript.* Gomez *in regul. de annal. poſſeſſ. queſt.* 44. latè Jaſ. *in l. ex hoc iure num.* 44. *ff. de iuſtit. & iur.* Aud. *in cap. prator. cap.* 1. *in verbo Alas partes n.* 6. Rebuff. *in praxi beneſic. in titulo de different. inter reſcripta gratia, & iuſtitia, Pagin.* 112. qui adducit textum *in l. ex diuerſo* §. *vbi ff. de re iudic.*

Et confert pro corroboratione Doctrina Bal. *in l.* 1. *num.* 19. *C. de ſeru. fugiti.*

vbi ſcripſit quod præſcriptio, & ſententia minimè ſunt contraria, refert & ſequitur Bald. *in ſuo tract. de praſcript. 5. part. 5. part. quaſt. 2. n. 1.*

Sicque ego dicebam in quadam lite impoſitionum paſcuorum in qua dum quædam ſententiæ antiquæ producebantur, fui voti nō obſtare ſtante quod aderat immemorabilis in contrarium, & ſic habui pro vero, & canonizaui opinionem præſcriptionis immemorabilis, & centenariæ vim, & effectum non ceſſare ex eo quod reperiatur aliqua ſententia, in qua declaratur idem quod per præſcriptionem prætenditur.

Iuxta quod votum meum partes obſeruauerunt, illudque exequutioni demandauere, die 16. Iulij 1625. & ſic in Sacro Regio Conſilio Neapol. iudicatum audio.

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 3120.

Super Angelo in l. qui vniuerſas §. item cum prætor ff. de acquir. poſſeſſ.

¶ *Inſtrumentum poſſeſſionis captæ authoritate iudicis quando probet poſſeſſionem?*

CONcludit Angel. hic, & *in l. clam poßidere §. qui ad nundinas num. 2. in fin. ff. de acquirend. poſſeſſ.* quod inſtrumentum poſſeſſionis captæ authoritate iudicis probat poſſeſſionem abſque eo, quod probetur expulſio, & ita paſſim ſequitur Rota vt in cauſa Bononien. bonorum de Mulettis 26. Martij 1599. coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Card. Pamphilio, Rota *deciſ. 802. part. 1. diuerſ. & deciſ. 525. & deciſ. 557. part. 2. in recent.* Seraph. *deciſ. 1125.* Ludouiſius *deciſ. 203.*

Et authoritas iudicis operatur, vt poſſeſſor debeat ſuſpicari ſe poſſe repelli, Rota *deciſ. 641. nu. 7. part. 1. diuerſ.* quæ ſola ſuſpicio ſufficit ad amittendam poſſeſſionem, Seraph. *deciſ. 769.* ad textum *in l. ſi id quod § fin. ff. de acquir. poſſeſſ.*

COLLECT. 3121.

Super Iaſ. in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poſſeſſ.

¶ *Poſſeſſionem ciuilem habens poteſt recuperare naturalem.*

EX dictis hic per Iaſon. elicitur cōcluſio quod habens poſſeſſionem ciuilem poteſt recuperare naturalem, & dicitur remouere turbationes, & ita dixit Rota in vna Romana Cappellaniæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ 14. Februarij 1576. coram R.P.D. Cantuccio, & apud Ludouiſium *deciſ. 103. n. 3.*

Et quod poſſidens ciuiliter poſſit recuperare naturalem per viam manutentionis petendo remoueri moleſtias, & aliter dicitur turbare tradit Puteus *deciſ. 198. n. 4. lib. 1.* & Rota *deciſ. 19. n. 14. part. 2. diuerſ. & deciſ. 560. part. 1. in recent.*

COLLECT. 3122.

Super l. lecta verſic. ſed ſi cum ſortis ff. ſi certum petatur.

¶ *Dilatione pendente ad ſoluendum non poteſt mora conſiderari.*

MOra non poteſt conſiderari pendente dilatione data ad ſoluendum, h. d. & ita Ludouiſ. *deciſ. 575. n. 6.*

Amplia adeò eſſe verum, quod data dilatione interim quis non poſſit dici in mora conſtitutus, vt nec etiam emptor teneatur interim ſoluere fructus recompenſationis debitos ex æquitate pendente dilatione ad ſoluendum, vt voluit

voluit Rota in Aſculana pecuniaria 11. Decembris 1606. coram R.P.D. Coccino Rotę Decano, & in Romana Caſiletti 20. Iunij 1611. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato.

Amplia, quod data dilatione ad ſoluendum dotem non poteſt maritus aliquos prætendere fructus, Rubin. *deciſ.* 313.

Et nota, quod ceſſante mora non eſt locus intereſſe, Ludouiſius *deciſ.* 148. *num.* 2. & mora cenſetur tacite remiſſa per acquieſcentiam alterius partis cui erit implendum, Rota *deciſ.* 577. *part.* 1. *in recent.* Ludouiſ. *deciſ.* 75. *ſub num.* 2. prout quoque cenſetur remiſſa ex receptione partis precij abſque proteſtatione, Verall. *deciſ.* 316. Rota *deciſ.* 77. *part.* 2. *in recent.* Imò etiam per ſolam interpellationem cenſetur mora remiſſa, Rota Genuæ *deciſ.* 27. *numer.* 11.

Et ad hanc materiam vide ſequentem allegationem editam à I.C. Lucano, vbi deciſionem Sacri Conſilij habebis, circa illum articulum an partita deducta in calculo non ſequuto decreto iudicis dicatur liquida ad effectum incurrendi moram, eius autem tenor eſt vt ſequitur videlicet.

MOra incurritur, quando quis non facit illud, quod facere tenetur eo tempore, quo pollicetur, vel dies interpellat, *l. magnam*, vbi DD. *C. de contrahend. & committend. ſtipul.* & colligitur ex text. *in cap. fin.* vbi Abb. *num* 5. *de locat. l. mora* vbi Gloſ. *in verbo diffi. ilu ff. de vſur.* & alia eſt mora communis, alia ſpecialis, quamuis vtraque fiat multis modis, cuius effectus in mora communi eſt, vt veniat intereſſe in contractibus bonæ fidei à tempore moræ *l. mora* §. *in bona fid.* 1, vbi Barr. *& l. videamus ff. de vſur. l. vbi exigitur*, & ibi Bart. Bal. Caſtrenſ. Iaſ. & alij *ff. de edendo l. cum res ff. de leg.* 1. & ita in legatis, & fideicommiſſis, *l. qui ſolum* §. *etiam. & l. ſi quis ſeruo ff de leg.* 2.

Mora pariter facit, vt intereſſe æſtimetur officio iudicis à tempore moræ vſque ad ſatisfactionem, *l. in hac actione*, vbi DD. *ff. de condit l. datio.* §. *ſi per venditionem* vbi Bar. *num.* 1. *ff. de act. empt. & l. ſi Kalendis ff. de re iudic. & in l. re furtiua ff. de condict. furtiu.* quoniam moroſus debitor ſemper tenetur de periculo, & de interitu rei, *l. cum rei* §. *fin.* vbi Bar. *l. apud Iulianum l. cum ſeruus.* vbi DD. *ff. de legat.* 2. Gloſ. *in cap.* 1. *in verbo reſtitui de reſtit. ſpoliat. & in auth. de depoſit. denunc.* §. 1. *col.* 6.

Hæc mora in liquidandis non committitur, ante liquidationem ſecundum doctrinam Bal. *in l. acceptam C. de vſur. & in l. fideicommiſſi C. eod. titulo.* Anchar. *conſ.* 351. Iaſon. *in l. quod te notab.* 5. *ff. ſi cert. petatur, & in l.* 1. *ff qui ſatiſdar. cogantur.* Alexand *conſ.* 102. *vol.* 1. *& conſ.* 24. *volum.* 4. poſt Bart. *in l. non poteſt ff. de regul. iur.* vnde ſi debitor interpellatur à creditore, & diceretur faciam ſibi liquidationem, & quod conſtiterit tibi debere paratus ſum ſoluere, & ita re vera ſit paratus ſine aliquo dolo ſeu malitia, tunc enim non conſtitueretur debitor ille in mora facit text. *in l. quod te.* vbi Iaſ. *num.* 8. *ff. de rebus credit.* Bald. *in l.* 1. *C. ne liceat tertio prouoc.* Bar. & Imol. *in l. prætor ait* §. *ſi quis paratus ff. de nou. oper. nunc.* idem Imol. *in l. ſi mora ff. ſolut. matrim.*

Imo licet partita illiquida ſit deducta à calculatore in calculo facto de ordine iudicis, non per hoc eſt liquidata, & conſequenter apta producere prædictum intereſſe. *l.* 2. *C. de iur. fiſci libro* 10. vbi Bart. niſi ſequatur decretum iudicis illam deberi iuxta calculum, & tunc ab illo die debetur intereſſe, Bar. *in l. proinde* §. *ſi ff. ad l. aquil.* Rebuff. *in comment. ad conſt. Galliæ in tit. de liter. oblig n.* 8. *lib.* 1. Afflict. *deciſ.* 105. qui

Digitized by Google

fatetur deciſum per Sacrum Regium Conſilium, quod in liquidandis minimè committatur mora antequam per iudicem ſit liquidatum, & declaratum, vigore textus, *in l. 2. C. de vſur.* Bal. *in cit. l. acceptam colu.* 3. Imol. *conſil.* 49. *vol.* 2. ſequuntur Mareſcott. *variarum reſolut. cap.* 57. *num.* 12. *lib.* 1. Bellon. *in deciſ. Genua* 118. Vetall. *deciſ.* 298. *part.* 1. Monter. *in deciſ. Aragon.* 6. *num.* 5. & nouiter Ricc. *in deciſ. Curia Archiepiſcop. Neap.* 130. *ſub n.* 12.

Quæ opinio coadiuuatur, nam eo ipſo quod quis ipſo iure incidit in moram, tunc illa mora minimè operatur hunc effectum producendi intereſſe, niſi adhuc ſequatur ſententia declaratoria iudicis, iuxta tradita per Menoch. *in ſuo tract. de arbitr. iudic. lib.* 2. *caſu* 220. *num.* 1. vbi quod declaratoria iudicis requiritur in caſibus illis, in quibus mora operatur ipſo iure ex Barbat. *conſ.* 51. *col.* 16. *lib.* 1. Jaſon. *in l. ſi quis maior num.* 25. *de tranſact.* Decian. *conſ.* 144. *num.* 6. Ruin. *conſ.* 50. *num.* 10. *lib.* 1. Soccin. Jun. *conſ.* 68. *nu.* 59. Marſ. *conſ.* 10. *num.* 24. *& ſeq.* Tiraq. *in l. ſi vnquam in verbo reuertatur num.* 22. *C. de reuoc. donat.* non enim hæc moræ commiſſio ſecum trahit executionem, ſed adhuc hominis factum expectat, & ob id declaratoria eſt neceſſaria attenta Gemin. doctrina *in cap. felicis de pœn. in* 6. quam ſequuntur Decia. *in l.* 3. §. *quod autem ff. quod quiſque iuris*, & alij apud Cancer. *in conſ.* 212. *num.* 2. ex quo dicendum eſt ſub incerto remanere calculationem quouſque iudicis decretum ſubſequatur.

Et iuxta hanc ſententiam decidit Sacrum Regium Conſilium referente Conſiliario Jacobo de Franchis in anno 1620. in cauſa illorum de Galuppo cum illis de S. Antonio, vt conſtat ex proceſſu in Banca Actuarij Figholæ.

Et cum in anno 1623. idem caſus accidiſſet inter Marcum Antonium Solimanum, & Petrum Jacobum Riuellum, requiſiti de voto ab vna ex partibus in eandem deuenimus opinionem firmando partitam deductam in calculo non ſecuto decreto iudicis nullatenus poſſe dici liquidam ad effectum incurrendi moram, & ita iuxta noſtrum votum, & determinationem fuit ſeruatum inter ipſas partes, vt deinde audiuimus.

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 3123.

Super Bald. in l. ſin autem ff. de pactis.

¶ *Acceptans aliquid videtur illud acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus.*

INter alia, quæ hic notat Baldus illud etiam reponit, quod quando quis aliquid acceptat videtur illud acceptare cum omnib. ſuis qualitatibus.

Vnde tu inferas pro ornatu huius doctrinæ quod acceptans beneficium tenue, ſibi imputare debet, nec poteſt allegare quod fructus non ſufficiant pro congrua eius ſuſtentatione, vt dixit Rota in Firmana ſeu nullius beneficij Mercurij 22. Junij 1605. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Card. Ludouiſio tunc temporis Rotæ Auditore, & deinde Sanctiſſimo in Chriſto patre Gregorio XV.

Et quod non poſſit beneficiatus allegare exiguitatem fructuum ſui beneficij ad effectum ſe excuſandi à ſua reſidentia, aut ab aliis beneficij oneribus, quia ſibi imputare debet ſi acceptauit beneficium tenue, dixit Rota *deciſ.* 130. *n.* 5. *part.* 1. *diuerſ.* Card. Mant. *deciſ.* 250. *n.* 4. *& deciſ.* 255. *nu.* 2. & alias eadem Rota apud Ludouiſium *deciſ.* 429. *n.* 4. *& deciſ.* 431. *n.* 12.

COL-

Digitized by Google

COLLECT. 3124.

Super Bald. in l. data opera n. 28. C. qui accuſ. non poſſ.

¶ *Iuriſdictionis exercitium in loco probat locum eſſe de territorio.*

FIrmat hic Bald. quod iuriſdictionis exercitium in loco probat locum eſſe de territorio, & ratio eſt, quia extra territorium conquieſcit iuriſdictio, *l. extra territorium ff. de iuriſdi. omn. iudic.* vbi nos diximus.

Amplia quod caſtrum, ſeu poſſeſſio probatur eſſe de territorio per ſolutionem cenſus, vt aliquando fuit dictum in noſtra Curia Archiepiſcopali, in qua recordor fuiſſe quoque determinatum gabellarum, ſeu onerum exactionem in loco probare locum eſſe de territorio, qua propter gabellarum exactio in loco probat quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis in loco, Rubin. *deciſ.* 119. vbi quod talis gabellarum impoſitio, & exactio in loco ſi locus non eſſet de territorio, ibi fieri non poſſet, nam extra territorium talis exactio tanquam actus iuriſdictionalis locum ſibi non vendicaret.

Sed titulus proprietatis, ſeu quaſi poſſeſſio iuriſdictionis, quomodo, & qualiter probetur habes in ſequenti iuris allegatione edita à Domino I. C. Lucano. eius autem tenor eſt talis, vt ſequitur, videlicet.

QVod attinet ad proprietatis titulum, nulli dubium eſt, quod ſtante caſale, de quo agitur in territorio ciuitatis, ſequitur de iure illud eſſe ſubiectum eidem ciuitati, illiuſque officialibus habentibus iuriſdictionem in territorio, ſicuti nebula in tota palude Bal. *in l. Imperium ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Angel. *in l. ſi fines ff. de euict.* Abb. *conſ. 16. num. 24. vol. 4.* Curt. Iun. *conſ. 41. num. 9.* Felin. *in cap. ſi diligenti de præſcript.*

Quo fit, vt Caſtrum, Villa, ſeu Terra poſita in comitatu alicuius ciuitatis præſumitur eſſe illi ciuitati ſubiecta, *capit. ad decimas de reſtit. ſpoliat. in 6. l. nulli.* vbi Bal. *colum. 3. C. de epiſcop. & cleric.* Bartol. *in l. 1. §. cum vrbem ff. de offic. præfect. vrb.* Alciat. *de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 20. numer. 3.* & ideò contenditur de iuriſdictione locorum exiſtentium in territorio alicuius ciuitatis, aut caſtri, vtique cenſetur loca illa ſubeſſe iuriſdictioni ipſius ciuitatis vel caſtri, in cuius territorio ſunt poſita, Soccin. *in l. 1. num. 25. ff. de acquir. poſſ. ff.* Paris *conſ. 15. num. 9. libr. 1.* Afflict. *deciſ. 267. num. 4.* latè Gabriel *in concluſ. 1. de præſumpt.* & fuſè Menoc. *in eiuſdem tituli tract. præſumpt. 100. lib. 3. num. 11.* firmat, quod locus illius iuriſdictionis eſſe cenſetur, cui magis adhæret ſectantur vltra antiquiores Natta *conſ. 671. num. 17. & ſequent lib. 3.* Martilan. *in tract. de Caſtel. quæſt. 9.* & Maſcar. *de probat. concluſ. 1407.* vbi latè.

Quæ eò magis procedunt, cum habitatores illius caſalis ſoluant gabellas, & datia, quæ ſoliti ſunt pariter homines alterius caſalis dictæ ciuitatis ſoluere, locus enim eſt de territorio, vbi onera ſubeſt. Albert. Brun. *conſ. 34. num. 16.* Alexand. *conſ. 23. num. 3. volum. 5.* Bal. *in l. 3. C. de Natur. liber.* Natt. *conſ. 672. num. 4.* quia exercitium iuriſdictionis probat locum eſſe de territorio, Bal. *in l. data opera num. 28. C. qui accuſ. non poſſ.* Brun. *conſ. 34. num. 16.* de Ponte *conſ. 51. num. 4. & 30.* nam alias extra territorium conquieſcit iuriſdictio, *l. fin. de iuriſdict. omn. iudic.* vnde locus illius eſſe præſumitur, qui iuriſdictionem in loco exercet Abb. *conſ. 62. num. 18. vol. 2.* Maſcard. *de proba. concl. 395. num. 33.*

Quo vero attinet ad poſſeſſionem, ſeu quaſi illam probat non ſolum reſpectu iuriſdictionis ciuilis, & criminalis, quam officiales præfatæ ciuitatis exercent in tali caſali per acta publica, & banna, ibidem emanata per iudices exiſtentes in dicto loco, ſed etiam ex antiquiſſima, & immemorabili poſſeſſione, ſeu quaſi per exercitium eorum, quæ pertinent ad iuriſdictionem, de qua quæritur, ex quibus probatur quaſi poſſeſſio iuriſdictionis Bal. *in l. poſt ſententiam num. 7. C de ſentent.* Bar. *in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itin. act. priuat.* Roman. *conſ. 70. num. 13.* Brun. *conſ. 34. num. 15.* Alexand. *conſ. 74. num. 16. volum. 4.* Menoch. *de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 585.* vltra DD. *in cap. cum eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Conſtat itaque de poſſeſſione, ſeu quaſi ex pluribus infra dicendis.

Nam pro quaſi poſſeſſione adducitur obedientia facta per homines dicti caſalis officialibus ipſius ciuitatis in caſibus occurrentibus, vigore cuius iuriſdictio, & illius quaſi poſſeſſio acquiritur maximè cum in faciendo conſtiterunt ad not. *in cap. olim il 3.* & ibi Innocent. *de reſtit. ſpol.* Bal. *in l. data opera num. 28. C. qui accuſ. non poſſ.* vbi ait quod bona eſt ratio teſtis deponentis de iuriſdictione, & dicentis quod vidit homines loci obedire mandatis, ſequuntur Alex. *in conſ. 43. vol. 1.* & Natt. *in conſ. 671. n. 7.*

Pariter adducitur exactio gabellarum, & datij quæ de ordine dictæ ciuitatis fuit facta in ipſo caſali, quæ ſanè gabellarum exactio probat iuriſdictionem, illiuſque quaſi poſſeſſionem, *§. ſi quis igitur*, & ibi Gloſ. *in auth. quibus mod. natur. effic. ſui* Bal. *conſ. 420. ſub num. 1. volum. 1.* Alex. *conſ. 43. ſub nu. 3. vol. 1.* Soccin. *conſ. 287. num. 15. vol. 2.* Natta *conſ. 636. num. 78.* Corn. *conſ. 133. num. 4. & ſeq. vol. 1.* Marſil. *in rubric. C. de probat. num. 276.* Ruin. *conſ. 2. num. 4. vol. 4.* Menoch. *in conſ. 21. nu. 18. & conſ. 147. num. 21. & in ſuo tract. de retin. poſſeſ. Remed. 3. num. 582.* firmans redditus gabellarum eſſe fructus iuriſdictionis vnde datiorum, & gabellarum redditus percipientem iuriſdictionem quaſi poſſidere credendum eſt, docet Bal. *in conſ. 161. vol 3.*

Vltra quod contra homines dicti caſalis renitentes ſoluere dicta datia, ſemper fuit facta diſtractio pignoris, & exacta pœna, quoties contrauenerunt bannis emanatis per officiales ciuitatis, quæ quidem pœnæ exactio probat quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis, Natta *conſ. 672. num. 7.* Menoch. *conſ. 147. num. 15.* quoniam pœnarum commoda ad iuriſdictionem ſpectãt, Bal. *in l fin. ff. de offic. præfect. vigil.* Gregor. *de conceſſ. feud. queſt. 3. num. 5. part. 7.* Intrigliol. *de feud. artic. 80. nu. 22. cent. 2.* imò eſſe de mero imperio fatetur Bart. *in l. imperium num. 12. ff. de iuriſdict. omnium iudic.* vbi etiam hoc approbat Iaſ. *num. 8.* Afflict. *in cap. 1. §. ſi aliquem col. fin. de pact. iuram. firmand.* Foller. *in ſua practic. crim. in verbo audiuntur excuſatores num. 97 in ſeq.* Roland. *conſ. 46. num. 12. volum. 2.* & ideò ſunt fructus iuriſdictionis, & ad eos ſpectant, ad quos iuriſdictio pertinet, Iſern. *in cap. ſi vero violator in verbo hereditatem ſub num. 12. de pact. tenend.* Amic. *in conſ. 49. num. 10.* Capic. *deciſ. 27. num. 15.* Peregr. *de iur. fiſci lib. 6. tit. 5. num. 33.* Anna *ſingul. 421.* Regens Tapia *de conſtitut. princip. cap. 2. n. 48. part. 1.*

Similiter conſtat de quaſi poſſeſſione iuriſdictionis ex proclamatum, & Bannorum publicatione facta per officiales ciuitatis in dicto caſali cum appoſitione pœnarum, quæ quidem Banna abſque iuriſdictione minimè emanantur, ciuiliſtæ *in l. omnes populi ff. de iuſtit. & iur.* Canoniſtæ *in capit.*

ecclesia

Digitized by Google

eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. Bartol. & alij *in d. l. Imperium ff. de iuriſdict. omnium iudic.* probant iuriſdictionis adminiſtrationem, & per ea illius quaſi poſſeſſio acquiritur, quamuis nemo ex ciuibus caſalis pœnam incurrat Roman. *conſ.* 70. *dub. fin.* Honded. *conſil.* 100 *à numer.* 10. *volum.* 2. Maſcard. *de probat. concluſ.* 946. *numer.* 2. Mandel. *conſil.* 64. *num.* 10. *vol.* 1. ante eos Bal. *in l.* 1. *num.* 54. *Cod. de ſeruit & aqua.* Innoc. *in cap. dilectus colum.* 1. *circa fin. de Cappel. Monach.* arguunt ſiquidem banna præſertim pœnalia, quæ in loco publicantur locum eſſe ſub iuriſdictione, vt fatetur Menoch. *in conſ.* 147. *numer.* 15. poſt Barbat. *in conſ.* 18. *volum.* 2. & Corn. *in conſ.* 333. *num.* 26. *volum.* 1.

Et tandem adducitur probatio facta, quod à tempore immemorabili vſque ad præſens officiales dictæ ciuitatis ſemper exercuerunt eorum iuriſdictionem in dicto caſali, prout in altero, vnde eſto, quod titulus iuriſdictionis non iuſtificaretur, vtique hęc ſola conſuetudo immemorabili tempore præſcripta ſufficit ad acquirendam iuriſdictionem, & illius poſſeſſionem iuſtificandam, Pariſ. *conſil.* 16. *colum. fin. numer.* 28. *volum.* 4. Reſtan. *de Imper. quæſt.* 59. & Pereg. in. alios citans *de iur. fiſci libr.* 1. *titul.* 2. *numer.* 54. præſcriptio enim immemorabilis obtinet vim priuilegij, *l. hoc iure §. ductus aquæ ff de aqua quotid. & æſtiu. cap. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſignif. cap.* 1. vbi Gloſ. *in verbo extat. de præſcript.* vbi pariter Gemin. & Archidiac. Decian. *conſ.* 85. *volum.* 2. Cephal. *conſ.* 468. *n.* 61. Roland. *conſil.* 66 *num.* 4. *volum.* 2. Alex. *conſ.* 6. *vol.* 1. Decian. *in tract. crim. cap.* 5. *ſub num.* 14. *tom.* 1. Menoc. *conſ* 50. *n.* 65. Balb. *de præſcript. part.* 2. *part.* 5. *principalis cap.* 16. *n.* 6. & ideo quæ priuilegio ſunt acquiſibilia requiruntur pariter ex conſuetudine ſiue præſcriptione immemorabili, Rodol. *de princip. poteſt. cap.* 2. *num.* 13. Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 1. *tit.* 2. *ſub num.* 61. qui alios huius opinionis refert, ante eos Abb. Felin. & DD. *in cap. cum contingat de foro compet.* ita quod iuriſdictio acquiſita ex præſcriptione in dubio ab ſicatiue cenſetur acquiſita, Menoch. *de præſcript. lib.* 3. *præſumpt.* 18. *num.* 24. Lanar. *conſ.* 52. *num.* 8. poſt Abb. *in cap. auditis colu.* 3. *de præſcript.* Anchar. *in cap.* 1. *num.* 5. *eod. tit. in* 6. Butr. & Innocent. *in cap. conquerente de offic. ordin.* Felin *in cap paſtoralis num.* 5. *eod. tit.* Calder. *conſ.* 6. *de ſentent. excomm.*

Nec in hoc obſtat prætenſio partis aduerſæ aſſerentis non poſſe prætendi immemorabilem, cum tantum ſimus in ſpatio centum annorum.

Patet enim Reſponſio ex Doctrina Gloſ. *in cap. cum nobis de præſcript.* dicit non ſatis eſſe ad probationem centenariæ præſcriptionis quod habetur præſcriptio immemorialis, & ſic clarè tenet quod præſcriptio centenaria eſt maior quam præſcriptio immemorialis, quam ſententiam defendunt aduerſus Crauett. *in tract. de antiqui. tempor.* 4 *par. num.* 184. *&* 185. *fol.* 515. & poſſeſſio aut præſcriptio centum annorum æquiparantur præſcriptioni immemoriali ſecundum Cyn. & Bald. & Paul. *in l.* 2 *C. de ſeruit. & aqua,* eundem Bald. *in l. C. ne rei domini vel templor.* idem & alij præſertim Afflict. *in cap.* 1. *§. ſiquis per triginta ſi de feud. fuer. controuerſia.* Cæpol. *de ſeruit. vrban. quæſt.* 8. *num.* 5. *pag.* 190. Cephalus *in conſil.* 684. *num.* 102. Socin. Jun. *in conſ.* 76. *numer.* 90. *libr.* 1. hoc ſequuntur alij, quos refert, & ſequitur Balb. *in tract. de præſcript.* 2. *part.* 3 *part. princ. nu.* 24. *fol.* 34. *&* 1. *par.* 5 *par. principalis in princip. nu.* 27. *pag* 404. & Dec. *conſ.* 638. *num.* 4. & idem tenet Lopez *in l.* 15. *titul.* 31.

Digitized by Google

part. 3. *in gloſ. in verbo Puedan. acordar.* qui alios refert, vbi affirmat quod præſcriptio centum annorum eſt maior quam præſcriptio immemorialis Curt. *in conſil.* 90. *num.* 2. & eſt communis opinio ſecundum eundem Curt. Jun. *in conſ.* 206. *numer.* 32. *libr.* 2. & quod præſcriptio centum annorum habeat vim legis, & priuilegij, Jaſon. *in conſil.* 209. *num.* 2. *lib.* 2. Soccin. Jun. *in conſ.* 16. *num.* 103. *lib.* 1. Cephal. *conſ.* 403. *num.* 62. *lib.* 3. & eſt communis opinio ſecundum Burſat. *in conſil.* 160. *num.* 60. *lib.* 1. qui latè tractat Put. *deciſ.* 115. *num.* 18. *part.* 1. Franc. *in tract. de Baron. pragmat.* 11. *num.* 13. *& num.* 24. Maſcard. *in tract. de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1215. *num.* 53. *fol.* 140. & quod centenaria præſcriptio habeat tantam vim quantam immemorialis tenet Damnatæ memoriæ Author *in Gloſ. Pariſienſ. part.* 1. §. 5. *num.* 63. vbi dicit eſſe communem opinionem, quod verbum apud nullum alium reperitur, & idem tenet ipſamet gloſ. Par. ab aliis non relatus *in* 1. *part. conſuetud.* §. 1. *num.* 12. *fol.* 93. vbi tradit quod excluſa præſcriptione non cenſetur excluſa centenaria præſcriptio, quemadmodum nec immemorialis, & tradit Nouiſſime Auendan. alios cumulans *in l.* 4. *Taur. gloſ.* 1. *num.* 15. *fol.* 141. quibus adde gloſ. *in auth. vt de cætero non fiant commutationes in verb. præſcriptio collat.* 5. vbi Ang. notat Rip. *in l. nemo poteſt numer.* 115. *ff. de leg.* 1. Tiraq. *lib.* 2. *de retract.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 23. Alexand. *conſ.* 60. *num.* 2. *lib.* 1. Albenſ. *conſ.* 64. *num.* 49. *&* 39. *part.* 1. qui tractat in præſcriptione iuriſdictionis, & idem quod præſcriptio centum annorum dicatur tempus immemorabile tenet *ead. gloſ. Par.* vbi vocat hanc crebriorem opinionem, *& in* §. 46. *num.* 15. *fol.* 310. *deciſ. Cappell. Tholoſ.* 440. *nu.* 1. Guid. Pap. qui loquitur in præſcribenda ſeruitute iuris paſcendi *deciſ.* 373. *ſuper quaſt.* Soc. Jun. *conſ.* 6. *num.* 10. *lib.* 3. Curt. idem *conſ.* 90. *num.* 12. *libr.* 1. Simon de Pret. *conſ.* 75. *num.* 3. Lambertinus ſuper ſtatuto prohibendi mulier ne poſſ. contrahere ſine conſenſu duorum cōſanguineorum, Gloſ. 1. *verſ. in alienationibus, num.* 379. Burſat. *conſ.* 160. *num.* 59. Guid. Pap. *deciſ.* 573. quem citat Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr.* 13. §. 5. *verſic. ſed hic videamus* Burſat. *conſ.* 27. *num.* 1. *libr.* 1. Puteus *deciſ.* 212. *libr.* 1. ex quo confirmatur id quod tradit Afflict. *in deciſ.* 254. vbi ſcribit quod communio Paſcuorum, vel aquarum valet inter ciuitates abſque Regio aſſenſu probata poſſeſſione immemoriali vel centum annorum, & ambæ operantur vim priuilegij, & conſtitui ad quod faciunt ſcripta per Roland. *conſ.* 110. *num.* 99. *cum aliis lib.* 4. *& conſ. Pariſien.* 3. *num.* 20. *libr.* 4. & centenaria præſcriptio continet præſumptionem iuris, & de iure, adeo vt contrarium probari non poſſit, vt probat Cephal. *in conſ.* 152. *num.* 41. *lib.* 2. qui citat Felin. *in dicto capit. cum nobis colum.* 3. Rubin. *conſ.* 13. *colum.* 3. & præſcriptio centum annorum habetur pro veritate, vt tradit Cephal. *conſ.* 205. *n.* 8. *lib.* 2.

Quæ quidem dicta eò magis procedunt his temporibus noſtris, in quibus ætas humana eſt nimis diminuta, ex Alexandr. *in conſil.* 90. *num.* 10. *&* 11. *volum.* 6. dum voluit in antiquis pro plena probatione ſatis eſſe tempus excedens annos quadraginta, & alium non habet locum regula, quod quilibet vſque ad centum annos viuere præſumitur Abb. *conſ.* 85. Ripin. Jun. *conſ.* 6. *numer.* 8. Couar. *variarum reſolut. cap.* 7. *num.* 6. Crilenz. *conſ.* 41. *num.* 24. Tuſc. *concluſ.* 220. *num.* 5. *lit. V.* Additque Zabarel. *in Clem. Monaſteriorum num.* 3. *de reb. eccleſ. non alien.* plures mori intra quinquageſimum ætatis annum,

num, & eſt tempus vitæ noſtræ breuiſſimum Azeued. *in rubric. titul.* 2. *num.* 215. *lib.* 6. *Recopilat.* Datum Neap. die 1. Auguſti 1625.

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 3125.

Super Alex. in l. 1. §. voluntatem ff. de Noui oper. nunciat.

¶ *Conſenſus propinquorum nec non beneplacitum Apoſtolicum an ex curſu temporis præſumantur?*

COmmunem DD. ſententiam eſſe fatetur hic Alex. conſenſum propinquorum ex temporis diuturnitate præſumi.

Ad cuius ornatum notabis, beneplacitum Apoſtolicum ex ſpatio triginta annorum præſumi, Seraphin. *deciſ.* 671. *& deciſ.* 692. Rota *deciſ.* 179. *part.* 2. *diuerſ. & deciſ.* 694. *part.* 1. *in recent. & deciſ.* 159. *ead. part.* 1.

Declara autem minus tempus non ſufficere, & in ſpecie non ſufficere tempus viginti annorum, dixi. Rota in Anconitana Terrarum 17. Ianuar. 1551. coram Illuſtriſſimo Cardinali Blanchetto.

Et aduerte, quod vltra lapſum temporis requiritur etiam obſeruantia, Rota *deciſ.* 694. *ſub num.* 5. Put. *deciſ.* 7. *de præſumpt.*

Quæ quidem obſeruantia facit præſumere alienationem non ſolum ſolemnem, ſed etiam vtilem. Mantic. *deciſ.* 101. Seraphin. 1125. *& deciſ.* 1307. Rota *deciſ.* 684. *part.* 2. *in recent.* optimè in Tuſculana bonorum 18. Martii 1611. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato Ludouiſius *deciſ.* 343. vbi fuit dictum conceſſionem in emphyteoſim ex obſeruantia triginta annorum præſumi non ſolum ſolemnem, ſed etiam vtilem.

Nec non requiritur dictam obſeruantiam debere eſſe continuatam per totum dictum ſpatium triginta annorum, vt voluit Rota in Valentina Bononiæ de Corte 4. Junij 1603. coram R.P.D. Ottembergo, & etiam de huiuſmodi obſeruantia ad iſtum effectũ debet conſtare certitudinaliter, nec ſufficit de ea conſtare præſumptiue, quia aliàs reſultarent ex eodem curſu temporis duæ præſumptiones obſeruantiæ, & confirmationis, ita Rota in Romana caſalis Turris vergatæ co ram R.P.D. Coccino, & Burgen. Abbatiæ de Salas, 20. Nouembr. 1615. coram R.P.D. Vbaldo.

Sed num hæc omnia procedant, ſi in contractu non repetiatur reſeruatum, nec renunciatum dictum beneplacitum Apoſtolicum? affirmant Seraphin. *deciſ.* 1402. & Rot. *deciſ.* 159. *num.* 4. *part.* 1. licet totum contrarium viderim tantum per Nouarium in quadam ſua allegatione, vbi fundauit Aſſenſum regium non præſumi ex diuturnitate temporis, ſi in inſtrumento nõ fuerit enunciatum, illum interueniſſe, vt infra patet, ex earum tenore, qui eſt, vt ſequitur videlicet.

CIrca venditionem rerum vniuerſitatis eſſe neceſſarium, docet Capic. *in deciſ.* 93. *num.* 4. primò, vt ſint præſentes omnes in venditione, ſiue maior pars officialium poſſidentium ſtabilia, *l.* 33. *C. de vendit. rer. ciuit. lib.* 11. quorum nomina in ponderoſis omnia requiruntur ſcripta Afflict. *deciſ.* 245. licèt in aliis non tam ... duis maioris partis nomina ſcripta ſufficiant. Alexand. *conſ.* 1. *volum.* 4. Secundò vt iurent alienationem eſſe vtilem vniuerſitati, *d. l.* 3. Tertiò, vt interponatur decretum, quod debet eſſe ex iuſta cauſa, Milan. *deciſ. Sicil.* 19. *numer.* 16. *libr.* 1. Plot. *in repetit. l. ſi quando ff. de in litem iurando:* quartò requiritur, vt

ſubhaſtatio interueniat, & huic ſolemnitati nequit vniuerſitas renunciare Bar. & Luc. de Pen. *in d. l.* 3. & ſi fuerit renunciatum non valet niſi eſſet ciuitas non recognoſcens ſuperiorem in temporalibus Iaſon. *in l.* 1. *numer.* 11. *C. de Summa Trinit. & fide Catholic.* quæ quidem ſubhaſtatio requiritur, vt fiat iuxta formam conſuetam in tempore, loco, & modo conſueto, alias eſſet inefficax, *l.* 1. *C. ſi propter public. penſit.* Bal. *in l. ordo, C. de except. rei iudic.* Bar. & DD. *in l.* 1. *C. de paſcuis pub. libr.* 11. & antequam fiat ſubhaſtatio debet ad minus præcedere nouem dies, Plat. *in l. ſi tempora, C. de fide inſtrum. & iur. haſt. fiſcal. colum.* 1. *libr.* 11. & certus dies eſt aſſignandus, in quo venditio eſt facienda, quia ex tali aſſignatione colligitur vera certificatio ad licitandum, *l. aut qui aliter* §. 1. *ff. quod vi aut clam.* & ſi aſſignatio diei eſſet obſcura non valeret, Marſil. *in rubric. de probat fol. mihi* 44. Rom. *conſ.* 389.

Requiritur pariter aſſenſus Regius, DD. *in l fin. C. de vendit. rerum vniuerſitatu libr.* 11. alias venditio eſſet nulla, qui quidem Aſſenſus requiritur etiam in donatione facienda per vniuerſitatem *ad text. pragmatica* 5. §. 10. *de adminiſtrat. vniuerſitat.* vbi interdicitur Syndicis, electis, & vniuerſitatibus actus donationis, & hodie vniuerſitates, & plateæ nec poſſunt ſe congregare pro donando abſque expreſſa licentia proregis, vt *in pragmatica* 9. *incip. Anchorche ſub eadem rubrica.*

Sed quando talis aſſenſus præſumatur interueniſſe in actu donationis, certè regula negatiua eſt firmanda, quoniam aſſenſus eſt ſolemnitas extrinſeca, quæ non præſumitur, *l. quæcunque* § *fin. ff. de public. act.* vbi cautum eſt, non præſumi decretum, nec authoritatem curatoris interueniſſe in contractu pupilli Glo. *in l. ſciendum ff. de verbor. obligat.* Bar. *in l. cum de in rem verſo colum.* 3. *ff. de vſur.* DD. communiter *in l. fin. C. de fideicommiſſ.* vbi concludunt, non præſumi ſolemnitates extrinſecas interueniſſe in teſtamento, Alexand. *conſ.* 48. *volum.* 5. vbi quod notarius non præſumitur rogatus, quia rogitus eſt ſolemnitas extrinſeca, quod etiam reſpondit Corn. *in conſil.* 20. *volum.* 4. Roland. à Vall. *conſ.* 26. *num.* 15. *volum.* 3. quod eodem modo procedit in teſtibus, qui nec præſumuntur rogati, Gomez *variarum reſol. tom.* 2. *c.* 11. *n.* 17. idemq; in cauſæ cognitione, & in mandato ad aliquid faciendum, reſponderunt Socc. Iun. *conſ.* 51. *num.* 3. *vol.* 3. Corn. *conſ.* 191. *num.* 9. *volum.* 2. Vant. *de nullit. in tit. de nullit. ex defect. citat.* vbi dicit per hoc citationem regulariter minimè præſumi, quia eſt ſolemnitas extrinſeca, vt tradit Abb. *in cap. tenor de re iudic.* Alex. *conſ.* 106. *vol.* 5.

Bene verum ſi diuturnitas temporis elapſa eſſet, tunc bene præſumi interueniſſe aſſenſum Regium vtique fatendum eſt, quoniam ſolemnitas extrinſeca ex diuturnitate temporis in acta interueniſſe bene præſumitur, *l. filiusfamilias, C. de petit. hæred. l. qui in aliena* §. 1. *ff. de acquir. hæred. cap. peruenit de cenſibus*, canoniſtæ, & præcipuè Felin. *in cap. Albericus de teſtibus*. Corn. *conſ.* 181. *volum.* 2. vbi dicit, hoc eſſe communiter receptum, Decian. *conſ.* 409. *numer.* 7. Bertrand. *conſ.* 164. *volum* 2. Vegg. *conſ.* 44. *num.* 6. Caſſad. *deciſ.* 3. *de procur.* Franc. Marc. *deciſ.* 88. *tom.* 1. Caualc. *deciſ.* 46. *numer.* 16. Magon. *deciſ. Luc.* 14. *num.* 32. Boer. *deciſ.* 181. *colu.* 12. Capic. *deciſ.* 16. Bonacoſ. *de præſumpt. in verſic. ſolemnitas.* Gabriel latè *in concluſ.* 1. *eod. tit. de præſumpt.*

Et generaliter quotieſcunque requiritur alicuius conſenſus in aliquo actu ipſum, ex temporis diuturnitate inter-

interueniſſe præſumi tradunt DD. *in capit. 1. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſ. capituli*, Soccin. Sen. *conſil. 15. numer. 56. volum. 1.* Gozad. *conſ. 11. numer. 11.* Gratian. *conſ. 142. num. 6.* vnde conſenſum principis in arrogatione interueniſſe ex diuturnitate temporis præſumi, dixit Mant. *in conſil. 36. numer. 3. vol. 2.* Marſil. *de præſumpt. in verſic. ſolemnitas.* & licentiam Summi Pontificis requiſitam in teſtamento Cardinalũ ex diuturnitate temporis interueniſſe præſumi conſuluit Aret. *in conſil. 36.* quem ſequitur Gratian. *d. conſ. 142. nu. 13.* Gozad. *conſ. 73. num. 22.* & conſenſum propinquorum requiſitum in cõtractu minoris, vel mulieris præſumi ex temporis antiquitate voluerunt Bald. Angel. Imol. Aret. & Jaſon. *in l. qui aliena in princip.* per illum text. *ff. de acquir. hered.* Angel. Imol. *in l. ſciendum ff. de verb. oblig.* Corn. *conſ. 337. colum. 4. verſ. & ex hoc capite volum. 1.* Alex. *in l. 1. §. voluntatem*, vbi hanc dicit magis cõmunem *ff. de oper. nou. nunciation.* Felin. *in capit. Albericus colum. vlt. de teſtibus, & in capit. nonne colum. 2. verſ. per iſtam regulam de præſumpt.* Jaſon. *conſ. 89. column. vltima verſic. 2. & fortius volum. 1.* Rimin. ſen. *in l. 1. column. 14. verſ. ex quibus iuncto verſ. item reſpectu*, *C. qui admitt.* Joan. Arnon. *in comment. 60. incip. ex quo in fine.* Boer. *in conſuet. Biturig. titul. 1. §. 4. Gloſ. 1. colum. 6. in fine verſ. quod ſi vxor contrahit*, vbi dicit hanc eſſe communem opinionem Decian. *conſil. 22. colum. 3. verſ. 4. prædicto.* Hippol. Rimin. *Inſtitut. quibus alien. licet, vel non numer. 90.* Tiraquell. qui veriorem, & communiorem dicit *de legibus connubia. lib. Gloſ. 7. num. 39. & ſeqq.* & hinc ſolemnitates interueniſſe in alienatione rerum eccleſiaſticarum ex diuturnitate temporis, voluit Rota poſt plures DD. in cauſ. Caualetien. 10. Januarij 1579. coram Rubeo, Romana 18. Junij 1573. coram Seraphino, & in eadem 2. Aprilis, & 21. Maij 1593. & 23. Martij 5594. coram eodem, & iterum in vna Eluen. Minoriorum 16. Decembris 1585. coram Horatio, & in vna Placentina decimarum 21. Januar. 1587. coram Rubeo, & iterũ in vna Rom. caſalis Longhezzæ 18. Junij 1593. coram Seraph. & in Mediolanenſ. reſciſſionis permutationis 10. Januar. 1587. coram Pamphilio, & ſæpiſſimè in aliis cauſis, vt apud Ludouiſium, & addit. *deciſ. 354.*

Quam opinionem tamen in cauſa, & lite vertente inter Magnificam vniuerſitatem Roccæ Monſinæ, & venerabilem eccleſiam Sanctæ Mariæ Magnæ dictæ Terræ declarabam procedere, quando in inſtrumento donationis eſſet enunciatum aſſenſum Regium interueniſſe, alias ſecus, quoniam quando ex ipſa inſtrumenti inſpectione apparet ſolemnitatem non fuiſſe adhibitam tunc cuiuſuis temporis curſu hæc ſolemnitas non præſumitur ita Caſtrenſ. *conſ. 81. num. 3. lib. 2.* Abb. *conſ. 61. lib. 1.* Alexand. *conſ. 1. numer. 21. libr. 4.* Felin. *in cap. ſicut num. 33. de re iudic.* Ruin. *conſ. 63. num. 19. libr. 2.* Decian. *in cap. quoniam contra num. 27. de probat.* Gozad. *d. conſ. 73. col. 5. num. 19.* Cephal. *conſ. 684. num. 102. libr. 5.* Surdus *conſ. 28. num. 110. libr. 1.* Puteus *deciſ. 210. libr. 2.* Cacher. *deciſ. 133. numer. 7.* Afflict. *deciſ. 107. numer. 5.* vbi etiam Vrſil. *in addit. numer. 10. ad med.* Aldobrand. *conſil. 83. numer. 45.* Menoch. alios allegans *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 133. numer. 79.* Coſta *de facti ſcientia, & ignorant. diſtin. 81. num. 12. & ſeq. cent. 2.* Maur. *alleg. 4. num. 6.* vbi quod quando ex lectura conceſſionis apparet nullum interueniſſe aſſenſum, quia de eo nulla mentio fit, omnis præſumptio, quæ ex temporis antiquitate colligi ſolet, ceſſat in tali

EEee

caſu, in tantum enim ſolemnitas extrinſeca præſumitur, in quantum enunciatur in inſtrumento, vt notat Gloſ. quam ibi ſequitur Barr. *in l.* 1. C. *de fide inſtrum. & iur. haſt. fiſcal. libr.* 10. Innocent. *in cap. quoniam contra de probat.* Bal. & Butr. *in cap. præſentis* vbi etiam Imol. *col. pen. de renunciat. in cap. ea noſcitur de his, quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu capituli*, vbi quod licèt in geſtis à prælato ſine conſenſu capituli geſta præſumantur cum conſenſus ſit ſolemnitas extrinſeca, id tamen fallit, quando Notarius enunciaret talem actum in inſtrumento, quia tunc præſumeretur, & hanc ſententiam pluribus authoritatibus confirmant Brun. *in tract. de form. tit. de probat. & præſumpt. for. fol.* 87. & Gomez *var. reſolut. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 17.

Nec obſtare dicebam, quod eſſemus in poſſeſſorio, in quo videntur ſufficere leuiores probationes, & ſic tantum temporis diuturnitas centum triginta annorum, Decian. *conſ.* 46. *nu.* 1. *& in l. fin. num.* 15. *C. de edict. diui Adrian. tollend.*

Quia cum ageretur in poſſeſſorio plenario, quod ordinatur ad finem perueniendi ad ſententiam diffinitiuam ſuper petitorio requirebatur plena probatio, cum eſſemus in re grauis præiudicij, quidquid aliud ſit in poſſeſſorio ſummario, quod ordinatur ne partes ad arma, vel ad aliud ſimile deueniant, Cagnol. *in l. in pari num.* 6. *ff. de regul. iur.* Crauett. *conſ.* 158. *num.* 12. latè Surd. *conſ.* 73. *num.* 38. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *numer.* 408. *&* 413. plenè Gratian. *in deciſ. Marchia* 192. vbi firmat, quod licèt teſtis vnicus ſufficiat in poſſeſſorio ex DD. *in auth. niſi breuiores, C. de ſentent. ex breu. recit.* Dec. *l. conſ.* 56. hoc tamen intelligit in poſſeſſorio ſummario, & non in plenario, Gabriel. *concluſ.* 1. *num.* 2. *de teſtibus*, vbi de communi teſtatur, cauſa enim poſſeſſorij dicitur magni non autem modici præiudicij, Afflict. cum Vrſill. *in deciſ.* 364. quia multa ſunt commoda poſſeſſionis, de quibus latè apud Tiraquel. *de primogen. quæſt.* 17 *opin.* 11.

Quare iuxta hic allegata ſentio, meumque promulgo votum, requiſitus de illo. Datum Neapoli die 25. Aprilis 1624.

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 3126.

Super Bar. in l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus numer. 3. ff. de verbor. obligat.

¶ *Numeratio pecuniæ realis ex quibus probetur, & præſumatur?*

NVmeratio vera, & realis probatur ex verbis Notarij atteſtantis de actuali ſolutione coram ſe, & teſtibus ita firmat hic Bar. iuxta cuius theoricam reperio tenuiſſe Rotam in vna Bononien. cenſus 15. Februarij 1599. coram R. P. D. tunc temporis Decano.

Et numeratio, vera, & actualis pecuniæ ex quibus verbis inſtrumenti colligatur, ex quibus verbis reſultet ſola confeſſio de recepto, plenè declarauit Rota in Fauentina poſſeſſionus 23. Januarij 1619. & in eadem 16. Decembris 1619. coram R. P. D. Pamphilio, vbi fuit dictum probari numerationem actualem, & ſi Notarius dicat talis dixit, & confeſſus fuit habuiſſe, & recepiſſe, prout actualiter habuit ab N. præſente, & ſoluente in tot Zecchinis.

Quamuis poſſet ſuſtineri totum contrarium, quod poſſent huiuſmodi verba referri ad ſolam confeſſionem partis *iuxta deciſ. Rot.* 320. *poſt ſecundum librum conſil. Farinac.* quæ valdè ad propoſitum

poſitũ conferre videtur, ſemper enim quãdo verba Notarij poſſibile eſt poſſe referri ad confeſſionem partis, dato etiam quod poſſent importare actualem numerationem, in dubio tamen referri debet ad partis confeſſionem, nam quando re vera interuenit actualis numeratio Notarius ſolet dicere, quod pecuniæ manualiter fuerunt ſolutæ, vel quod quis illas ad ſe traxit, vel quod fuerunt ſolutæ de contanti, vel aliis ſimilibus verbis vti ſolet.

COLLECT. 3127.

Super Abb. in cap. cum dilecta nu. 4. de confirmat. vtil. vel inutil.

¶ *Priuilegiorum innouatio, & confirmatio an tribuat nouum ius?*

ABbas firmat concluſionem hic, quod innouatio priuilegiorum nouum ius minimè tribuit, ſed ſolum antiquum conſeruat, & ita colligitur *ex cap. quia intentionis de priuileg.*

Ita quod receptum eſt confirmationem priuilegij nullum ius tribuere, ſed quod antea erat conſeruare *cap. præceptis ibi non nouum aliquid 12. diſt. cap. inter dilectos verſic.* cæterum de fide inſtrument. ibi confirmari tanquam prius habita donari tanquam tunc tradita, *cap. quia diuerſitatem in princip. ibi non obſtante confirmatione de conceſſ. præbend.* Seſſ. *deciſ. Rot. Aragon. 15.* Cabedus *deciſ. Rotæ Luſitan. 1. part. 2.*

Declara tamen, vt per Rot. *apud Farinac. deciſ. 123. part. 1. in recent.* quod innouatio priuilegiorum ſit iuris quæſiti corroboratio, & vide Marc. Antonin. *var. reſolut. lib. 1. reſolut. 51.*

Et aduerte, quod confirmatio ex certa ſcientia non dicitur ſimplex confirmatio, ſed ampliatio & noua conceſſio Rot. *deciſion. 192. apud Farinac. part. 1. in recentioribus.*

Et confirmatio Pontificis ex certa ſcientia habet vim nouæ conceſſionis, quando confirmat id, quod inualidum eſt, ita dixit Rota in Iacen. Vicariæ 27. Ianuarij 1614. coram R. P. D. Buratto, vt apud Farinac. *deciſ. 513. part. 2. in recent.*

COLLECT. 3128.

Super cap. vni. §. præſente, & ibi DD. de cler. ægrotant.

¶ *Ratio ſemel reddita, an & quando iterum reddenda ſit?*

HIc prædicatur à Doctoribus illa concluſio, quod ratio ſemel reddita iterum reddenda non eſt, circa quam materiam licèt nonnulla in aliis collectaneis adduxerim, tamen alia hic adducere deciſa à Rota non pigebit.

Et in primis notabis, quod hanc ſuppoſitam concluſionem confirmauit Rota *deciſ. 517. part. 1. diuerſ. & deciſ. 184. part. 2. in recent. & deciſ. 101. & 224. inter impreſſas apud Farinac. poſt 2. librum conſil.*

Qua notatione ſuppoſita ampliabis firmatam concluſionem tanto magis habere locum, & procedere ſtante liberatione, & quietantia ampliſſima reportata in prima redditione, Rota *d. deciſ. 101.* & fuit dictum in Romana Curæ 29. Nouembris 1610. coram R. P. D. Dunozet. vbi ponderatur, quod liberatio erat iuramento vallata.

Declara tamen hanc regulam non habere locum quando conſtat de errore, Rota *d. deciſ. 224. & deciſ. 157. part. 1. diuerſ.*

Quamuis huiuſmodi declaratio non procedat quando adeſt res iudicata, vel tranſactio, quia tunc non ſufficit docere de errore, ſed vltra erro-

rem conſtare etiam de dolo ad effe-ctum, vt poſſit iterum ratio reddi, Rota *deciſ.* 184. *num.* 3. *part.* 2. *in recent.* & dicit etiam Rota in Interrannen. pecuniaria 10. Februarij 16[illegible] coram R. P.D. Pirouano, & quod quando conſtat de dolo iterum ſit reddenda ratio non obſtante tranſactione, & re iudicata, & non obſtante quietatione facta per quæuis ampliſſima verba, Rota *deciſ.* 57 *part.* 1. *diuerſ.* & *deciſ.* 184, *part.* 2. *in recent.*

Requiritur tamen dolus verus, & non ſufficeret præſumptus, vt fuit dictum in allegata Romana Lunæ 29. Nouembris 1619. coram R.P.D. Dunozet, vbi fuit conſideratum, quod aliàs daretur proceſſus in infinitum, qui euitari debet, nam aliàs ſequeretur abſurdum.

COLLECT. 3119.

Super Socin. in l. rem quæ nobis ff. de acquir. poſſeſſ.

¶ *Spolij actio an, & quandò tranſeat in hæredem?*

SOccinus *hic numer.* 10. *verſic. item quia tranſit*, affirmat, quod actio ſpolij competens Authori tranſit in eius hæredem, & ita Creſcent. *deciſ.* 3. *de reſtitut. ſpoliat.* & fuit dictum in Peruſina ſpolij Domus 1. Februarij 1608. coram R.P.D. tunc Decano, & in Ferettana Bubularum 30. Octobris 1617. coram R.P.D. Buratto.

Declara tamen hanc concluſionem eſſe veram, & procedere, quando auctor fuit in vita ſpoliatus, alias ſi poſt eius mortem commiſſum fuit ſpolium non poteſt hæres ex perſona defuncti agere ſpolio, vt fuit dictum in Romana ſpolij coram Rubeo, & in Montis Faliſci ſpolij 19. Januarij 1596. coram Orano, & in Vratiſlauien. Prædiorum 28. Junij coram R.P.D. Manzanedo.

Et nota, quod non ſolum actio ſpolij tranſit in hæredem, ſed etiam in ſingularem ſucceſſorem abſque alia ceſſione, Rota *deciſ.* 307. *num.* 3. *part.* 1. *in recent.* & fuit dictum in Romana ſpolij 27. Nouembris 1615. coram R. P.D. Manzanedo, in qua fuit reprobata opinio contraria.

Competit autem actio ſpolij etiam tertium titulo, & bona fide poſſidentem, ac etiam habentem cauſam ab auctore nõ vitioſo, ſed tenendo teſtatur de magis communi Theſaur. *deciſ.* 29. *num.* 1. vbi etiam teſtatur de magis communi, & hanc opinionem paſſim ſeruat Rota, vt teſtatur Mareſcot. *variarum lib.* 1. *cap.* 59. vbi refert plures dec. Rotæ quod procedit etiam ſi ſpoliatus bona fide non poſſideret, quia in ſpolio non reſpicitur an quis iuſtè poſſideret, ſed ſolum an ſine iuſta cauſa à poſſeſſione ceciderit, Rot. *dec.* 244. *n.* 2. *part.* 3. *diuerſ.*

COLLECT. 3130.

Super l. hæredis appellatione ff. de verb. ſignificat.

¶ *Fœmina an veniant hæredis appellatione?*

PRobatur per hunc text. concluſio illa communiter recepta à doctoribus, quod hæredis appellatione veniunt fœminæ, quod pariter axioma corroboratur per text. *in l.* 3. *C. de legit. hæred.* & *in l. ex facto* §. *fin. ff. ad Trebell.* & ita ex noſtris deciſionariis in terminis ſcribunt Surdus *deciſ.* 95. *numer.* 13. & Magon. *deciſ. Lucenſ.* 7. & *deciſ.* 14. *num.* 4.

Amplia hanc concluſionem procedere etiam ſi fuerit dictum bona tranſire de hærede in hæredem, & ſi eſſent

eſſent vocati filij, & hæredes. & tanto magis ſi vocati eſſent quicunque hæredes, nam in his caſibus fœminæ continentur, vt in quadam cauſa mihi delegata pronunciaui inter hæredes Jo. Alphonſi Guaſtellæ, cum Marco Aurelio Cioffo.

Sed num hæredis nomen contineat hæredem in re certa? regulariter certum eſt quod non contineatur, vbi extat hæres vniuerſalis, vt communiter affirmant DD. verum quando verbum hæres reſtringeretur ad deſcendentes, deſcendens in re certa inſtitutus tunc veniret Guid. Pap. *deciſ.* 458. vbi alia in materia cumulat.

Et hæredum appellatio in diſpoſitiuis an comprehendat tam hæredes bonorum, quam ſanguinis? affirmatiue iudicaſſe Rotam Romanam teſtatur Curt. Jun. *conſ.* 45. Guid. Pap. *deciſ.* 230. ſed vide eundem *deciſ.* 457. & 591. vbi refert deciſum venire ſolum deſcendentes, non autem extraneos hæredes.

COLLECT. 3131.

Super Bal. in l. vnic. C. de repud.

¶ *Tranſactionem impugnans quando fuit dolo ad tranſigendum inductus an teneatur reſtituere id quod ex tranſactione recepit?*

AFfirmat hic Bald. *num.* 2. *oppoſit.* 3. quod quando impugnans actum tranſactionis fuit inductus dolo ad tranſigendum minime teneatur reſtituere quod ex tranſactione recepit, & ita voluit Rota apud Coſtam *deciſ.* 118.

Veniens tamen contra tranſactionem ante omnia tenetur reſtituere quod ex tranſactione recepit iuxta textum *in l. ſi diuerſa ff. de tranſact.* Rota *deciſ.* 11. *num.* 1. & *deciſ.* 140. *numer.* 1. *in recentionib.* cum aliis, & *deciſ.* 510. *part.* 1. *diuerſor.* & *deciſ.* 539. *num.* 6. *part.* 6. cum aliis plenè cumulatis per Giurbam *in deciſ.* 103. *num.* 5. etiam ſi impugnetur ex capite læſionis enormiſſimæ, & cum aliis relatis dixit Rota in Ariminen. bonorum 23. Junij 1617. coram R. P. D. Vbaldo, quod procedit etiam ſi minor, *l.* 1. §. *reſtitutio ff. de minor.* cum aliis per Giurb. *dicta deciſ.* 103. *num.* 10. & diſpoſitionem dictæ legis *ſi diuerſa* procedere etiam in loco pio, dixit Rota in Neapolitana reſciſſionis concordiæ 13. Aprilis 1602. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & antequam fiat reſtitutio eſt ſuperſedendum in vlteriori proceſſu Rota *deciſ.* 111. *num.* 2. *part.* 1. *diuerſor.* huius autem legis diſpoſitio procedit parte opponente, Rota *d. deciſ.* 111. *num.* 1. & *deciſ.* 805. *num.* 1. & *deciſ.* 810. *per tot.* & præcipuè *num.* 10. & 11. *part.* 1. *diuerſorum.*

Limitationes plures dantur per Doctores ad dictam l. ſi diuerſa, & primò illa non habet locum quando impugnatur tranſactio ex capite nullitatis, & hanc limitationem firmauit etiam Rota in Romana legati 24. Nouembris 1621. coram R. P. D. Coccino Decano.

Limitatur ſecundò quando illud quod eſt datum fuit datum pro argumento cultus diuini, & dixit Rota in Mediolanen. legati 15. Decembr. 1583. coram Gypſio, vbi illud quod fuerat datum in tranſactione fuerat conuerſum in fabricam eccleſiæ, quoad hoc tamen videntur contrarium tenere plures relati per Giurbam *dicta deciſ.* 103 *num.* 11. qui dicunt faciendam eſſe reſtitutionem ab eccleſia de pecunia recepta, etiam ſi in eccleſiæ vtilitatem verſa probetur.

Limitatur tertiò non procedere quando tranſactio eſſet reſoluta culpa

artis aduerſæ non implentis ex parte ſua, quia illi non eſt ante omnia facienda reſtitutio, Caputaq. *deciſ.* 317. *part.*3. & ſecuta fuit Rota in dicta Mediolanen.legati coram Gypſio.

Limitatur quintò non procedere quando ille, qui impugnat tranſactionem habet aliquam iuſtam cauſam, & titulum retinendi illud, quod recepit vigore tranſactionis Seraph. *deciſ.* 922. *num.*18.*& deciſ.*102.*num.*3.*part.*2.*diuerſ. & in recent. deciſ.* 539.*nu.* 6.*in fin.part.* 1. eſt tamen neceſſe quod iſte titulus ſit clarus, & liquidus non dubius, Rota *deciſ.*111.*n.*4.*part.*1.*diuerſ.*

Limita quintò nõ procedere quando receptum fuit in tranſactione corpus aliquod, quod poſtea fuit euictum ſine culpa partis, tunc enim agi poteſt ad reſciſſionem tranſactionis etiam illo corpore non reſtituto, vt dixit Rota in Lucana Terrarum 9. Junij 1614. coram R.P.D. Caualerio.

Sed num tranſactionem reſcindere tentans bona vnà cum fructibus, quos percepit ex illis reſtituere teneatur? habes in ſequenti allegatione edita per iure conſultum Lucanum, cuius tenor eſt.

IVra clamant, & quidem ſunt aperta contrauenientem tranſactioni debere reſtituere accepta ad text. *in l.qui fidem ff.de tranſact. l.*1.*C.ſi ſeru. exter. l. ſi diuerſa, & l. cum proponas, C. eod. tit. de tranſact.* vbi licet reus excipiebat alternatiuè, vel ſtandum eſſe tranſactioni, vel debere aduerſarium reſtituere accepta, tamen imperator concedit cõpetere hæc remedia cumulatiuè, quãdo adeſt pactum ſpeciale, quod rato manente pacto tranſactionis debeat reſtituere accepta, vt ſic Gloſ. cum DD. intelligunt illum text. & eſt alius text. fraternizans *in l. vbi pactum, C. eod. tit.* per quem Gloſa Bal. & Azo ſcripſerunt, quod quando tranſactio eſt deducta in aquilianam ſtipulationem, illa penitus eſt extincta, & ſic agens aduerſus tranſactionem caret actione, & ideò iudex poteſt repellere, quia ſine actione agit, pecuniam verò receptam reſtituere debet vigore pacti, quod pariter corroborat, quia in omni iudicio reſciſſorio requiritur ante omnia reſtitutio acceptorum, vt incipiendo à *l.*2.*C.de reſcind. vendit.* videmus, quod non poteſt actor obtinere rem venditam, niſi prius reſtituat precium receptum, ſimilis text. *eſt in l.cum te fundum de pact. inter empt. & vendit.* qui loquitur in contractu innominato, & hanc opinionem ſectantur *in cap.* 1. §. *notandum eſt autem num.* 1. *de his qui feud. dar. poſſ.* Felin. *in cap. cum cauſa num.* 10. *de re iudic.* Crauetta *conſ.*7.*nu.*14. Siluan. *conſ.*81.*n.*34. Anna *ſingul.*540. vbi alios concordantes refert, vltra cęteros modernos, quos citauimus ad hoc *queſt. forenſ.* 140. *libr.* 1. vbi lectorem relegamus.

Stante igitur expreſſo pacto in tranſactione inita inter Raphaelem Salernum, & Marcum Antonium la Riſa aſſeuerabam nullatenus potuiſſe dici, vt apparet ex dictis infra circa finem, nam cum illud ſit conforme iuri communi appellatur naturale, itaut illius expreſſio tanquam tacite inſit nihil operatur, *l.non rectè, C. de fideiuſſor. l. licet imperator ff.de leg.* 1.*l.*1.*C. de teſtam. milit.* Tiraquel.*in l.ſi vnquam in verba donatione largitus numer.* 158. *C. de reuoc. donat.* cum tacitè quod ſubintelligitur fruſtra exprimatur *l iam dubitari & l. Cornelius ff de hæred.inſtit.l.verba ff. de condit. inſtit.l.*3.*ff.de leg.*3.*l.quaſitum* §.1.*ff. de diſtract.pignor.*& in ſimilibus conuentionibus Bal.*in rubric.C. de contrahen. empt.* Rip. *in l.*3.*ff.de leg.*1. Surd. *deciſ.*2.6.*nu.* 11.& 13. cum etiam ſi conuentum non fuiſſet cenſeretur tamen adiectum, vt per eumdem *in deciſ.* 172. *num.* 21. ergo hanc

hanc exceptionem potuiſſe opponi ex parte Raphaëlis conuenti iuridicè prętendebam, maximè cũ adeſſent clauſulæ prægnantes, & vigore iuramenti, quod habet vim clauſulæ, rato manente pacto *l. ſi quis maior*, C. *de tranſact.* Alex. *conſ.* 206. *lib.* 6. Seraph. *de priuileg. iuram. priuil.* 8 , *n.* 2.

Imo aſſeuerabam Marcum Antonium actorem pro reſciſſione tranſactionis non ſolum teneri accepta reſtituere, ſed etiam fructus, & intereſſe, cum contraueniens tranſactioni teneatur ad fructuum reſtitutionem Gloſ. cum Angel. *in auth. de inceſt. nupt. in princip.* Curt. Jun. *in d. l. ſi quis maior n.* 48. vbi Claud. Bertazzol. *n.* 694. C. *de tranſact.*

Quam Aſſertionem fundabam ratione, quia quando lex mandat aliquod acceptum reſtitui intelligitur de plenaria reſtitutione, in qua veniunt fructus, *cap. grauis, de reſtit. ſpoliat. l. videamus la* 2. §. *in Fauiana in fin.* §. *de vſur.* Lucas de Penna *in l. ſi colons quaeſt.* 9. C. *de agricol. & cenſit. lib.* 11. Marſil. *ſing.* 17. Dec. *in l. in condemnatione* §. *cum verbum n.* 1. *de reg. iur.* Couar. *in libr* 1. *variar. reſolut. cap.* 3. *n.* 1. & quod etiam in materia ſtricta, prout in ſententia, quæ eſt ſtricti iuris, Alex. *conſ.* 108. *n.* 2. *lib.* 5. & tamen ſi præcipit reſtitutionem rei includit etiam fructus, Jaſon. *in l. ait prætor* §. *ſi petitor n.* 10. *ff. de reg. iur.* Innocen. *in cap. ex conqueſtione de reſtit. ſpoliat.* Bald. *in rub.* C. *de fruct. & lit. expenſ.* Menoch. *de recuper. poſſ. in prælud.* contra Surd. *deciſ.* 212. *n.* 11. *ſeq.* prout etiam in iuramento, quod quamuis non intendatur, nihilominus porrigitur ad omnia acceſſoria, & ad fructus Bald. *in l. ſed, & ſi poſſeſſori col. fin.* & ibi Roman. *nu.* 5. *ff. de iur. iur.* fructus enim ſunt pars rei, & ſunt eiuſdem naturæ, vt ipſa bona ad late tradita ſupra *in quaeſt.* 5. vbi eſt videre, & ideo de patris ſubſtantia dicuntur, *l. iubemus*, C. *ad Trebell.* DD. *in l. ſcimus* §. *repletionem*, C. *de inoffic. teſtam.* late Cucch. *de legitim. fol. mihi* 26. *col.* 1. *n.* 4. & hinc de fructibus eccleſiæ idem eſt iudicandum quod iudicatur de rebus eccleſiæ, *cap. expedit cap. res eccleſia* 17. *quaeſt.* 1. *cap. epiſcopus* 14. *quaeſt.* 1. *cum concordant.* de quibus apud Cacher. *in deciſ.* 51. *n.* 2. & ideo fructuum deſcriptionem petere poteſt, qui prætendit ſucceſſionem maioratus in defectum ventris ſecundum Bald. *in l.* 1. *col. fin. ff. de ventr. in poſſeſſ. mittend. in cap.* 1. *de ſequeſt. poſſ.* Jaſ. & Alex. *in l. ſi fideiuſſor l. fin. ff. qui ſatiſdar. cogantur.* quos refert ad hoc, & ſequitur Palaez. *de maiorit. part.* 3. *quaeſt.* 2. *nu.* 37. & hinc fructus augent hæreditatem ſiue acceſſerint ante aditam hæreditatem, ſiue poſt, *l. item veniunt.* §. *item non ſolum*, vbi Bart. *& l. ſed, & ſi* §. *fin. & l. quod ſi oues* vbi DD. *de hered. petit. l. in Falcidia ff. ad l. Falcid.* Merg. *conſ.* 26. *num.* 38. Leo *in ſuo tract. de Nou. oper. cap.* 6. *num.* 14. & vendito fundo fructus intelliguntur venditi ſiue donati cum fundo, niſi aliter ſpecialiter in contractu agatur, *l. fructus* vbi gloſ. & DD. *ff. de rei iudicat. & l. Iulianus* §. *ſi fructibus*, vbi Bar. *ff. de act. empt. & l. ſi ſeruus* §. *locati ff. de furtis, & l. cum filius* §. *dominus ff. de leg.* 2. *& dicta l. in Falcidia ff. ad l. Falcid. &* §. *in vero* vbi DD. *inſtit. de rerum diuiſ.* Barb. *in l. de diuiſione num.* 25. *ff ſolut. matrim.* aliter tamen in ventre Ancillæ, nam qui in vtero eſt non dicitur pars Ancillæ, *l. qui in vtero* vbi DD *ff. de ſtat. homin. & dicta l. in Falcidia ff ad l. Falcidiam.*

Confert pro corroboratione, quia videmus quod bona obligata, & hypothecata pro dote principali ſunt etiam obligata, & hypothecata pro eius intereſſe, vt copioſè cauetur *in l. Lucius ff. qui pot. in pignor. habeantur*, & notant in ſpecie Decian. *in l. pecuniam in primo notat. ff. ſi cert. petat.* Ripa *in l.*

part. 3. *in gloſ. in verbo Puedan. acordar.* qui alios refert, vbi affirmat quod præſcriptio centum annorum eſt maior quam præſcriptio immemorialis Curt. *in conſil.* 90. *num.* 2. & eſt communis opinio ſecundum eundem Curt. Jun. *in conſ.* 206. *numer.* 32. *libr.* 2. & quod præſcriptio centum annorum habeat vim legis, & priuilegij, Jaſon. *in conſil.* 209. *num.* 2. *lib.* 2. Soccin. Jun. *in conſ.* 16. *num.* 103. *lib.* 1. Cephal. *conſ.* 403. *num.* 62. *lib.* 3. & eſt communis opinio ſecundum Burſat. *in conſil.* 160. *num.* 60. *lib.* 1. qui latè tractat Put. *deciſ.* 115. *num.* 18. *part.* 1. Franc. *in tract. de Baron. pragmat.* 11. *num.* 13. *& num.* 24. Maſcard. *in tract. de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1215. *num.* 53. *fol.* 140. & quod centenaria præſcriptio habeat tantam vim quantam immemorialis tenet Damnatæ memoriæ Author *in Gloſ. Pariſienſ. part.* 1. §. 5. *num.* 63. vbi dicit eſſe communem opinionem, quod verbum apud nullum alium reperitur, & idem tenet ipſamet gloſ. Par. ab aliis non relatus *in* 1. *part. conſuetud.* §. 1. *num.* 12. *fol.* 93. vbi tradit quod excluſa præſcriptione non cenſetur excluſa centenaria præſcriptio, quemadmodum nec immemorialis, & tradit Nouiſſime Auendan. alios cumulans *in l.* 4. *Taur. gloſ.* 1. *num.* 15. *fol.* 141. quibus adde gloſ. *in auth. vt de cætero non fiant commutationes in verb præſcriptio collat.* 5. vbi Ang. notat Rip. *in l. nemo poteſt numer.* 115. *ff. de leg.* 1. Tiraq. *lib.* 2. *de retract.* §. 1. *gloſ.* 1. *num.* 23. Alexand. *conſ.* 60. *num.* 2. *lib.* 1. Alb.nſ. *conſ.* 64. *num.* 49. *&* 39. *part.* 1. qui tractat in præſcriptione iuriſdictionis, & idem quod præſcriptio centum annorum dicatur tempus immemorabile tenet *ead. gloſ. Par.* vbi vocat hanc crebriorem opinionem, *& in* §. 46. *num.* 15. *fol.* 310. *deciſ. Cappell. Tholoſ.* 440. *nu.* 1. Guid. Pap. qui loquitur in præſcribenda ſeruitute iuris paſcendi *deciſ.* 373. *ſuper quæſt.* Soc. Jun. *conſ.* 6. *num.* 10. *lib.* 3. Curt. idem *conſ.* 90. *num.* 12. *libr.* 1. Simon de Pret. *conſ.* 75. *num.* 3. Lambertinus ſuper ſtatuto prohibendi mulier ne poſſ. contrahere ſine conſenſu duorum cōſanguineorum, Gloſ. 1. *verſ. in alienationibus, num.* 379. Burſat. *conſ.* 160. *num.* 59. Guid. Pap. *deciſ.* 573. quem citat Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr.* 13. §. 5. *verſic. ſed hic videamus* Burſat. *conſ.* 27. *num.* 1. *libr.* 1. Puteus *deciſ.* 212. *libr.* 1. ex quo confirmatur id quod tradit Afflict. *in deciſ.* 254. vbi ſcribit quod communio Paſcuorum, vel aquarum valet inter ciuitates abſque Regio aſſenſu probata poſſeſſione immemoriali vel centum annorum, & ambæ operantur vim priuilegij, & conſtituti ad quod faciunt ſcripta per Roland. *conſ.* 110. *num.* 99. *cum aliis lib.* 4. *& conſ. Pariſien.* 5. *num.* 20. *libr.* 4. & centenaria præſcriptio continet præſumptionem iuris, & de iure, adeo vt contrarium probari non poſſit, vt probat Cephal. *in conſ.* 152. *num.* 41. *lib.* 2. qui citat Felin. *in dicto capit. cum nobis colum.* 3. Rubin. *conſ.* 13. *colum.* 3. & præſcriptio centum annorum habetur pro veritate, vt tradit Cephal. *conſ.* 205. *n.* 8. *lib.* 2.

Quæ quidem dicta cò magis procedunt his temporibus noſtris, in quibus ætas humana eſt nimis diminuta, ex Alexandr. *in conſil.* 90. *num.* 10. *&* 11. *volum.* 6. dum voluit in antiquis pro plena probatione ſatis eſſe tempus excedens annos quadraginta, & alium non habet locum regula, quod quilibet vſque ad centum annos viuere præſumitur Abb. *conſ.* 85. Rimin. Jun. *conſ.* 6. *numer.* 8. Couar. *variarum reſolut. cap.* 7. *num.* 6. Crilenz. *conſ.* 41. *num.* 24. Tuſc. *concluſ.* 220. *num.* 5. *lit.* V. Additque Zabarel. *in Clem. Monaſteriorum num.* 5. *de reb. eccleſ. non alien.* plures mori intra quinquageſimum ætatis annum,

num,

num, & eſt tempus vitæ noſtræ breuiſſimum Azeued. *in rubric. titul. 2. num. 225. lib. 6. Recopilat.* Datum Neap. die 1. Auguſti 1625.

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 3125.

Super Alex. in l. 1. §. voluntatem ff. de Noui oper. nunciat.

¶ *Conſenſus propinquorum nec non beneplacitum Apoſtolicum an ex curſu temporis præſumantur?*

COmmunem DD. ſententiam eſſe fatetur hic Alex. conſenſum propinquorum ex temporis diuturnitate præſumi.

Ad cuius ornatum notabis, beneplacitum Apoſtolicum ex ſpatio triginta annorum præſumi, Seraphin. *deciſ. 671. & deciſ. 692.* Rota *deciſ. 179. part. 2. diuerſ. & deciſ. 694. par. 1. in recent. & deciſ. 159. ead. part. 1.*

Declara autem minus tempus non ſufficere, & in ſpecie non ſufficere tempus viginti annorum, dixi Rota in Anconitana Terrarum 17. Januar. 1551. coram Illuſtriſſimo Cardinali Blanchetto.

Et aduerte, quod vltra lapſum temporis requiritur etiam obſeruantia, Rota *deciſ. 694. ſub num. 5.* Put. *deciſ. 7. de præſumpt.*

Quæ quidem obſeruantia facit præſumere alienationem non ſolum ſolemnem, ſed etiam vtilem. Mantic. *deciſ.* 101. Seraphin. 1125. *& deciſ.* 1307. Rota *deciſ. 684. part. 2. in recent.* optimè in Tuſculana bonorum 18. Mart. 1611. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato Ludouiſius *deciſ.* 343. vbi fuit dictum conceſſionem in emphyteoſim ex obſeruantia triginta annorum præſumi non ſolum ſolemnem, ſed etiam vtilem.

Nec non requiritur dictam obſeruantiam debere eſſe continuatam per totum dictum ſpatium triginta annorum, vt voluit Rota in Valentina Boniæ de Corte 4. Junij 1603. coram R.P.D. Ottembergo, & etiam de huiuſmodi obſeruantia ad iſtum effectũ debet conſtare certitudinaliter, nec ſufficit de ea conſtare præſumptiue, quia aliàs reſultarent ex eodem curſu temporis duæ præſumptiones obſeruantiæ, & confirmationis, ita Rota in Romana caſalis Turris vergatæ coram R.P.D. Coccino, & Burgen. Abbatiæ de Salas, 20. Nouembr. 1615. coram R.P.D. Vbaldo.

Sed num hæc omnia procedant, ſi in contractu non repetiatur reſeruatum, nec renunciatum dictum beneplacitum Apoſtolicum? affirmant Seraphin. *deciſ.* 1402. & Rot. *deciſ. 159. num. 4. part. 1.* licet totum contrarium viderim tantum per Nouarium in quadam ſua allegatione, vbi fundauit Aſſenſum regium non præſumi ex diuturnitate temporis, ſi in inſtrumento nõ fuerit ennunciatum, illum interueniſſe, vt infra patet, ex earum tenore, qui eſt, vt ſequitur videlicet.

CIrca venditionem rerum vniuerſitatis eſſe neceſſarium, docet Capic. *in deciſ. 93. num. 4.* primò, vt ſint præſentes omnes in venditione, ſiue maior pars officialium poſſidentium ſtabilia, *l. 13. C. de vendit. rer. ciuit. lib. 11.* quorum nomina in ponderoſis omnia requiruntur ſcripta Afflict. *deciſ.* 245. licèt in aliis non tam ... maioris partis nomina ſcripta ſufficiant. Alexand. *conſ. 1. volum. 4.* Secundò vt iurent alienationem eſſe vtilem vniuerſitati, *d. l. 3.* Tertiò, vt interponatur decretum, quod debet eſſe ex iuſta cauſa, Milan. *deciſ. Sicil. 19. numer. 16. libr. 1.* Plot. *in repetit. l. ſi quando ff. de in litem iurando*: quartò requiritur, vt

ſubhaſtatio interueniat, & huic ſolemnitati nequit vniuerſitas renunciare Bar. & Luc. de Pen. *in d. l. 3.* & ſi fuerit renunciatum non valet niſi eſſet ciuitas non recognoſcens ſuperiorem in temporalibus Iaſon. *in l. 1. numer. 11. C. de Summa Trinit. & fide Catholic.* quæ quidem ſubhaſtatio requiritur, vt fiat iuxta formam conſuetam in tempore, loco, & modo conſueto, alias eſſet inefficax, *l. 1. C. ſi propter public. penſit.* Bal. *in l. ordo, C. de except. rei iudic.* Bar. & DD. *in l. 1. C. de paſcuis pub. libr. 11.* & antequam fiat ſubhaſtatio debet ad minus præcedere nouem dies, Plat. *in l. ſi tempora, C. de fide inſtrum. & iur. haſt. fiſcal. colum. 1. libr. 11.* & certus dies eſt aſſignandus, in quo venditio eſt facienda, quia ex tali aſſignatione colligitur vera certificatio ad licitandum, *l. aut qui aliter §. 1. ff. quod vi aut clam.* & ſi aſſignatio diei eſſet obſcura non valeret, Marſil. *in rubric. de probat fol. mihi 44.* Rom. *conſ. 389.*

Requiritur pariter aſſenſus Regius, DD. *in l. fin. C. de vendit. rerum vniuerſitatis libr. 11.* alias venditio eſſet nulla, qui quidem Aſſenſus requiritur etiam in donatione facienda per vniuerſitatem *ad text. pragmaticæ 5. §. 10. de adminiſtrat. vniuerſitat.* vbi interdicitur Syndicis, electis, & vniuerſitatibus actus donationis, & hodie vniuerſitates, & plateæ nec poſſunt ſe congregare pro donando abſque expreſſa licentia proregis, vt *in pragmatica 9. incip. Anchorche ſub eadem rubrica.*

Sed quando talis aſſenſus præſumatur interueniſſe in actu donationis, certè regula negatiua eſt firmanda, quoniam aſſenſus eſt ſolemnitas extrinſeca, quæ non præſumitur, *l. quæcunque § fin. ff. de public. act.* vbi cautum eſt, non præſumi decretum, nec authoritatem tutoris interueniſſe in cõtractu pupilli Glos. *in l. ſciendum ff. de verbor. obligat.* Bar. *in l. cum de in rem verſo colum. 3. ff. de vſur.* DD. communiter *in l. fin. C. de fideicommiſſ.* vbi concludunt, non præſumi ſolemnitates extrinſecas interueniſſe in teſtamento, Alexand. *conſ. 48. volum. 5.* vbi quod notarius non præſumitur rogatus, quia rogitus eſt ſolemnitas extrinſeca, quod etiam reſpondit Corn. *in conſil. 20. volum. 4.* Roland. à Vall. *conſ. 26. num. 15. volum. 3.* quod eodem modo procedit in teſtibus, qui nec præſumuntur rogati, Gomez *variarum reſol. tom. 2. c. 11. n. 17.* idemq; in cauſæ cognitione, & in mandato ad aliquid faciendum, reſponderunt Socc. Iun. *conſ. 51. num. 3. vol. 3.* Corn. *conſ. 191. num. 9. volum. 2.* Vant. *de nullit. in tit. de nullit. ex defect. citat.* vbi dicit per hoc citationem regulariter minimè præſumi, quia eſt ſolemnitas extrinſeca, vt tradit Abb. *in cap. tenor de re iudic.* Alex. *conſ. 106. vol. 5.*

Bene verum ſi diuturnitas temporis elapſa eſſet, tunc bene præſumi interueniſſe aſſenſum Regium vtique fatendum eſt, quoniam ſolemnitas extrinſeca ex diuturnitate temporis in actu interueniſſe bene præſumitur, *l. filiusfamilias, C. de petit. hered. l. qui in aliena §. 1. ff. de acquir. hered. cap. peruenit de cenſibus,* canoniſtæ, & præcipuè Felin. *in cap. Albericus de teſtibus,* Corn. *conſ. 181. volum. 2.* vbi dicit, hoc eſſe communiter receptum, Decian. *conſ. 409. numer. 7.* Bertrand. *conſ. 164. volum. 2.* Vegg. *conſ. 44. num. 6.* Caſſad. *deciſ. 3. de procur.* Franc. Marc. *deciſ. 88. tom. 1.* Caualc. *deciſ. 46. numer. 16.* Magon. *deciſ. Luc. 14. num. 32.* Boer. *deciſ. 181. colu. 12.* Capic. *deciſ. 16.* Bonacoſ. *de præſumpt. in verſic. ſolemnitas.* Gabriel latè *in concluſ. 1. eod. tit. de præſumpt.*

Et generaliter quotieſcunque requiritur alicuius conſenſus in aliquo actu ipſum ex temporis diuturnitate inter-

interueniſſe præſumi tradunt DD. *in capit.* 1. *de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſ. capituli*, Soccin. Sen. *conſil.* 15. *numer.* 56. *volum.* 1. Gozad. *conſ.* 11. *numer.* 11. Gratian. *conſ.* 142. *num.* 6. vnde conſenſum principis in arrogatione interueniſſe ex diuturnitate temporis præſumi, dixit Mant. *in conſil.* 36. *numer.* 3. *vol.* 2. Marſil. *de præſumpt. in verſic. ſolemnitas.* & licentiam Summi Pontificis requiſitam in teſtamento Cardinalũ ex diuturnitate temporis interueniſſe præſumi conſuluit Aret. *in conſil.* 36. quem ſequitur Gratian. *d. conſ.* 142. *nu.* 13. Gozad. *conſ.* 73. *num.* 22. & conſenſum propinquorum requiſitum in cõtractu minoris, vel mulieris præſumi ex temporis antiquitate voluerunt Bald. Angel. Imol. Aret. & Jaſon. *in l. qui aliena in princip.* per illum text. *ff. de acquir. hered.* Angel. Imol. *in l. ſciendum ff. de verb. oblig.* Corn. *conſ.* 337. *colum.* 4. *verſ. & ex hoc capite volum.* 1. Alex. *in l.* 1. §. *voluntatem*, vbi hanc dicit magis cõmunem *ff. de oper. nou. nunciation.* Felin. *in capit. Albericus colum. vlt. de teſtibus, & in capit. nonne colum.* 2. *verſ. per iſtam regulam de præſumpt.* Jaſon. *conſ.* 89. *columm. vltima verſic.* 2. *& fortius volum.* 1. Rimin. ſen. *in l.* 1. *columm.* 14. *verſ. ex quibus iuncto verſ. item reſpectu*, *C. qui admitt.* Joan. Arnon. *in comment.* 60. *incip. ex quo in fine.* Boer. *in conſuet. Biturig. titul.* 1. §. 4. *Gloſ.* 1. *colum.* 6. *in fine verſ. quod ſi vxor contrahit*, vbi dicit hanc eſſe communem opinionem Decian. *conſil.* 22. *colum.* 3. *verſ.* 4. *prædicto.* Hippol. Rimin. *Inſtitut. quibus alien. licet, vel non numer.* 90. Tiraquell. qui veriorem, & communiorem dicit *de legibus connubia. lib. Gloſ.* 7. *num.* 39. *& ſeqq.* & hinc ſolemnitates interueniſſe in alienatione rerum eccleſiaſticarum ex diuturnitate temporis, voluit Rota poſt plures DD. in cauſ. Caualcatien. 10. Januarij 1579. coram Rubeo, Romana 18. Junij 1573. coram Seraphino, & in eadem 2. Aprilis, & 21. Maij 1593. & 23. Martij 5594. coram eodem, & iterum in vna Eluen. Minoriorum 16. Decembris 1585. coram Horatio, & in vna Placentina decimarum 21. Januar. 1587. coram Rubeo, & iterũ in vna Rom. caſalis Longhezzæ 18. Junij 1593. coram Seraph. & in Mediolanenſ. reſciſſionis permutationis 10. Januar. 1587. coram Pamphilio, & ſæpiſſimè in aliis cauſis, vt apud Ludouiſium, & addit. *deciſ.* 354.

Quam opinionem tamen in cauſa, & lite vertente inter Magnificam vniuerſitatem Roccæ Monfinæ, & venerabilem eccleſiam Sanctæ Mariæ Magnæ dictæ Terræ declarabam procedere, quando in inſtrumento donationis eſſet enunciatum aſſenſum Regium interueniſſe, alias ſecus, quoniam quando ex ipſa inſtrumenti inſpectione apparet ſolemnitatem non fuiſſe adhibitam tunc cuiuſuis temporis curſu hæc ſolemnitas non præſumitur ita Caſtrenſ. *conſ.* 81. *num.* 3. *lib.* 2. Abb. *conſ.* 61. *lib.* 1. Alexand. *conſ.* 1. *numer.* 21. *libr.* 4. Felin. *in cap. ſicut num.* 33. *de re iudic.* Ruin. *conſ.* 63. *num.* 19. *libr.* 2. Decian. *in cap. quoniam contra num.* 27. *de probat.* Gozad. *d. conſ.* 73. *col.* 5. *num.* 19. Cephal. *conſ.* 684. *num.* 102. *libr.* 5. Surdus *conſ.* 28. *num.* 110. *libr.* 1. Puteus *deciſ.* 210. *libr.* 2. Cacher. *deciſ.* 133. *numer.* 7. Afflict. *deciſ.* 107. *numer.* 5. vbi etiam Vrſil. *in addit. numer.* 10. *ad med.* Aldobrand. *conſil.* 83. *numer.* 45. Menoch. alios allegans *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 133. *numer.* 79. Coſta *de facti ſcientia, & ignorant. diſtin.* 81. *num.* 12. *& ſeq. cent.* 2. Maur. *alleg.* 4. *num.* 6. vbi quod quando ex lectura conceſſionis apparet nullum interueniſſe aſſenſum, quia de eo nulla mentio fit, omnis præſumptio, quæ ex temporis antiquitate colligi ſolet, ceſſat in tali

caſu, in tantum enim ſolemnitas extrinſeca præſumitur, in quantum enunciatur in inſtrumento, vt notat Gloſ. quam ibi ſequitur Bart. *in l. 1. C. de fide inſtrum. & iur. haſt. fiſcal. libr.* 10. Innocent. *in cap. quoniam contra de probat.* Bal. & Butr. *in cap. præſentia* vbi etiam Imol. *col. pen. de renunciat. in cap. eo noſcitur de his, quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu capituli*, vbi quod licèt in geſtis à prælato ſine conſenſu capituli geſta præſumantur cum conſenſus ſit ſolemnitas extrinſeca, id tamen fallit, quando Notarius enunciaret talem actum in inſtrumento, quia tunc præſumeretur, & hanc ſententiam pluribus authoritatibus confirmant Brun. *in tract. de form. tit. de probat. & præſumpt. for. fol.* 87. & Gomez *var. reſolut. tom. 2. cap. 11. num.* 17.

Nec obſtare dicebam, quod eſſemus in poſſeſſorio, in quo videntur ſufficere leuiores probationes, & ſic tantum temporis diuturnitas centum triginta annorum, Decian. *conſ.* 46. *nu.* 1. *& in l. fin. num. 15. C. de edict. diui Adrian. tollend.*

Quia cum ageretur in poſſeſſorio plenario, quod ordinatur ad finem perueniendi ad ſententiam diffinitiuam ſuper petitorio requirebatur plena probatio, cum eſſemus in re grauis præiudicij, quidquid aliud ſit in poſſeſſorio ſummario, quod ordinatur ne partes ad arma, vel ad aliud ſimile deueniant, Cagnol. *in l. in pari num. 6. ff. de regul. iur.* Crauett. *conſ.* 158. *num.* 12. latè Surd. *conſ.* 73. *num.* 38. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *numer.* 408. *&* 413. plenè Gratian. *in deciſ. Marchia* 192. vbi firmat, quod licèt teſtis vnicus ſufficiat in poſſeſſorio ex DD. *in auth. niſi breuiores, C. de ſentent. ex breu. recit.* Dec. *2. conſ.* 56. hoc tamen intelligit in poſſeſſorio ſummario, & non in plenario, Gabriel. *concluſ. 1. num. 2. de teſtibus*, vbi de communi teſtatur, cauſa enim poſſeſſorij dicitur magni non autem modici præiudicij, Affl. & cum Vrſill. *in deciſ.* 364. quia multa ſunt commoda poſſeſſionis, de quibus latè apud Tiraquel. *de primogen. quæſt.* 17 *opin.* 11.

Quare iuxta hic allegata ſentio, meumque promulgo votum, requiſitus de illo. Datum Neapoli die 25. Aprilis 1624.

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 3126.

Super Bar. in l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus numer. 3. ff. de verbor. obligat.

¶ Numeratio pecuniæ realis ex quibus probetur, & præſumatur?

NVmeratio vera, & realis probatur ex verbis Notarij atteſtantis de actuali ſolutione coram ſe, & teſtibus ita firmat hic Bar. iuxta cuius theoricam reperio tenuiſſe Rotam in vna Bononien. cenſus 15. Februarij 1599. coram R. P. D. tunc temporis Decano.

Et numeratio, vera, & actualis pecuniæ ex quibus verbis inſtrumenti colligatur, ex quibus verbis reſultet ſola confeſſio de recepto, plenè declarauit Rota in Fauentina poſſeſſionus 23. Januarij 1619. & in eadem 16. Decembris 1619. coram R. P. D. Pamphilio, vbi fuit dictum probari numerationem actualem, & ſi Notarius dicat talis dixit, & confeſſus fuit habuiſſe, & recepiſſe, prout actualiter habuit ab N. præſente, & ſoluente in tot Zecchinis.

Quamuis poſſet ſuſtineri totum contrarium, quod poſſent huiuſmodi verba referri ad ſolam confeſſionem partis *iuxta deciſ. Rot.* 320. *poſt ſecundum librum conſil. Farinac.* quæ valdè ad propoſitum

poſitū conferre videtur, ſemper enim quādo verba Notarij poſſibile eſt poſſe referri ad confeſſionem partis, dato etiam quod poſſent importare actualem numerationem, in dubio tamen referri debēt ad partis confeſſionem, nam quando re vera interuenit actualis numeratio Notarius ſolet dicere, quod pecuniæ manualiter fuerunt ſolutæ, vel quod quis illas ad ſe traxit, vel quod fuerunt ſolutæ de contanti, vel aliis ſimilibus verbis vti ſolet.

COLLECT. 3127.

Super Abb. in cap. cum dilecta nu. 4. de confirmat. vtil. vel inutil.

¶ Priuilegiorum innouatio, & confirmatio an tribuat nouum ius?

ABbas firmat concluſionem hic, quod innouatio priuilegiorum nouum ius minimè tribuit, ſed ſolum antiquum conſeruat, & ita colligitur *ex cap. quia intentionis de priuileg.*

Ita quod receptum eſt confirmationem priuilegij nullum ius tribuere, ſed quod antea erat conſeruare *cap. præceptis ibi non nouum aliquid 12. diſt. cap. inter dilectos verſic.* cæterum de fide inſtrument. ibi confirmari tanquam prius habita donari tanquam tunc tradita, *cap. quia diuerſitatem in princip. ibi non obſtante confirmatione de conceſſ. prabend.* Seſſ. *deciſ. Rot. Aragon.* 15. Cabedus *deciſ. Rota Luſitan.* 1. *part.* 2.

Declara tamen, vt per Rot. *apud Farinac. deciſ.* 123. *part.* 1. *in recent.* quod innouatio priuilegiorum ſit iuris quæſiti corroboratio, & vide Marc. Antonin. *var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 51.

Et aduerte, quod confirmatio ex certa ſcientia non dicitur ſimplex confirmatio, ſed ampliatio & noua conceſſio Rot. *deciſion.* 192. *apud Farinac. part.* 1. *in recentioribus.*

Et confirmatio Pontificis ex certa ſcientia habet vim nouæ conceſſionis, quando confirmat id, quod inualidum eſt, dixit Rota in Iacen. Vicariæ 27. Januarij 1614. coram R. P. D. Buratto, vt apud Farinac. *deciſ.* 513. *part.* 2. *in recent.*

COLLECT. 3128.

Super cap. vni. §. præſente, & ibi DD. de cler. ægrotant.

¶ Ratio ſemel reddita, an & quando iterum reddenda ſit?

HIc prædicatur à Doctoribus illa concluſio, quod ratio ſemel reddita iterum reddenda non eſt, circa quam materiam licèt nonnulla in aliis collectaneis adduxerim, tamen alia hic adducere deciſa à Rota non pigebit.

Et in primis notabis, quod hanc ſuppoſitam concluſionem confirmauit Rota *deciſ.* 517. *part.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 184. *part.* 2. *in recent. & deciſ.* 101. *&* 224. *inter impreſſas apud Farinac. poſt* 2. *librum conſil.*

Qua notatione ſuppoſita ampliabis firmatam concluſionem tanto magis habere locum, & procedere ſtante liberatione, & quietantia ampliſſima reportata in prima redditione, Rota *d. deciſ.* 101. & fuit dictum in Romana Curæ 29. Nouembris 1610. coram R. P. D. Dunozet. vbi ponderatur, quod liberatio erat iuramento vallata.

Declara tamen hanc regulam non habere locum quando conſtat de errore, Rota *d. deciſ.* 224. *& deciſ.* 157. *part.* 1. *diuerſ.*

Quamuis huiuſmodi declaratio non procedat quando adeſt res iudicata, vel tranſactio, quia tunc non ſufficit docere de errore, ſed vltra erro-

Digitized by Google

tem conſtare etiam de dolo ad effe-ctum, vt poſſit iterum ratio reddi, Rota *deciſ.* 184. *num.* 3. *part.* 2. *in recent.* & dicit etiam Rota in Interamnen. pecuniaria 10. Februarij 16[illegible] coram R. P.D. Pirouano, & quod quando conſtat de dolo iterum ſit reddenda ratio non obſtante tranſactione, & re iudicata, & non obſtante quietatione facta per quæuis ampliſſima verba, Rota *deciſ.* 57 *part.* 1. *diuerſ.* & *deciſ.* 184. *part.* 2. *in recent.*

Requiritur tamen dolus verus, & non ſufficeret præſumptus, vt fuit dictum in allegata Romana Lunæ 29. Nouembris 1619. coram R.P.D. Dunozet, vbi fuit conſideratum, quod aliàs daretur proceſſus in infinitum, qui euitari debet, nam aliàs ſequeretur abſurdum.

COLLECT. 3129.

Super Socin. in l. rem quæ nobis ff. de acquir. poſſeſſ.

¶ *Spolij actio an, & quandò tranſeat in hæredem?*

SOccinus *hic numer.* 10. *verſic. item quia tranſit*, affirmat, quod actio ſpolij competens Authori tranſit in eius hæredem, & ita Creſcent. *deciſ.* 3. *de reſtitut. ſpoliat.* & fuit dictum in Peruſina ſpolij Domus 1. Februarij 1608. coram R.P.D. tunc Decano, & in Feretrana Bubulatum 30. Octobris 1617. coram R.P.D. Buratto.

Declara tamen hanc concluſionem eſſe veram, & procedere, quando auctor fuit in vita ſpoliatus, alias ſi poſt eius mortem commiſſum fuit ſpolium non poteſt hæres ex perſona defuncti agere ſpolio, vt fuit dictum in Romana ſpolij coram Rubeo, & in Montis Faliſci ſpolij 19. Ianuarij 1596. coram Orano, & in Vratiſlauien. Prædiorum 28. Iunij coram R.P.D. Manzanedo.

Et nota, quod non ſolum actio ſpolij tranſit in hæredem, ſed etiam in ſingularem ſucceſſorem abſque alia ceſſione, Rota *deciſ.* 307. *num.* 3. *part.* 1. *in recent.* & fuit dictum in Romana ſpolij 27. Nouembris 1615. coram R. P.D. Manzanedo, in qua fuit reprobata opinio contraria.

Competit autem actio ſpolij etiam tertium titulo, & bona fide poſſidentem, ac etiam habentem cauſam ab auctore nõ vitioſo, ſed tenendo teſtatur de magis communi Theſaur. *deciſ.* 29. *num.* 1. vbi etiam teſtatur de magis communi, & hanc opinionem paſſim ſeruat Rota, vt teſtatur Mareſcot. *variarum lib.* 1. *cap.* 59. vbi refert plures dec. Rotæ quod procedit etiam ſi ſpoliatus bona fide non poſſideret, quia in ſpolio non reſpicitur an quis iuſtè poſſideret, ſed ſolum an ſine iuſta cauſa à poſſeſſione ceciderit, Rot. *dec.* 244. *n.* 2. *part.* 3. *diuerſ.*

COLLECT. 3130.

Super l. hæredis appellatione ff. de verb. ſignificat.

¶ *Fœmina an veniant hæredis appellatione?*

PRobatur per hunc text. concluſio illa communiter recepta à doctoribus, quod hæredis appellatione veniunt fœminæ, quod pariter axioma corroboratur per text. *in l.* 3. *C. de legit. hæred.* & *in l. ex facto* §. *fin. ff. ad Trebell.* & ita ex noſtris deciſionariis in terminis ſcribunt Surdus *deciſ.* 95. *numer.* 13. & Magon. *deciſ. Lucenſ.* 7. & *deciſ.* 14. *num.* 4.

Amplia hanc concluſionem procedere etiam ſi fuerit dictum bona tranſire de hærede in hæredem, & ſi eſſent

eſſent vocati filij, & hæredes. & tanto magis ſi vocati eſſent quicunque hæredes, nam in his caſibus fœminæ continentur, vt in quadam cauſa mihi delegata pronunciaui inter hæredes Jo. Alphonſi Guaſtellæ, cum Marco Aurelio Cioffo.

Sed num hæredis nomen contineat hæredem in re certa? regulariter certum eſt quod non contineatur, vbi extat hæres vniuerſalis, vt communiter affirmant DD. verum quando verbum hæres reſtringeretur ad deſcendentes, deſcendens in re certa inſtitutus tunc veniret Guid. Pap. *deciſ.* 458. vbi alia in materia cumulat.

Et hæredum appellatio in diſpoſitiuis an comprehendat tam hæredes bonorum, quam ſanguinis? affirmatiue iudicaſſe Rotam Romanam teſtatur Curt. Jun. *conſ.* 45. Guid. Pap. *deciſ.* 230. ſed vide eundem *deciſ.* 457. & 591. vbi refert deciſum venire ſolum deſcendentes, non autem extraneos hæredes.

COLLECT. 3131.

Super Bal. in l. vnic. C. de repud.

¶ *Tranſactionem impugnans quando fuit dolo ad tranſigendum inductus an teneatur reſtituere id quod ex tranſactione recepit?*

AFfirmat hic Bald. *num.* 2. *oppoſit.* 3. quod quando impugnans actum tranſactionis fuit inductus dolo ad tranſigendum minime teneatur reſtituere quod ex tranſactione recepit, & ita voluit Rota apud Coſtam *deciſ.* 118.

Veniens tamen contra tranſactionem ante omnia tenetur reſtituere quod ex tranſactione recepit iuxta textum *in l. ſi diuerſa ff. de tranſact.* Rota *deciſ.* 11. *num.* 1. & *deciſ.* 140. *numer.* 1. *in recentionib.* cum aliis, & *deciſ.* 510. *part.* 1. *diuerſor.* & *deciſ.* 539. *num.* 6. *part.* 6. cum aliis plenè cumulatis per Giurbam *in deciſ.* 103. *num.* 5. etiam ſi impugnetur ex capite læſionis enormiſſimæ, & cum aliis relatis dixit Rota in Ariminen. bonorum 23. Junij 1617. coram R.P.D. Vbaldo, quod procedit etiam ſi minor, *l.* 1. §. *reſtitutio ff. de minor.* cum aliis per Giurb. *dicta deciſ.* 103. *num.* 10. & diſpoſitionem dictæ legis *ſi diuerſa* procedere etiam in loco pio, dixit Rota in Neapolitana reſciſſionis concordiæ 13. Aprilis 1602. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & antequam fiat reſtitutio eſt ſuperſedendum in vlteriori proceſſu Rota *deciſ.* 111. *num.* 2. *part.* 1. *diuerſor.* huius autem legis diſpoſitio procedit parte opponente, Rota *d. deciſ.* 111. *num.* 1. & *deciſ.* 805. *num.* 1. & *deciſ.* 810. *per tot.* & præcipuè *num.* 10. & 11. *part.* 1. *diuerſorum.*

Limitationes plures dantur per Doctores ad dictam l. ſi diuerſa, & primò illa non habet locum quando impugnatur tranſactio ex capite nullitatis, & hanc limitationem firmauit etiam Rota in Romana legati 24. Nouembris 1621. coram R.P.D. Coccino Decano.

Limitatur ſecundò quando illud quod eſt datum fuit datum pro argumento cultus diuini, & dixit Rota in Mediolanen. legati 15. Decembr. 1583. coram Gypſio, vbi illud quod fuerat datum in tranſactione fuerat conuerſum in fabricam eccleſiæ, quoad hoc tamen videntur contrarium tenere plures relati per Giurbam *dicta deciſ.* 103 *num.* 11. qui dicunt faciendam eſſe reſtitutionem ab eccleſia de pecunia recepta, etiam ſi in eccleſiæ vtilitatem verſa probetur.

Limitatur tertiò non procedere quando tranſactio eſſet reſoluta culpa

hanc exceptionem potuiſſe opponi ex parte Raphaëlis conuenti iuridicè prętendebam, maximè cũ adeſſent clauſulæ prægnantes, & vigore iuramenti, quod habet vim clauſulæ, rato manente pacto *l. ſi quis maior, C. de tranſact.* Alex. *conſ.* 206. *lib.* 6. Seraph. *de priuileg. iuram. priuil.* 8,.*n.*2.

Imo aſſeuerabam Marcum Antonium actorem pro reſciſſione tranſactionis non ſolum teneri accepta reſtituere, ſed etiam fructus, & intereſſe, cum contraueniens tranſactioni teneatur ad fructuum reſtitutionem Gloſ. cum Angel. *in auth. de inceſt. nupt. in princip.* Curt. Jun. *in d. l. ſi quis maior n.*48. vbi Claud. Bertazzol. *n.* 694. *C. de tranſact.*

Quam Aſſertionem fundabrm ratione, quia quando lex mandat aliquod acceptum reſtitui intelligitur de plenaria reſtitutione, in qua veniunt fructus, *cap. gratiis, de reſtit. ſpoliat. l. videamus la* 2. §. *in Fauiana in fin.* §. *de vſur.* Lucas de Penna *in l. ſi colonis quaeſt.* 9. *C. de agricol.* & *cenſit. lib.* 11. Marſil. *ſing.* 17. Dec. *in l. in condemnatione* §. *cum verbum n.*1. *de reg. iur.* Couar. *in libr.* 1. *variar. reſolut. cap.* 3. *n.* 1. & quod etiam in materia ſtricta, prout in ſententia, quæ eſt ſtricti iuris, Alex. *conſ.* 108. *n.* 2. *lib.* 5. & tamen ſi præcipit reſtitutionem rei includit etiam fructus, Jaſon. *in l. ait prætor* §. *ſi petitor n.* 10. *ff. de reg. iur.* Innocen. *in cap. ex conqueſtione de reſtit. ſpoliat.* Bald. *in rub. C. de fruct. & lit. expenſ.* Menoch. *de recuper. poſſ. in prælud.* contra Surd. *deciſ.* 212. *n.* 11. *ſeq.* prout etiam in iuramento, quod quamuis non intendatur, nihilominus porrigitur ad omnia acceſſoria, & ad fructus Bald. *in l. ſed, & ſi poſſeſſori col. fin.* & ibi Roman. *nu.* 5. *ff. de iur. iur.* fructus enim ſunt pars rei, & ſunt eiuſdem naturæ, vt ipſa bona ad late tradita ſupra *in quaeſt.* 5. vbi eſt videre, & ideo de patris ſubſtantia dicuntur, *l. iubemus, C. ad Trebell.* DD. *in l. ſcimus* §. *repletionem*, *C. de inoffic. teſtam.* late Cucch. *de legitim. fol. mihi* 26. *col.* 1. *n.* 4. & hinc de fructibus eccleſiæ idem eſt iudicandum quod iudicatur de rebus eccleſiæ, *cap. expedit cap. res eccleſiæ* 17. *quaeſt.* 1. *cap. epiſcopus* 14. *quaeſt.* 1. *cum concordant.* de quibus apud Cacher. *in deciſ.* 51. *n.* 2. & ideo fructuum deſcriptionem petere poteſt, qui prætendit ſucceſſionem maioratus in defectum ventris ſecundum Bald. *in l.* 1. *col. fin. ff. de ventr. in poſſeſſ. mittend. in cap.* 1. *de ſequeſt. poſſ.* Jaſ. & Alex. *in l. ſi fideiuſſor l. fin. ff. qui ſatiſdar. cogantur.* quos refert ad hoc, & ſequitur Palaez. *de maiorit. part.* 3. *quaeſt.* 2. *nu.* 37. & hinc fructus augent hæreditatem ſiue acceſſerint ante aditam hæreditatem, ſiue poſt, *l. item veniunt.* §. *item non ſolum*, vbi Bart. & *l. ſed, & ſi* §. *fin. & l. quod ſi oues* vbi DD. *de hæred. petit. l. in Falcidia ff. ad l. Falcid.* Merg. *conſ.* 26. *num.* 38. Leo *in ſuo tract. de Nou. oper. cap.* 6. *num.* 14. & vendito fundo fructus intelliguntur venditi ſiue donati cum fundo, niſi aliter ſpecialiter in contractu agatur, *l. fructus* vbi gloſ. & DD. *ff. de rei iudicat. & l. Iulianus* §. *ſi fructibus*, vbi Bar. *ff. de act. empt. & l. ſi ſeruus* §. *locati ff. de furtis, & l. cum filius* §. *dominus ff. de leg.* 2. & *dicta l. in Falcidia ff. ad l. Falcid.* & §. *is vero* vbi DD. *inſtit. de rerum diuiſ.* Barb. *in l. de diuiſione num.* 25. *ff ſolut. matrim.* aliter tamen in ventre Ancillæ, nam qui in vtero eſt non dicitur pars Ancillæ, *l. qui in vtero* vbi DD *ff. de ſtat. homin. & dicta l. in Falcidia ff ad l. Falcidiam.*

Confert pro corroboratione, quia videmus quod bona obligata, & hypothecata pro dote principali ſunt etiam obligata, & hypothecata pro eius intereſſe, vt copioſè cauetur *in l. Lucius ff. qui pot. in pignor. habeantur*, & notant in ſpecie Decian. *in l. pecuniam in primo notat. ff. ſi cert. petat.* Ripa *in l.*

priuilegia in 6. ampliat. ff. de priuileg. creditor. Negul. *de pignor. in 2. memb. 5 part. nu.* 10. & Ideo qui eſt prior in tempore pro ſorte principali pręfertur etiã pro intereſſe ipſius, vt notãt cõmuniter DD. *in eadem l. Lucius.* Cacher. *in deciſ. Pedemont.* 129. *n.* 12. vſura enim, & acceſſiones veniunt ſecũdum naturã ipſius actionis, vnde tacita hypotheca, quę cõpetit pro dote competit etiam pro fructibus, & intereſſe, prout probat Negul. *in tract. de pignor. in 4. membr. 2. part. nu.* 55. *& ſeq.* quem refert Couarr. *in cap. Imperiali de prohibit. feud. alienat. per Feder. fol.* 81. *liter.* E. qui *fol.* 51. *col.* 4. *lit. V.* reprehendendo Afflict. pluribus rationibus concludit quod aſſenſus præſtitus ſuper obligatione bonorum feudalium pro dote, cenſetur etiam ex vi comprehenſionis præſtitus ſuper intereſſe debito ob retardatam eius ſolutionem, & præcipuè mouetur, quia dos, & intereſſe conſiderantur, vt vnum, & idem non vt duo ſeparata, *l. quicunque* §. *penult. ff. de inſtit.* & Dominus conſentiendo obligationi pro dote cenſetur quoque cogitaſſe de eius intereſſe quod venit in conſequentiam ipſius, *leg. quamquam ff. de rit. nup.* pro qua concluſione allegat Andr. *in conſtit. Regni in aliquibus in verbo quintum decimum colu.* 7. *in fin.* qui ex eadem ratione tenet quod ſi vir retineat pignus pro paragio vxori debito vigore illius conſtitutionis non tenetur fructus in ſortem computare, pro vt alij creditores, iuxta notata *in cap. ſalubriter de vſuris:* Nam dum pignus conceditur à lege reſpectu rei principalis cenſetur etiam conceſſa lucrifactio fructuũ, ex quo Mерito de Ponte *in ſuo conſ.* 76. *num.* 6. *& ſeq. vol.* 1. late probat, quod aſſenſus præſtitus in obligatione rerum feudalium pro venditione annuorum introituum comprehendit etiam intereſſe tertiarum tamquam acceſſorium, qui in *deciſ.* 34. *num.* 39. firmat diſpoſitionem *authent. res quæ C. commun. de leg.* procedere etiam pro intereſſe dotis, vt etiam tradit Baiz. *in deciſ. Bonon* 108. *nu.* 15. *& ſeq.*

Nec obſtat illud, quod opponitur præfatum pactum eſſe pænale ſi quidem hæc prætenſio veritati non indicitur, cum per illud mandetur fieri reſtitutionem rei captæ, vndè iſta reſtitutio dicitur eſſe de re aliena, & non de propria, cum proprium non poſſit dici reſtitui, ſed dari, alienum ſiquidem reſtituitur *l. qui reſtituere ff. de rei vendicat. l. ſic itaque inſtit. de act.* ideò quamuis *in leg. ſi quis maior, C. de tranſact.* dicatur reſtituta pæna, tamen DD. interpretantur illud verbum *reſtituta*, ideſt *data*, cum aliàs non eſſet pœna, quia ibi pro pœna ſuum datur, & non alienum, quod propriè cadit in reſtitutione, Salic. *in dict. l. ſi quis maior col.* 2. *in princip. nu.* 7. *& col.* 5. *in fine nu.* 15. & ibi Alciat *nu.* 68. latè Parpal. *ſnu* 48. *& ſeq.* per tex *in l.* 1. *ad finem* vbi Gloſ. *in verbo hoc interdum*, & Bart. *numero* 5. *ff. quorum bonorum* Bal. *in l. cum etiam in* 2. *notab.* & ibi addentes in verbo *Reddi, C. de reb. credit. & in l. mancipia in fine ff. de ſeru fugitiuis.*

Ex quibus omnibus, & alijs, quæ breuitatis gratia omittuntur reſultat deciſio articuli dat. Neapol. die 15. Februarij. 1615.

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 3132.
Super Gloſſ. in capite 2. de teſtibus in 6.

¶ *Confeſſio prælati an, & quando præiudicet eccleſiæ?*

GLoſa hic in verbo conuentum affirmat, quod confeſſio prælati non præiudicat eccleſiæ, & ita Rota in Veronen. iuriſdictionis 18. Martij 1596. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, eadem Rota *deciſion.* 334. *& deciſ.*

deciſ. 480. *part.* 1. *in recent.* & in Romana cenſus Lunæ 23. Junij 1608. coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio tunc Rotæ Aud. & deinde Sanctiſſimo Gregorio XV. verum dicta concluſio recipit multas declarationes, & limitationes.

Et primò non procedit ſi ſit aliunde adminiculata, Rota *dicta deciſ.* 334. *ſub num.* 2. *& deciſ.* 177. *num.* 5. *parte* 2. *diuerſorum.* Mantica *deciſ.* 39. *numero primo*, ſufficit quod habeat aſſiſtentiam, ſeu præſumptionem iuris pro ſe, Rota *deciſ.* 141. *num.* 6. *part.* 2. *diuerſ.*

Secundò præiudicat quando confeſſio cõcernit actum geſtum ab ipſomet Prælato, qui confitetur Jaffred. *deciſ.* 60. *tom.* 3.

Tertiò præiudicat quando eſt facta in iudicio per modum contentioſæ iuriſdictionis Rota *deciſ.* 141. *num.* 4. *& deciſ.* 666. *num.* 5. *part.* 2. *diuerſor.* & fuit dictum in Regien. penſionis coram Orano.

Quartò præiudicat quando non eſt vnica, ſed geminata, & ſæpius repetita, ita limitauit Rota in Conchen. Decimarum de Belmonte primo Junij 1619. coram R.P.D. Dunozet. & generaliter eſt verum, quod ſaltem confeſſio Prælati maximum præbet argumentum, quod ita res ſe habeat, Rota *deciſ.* 293. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſorum*, & ideo donec de contrario non conſtet videtur quod ſit attendenda, vt dixit Rota *deciſ.* 291. *n.* 8.

COLLECT. 3133.

Super Conſil. Tridentin. ſeſſ. 23. capit. 13.

¶ Ordines ſunt conferendi ſeruatis temporum interſtitiis, niſi adſit legitima cauſa.

SEruatis temporum interſtitiis conferendi ſunt ordines videlicet vno anno elapſo poſt ſuſceptionem vltimi minoris ad ſubdiaconatum, iterum ad Diaconatum poſt annum, & poſt alium ad preſbyteratum.

Limitatur enim exiſtentibus legitimis cauſis, quo caſu poteſt epiſcopus diſpenſare Jaffred. *deciſ.* 13. & epiſcopus ſuper interſtitiis temporum cum ordinando diſpenſare cenſetur ſi illũ ad ordines aſſumat, ſciens non elapſum anni curriculum, Megall. *deciſ.* 18.

Amplia, vt facultas prædicta remittendi interſtitia epiſcopo conceſſa tranſit in capitulum ſede vacante, Bal. *deciſ.* 17.

Amplia ſecundò, vt tranſeat etiam in Vicarium eiuſdem capituli Farinac. *deciſ.* 1.

Amplia tertiò, vt epiſcopus ordinans ſubditum non ſeruatis interſtitiis nullam pœnam incurrat.

Notabis tamen duo in hac materia & primo Ordinator ſuper temporum interſtitiis cum non Diœceſano ad ſuſcipiendos Ordines diſpenſare non poteſt, niſi hoc in dimiſſoriis expreſſe concedatur, ita fuiſſe reſponſum à Sacra Congreg. Epiſcoporum Epiſcopo de Alex. die 9. Auguſti 1593.

Secunda diſpenſatio hæc interſtitiorum pertinet ad Epiſcopum etiam reſpectu religioſorum Megall. *deciſ.* 16. & aliquid per Rot. apud Farin. 185.

COLLECT. 3134.

Super Bal. in auth. quas ruinas num. 4. C. de ſacroſanct. eccleſ.

¶ Emphyteuſis ad tertiam generationem comprehendit etiam pronepotes.

EMphyteuſis conceſſa alicui ad tertiam ipſius generationem comprehendit etiam pronepotes, h. d.

Bald. *in hac l. & numero*, & ita pluries voluit Rota & præciſè in vna Villæ Capraroìæ 11. Maij 1592. coram R. P.D. tunc Decano, & in vna Aſſiſſien. emphyteuſis 13. Nouembris 1598. coram Gyplio, & in Romana domus 4. Maij 1609. coram R.P.D. Sacrato.

Et quod pronepotes includantur in conceſſione emphyteuſis facta ad tertiam generationem præter has allegatas deciſiones, latè etiam fuit ſecuta Rota *in deciſ.* 305. *part.* 1. *in recent.* & in Romana domorum 25. Maij 1616. coram R.P.D. Vbaldo, vbi dicitur hoc procedere non obſtante, quod in inueſtituris antiquis non adeſſet dictio *ipſius*, quam etiam opinionem latè ſecuti fuerunt R. P. D. Manzanedus, & Caualerius in eorum voto deciſiuo prolato in cauſa Senogallien. Caſtrorum inter Sereniſſimum Vrbini ducem & D. Marchionem de Ruere.

Quare cum aliquando caſus accidiſſet in noſtra Curia Archiepiſcopali, ab hac opinione vti magis communi, & veriori nullatenus diceſſimus, & ita menſibus elapſis conſului in cauſa Joannis Thomæ Salati, cum hæredibus Marci Antonij Infornuti, & Laurentij de Stellauato.

COLLECT. 3135.

Super Gloſ. in cap. ſi eo tempore in verbo effectus de reſcr. in 6.

¶ *Examinis tempore ſcientia eſt neceſſaria.*

SCientiam eſſe neceſſariam tempore examinis concludit iſta Gloſa.

Tu autem pro ornatu notabis, quod non eſt locus nouo examini, quando tantum temporis interuallum interceſſit, vt quis potuerit fieri doctus, & idoneus, vt voluit Rota in Calaguritana Beneficij de Ceruera 8. Februarij 1591. coram R. P. D. tunc Decano Rota *deciſ.* 505. *part.* 2. *in recent.* vbi benè ponderatur literaturam eſſe habitum acquiſitum non iuratum, & ideò non inferri ex præſenti ad tempus præteritum.

Aduerte tamen, quod ſi appellans ſtatim adierit iudicem appellationis, & obtulerit ſe examini non eſt, quod ei imputetur, ſi ſtatim non fuerit examinatus, vt conſtat ex Seraphino *deciſ.* 968.

Et vltra notata in hac materia examinis, quod nouum examen eſt vnus ex modis probandi ſcientiam concurrentium, & grauamen examinatorum Rota *deciſ.* 8. *de probat. in nouis*, *& deciſ.* 18. *de conceſſ. præbend.* etiam in nouis, & fuit pariter dictum in Calaguritana de munilla 15. Junij 1612. coram R.P.D. Coccino hodie Decano.

COLLECT. 3136.

Super Alex. in l. quædam §. nihil num. 6. ff. de edendo.

¶ *Emphyteuſis eccleſiaſtica an & quando tranſeat ad perſonas extraneas.*

EMphyteuſim eccleſiaſticam non eſſe tranſitoriam ad perſonas extraneas annuit hic iſte Author, & ita communi calculo ſenſerunt Doctores, & ſæpe ſæpius determinauit Rota.

Declara tamen non habere locum hanc concluſionem, quando notabilis ſumma ſolueretur pro canone, & non minima res, quia cum in tali caſu potius cenſetur ſapere locationem, quam emphyteuſim, ideò eſſet tranſitoria ad hæredes Surd. *deciſ.* 198.

Et aduerte, quod licèt per clauſulam

Iam (& quibus dederit) cenſeatur data facultas alienandi, tamen id intelligitur cum grano ſalis, nempè, vt detur facultas alienandi primo acquirenti, Rota *deciſ.* 11. *part.* 1. *diuerſ.* & fuit dictum in Romana domus 9. Martij 1609. coram R.P.D. Manzanedo.

Cuius occaſione primi acquirentis notabis, quod Rota tenet opinionem, quod primus acquirens poſſit præiudicare comprehenſis Seraphin. *deciſ.* 579. *num.* 19. Rota *deciſ.* 435. *ſub num.* 13. *& deciſ.* 438. *ſub numer.* 1. *part.* 1. *in recentiorib.* & fuit dictum in Romana domus 28. Junij 1613. coram R.P.D. Coccino Decano, & in ciuitatis Caſtelli domus liuellariæ 12. Maij 1616. coram R.P.D. Caualerio, & alias deciſiones refert, & ſequitur Gratian. *diſceptat. cap.* 405. *num.* 1. vbi teſtatur de communi, & magis communi; quæ opinio Rotæ habet locum, quando inueſtitura fuit acquiſita mediante pecunia, ſecus ſi ex mera liberalitate concedentis, quia tunc non poteſt primus acquirens præiudicare comprehenſis iuxta diſtinctionem, de qua per Surd. *deciſ.* 290. *num.* 2. & expreſſe ſecuta fuit Rota in Viterbienſ. Caſtrorum 14. Decembris 1616. coram Cardinali Sacrato, & videtur fuiſſe de mente Rotæ *in dicta deciſ.* 435. *ſub num.* 13. *verſ. tantò magis quia*, vbi pro cauſa onerosa conſideratur quod primus acquirens in ingreſſu ſoluit quandam quantitatem pecuniæ, & deinde fecit melioramenta notabilis valoris, & optimè Mareſcott. *variar. lib.* 1. *cap.* 74. *num.* 1. *&* 2. vbi allegat deciſiones Rotæ, & *in fine num.* 2. dicit ab hac diſtinctione non eſſe in practica recedendum, prout ita cum effectu ego practicaui in cauſa Notarij Mercurialis de Paciello de anno 1624.

COLLECT. 3137.

Super Bal. in l. illam C. de collationibus.

§ Statutum excludens matrem non comprehendit amitam.

BAldus communiter receptus firmat hic, & eſt in opinione, quod ſtante ſtatuto excludente matrem propter patruum non venit Amita, ita vt non porrigat vires ſuas ad Amitam.

Pro cuius Doctrinæ confirmatione aduertas, illam eſſe receptam in Romana Rota, vt fuit tentum in vna Auſculana bonorum 23. Martij 1590. coram R. P. D. Bubalo.

Et notabis, quod cum caſus accidiſſet in facto iuxta eandem ſententiam conſului requiſitus quid ſentirem, & mouebar ea ratione, quia huiuſmodi ſtatuta ſolent conſiderare conſeruationem agnationis, & quod bona conſeruentur in familia, quæ quidem ratio non procedit in Amita, ſiue in ſorore patris, per quam bona in familia non conſeruantur, ſed tranſeunt ad extraneos, *§. cæterum inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.*

Item quia cum ſtatutum loquatur de patruo non poteſt nec ex verbis extendi ad Amitam, cum iſta ſint diuerſa nomina, nec vnum veniat appellatione alterius, nam licèt in ſtatutis maſculinum concipiat fœmininum vbi verba habent determinationem à ſigno communi, ſecus tamen eſt ſi ſignum maſculinum proferatur per verba habentia diſcretiuam ſignificationem, & certam perſonam demonſtrantia, vt frater, patruus, & ſimilia, quia hoc caſu in ſtatuto correctorio maſculinum non concipit fœmininum.

Et licèt appellatione fratrum veniat

ſorores, vt dicunt DD. tamen iuxta eorundem ſententiam hoc non procedit in ſtatuto correctorio, vbi per talem interpretationem fœmina excluderet aliam fœminam defuncto proximiore.

COLLECT. 3138.

Super Gloſ. in l. cum ita, §. fideicommiſſo ff. de legat. 2.

¶ Subſtituto proximiore parente intelligitur de proximiori reſpectu ſucceſſionis.

Ait hæc Gloſa, quod proximiore parente ſubſtituto, venit proximior reſpectu ſucceſſionis, & non ſanguinis, & ita Farinac. *deciſ. Rot. Roman.* 426.

Cuius concluſionis ratio eſt, quia in materia fideicommiſſaria non conſideratur gradus reſpectu ſanguinis, ſed reſpectu ſucceſſionis ideo licet filius, & filia ſint in pari gradu reſpectu ſanguinis, ſi tamen ex forma ſtatuti in ſucceſſione non concurrunt, filius dicitur eſſe in primo gradu, & filia in ſecundo, & attenditur diſpoſitio ſtatutorum, non autem iuris communis.

Amplia hanc concluſionem procedere, & ſi vocat ſalua gradus prærogatiua, quia adhuc intelligitur de prærogatiua gradus ſucceſſionis Rubinus *deciſ.* 417. vbi dicit communem opinionem, licèt ſint aliqui contrarium tenentes, affirmat pariter idem procedere, & ſi vocati ſint proximiores gradatim, nam intelligitur de proximioribus gradatim in ſucceſſione.

Sed quæro ſi teſtator vocauerit proximiorem agnatum, & adſint agnati remotiores, ſed quia deſcendunt à fœmina eiuſdem agnationis efficiuntur proximiores, quod contingit quando fœmina eſt nupta vni de ſua agnatione, an iſti remotiores agnati ſed per fœminam facti proximiores excludant alios agnatos, qui per virilem ſexum ſunt proximiores, & pro agnato deſcendente à fœmina proximiore deciſum refert Vegius *in conſ.* 63. vbi latè hanc opinionem defendit.

COLLECT. 3139.

Super Bart. in l. cohæredi §. ex his ff. de vulg. ſubſtitut.

¶ Subſtitutio vna an & quando ab alia declaretur?

Inter cætera, quæ hic docet iſte antiquus magiſter reponit illud, quod ſi contingat dubitatio in vna ſubſtitutione, quoad habendam voluntatem teſtatoris inter alia debet recurri ad aliam ſubſtitutionem, & videre, quid in illa ſenſerit teſtator, nam vna ſubſtitutio declaratur ab alia, & ita Raudenſ. *deciſ. Rot. Piſan.* 31. *num.* 240. *parte* 1. Cauale. *deciſ. Rota Fulizanenſ.* 17. *num.* 25. & *deciſ.* 19. *num.* 67. *part.* 3. vbi dicit, & ſubſtitutionem recipere interpretationem à prohibitione alienationis.

Amplia hanc concluſionem procedere, quamuis ſubſtitutio ſequens eſſet fere clara, nam, & tunc declaratur à præcedenti, vt dictum fuit in Curia Archiepiſcopali, vbi tamen declarabatur huiuſmodi regulam non procedere quando ſubſtitutiones haberent diuerſas conditiones, & qualitates, nam tunc vna ſubſtitutio non declaratur ab alia *l. ſub conditione ff. de hæredit. inſtituend.* vel quando diuerſa ratio eſſet in vna, ac alia ſubſtitutione, vel vbicunque verba eſſent clara, aut quælibet ſubſtitutio eſſet ſeparata, & perfecta oratione terminata, quia tunc non declaratur ab alia, nec poteſt vna ſuppleri ex alia.

Sed

Sed num ſubſtitutio declaretur ab inſtitutione, ita vt prædilectus in inſtitutione dicatur, & prædilectus in ſubſtitutione? affirmatiuè decido per text. *in l.1.C.de impub. & aliis ſubſtitut.& in l.cohæredi §. qui diſcretas ff. de vulg.* & ita communiter tenere Doctores noſtros reperio.

COLLECT. 3140.

Super Aretin. in l. poſſideri in princip.num.8.ff. de acqu. poſſeſſ.

¶ *Poſſeſſione Eccleſiæ capta cenſetur etiam capta poſſeſſio bonorum, & iurium ipſius Eccleſiæ, quod declaratur.*

Concludit hic iſte Doctor, quod capta poſſeſſione Eccleſiæ cenſetur capta poſſeſſio bonorum omnium, nec non iurium dictæ Eccleſiæ, & ita voluit Rota in vna Romana Cappellaniæ Sanctę Mariæ Magdalenæ 24. Februarij 1576. coram R.P.D. Lauretano, & alias vt deducit eadem Rota *in deciſ.* 171. *& deciſ.* 199. *& deciſ.* 658.*part.2.in recent.*

Declara tamen hanc conclusionem non procedere reſpectu bonorum, & iurium, quæ poſt vacationem medio tempore fuerunt ab alio occupata Rota *deciſ.* 222.*part.1. in recent. & d. deciſ.* 171.*part.2.in recent.*

Declara etiam ſolum procedere reſpectu bonorum & iurium, in quorum poſſeſſione conſtat eccleſiam iam fuiſſe, ſecus reſpectu eorum, in quorum poſſeſſione non erat, vel poſſeſſio erat controuerſa, vt dixit Rota in Piſtorien. prioriæ 13. Martij 1615. coram R.P.D. Veroſpio.

Et nota, quod licet ex poſſeſſione eccleſiæ acquiratur poſſeſſio bonorum Eccleſiæ, non tamen è conuerſo capta poſſeſſione bonorum Eccleſiæ cenſetur capta poſſeſſio ipſius Eccleſiæ, vt fuit dictum in Mutinen. Canonicatus 14. Mart. 1605. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & in Nucerina bonorum 6. Februarij 1619. coram R. P.D. Caualerio, quia acceſſorium non trahit ad ſe principale. ſed benè è contra Surdus *deciſ.* 192.*n.*4.*&* 5.

COLLECT. 3141.

Super DD. in cap. eos qui de regular.

¶ *Profeſſio an tacitè inducatur per ſolam habitus delationem?*

Notatur hic per Doctores quod profeſſio inducitur tacitè per ſolam delationem habitus, quam concluſionem ſępę ſæpius ſequuta eſt Rota, vt *in deciſ.* 579 *part.1.in recent.*

Declara tamen hāc concluſionem, dummodo ſuſceptus habitus deferatur in ipſo Monaſterio, vt dixit Rota in Meten. profeſſionis 25. Maij 1615. coram R.P.D. Vbaldo.

Declara etiam, dummodo talis habitum deferens illum, ſuſceperit coram Abbatiſſa, & omnibus aliis monialibus ſimul, nam aliàs, ſi quis ex ſe ipſo aſſumeret habitum profeſſorum, non ſe obligaret religioni, vt diximus in Curia Archiepiſcopali.

Et ad materiam notabis huiuſmodi tacitam profeſſionem non eſſe ſublatam à Concilio Tridentino Sayr. *deciſ.* 35.*de reſcript.* Rota *deciſ.* 579.

Excluditur autem huiuſmodi tacita profeſſio ex reclamationibus, & proteſtationibus in contrarium, Rota *deciſ.* 705.*part.2. in recentioribus,* vbi plures cumulantur & *deciſ.* 705.*num.*5.*par.*2.*in recent.* vbi *ſub num.* 3. dicitur ſufficere proteſtationes, quæ habent vim.

ſufficientis reclamationis, & fuit etiam latè dictum in Brixien. Parochialis 30. Martij 1620. coram R.P.D. Vbaldo.

Prout etiam huiuſmodi tacita profeſſio deducta ex delatione habitus tollitur ex metu reuerentiali, licèt aliàs non ſufficeret ad tollendam expreſſam, Rota *dicta deciſ.* 579. *num.* 5. & plenè in dicta Brixien. Parochialis, & hoc procedit indiſtinctè etiam ſtante ſuſceptione habitus ab initio ſolemniter facta, prout tenuit Rota in Meten. profeſſionis 19. Iunij 1617. coram R. P. D. Dunozetto.

COLLECT. 3142.

Super Imol. in cap. 2. de ſolut.

¶ *Suſpenſus donec ſatisfecerit, quoad eccleſiam an indigeat abſolutione in foro exteriore.*

LAtè probat hic iſte Author illam Doctrinã Gloſæ ordinariæ *in Clement.* 1. *in verbo idoneè, de decimis*, per quam probatur, quod ſuſpenſus (donec ſatisfecerit) licet ſatisfaciat realiter, nihilominus quoad eccleſiam in foro exteriori non indiget abſolutione vel ſaltem iudicis declaratione ſuper ſatisfactione, & ita tradit Sayrus *deciſ.* 1. *de ſequeſtrat. poſſeſſ.*

Amplia præfatam concluſionem procedere etiam in interdicto poſito [donec ſatisfecerit] vt ex textu *in capit. quamquam in fine de cenſ. in* 6. in quadam cauſa declarauimus in Curia Archiepiſcopali.

Sed in foro conſcientiæ (vbi nullum dubium eſt, ſed ſtatur veritati, ſecus eſt,) vndè in conſcientia poſt factam ſatisfactionem poterit ſuſpenſus gerere ſe tanquam non ſuſpenſum, & ita quandoque conſultus reſpondi multis, atque multis vicibus.

COLLECT. 3143.

Super Abb. in cap. requiſiuit de ſponſalibus.

¶ *Sponſus ratione euitandi periculum mali exitus, an debeat cogi ad perficiendum matrimonium per verba de præſenti?*

AFfirmat hic Abbas, quod ratione euitandi periculum mali exitus non debet cogi ſponſus ad perficiendum matrimonium per verba de præſenti, ſed tantum moneri, & ita Antonin. *var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 2.

Amplia hanc concluſionem procedere, & eſſe veram etiam quando eſſet ortum capitale odium inter ſponſos, ita quod ſperetur potius ſcandalum, quam matrimonium, nam in tali caſu practicauimus quandoque in Curia Archiepiſcopali monere ſponſos, & illos non cogere.

Amplia ſecundò idem eſſe ſi adeſſet indignatio parentum ſponſi, quia in tali caſu neque poterit cogi filius ſponſus, ſed tantum moneri, ſi tamen ex tali indignatione immineret periculum amiſſionis bonorum paternorum, vel aliquid aliud præiudiciale ipſi filio ſponſo, ita determinauit Rota in vna Tullen. matrimonij die lunæ decimo tertio Maij 1596. coram R. P. D. Pegna.

Quorum omnium ratio eſt, quia licèt aliàs poſſet deueniri ad compulſionem contra illum, qui iurauit ſponſalia, *cap. ex literis de ſponſal.* Marta *deciſ.* 171. Triuiſanus *deciſ. Rot. Veneta* 9. *libro primo*, tamen quando ſubeſt iuſta, & rationabilis cauſa non contrahendi iudex debet tantum monere Franc. Marc. *deciſio. Rot. Delphinat.* 521. & *deciſio.* 744. *tom.* 2. Rot. Rom. *deciſ.* 497. *part.* 1. *diuerſ.*

Nota

Nota autem, quod prima ſponſalia non diſſoluuntur per ſecunda, etiam ſi prima non eſſent iurata, & ſecunda eſſent iurata, & etiam ſi in ſecundis ſponſalibus interueniſſet copula carnalis Antonin. *reſolut.* 79. *lib.* 1.

Et ad materiam ſupradictorum, vide quæ eleganter in ſequenti allegatione notauit Doctor Lucanus Dominus Nouarius.

QVamuis iuſtitia quam fouet Blaſius Tramunti aduerſus iudicium inſtratum per Catherinam Materam in Curia Epiſcopali Ciuitatis Sueſſæ, quod nunc in Metropolitana Curia Capuana in gradu appellationis vertitur ex prioribus Collegæ allegationibus velociori forſitan Calamo ſcriptis facilè conſtet; Nihilominus vt magis eluceſcat, & nulla poſſit tergiuerſatione in dubium reuocari, Hæc alia infraſcripta pro confirmatione adducere placuit.

Et inquiſita diligenter iterum facti veritate ex teſtibus productis per ipſam actricem contra conuentum colligitur apertè ex atteſtationibus duorum priorum teſtium, qui ſunt conteſtes; Nam reliqui ſunt ſingulares, vt infra demonſtrabitur, & propterea illorum depoſitiones ſunt reſpuendæ. Quod non ſponſalia de futuro, quę ex verbis, & mente contrahentium de futuro ſunt, vt dicitur *in cap. Noſtrates* 30. *quaſt.* 5. *& in l.* 1. *&* 2. *de ſponſalibus*. ſed coniugium, & Matrimonium Clandeſtinum inſpecta Sac. Conc. Trid. diſp. *in ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de reformat. Matrim.* contractum fuiſſe.

Quod aſſumptum licet [illegible] clarius ex ponderatione verborũ [illegible] iugalem conſenſum exprimentium probatur, dum primus teſtis ſub his formalibus verbis depoſuit.

(Che eſſo vedde detto Giouane che con detta giouane ſi diedero la fede inſieme toccandoſi la mano l'vno l'altro, & che diſſero inſieme, cioè lo giouane che non voleua altra moglie che lei, & che eſſa non voleua altro marito, che queſto, & che da là à vn poco ſe ne vſcì della caſa.)

Vnde deſcendit, quod dum inter ipſum Blaſium, & præfatam Catherinam legitimus interuenit conſenſus de præſenti, ita vt vnus alterum mutuo conſenſu verbis conſuetis expreſſo recepit vtroque dicente (ego volo te in vxorem, & ego te volo in virum) & fides interpoſita fuit, per neceſſe fatendum eſt, quod non ſponſalia de futuro, ſed matrimonium contractum fuerit.

Nec dicere oberit, quod verba prolata per primum teſtem ſcilicet [Nolo aliam in vxorem niſi te] non importent matrimonium de præſenti; Nam reſpondetur quod licèt ſit perplexa reſolutio, quoties oratio negatiua adiuncta fuerit verbo futuri temporis, ſcilicet [Non habebo aliam in vxorem niſi te,] & quando fuerit adiuncta verbo infiniti temporis, nempè promitto non ducere aliam, niſi te, prout eſt videre inter alios apud Couar. *in epitom. de matrim. part.* 2. *capit.* 4. §. 1. *numer.* 6. qui alios concordantes congerit Authores.

Tamen, quando Oratio negatiua præcedit verbo præſentis temporis, vt in iſto caſu, omnis ceſſat difficultas, quia ſit matrimonium de præſenti, vt docet Specul. *in tit. de Sponſal.* §. 1. *verſic. primo inſinuant* Jaſ. *in l. Actione num.* 5. *C. de tranſact.* vbi pariter Curt. Iun. Butr. *in cap. ex parte de ſponſal.* & ibi Panorm. in quo textu Præpoſitus communem eſſe opinionem prædicat Alex. *conſ.* 152. *volum.* 5.

Quare verbum *volo*, quando habet certam determinationem de præſenti inducit diſpoſitionem de præſenti, *l.* 2. *& leg. apud Aufidium ff. de option. legal. leg.*

Pamphilo. §. *propoſitum* vbi Bar. *num.* 1. *ff. de leg.* 3. Ferret. *conſ.* 79. *num.* 7. Menoc. *de arbitr. iudic. libr.* 2. *caſu* 496. *num* 3. Gutterez *tom.* 1. *canon. quæſt. cap.* 21. *nu.* 26. & dum verbum *volo* in caſu præſenti fuit adiunctum verbo prænotanti executionem actus perfecti nempe matrimonij, nempe [volo te in vxorem, & volo te in virum] matrimoniũ fuiſſe conſtat, de facitur ex textu *in ca. pen. de ſponſ. & in cap. ex parte eod. tit.* vbi inſinuant DD. & præcipuè Hoſtienſ. Abb. *in cap. ex literis.* & Jo. de Lign. *in cap. tua extra d. tit.* Afflict. *in conſtit. regni ſancimus de matrim. public. contrahen. num.* 5. Couar. *in epitom. de matrim. part.* 2. *cap.* 4. §. 1. *num.* 4. Decian *conſ.* 163. Alex. *conſ.* 154 *vol.* 5. Boer. *conſ.* 40. *nu.* 24. Ferret. *conſ.* 86. *num.* 1. Pater Sanchez *in ſuo tract. de matrim. tit. de ſponſal. libr.* 1. *cap.* 18. *n.* 10.

Et quia in eo forma, & ſolemnitas præſcripta in præcitato canone Sacri Concil. Trident. *in ſeſſ. præalleg.* ſeruata minimè fuit, matrimonium nullum, & irritum in contemptum dicti canonis eſt, & ita tam canoniſtarum, quam Theologorum ſchola docet, quo fit, vt alter eorum cogi nequeat ad ſeruandam fidem, & matrimonium contrahendum, & ſi ſecuta eſſet copula carnalis, vt poſt Pariſ. Plot. Caſſan. Diaz. Bart. Cepol. & alios in terminis aſſeuerat Cauale. *indic. primi lib. deciſ. in verbo matrimonium num.* 5. quinimò cõtrahentibus licitum eſt propria authoritate abſque vlla iudicis ſententia reſilire, Nauar. *conſ.* 1. *de ſponſal.* Sayr. *deciſ.* 1. *eod. tit.*

Nec facit ad rem, quod obiicitur ex aduerſo, quod imò ex atteſtationibus aliorum teſtium inductorum ſponſalia de futuro probata ſunt.

Quia ruminando dictorum teſtiũ dicta, oculo tamen iuridico colligitur, quod dum non deponunt de verbis prolatis ob ipſis contrahentibus legitimum conſenſum exprimentibus, ſponſalia non probant, cum in valentibus loqui verba neceſſaria ſunt ad ſponſalia contrahenda non obſtare, probat text. *in cap. tuæ de ſponſal. ibi, ſed neceſſaria ſunt quantum ad eccleſiam verba conſenſum exprimentia de præſenti.*

Item probat text. *in cap. pen. extr. eod. ibi, ſi inter virum, & vxorem legitimus conſenſus interueniat de præſenti,* ita quòd vnus alterum mutuò conſenſu verbis conſuetis expreſſo recipiat vtroque dicente, Ego te in meam accipio, & Ego te accipio in meum, vel alia verba conſenſum exprimentia de præſenti.

Similiter deducitur ex textu *in cap. conſultationi eodem titulo, ibi, ſed metu illato compulſus verba protuliſſet conſenſum.*

Et ſimiliter deducitur ex textu *in cap. licet de ſponſ. duorum.*

Ibi, itaut vnus alterum verbis conſuetis expreſsè recipiat.

Quæ omnia iura confirmat gloſ. *in cap. tua nos extra eodem titul.* Gloſ. *in l.* 4. *ff. de ſponſal. ibi, (ſufficit nudus conſenſus à ſtipulatione non à verbis)* probant idem text. *in l.* 1. & 2. *ff. de ſponſal.* Innocent. *in cap.* 1. *de ſponſal. duorum.* Decian. *conſ.* 368. *num.* 2. Couar. *in epitom. ſponſal. cap.* 3. Abb. & Felin. *in rubric. de ſponſal.*

Præterea, quod dum tertius teſtis deponit de acto geſto coram ipſo, & duobus aliis primis teſtibus & ipſe variat ab illis, qui formiter deponant de [illegible] matrimonium inducenti[illegible] primus teſtis in fine ſuæ [illegible]ationis dicit, quod poſt factum narratum ab ipſo, *che il Giouane ſen' vſcì della Caſa, ne vi fù altro.* Vnde patet quod ſunt diuerſi ad inuicem circa narrationem facti ſecuti, quæ diuerſitas detegit calumniam, & arguit falſitatem

ſitatem, *cap. cum olim de priuileg.* ponit Bal. *in leg. Noſtrum colu.* 2. *Cod. de teſtibus* Brunor. *à Sole in conſ. vnico criminali nu.* 3. & ideò repelluntur *leg. qui falsò ff. de teſtibus capit. ſuper his de pœnis* Marſil. *ſingular.* 103. Damaud. *in prax. rer. ciuil. capit.* 171. *num.* 14. Berber. *in viator. tit.* 2. *numer.* 72.

Et cum dictus teſtis ſit ſingularis in dicto ſuo, nulla vis facienda eſt in eius depoſitione, quare vt ſingularis nil probat *cap. Cauſam ibique Gloſ. in verbo. ſingularis de probat.* Nam ſingularitas idem eſt quod vnitas, at vnicus teſtis non probat, ergo nec ſingularis, ita Bald. *in l. iuriſiurandi numer.* 4. *de teſtibus.* Petra *de fideicom. quaeſt.* 12. *num.* 485. & tantum probant mille teſtes ſingulares, quantum probat vnus, DD. *in leg. iuriſiurandi Cod. de teſtibus* latè Gabriel *conclu.* 1. *de teſtibus* Gail *obſeru.* 66. *num.* 10. *lib.* 2.

Nec minus obſtat, quod depoſuit Beatrix Matera ſecunda teſtis de ſecundo actu, ſeu de præcedenti actu ſequuto inter Blaſium, & Catherinam, quia in eo non habet conteſtem, prout non habent alij duo vltimi teſtes, quò fit vt ſingulares non probent ex iurib. ſupra allegatis.

Nec obſtabit allegare, quod tale matrimonium tranſit in ſponſalia de futuro, nam licèt non ignoremus aliquos grauiſſimos Doctores affirmatiuam opinionem tenuiſſe, Nihilominus in contrarium affirmamus opinionem negatiuam magis tutam, & iuri conſonam eſſe, cum qua tranſit Nauar. *conſ.* 1. *nu.* 3. *de ſponſal. & conſ.* 321. *de clandeſtin. ſponſal.* Azeued. *in lib.* 1. *num.* 23. & 33. *tit. lib.* 5. *nouæ recopil.* Ledeſma *de matrim. quaeſt.* 45. *num.* 5. *quaeſt.* 2. *poſt dub.* 4. *conclu.* 1. Ceual. *in Specul. commun. contra commun. queſt.* 604. *num.* 79. Sanch. *de matrimon. lib.* 1. *diſput.* 20. *num.* 4. Guttie. *de iuram. confirm. p.* 1. *cap.* 51. *nu.* 25. Segur. *in direct. iudic. pag.* 2. *cap.* 15. *num.* 42. *in fin.*

Nec contra nos erit exceptio periurij, nam ſatis certa eſt iuris concluſio iuramentum ſortiri naturam contractus, cui accedit *leg. fin. C. de non numer. pecun. leg. fin. ff. qui ſatiſdar. cog.* Cephal. *conſ.* 34. *num.* 37. Roland. à Vall. *conſilio* 94. *numero* 13. *lib.* 1. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 64. *numero* 15.

Et cum dictus contractus ſit non ſolum nullus, ſed catò omnino, & totaliter nullus, vt Sanchez notat. *dict. lib.* 1. *diſput.* 20. *num.* 4. iuramentum ſimiliter eſt nullum Afflict. *dec.* 60. Cappell. Tholoſ. *deciſ.* 383. Roland. à Vall. *conſil.* 57. *num.* 56. *lib.* 3.

Sed vt clarior appareat iuſtitia eiuſdem clientuli firmiter defendimus, quod quatenus aſſumptum actricis circa ſponſalia de futuro ſubſiſteret, nec præcisè ad contrahendum compellendus eſt, ſed tantum monendus ſi attendimus terminos textus *in capit. requiſiuit de ſponſalibus*, Ibi monenda eſt potius quam cogenda, cum coactiones difficiles malos ſoleant frequenter exitus habere, Cened. *collect.* 161. Farinac. *deciſ.* 69. *num.* 16. *part.* 4. & ita conſuluit Ferret. *conſil.* 171. reſpondens ad contrarietatem, quę inducitur ex textu *in cap. ex literis eod. tit.* & ita ex profeſſo reponit Segur. *in direct. Iudic. cap.* 15. *n.* 6. *par.* 2. Sot. *in* 4. *Sentent. diſtinct.* 27. *quaeſt.* 2. *artic.* 1. Veracruz. *in Specul. coniug. art.* 25. *per totum.* Couar. *in epitom. de ſponſal. cap.* 4. *num.* 5. Sarmient. *lib.* 1. *ſelect. cap.* 5. Matienſ. *in Rubric. de matrim. gloſ.* 1. *num.* 43. Perez. *in l.* 1. *gloſ.* 1. *columna quarta verſic. in oppoſitum titulo primo, lib.* 5. & alij plures quos conſulto omittimus.

Nec obſtat text. *in cap. ex literis, cum alijs adductis per Martam deciſ.* 172. quia non loquitur indiſtinctè, & generaliter, ſed cauſatiuè dum dixit [compellas vt ipſam in vxorem accipiat maritali affectione pertractet, niſi ratio-

priuilegia in 6. ampliat. ff. de priuileg. creditor. Negul. *de pignor. in 2. memb. 5 part. nu.* 10. & Ideo qui eſt prior in tempore pro ſorte principali præfertur etiã pro intereſſe ipſius, vt notãt cõmuniter DD. *in eadem l. Lucius.* Cacher. *in deciſ. Pedemont.* 129. *n.* 12. vſura enim, & acceſſiones veniunt ſecũdum naturã ipſius actionis, vnde tacita hypotheca, quę cõpetit pro dote competit etiam pro fructibus, & intereſſe, prout probat Neguſ. *in tract. de pignor. in 4. membr. 2. part. nu.* 55. *& ſeq.* quem refert Couarr. *in cap. Imperiali de prohibit. feud. alienat. per Feder. fol.* 81. *liter.* E. qui *fol.* 51. *col.* 4. *lit.* V. reprehendendo Afflict. pluribus rationibus concludit quod aſſenſus præſtitus ſuper obligatione bonorum feudalium pro dote, cenſetur etiam ex vi comprehenſionis præſtitus ſuper intereſſe debito ob retardatam eius ſolutionem, & præcipuè mouetur, quia dos, & intereſſe conſiderantur, vt vnum, & idem non vt duo ſeparata, *l. quicunque* §. *penult. ff de inſtit.* & Dominus conſentiendo obligationi pro dote cenſetur quoque cogitaſſe de eius intereſſe quod venit in conſequentiam ipſius, *leg. quamquam ff. de rit. nup.* pro qua concluſione allegat Andr. *in conſtit. Regni in aliquibus in verbo quintum decimum colu.* 7. *in fin.* qui ex eadem ratione tenet quod ſi vir retineat pignus pro paragio vxori debito vigore illius conſtitutionis non tenetur fructus in ſortem computare, pro vt alij creditores, iuxta notata *in cap. ſalubriter de vſuris:* Nam dum pignus conceditur à lege reſpectu rei principalis cenſetur etiam conceſſa lucrifactio fructuũ, ex quo Merito de Ponte *in ſuo conſ.* 76. *num.* 6. *& ſeq. vol.* 1. late probat, quod aſſenſus præſtitus in obligatione rerum feudalium pro venditione annuorum introituum comprehendit etiam intereſſe tertiarum tamquam acceſſorium, qui in *deciſ.* 34. *num.* 39. firmat diſpoſitionem *authent. res quæ C. commun. de leg.* procedere etiam pro intereſſe dotis, vt etiam tradit Baiz. *in deciſ. Bonon* 108. *nu.* 15. *& ſeq.*

Nec obſtat illud, quod opponitur præfatum pactum eſſe pænale ſi quidem hæc prætenſio veritati non indicitur, cum per illud mandetur fieri reſtitutionem rei captæ, vndè iſta reſtitutio dicitur eſſe de re aliena, & non de propria, cum proprium non poſſit dici reſtitui, ſed dari, alienum ſiquidem reſtituitur *l. qui reſtituere ff. de rei vendicat. l. ſic itaque inſtit. de act.* ideò quamuis *in leg. ſi quis maior, C. de tranſact.* dicatur reſtituta pæna, tamen DD. interpretantur illud verbum *reſtituta*, ideſt *data*, cum aliàs non eſſet pœna, quia ibi pro pœna ſuum datur, & non alienum, quod propriè cadit in reſtitutione, Salic. *in dict. l. ſi quis maior col.* 2. *in princip. nu.* 7. *& col.* 5. *in fine nu.* 15. & ibi Alciat *nu.* 68. latè Parpal. *nu* 48. *& ſeq.* per tex *in l.* 1. *ad finem* vbi Gloſ. *in verbo hoc interdum*, & Bart. *numero* 5. *ff. quorum bonorum* Bal. *in l. cum etiam in* 2. *notab.* & ibi addentes in verbo *Reddi, C. de reb. credit. & in l. mancipia in fine ff. de ſeru fugitiuis.*

Ex quibus omnibus, & alijs, quæ breuitatis gratia omittuntur reſultat deciſio articuli dat. Neapol. die 15. Februarij. 1615.

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 3132.
Super Gloſſ. in capite 2. de teſtibus in 6.

¶ *Confeſſio prælati an, & quando præiudicet eccleſiæ?*

GLoſa hic in verbo conuentum affirmat, quod confeſſio prælati non præiudicat eccleſiæ, & ita Rota in Veronen. iuriſdictionis 18. Martij 1596. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, eadem Rota *deciſion.* 334. *& deciſ.*

Digitized by Google

deciſ.480.*part*.1.*in recent*. & in Romana cenſus Lunæ 23. Junij 1608. coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio tunc Rotæ Aud. & deinde Sanctiſſimo Gregorio XV. verum dicta concluſio recipit multas declarationes, & limitationes.

Et primò non procedit ſi ſit aliunde adminiculata, Rota *dicta deciſ.* 334. *ſub num.*2. *& deciſ.*177. *num.* 5. *parte* 2. *diuerſorum*. Mantica *deciſ.* 39. *numero primo*, ſufficit quod habeat aſſiſtentiam, ſeu præſumptionem iuris pro ſe, Rota *deciſ.*141. *num.* 6. *part.* 2. *diuerſ.*

Secundò præiudicat quando confeſſio cōcernit actum geſtum ab ipſomet Prælato, qui confitetur Jaffred. *deciſ.*60.*tom.*3.

Tertiò præiudicat quando eſt facta in iudicio per modum contentioſæ iuriſdictionis Rota *deciſ.* 141. *num.* 4. *& deciſ.*666.*num.*.5.*part.*2. *diuerſor.* & fuit dictum in Regien. penſionis coram Orano.

Quartò præiudicat quando non eſt vnica, ſed geminata, & ſæpius repetita, ita limitauit Rota in Conchen. Decimarum de Belmonte primo Junij 1619. coram R.P.D. Dunozet. & generaliter eſt verum, quod ſaltem confeſſio Prælati maximum præbet argumentum, quod ita res ſe habeat, Rota *deciſ.*293.*num.*3.*part.*1.*diuerſorum*, & ideo donec de contrario non conſtet videtur quod ſit attendenda, vt dixit Rota *deciſ.*291.*n.*8.

COLLECT. 3133.

Super Conſil. Tridentin. ſeſſ.23. capit. 13.

¶ Ordines ſunt conferendi ſeruatis temporum interſtitiis, niſi adſit legitima cauſa.

Seruatis temporum interſtitiis conferendi ſunt ordines videlicet vno anno elapſo poſt ſuſceptionem vltimi minoris ad ſubdiaconatum, iterum ad Diaconatum poſt annum, & poſt alium ad preſbyteratum.

Limitatur enim exiſtentibus legitimis cauſis, quo caſu poteſt epiſcopus diſpenſare Jaffred. *deciſ.* 23. & epiſcopus ſuper interſtitiis temporum cum ordinando diſpenſare cenſetur ſi illū ad ordines aſſumat, ſciens non elapſum anni curriculum, Megall. *deciſ.*28.

Amplia, vt facultas prædicta remittendi interſtitia epiſcopo conceſſa tranſit in capitulum ſede vacante, Bal. *deciſ.*17.

Amplia ſecundò, vt tranſeat etiam in Vicarium eiuſdem capituli Farinac. *deciſ.*1.

Amplia tertiò, vt epiſcopus ordinans ſubditum non ſeruatis interſtitiis nullam pœnam incurrat.

Notabis tamen duo in hac materia & primo Ordinator ſuper temporum interſtitiis cum non Diœceſano ad ſuſcipiendos Ordines diſpenſare non poteſt, niſi hoc in dimiſſoriis expreſſe concedatur, ita fuiſſe reſponſum à Sacra Congreg. Epiſcoporum Epiſcopo de Alex. die 9. Auguſti 1593.

Secunda diſpenſatio hæc interſtitiorum pertinet ad Epiſcopum etiam reſpectu religioſorum Megall. *deciſ.*16. & aliquid per Rot. apud Farin. 185.

COLLECT. 3134.

Super Bal. in auth. quas ruinas num. 4. C. de ſacroſanct. eccleſ.

¶ Emphyteuſis ad tertiam generationem comprehendit etiam pronepotes.

Emphyteuſis conceſſa alicui ad tertiam ipſius generationem comprehendit etiam pronepotes, h. d.

Bald. *in hac l. & numero*, & ita pluries voluit Rota & præciſè in vna Villæ Caprarolæ 11. Maij 1592. coram R. P.D. tunc Decano, & in vna Aſſiſſien. emphyteuſis 13. Nouembris 1598. coram Gypſio, & in Romana domus 4. Maij 1609. coram R.P.D. Sacrato.

Et quod pronepotes includantur in conceſſione emphyteuſis facta ad tertiam generationem præter has allegatas deciſiones, latè etiam fuit ſecuta Rota *in deciſ.* 305. *part.* 1. *in recent.* & in Romana domorum 25. Maij 1616. coram R.P.D. Vbaldo, vbi dicitur hoc procedere non obſtante, quod in inueſtituris antiquis non adeſſet dictio *ipſius*, quam etiam opinionem latè ſecuti fuerunt R. P. D. Manzanedus, & Caualerius in eorum voto deciſiuo prolato in cauſa Senogallien. Caſtrorum inter Sereniſſimum Vrbini ducem & D. Marchionem de Ruere.

Quare cum aliquando caſus accidiſſet in noſtra Curia Archiepiſcopali, ab hac opinione vti magis communi, & veriori nullatenus diſceſſimus, & ita menſibus elapſis conſului in cauſa Joannis Thomæ Salati, cum hæredibus Marci Antonij Infornuti, & Laurentij de Stellauato.

COLLECT. 3135.

Super Gloſ. in cap. ſi eo tempore in verbo effectus de reſcr. in 6.

¶ Examinis tempore ſcientia eſt neceſſaria.

SCientiam eſſe neceſſariam tempore examinis concludit iſta Gloſa.

Tu autem pro ornatu notabis, quod non eſt locus nouo examini, quando tantum temporis interuallum interceſſit, vt quis potuerit fieri doctus, & idoneus, vt voluit Rota in Calaguritana Beneficij de Ceruera 8. Februarij 1591. coram R. P. D. tunc Decano Rota *deciſ.* 505. *part.* 2. *in recent.* vbi benè ponderatur literaturam eſſe habitum acquiſitum non iuratum, & ideò non inferri ex præſenti ad tempus præteritum.

Aduerte tamen, quod ſi appellans ſtatim adierit iudicem appellationis, & obtulerit ſe examini non eſt, quod ei imputetur, ſi ſtatim non fuerit examinatus, vt conſtat ex Seraphino *deciſ.* 968.

Et vltra notata in hac materia examinis, quod nouum examen eſt vnus ex modis probandi ſcientiam concurrentium, & grauamen examinatorum Rota *deciſ.* 8. *de probat. in nouis*, *& deciſ.* 18. *de conceſſ. prabend.* etiam in nouis, & fuit pariter dictum in Calaguritana de munilla 15. Junij 1612. coram R.P.D. Coccino hodie Decano.

COLLECT. 3136.

Super Alex. in l. quædam §. nihil num. 6. ff. de edendo.

¶ Emphyteuſis eccleſiaſtica an & quando tranſeat ad perſonas extraneas?

EMphyteuſim eccleſiaſticam non eſſe tranſitoriam ad perſonas extraneas annuit hic iſte Author, & ita communi calculo ſenſerunt Doctores, & ſæpe ſæpius determinauit Rota.

Declara tamen non habere locum hanc concluſionem, quando notabilis ſumma ſolueretur pro canone, & non minima res, quia cum in tali caſu potius cenſetur ſapere locationem, quam emphyteuſim, ideò eſſet tranſitoria ad hæredes Surd. *deciſ.* 198.

Et aduerte, quod licèt per clauſulam

lam (& quibus dederit) cenſeatur data facultas alienandi, tamen id intelligitur cum grano ſalis, nempè, vt detur facultas alienandi primo acquirenti, Rota *deciſ. 11. part. 1. diuerſ.* & fuit dictum in Romana domus 9. Martij 1609. coram R. P. D. Manzanedo.

Cuius occaſione primi acquirentis notabis, quod Rota tenet opinionem, quod primus acquirens poſſit præiudicare comprehenſis Seraphin. *deciſ. 579. num. 19.* Rota *deciſ. 435. ſub num. 13. & deciſ. 438. ſub numer. 1. part. 1. in recentiorib.* & fuit dictum in Romana domus 28. Junij 1613. coram R.P.D. Coccino Decano, & in ciuitatis Caſtelli domus liuellariæ 12. Maij 1616. coram R.P.D. Caualerio, & alias deciſiones refert, & ſequitur Gratian. *diſceptat. cap. 405. num. 1.* vbi teſtatur de communi, & magis communi; quæ opinio Rotæ habet locum, quando inueſtitura fuit acquiſita mediante pecunia, ſecus ſi ex mera liberalitate concedentis, quia tunc non poteſt primus acquirens præiudicare comprehenſis iuxta diſtinctionem, de qua per Surd. *deciſ. 190. num. 2.* & expreſſe ſecuta fuit Rota in Viterbienſ. Caſtrorum 14. Decembris 1616. coram Cardinali Sacrato, & videtur fuiſſe de mente Rotæ *in dicta deciſ. 435. ſub num. 13. verſ. tantò magis quia*, vbi pro cauſa onéroſa conſideratur quod primus acquirens in ingreſſu ſoluit quandam quantitatem pecuniæ, & deinde fecit melioramenta notabilis valoris, & optimè Mareſcott. *variar. lib. 1. cap. 74. num. 1. & 2.* vbi allegat deciſiones Rotæ, & *in fine num. 2.* dicit ab hac diſtinctione non eſſe in practica recedendum, prout ita cum effectu ego practicaui in cauſa Notarij Mercurialis de Paciello de anno 1624.

COLLECT. 3137.

Super Bal. in l. illam C. de collationibus.

§ *Statutum excludens matrem non comprehendit amitam.*

BAldus communiter receptus firmat hic, & eſt in opinione, quod ſtante ſtatuto excludente matrem propter patruum non venit Amita, ita vt non porrigat vires ſuas ad Amitam.

Pro cuius Doctrinæ confirmatione aduertas, illam eſſe receptam in Romana Rota, vt fuit tentum in vna Auſculana bonorum 23. Martij 1590. coram R. P. D. Bubalo.

Et notabis, quod cum caſus accidiſſet in facto iuxta eandem ſententiam conſului requiſitus quid ſentirem, & mouebar ea ratione, quia huiuſmodi ſtatuta ſolent conſiderare conſeruationem agnationis, & quod bona conſeruentur in familia, quæ quidem ratio nón procedit in Amita, ſiue in ſorore patris, per quam bona in familia non conſeruantur, ſed tranſeunt ad extraneos, *§. cæterum inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.*

Item quia cum ſtatutum loquatur de patruo non poteſt nec ex verbis extendi ad Amitam, cum iſta ſint diuerſa nomina, nec vnum veniat appellatione alterius, nam licèt in ſtatutis maſculinum concipiat fœmininum vbi verba habent determinationem à ſigno communi, ſecus tamen eſt ſi ſignum maſculinum proferatur per verba habentia diſcretiuam ſignificationem, & certam perſonam demonſtrantia, vt frater, patruus, & ſimilia, quia hoc caſu in ſtatuto correctorio maſculinum non concipit fœmininum.

Et licèt appellatione fratrum veniāt

ſorores, vt dicunt DD. tamen iuxta eorundem ſententiam hoc non procedit in ſtatuto correctorio, vbi per talem interpretationem fœmina excluderet aliam fœminam defuncto proximiore.

COLLECT. 3138.

Super Gloſ. in l. cum ita, §. fideicommiſſo ff. de legat. 2.

¶ *Subſtituto proximiore parente intelligitur de proximiori reſpectu ſucceſſionis.*

AIt hæc Gloſa, quod proximiore parente ſubſtituto, venit proximior reſpectu ſucceſſionis, & non ſanguinis, & ita Farinac. *deciſ. Rot. Roman.* 416.

Cuius concluſionis ratio eſt, quia in materia fideicommiſſaria non conſideratur gradus reſpectu ſanguinis, ſed reſpectu ſucceſſionis ideo licet filius, & filia ſint in pari gradu reſpectu ſanguinis, ſi tamen ex forma ſtatuti in ſucceſſione non concurrunt, filius dicitur eſſe in primo gradu, & filia in ſecundo, & attenditur diſpoſitio ſtatutorum, non autem iuris communis.

Amplia hanc concluſionem procedere, & ſi vocat ſalua gradus prærogatiua, quia adhuc intelligitur de prærogatiua gradus ſucceſſionis Rubinus *deciſ.* 417. vbi dicit communem opinionem, licèt ſint aliqui contrarium tenentes, affirmat pariter idem procedere, & ſi vocati ſint proximiores gradatim, nam intelligitur de proximioribus gradatim in ſucceſſione.

Sed quid ſi teſtator vocauerit proximiorem agnatum, & adſint agnati remotiores, ſed quia deſcendunt à fœmina eiuſdem agnationis efficiuntur proximiores, quod contingit quando fœmina eſt nupta vni de ſua agnatione, an iſti remotiores agnati ſed per fœminam facti proximiores excludant alios agnatos, qui per virilem ſexum ſunt proximiores, & pro agnato deſcendente à fœmina proximiore deciſum refert Vegius *in conſ.* 63. vbi latè hanc opinionem defendit.

COLLECT. 3139.

Super Bart. in l. cohæredi §. ex his ff. de vulg. ſubſtitut.

¶ *Subſtitutio vna an & quando ab alia declaretur?*

INter cætera, quæ hic docet iſte antiquus magiſter reponit illud, quod ſi contingat dubitatio in vna ſubſtitutione, quoad habendam voluntatem teſtatoris inter alia debet recurri ad aliam ſubſtitutionem, & videre, quid in illa ſenſerit teſtator, nam vna ſubſtitutio declaratur ab alia, & ita Raudenſ. *deciſ. Rot. Piſan.* 31. *num.* 140. *parte* 1. Caualc. *deciſ. Rota Fuizanenſ.* 17. *num.* 25. *& deciſ.* 19. *num.* 67. *part.* 3. vbi dicit, & ſubſtitutionem recipere interpretationem à prohibitione alienationis.

Amplia hanc concluſionem procedere, quamuis ſubſtitutio ſequens eſſet fere clara, nam, & tunc declaratur à præcedenti, vt dictum fuit in Curia Archiepiſcopali, vbi tamen declarabatur huiuſmodi regulam non procedere quando ſubſtitutiones haberent diuerſas conditiones, & qualitates, nam tunc vna ſubſtitutio non declaratur ab alia *l. ſub conditione ff de heredit. inſtituend.* vel quando diuerſa ratio eſſet in vna, ac alia ſubſtitutione, vel vbicunque verba eſſent clara, aut qualiber ſubſtitutio eſſet ſeparata, & perfecta oratione terminata, quia tunc non declaratur ab alia, nec poteſt vna suppleri ex alia.

Sed

Sed num ſubſtitutio declaretur ab inſtitutione, ita vt prædilectus in inſtitutione dicatur, & prædilectus in ſubſtitutione? affirmatiuè decido per text. *in l.1.C.de impub. & aliis ſubſtitut.& in l.cohæredi §. qui diſcretas ff. de vulg.* & ita communiter tenere Doctores noſtros reperio.

COLLECT. 3140.

Super Aretin. in l. poſſideri in princip.num.8.ff. de acqu. poſſeſſ.

¶ *Poſſeſſione Eccleſiæ capta cenſetur etiam capta poſſeſſio bonorum, & iurium ipſius Eccleſiæ, quod declaratur.*

Concludit hic iſte Doctor, quod capta poſſeſſione Eccleſiæ cenſetur capta poſſeſſio bonorum omnium, nec non iurium dictæ Eccleſiæ, & ita voluit Rota in vna Romana Cappellaniæ Sanctę Mariæ Magdalenæ 24. Februarij 1576. coram R.P.D. Lauretano, & alias vt deducit eadem Rota *in deciſ.* 171. *& deciſ.* 199. *& deciſ.* 658.*part. 2.in recent.*

Declara tamen hanc concluſionem non procedere reſpectu bonorum, & iurium, quæ poſt vacationem medio tempore fuerunt ab alio occupata Rota *deciſ.* 222.*part.1. in recent. & d. deciſ.* 171.*part.2.in recent.*

Declara etiam ſolum procedere reſpectu bonorum & iurium, in quorum poſſeſſione conſtat eccleſiam iam fuiſſe, ſecus reſpectu eorum, in quorum poſſeſſione non erat, vel poſſeſſio erat controuerſa, vt dixit Rota in Piſtorien. prioriæ 13. Martij 1615. coram R.P.D. Veroſpio.

Et nota, quod licet ex poſſeſſione eccleſiæ acquiratur poſſeſſio bonorum Eccleſiæ, non tamen è conuerſo capta poſſeſſione bonorum Eccleſiæ cenſetur capta poſſeſſio ipſius Eccleſiæ, vt fuit dictum in Mutinen. Canonicatus 14. Mart. 1603. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & in Nucerina bonorum 6. Februarij 1619. coram R.P.D. Caualerio, quia acceſſorium non trahit ad ſe principale. ſed benè è contra Surdus *deciſ.*192.*n.*4.*&* 5.

COLLECT. 3141.

Super DD. in cap. eos qui de regular.

¶ *Profeſſio an tacitè inducatur per ſolam habitus delationem?*

Notatur hic per Doctores quod profeſſio inducitur tacitè per ſolam delationem habitus, quam concluſionem ſępę ſæpius ſequuta eſt Rota, vt *in deciſ.*579 *part.1.in recent.*

Declara tamen hāc concluſionem, dummodo ſuſceptus habitus deferatur in ipſo Monaſterio, vt dixit Rota in Meten. profeſſionis 25. Maij 1615. coram R.P.D. Vbaldo.

Declara etiam, dummodo talis habitum deferens illum, ſuſceperit coram Abbatiſſa, & omnibus aliis monialibus ſimul, nam aliàs, ſi quis ex ſe ipſo aſſumeret habitum profeſſorum, non ſe obligaret religioni, vt diximus in Curia Archiepiſcopali.

Et ad materiam notabis huiuſmodi tacitam profeſſionem non eſſe ſublatam à Concilio Tridentino Sayr. *deciſ.* 35.*de reſcript.* Rota *deciſ.*579.

Excluditur autem huiuſmodi tacita profeſſio ex reclamationibus, & proteſtationibus in contrarium, Rota *deciſ.*705.*part.2. in recentioribus*, vbi plures cumulantur & *deciſ.*705.*num.*5.*par.*2.*in recent.* vbi *ſub num.* 3. dicitur ſufficere proteſtationes, quæ habent vim.

ſufficientis reclamationis, & fuit etiam latè dictum in Brixien. Parochialis 30. Martij 1620. coram R.P.D. Vbaldo.

Prout etiam huiuſmodi tacita profeſſio deducta ex delatione habitus tollitur ex metu reuerentiali, licèt aliàs non ſufficeret ad tollendam expreſſam, Rota *dicta deciſ. 579. num. 5.* & plenè in dicta Brixien. Parochialis, & hoc procedit indiſtinctè etiam ſtante ſuſceptione habitus ab initio ſolemniter facta, prout tenuit Rota in Meten. profeſſionis 19. Iunij 1617. coram R. P. D. Dunozetto.

COLLECT. 3142.

Super Imol. in cap. 2. de ſolut.

¶ *Suſpenſus donec ſatisfecerit, quoad eccleſiam an indigeat abſolutione in foro exteriore.*

LAtè probat hic iſte Author illam Doctrinã Gloſæ ordinariæ *in Clement. 1. in verbo idoneè, de decimis*, per quam probatur, quod ſuſpenſus (donec ſatisfecerit) licet ſatisfaciat realiter, nihilominus quoad eccleſiam in foro exteriori non indiget abſolutione vel ſaltem iudicis declaratione ſuper ſatisfactione, & ita tradit Sayrus *deciſ. 1. de ſequeſtrat. poſſeſſ.*

Amplia præfatam concluſionem procedere etiam in interdicto poſito [donec ſatisfecerit] vt ex textu *in capit. quamquam in fine de cenſ. in 6.* in quadam cauſa declarauimus in Curia Archiepiſcopali.

Sed in foro conſcientiæ (vbi nullum dubium eſt, ſed ſtatur veritati, ſecus eſt,) vndè in conſcientia poſt factam ſatisfactionem poterit ſuſpenſus gerere ſe tanquam non ſuſpenſum, & ita quandoque conſultus reſpondi multis, atque multis vicibus.

COLLECT. 3143.

Super Abb. in cap. requiſiuit de ſponſalibus.

¶ *Sponſus ratione euitandi periculum mali exitus an debeat cogi ad perficiendum matrimonium per verba de præſenti?*

AFfirmat hic Abbas, quod ratione euitandi periculum mali exitus non debet cogi ſponſus ad perficiendum matrimonium per verba de præſenti, ſed tantum moneri, & ita Antonin. *var. reſolut. lib. 1. reſolut. 2.*

Amplia hanc concluſionem procedere, & eſſe veram etiam quando eſſet ortum capitale odium inter ſponſos, ita quod ſperetur potius ſcandalum, quam matrimonium, nam in tali caſu practicauimus quandoque in Curia Archiepiſcopali monere ſponſos, & illos non cogere.

Amplia ſecundò idem eſſe ſi adeſſet indignatio parentum ſponſi, quia in tali caſu neque poterit cogi filius ſponſus, ſed tantum moneri, ſi tamen ex tali indignatione immineret periculum amiſſionis bonorum paternorum, vel aliquid aliud præiudiciale ipſi filio ſponſo, ita determinauit Rota in vna Tullen. matrimonij die lunæ decimo tertio Maij 1596. coram R. P. D. Pegna.

Quorum omnium ratio eſt, quia licèt alias poſſet deueniri ad compulſionem contra illum, qui iurauit ſponſalia, *cap. ex literis de ſponſal.* Marta *deciſ. 171.* Triuiſanus *deciſ. Rot. Veneta 9. libro primo*, tamen quando ſubeſt iuſta, & rationabilis cauſa non contrahendi iudex debet tantum monere Franc. Marc. *deciſio. Rot. Delphinat. 521. & deciſio. 744. tom. 2.* Rot. Rom. *deciſ. 497. part. 1. diuerſ.*

Nota

Nota autem, quod prima ſponſalia non diſſoluuntur per ſecunda, etiam ſi prima non eſſent iurata, & ſecunda eſſent iurata, & etiam ſi in ſecundis ſponſalibus interueniſſet copula carnalis Antonin. *reſolut.* 79. *lib.*1.

Et ad materiam ſupradictorum, vide quæ eleganter in ſequenti allegatione notauit Doctor Lucanus Dominus Nouarius.

QVamuis iuſtitia quam fouet Blaſius Tramunti aduerſus iudicium intẽtatum per Catherinam Materam in Curia Epiſcopali Ciuitatis Sueſſæ, quod nunc in Metropolitana Curia Capuana in gradu appellationis vertitur ex prioribus Collegæ allegationibus velociori forſitan Calamo ſcriptis facilè conſtet; Nihilominus vt magis eluceſcat, & nulla poſſit tergiuerſatione in dubium reuocari, Hæc alia infraſcripta pro confirmatione adducere placuit.

Et inquiſita diligenter iterum facti veritate ex teſtibus productis per ipſam actricem contra conuentum colligitur apertè ex atteſtationibus duorum priorum teſtium, qui ſunt conteſtes; Nam reliqui ſunt ſingulares, vt infra demonſtrabitur, & propterea illorum depoſitiones ſunt reſpuendæ. Quod non ſponſalia de futuro, quę ex verbis, & mente contrahentium de futuro ſunt, vt dicitur *in cap. Noſtrates* 30. *quaſt.* 5. *& in l.* 1. *&* 2. *de ſponſalibus*. ſed coniugium, & Matrimonium Clandeſtinum inſpecta Sac. Conc. Trid. diſp. *in ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de reformat. Matrim.* contractum fuiſſe.

Quod aſſumptum luce [illegible] clarius ex ponderatione verborũ [illegible] iugalem conſenſum exprimenti[illegible]n probatur, dum primus teſtis ſub his formalibus verbis depoſuit.

(Che eſſo vedde detto Giouane che con detta giouane ſi diedero la fede inſieme toccandoſi la mano l'vno l'altro, & che diſſero inſieme, cioè lo giouane che non voleua altra moglie che lei, & che eſſa non voleua altro marito, che queſto, & che da là à vn poco ſe ne vſci della caſa.)

Vnde deſcendit, quod dum inter ipſum Blaſium, & præfatam Catherinam legitimus interuenit conſenſus de præſenti, ita vt vnus alterum mutuo conſenſu verbis conſuetis expreſſo recepit vtroque dicente (ego volo te in vxorem, & ego te volo in virum) & fides interpoſita fuit, per neceſſe fatendum eſt, quod non ſponſalia de futuro, ſed matrimonium contractum fuerit.

Nec dicere oberit, quod verba prolata per primum teſtem ſcilicet [Nolo aliam in vxorem niſi te] non importent matrimonium de præſenti; Nam reſpondetur quod licèt ſit perplexa reſolutio, quoties oratio negatiua adiuncta fuerit verbo futuri temporis, ſcilicet [Non habebo aliam in vxorem niſi te,] & quando fuerit adiuncta verbo infiniti temporis, nempè promitto non ducere aliam, niſi te, prout eſt videre inter alios apud Couar. *in epitom. de matrim. part.* 2. *capit.* 4. §. 1. *numer.* 6. qui alios concordantes congerit Authores.

Tamen, quando Oratio negatiua præcedit verbo præſentis temporis, vt in iſto caſu, omnis ceſſat difficultas, quia ſit matrimonium de præſenti, vt docet Specul. *in tit. de Sponſal.* §. 1. *verſic. primo inſinuant* Iaſ. *in l. Actione num.* 5. *C. de tranſact.* vbi pariter Curt. Iun. Burr. *in cap. ex parte de ſponſal.* & ibi Panorm. in quo textu Præpoſitus communem eſſe opinionem prædicat Alex. *conſ.* 152. *volum.* 5.

Quare verbum *volo*, quando habet certam determinationem de præſenti inducit diſpoſitionem de præſenti, *l.* 2. *& leg. apud Aufidium ff. de option. legal. leg.*

Digitized by Google

Pamphilo.§.propoſitum vbi Bar. *num.1.ff. de leg.3.* Feriet. *conſ.79.num.7.* Menoc. *de arbitr. iudic. libr.2. caſu 196. num 3.* Gutrierez *tom.1. canon queſt. cap 21. nu. 26.* & dum verbum *volo* in caſu præſenti fuit adiunctum verbo prænotanti executionem actus perfecti nempe matrimonij, nempe [volo te in vxorem,& volo te in virum] matrimoniũ fuiſſe conſtat, de ducitur ex textu *in ca. pen.de ſponſ & in cap ex parte eod. tit.* vbi inſinuant DD. & præcipuè Hoſtienſ. Abb. *in cap. ex literis*, & Jo. de Lign. *in cap. tua extra d.tit.* Afflict. *in conſtit. regni ſancimus de matrim. public. contrahen. num.5.* Couar. *in epitom.de matrim part. 2 cap.4.§.1.num.4.* Decian *conſ.163.* Alex.*conſ.154 vol.5.* Boer.*conſ.40.nu.24.* Ferreir.*conſ.86. num.1.* Pater Sanchez *in ſuo tract.de matrim.tit.de ſponſal.libr.1. cap.18.n.10.*

Et quia in eo forma, & ſolemnitas præſcripta in præcitato canone Sacri Concil. Trident. *in ſeſſ. præalleg.* ſeruata minimè fuit, matrimonium nullum, & irritum in contemptum dicti canonis eſt, & ita tam canoniſtarum, quam Theologorum ſchola docet, quo fit, vt alter eorum cogi nequeat ad ſeruandam fidem,& matrimonium contrahendum, & ſi ſecuta eſſet copula carnalis, vt poſt Pariſ. Plot. Caſſan. Diaz.Bart. Cepol. & alios in terminis aſſeuerat Caualc. *indic.primi lib.deciſ. in verbo matrimonium num.5.* quinimò cõtrahentibus licitum eſt propria authoritate abſque vlla iudicis ſententia reſilire, Nauar.*conſ.1.de ſponſal.* Sayr.*deciſ.1. eod.tit.*

Nec facit ad rem, quod obiicitur ex aduerſo, quod imò ex atteſtationibus aliorum teſtium inductorum ſponſalia de futuro probata ſunt.

Quia ruminando dictorum teſtiũ dicta, oculo tamen iuridico colligitur, quod dum non deponunt de verbis prolatis ab ipſis contrahentibus legitimum conſenſum exprimentibus, ſponſalia non probant, cum in valentibus loqui verba neceſſaria ſunt ad ſponſalia contrahenda non obſtare, probat text. *in cap. tua de ſponſal. ibi, ſed neceſſaria ſunt quantum ad eccleſiam verba conſenſum exprimentia de præſenti.*

Item probat text. *in cap.pen.extr. eod. ibi, ſi inter virum, & vxorem legitimus conſenſus interueniat de præſenti*, ita quòd vnus alterum mutuò conſenſu verbis conſuetis expreſſo recipiat vtroque dicente, Ego te in meam accipio,& Ego te accipio in meum, vel alia verba conſenſum exprimentia de præſenti.

Similiter deducitur ex textu *in cap. conſultationi eodem titulo, ibi, ſed metu illato compulſus verba protuliſſet conſenſum.*

Et ſimiliter deducitur ex textu *in cap.licet de ſponſ.duorum.*

Ibi, itaut vnus alterum verbis conſuetis expreſsè recipiat.

Quæ omnia iura confirmat gloſ. *in cap. tua nos extra eodem titul.* Gloſ. *in l. 4. ff. de ſponſal. Ibi, (ſufficit nudus conſenſus à ſtipulatione non a verbis)* probant idem text. *in l.1. & 2. ff. de ſponſal.* Innocent. *in cap.1.de ſponſal. duorum.* Decian. *conſ.368. num.2.* Couar. *in epitom. ſponſal. cap.3.* Abb. & Felin. *in rubric.de ſponſal.*

Præterea, quod dum tertius teſtis deponit de acta geſto coram ipſo, & duobus aliis primis teſtibus & ipſe variat ab illis, qui formiter deponant de [illegible] matrimonium inducenti[illegible] primus teſtis in fine ſuæ [illegible]tionis dicit, quod poſt factum n[illegible]tatum ab ipſo, *che il Giouane ſen' vſcì della Caſa, ne vi fù altro.* Vnde patet quod ſunt diuerſi ad inuicem circa narrationem facti ſecuti, quæ diuerſitas detegit calumniam, & arguit falſitatem

ſitatem, *cap. cum olim de priuileg.* ponit Bal. *in leg. Noſtrum colu.* 2. *Cod. de teſtibus* Brunor. *à Sole in conſ. vnico criminali nu.* 3. & ideò repelluntur *leg. qui falsò ff. de teſtibus capit. ſuper his de pœnis* Marſil. *ſingular.* 103. Damaud. *in prax. rer. ciuil. capit.* 171. *num.* 14. Berber. *in viator. tit.* 2. *numer.* 72.

Et cum dictus teſtis ſit ſingularis in dicto ſuo, nulla vis facienda eſt in eius depoſitione, quare vt ſingularis nil probat *cap. Cauſam ibique Gloſ. in verbo. ſingularis de probat.* Nam ſingularitas idem eſt quod vnitas, at vnicus teſtis non probat, ergo nec ſingularis, ita Bald. *in l. iuriſiurandi numer.* 4. *de teſtibus.* Petra *de fideicom. quæſt.* 12. *num.* 485. & tantum probant mille teſtes ſingulares, quantum probat vnus, DD. *in leg. iuriſiurandi Cod. de teſtibus* latè Gabriel *conclu.* 2. *de teſtibus* Gail *obſeru.* 66. *num.* 10. *lib.* 2.

Nec minus obſtat, quod depoſuit Beatrix Matera ſecunda teſtis de ſecundo actu, ſeu de præcedenti actu ſequuto inter Blaſium, & Catherinam, quia in eo non habet conteſtem, prout non habent alij duo vltimi teſtes, quò fit vt ſingulares non probent ex iurib. ſupra allegatis.

Nec obſtabit allegare, quod tale matrimonium tranſit in ſponſalia de futuro, nam licèt non ignoremus aliquos grauiſſimos Doctores affirmatiuam opinionem tenuiſſe, Nihilominus in contrarium affirmamus opinionem negatiuam magis tutam, & iuri conſonam eſſe, cum qua tranſit Nauar. *conſ.* 1. *nu.* 3. *de ſponſal. & conſ.* 321. *de clandeſtin. ſponſal.* Azeued. *in lib.* 1. *num.* 23. & 33. *tit. lib.* 5. *nouæ recopil.* Ledeſma *de matrim. quæſt.* 45. *num.* 5. *quæſt.* 2. *poſt dub.* 4. *conclu.* 1. Ceual. *in Specul. commun. contra commun. quæſt.* 604. *num.* 79. Sanch. *de matrimon. lib.* 1. *diſput.* 20. *num.* 4. Guttie. *de iuram. confirm. p.* 1. *cap.* 51. *nu.* 25. Segur. *in direct. iudic. pag.* 2. *cap.* 15. *num.* 42. *in fin.*

Nec contra nos erit exceptio periurij, nam ſatis certa eſt iuris concluſio iuramentum ſortiri naturam contractus, cui accedit *leg. fin. C. de non numer. pecun. leg. fin. ff. qui ſatiſdar. cog.* Cephal. *conſ.* 34. *num.* 37. Roland. à Vall. *conſilio* 94. *numero* 13. *lib.* 1. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 64. *numero* 15.

Et cum dictus contractus ſit non ſolum nullus, ſed catò omnino, & totaliter nullus, vt Sanchez notat. *dict. lib.* 1. *diſput.* 20. *num.* 4. iuramentum ſimiliter eſt nullum Afflict. *dec.* 60. Cappell. Tholoſ. *deciſ.* 383. Roland à Vall. *conſil.* 57. *num.* 56. *lib.* 3.

Sed vt clarior appareat iuſtitia eiuſdem clientuli firmiter defendimus, quod quatenus aſſumptum actricis circa ſponſalia de futuro ſubſiſteret, nec præcisè ad contrahendum compellendus eſt, ſed tantum monendus ſi attendimus terminos textus *in capit. requiſiuit de ſponſalibus,* Ibi monenda eſt potius quam cogenda, cum coactiones difficiles malos ſoleant frequenter exitus habere, Cened. *collect.* 161. Farinac. *deciſ.* 69. *num.* 16. *part.* 4. & ita conſuluit Ferret. *conſil.* 171. reſpondens ad contrarietatem, quę inducitur ex textu *in cap. ex literis eod. tit.* & ita ex profeſſo reponit Segur. *in direct. Iudic. cap.* 15. *n.* 6. *par.* 2. Sot. *in* 4. *Sentent. diſtinct.* 27. *quæſt.* 2. *artic.* 1. Veracruz. *in Specul. coniug. art.* 25. *per totum.* Couar. *in epitom. de ſponſal. cap.* 4. *num.* 5. Sarmient. *lib.* 1. *ſelect. cap.* 5. Matienſ. *in Rubric. de matrim. gloſ.* 1. *num.* 43. Perez. *in l.* 1. *gloſ.* 1. *columna quarta verſic. in oppoſitum titulo primo, lib.* 5. & alij plures quos conſulto omittimus.

Nec obſtat text. *in cap. ex literis, cum alijs adductis per Martam deciſ.* 172. quia non loquitur indiſtinctè, & generaliter, ſed cauſatiuè dum dixit [compellas vt ipſam in vxorem accipiat maritali affectione pertractet, niſi ratio-

nabilis cauſa aſtiterit] vnde omnes DD.concludunt non eſſe exactiſſimè cogendum.

Quinimò ex præallegatis iuribus colligitur, quod per rationabilem cauſam debet iudex à compulſione ceſſare, maximè ſi dura fuerit pertinacia ſponſi, & grauis timor inimicitiæ, grauéque odium, quæ omnia cumulatiua in præſenti caſu concurrunt, vt probatum fuit per dictum Blaſium, idcirco coactio ceſſare debet, vt in ſpecie notat Segur. *loco præallegato num.6.* vbi alios concordantes cumulat, & ſufficit ſola monitio Alexand *conſ* 212. *num.*5. *vol.*5. Franc.Marc.*deciſ.*521. *n.*3. *& deciſ.* 744. *part.* 2. Gabriel *conſ.* 159 *& conſ.* 186. *volum.*2. Nauar. Genuen. *in praxi Curiæ Archiepiſcop.cap.*14.*num* 2. Nauar. *in manual.cap.*22.*num.*27. *&* 72. Ledeſma *de matrimon. quæſt.* 43. *artic.* 1. Rota *deciſ.*497.*part.* 1. *diuerſ.* ſequitur Antonin. Macerat. *var.reſolut. libr.* 1. *reſolut.* 2.*num.*3. quo in loco reponit cauſam iuſtam, & rationabilem eſſe quod ſponſus non poſſit cogi ad contrahendum, & perficiendum matrimonium non ſolum periculum mali exitus, quod ſufficit eccleſiæ veriſimiliter futuros eſſe, licet non poſſent contingere ex Gabr. *d. conſ.* 188. *num.* 4 8. *&* 11. Ledeſma *d. quæſt.* 43. *art.* 1. *verſic. tertia concluſio* Henriq. *in Summa de matrim. lib.*11.*cap.*6.§.5.*& cap.*13.§.4. ſed etiam capitale odium inter ipſos ſponſos *cap.* 2. *& d. cap. requiſiuit.* vbi Abb. *num.* 4. *de ſponſal.* Menoch. *de arbitr.indic. lib.*2. *cent.* 5. *caſu* 455. *num.*3. *& ſequent.* Triuiſan. *de priuil. ſponſal. priuil.* 7. *num.* 14. etiam ſi odium eſſet cauſatum à ſponſo, cum non conſideretur in hac materia, à quo proueniat odium, ſed an ex odio timeatur malus exitus iuxta theoricam Abb. *in d. cap. requiſiuit num.* 4. Ledeſma *loco præallegat*; D. Riccius qui deciſiones Rotæ cumulat, & alios allegat *in praxi fori eccleſiaſt.reſolut.*207. *ſub num.* 4.*part.*1.*in magnis.*

Accedat prædictis indignatio parentum dicti Blaſij, quæ adhuc appellatur à DD. iuſta cauſa, quin ipſe non debeat cogi Abb. *loco alleg.* Felin. *conſ.* 26.*numer.*21. Nauar. *in manual. cap.* 16. *num.*18. D.Ricc. *in praxi fori eccleſiaſtici reſolut.*207.*ſub num.*4.*part.*1. idem Antonin. *d.reſolut.*2.*num.*9.*firmans num.* 5. diſparitatem magnam inter ſponſos, puta, quia alter eorum eſt diues, & alter pauper habito reſpectu ad qualitates eorum, & locorum, eſſe adhuc cauſam potentem, quin cogi nequeat ad perficiendum matrimonium Pariſ. *conſ.*58.*n.*37.*vol.*4.

Sicque ſi ſponſus non eſſet vilis familiæ, vt ſponſa, quia in tali caſu iudex debet ſe abſtinere à coactione, Abb. *d. cap requiſiuit num.*4. Gabriel. *d.conſ.*186. *num.* 4. *&* 8. Nauar. *in Manual d.cap.* 16 *numer.* 8. Sayrus *deciſ.* 49. *num.* 3. *de ſponſalibus* Achil. de Graſſis *deciſ.* 2. *eod.tit.*

Prout quando dubitatur virum relicta vxore ſe diſceſſurum monendum tantum eſſe ſponſum ad perficiendum matrimonium, & non debere cogi tradit Menchac. *de ſucceſſ. creat.* §. 28. *numer.* 15. & poſt alios affirmat nouiſſime Barboſ. *in collect. ad ius canonic.collect.in cap. ex literis il* 2. *de ſponſalibus num.*3.

Quibus omnibus ſimul cōiunctim conſideratis, & benè ruminatis apertè patet iuſtitia cauſæ prælibati Blaſij Tramunti, Ad cuius fauorem determinandum eſſe ſperatur. Datum Neapol. die 13. Junij. 1627.

Jo.Maria Nouarius I.C.Lucanus.

COLLECT. 3144.

Super cap. verum de conditionibus appoſitis.

Donatio,

Digitized by Google

¶ Donatio modalis facta eccleſiæ, & pio loco an poſſit reuocari.

DOnatio modalis facta eccleſiæ, vel pio loco minimè poteſt reuocari, niſi expreſſe fuerit conuentum, h.d. & ita Joſeph Ludouicus *deciſ. Rotæ Peruſinæ* 93.*n.* 43.

Cuius concluſionis ratio eſt, quia licèt regulariter modus non præſumatur cauſa impulſiua, attamen fauore eccleſiæ ſemper talis cenſetur Rubin. *deciſ.* 409. vbi etiam, quod fauore piæ cauſæ præſumitur cauſa finalis, ſi ſit fauor, & commodum ipſius piæ cauſæ, vt talis præſumatur, ſi verò è contra tenderet in damnum & odium, atque incommodum prædictæ piæ cauſæ in tali caſu præſumeretur è contra non eſſe finalem, vnde concludit, quod ex contractu innominato facto cum eccleſia, non poteſt agi contra eam condictionem ob cauſam, ſed tantum præſcriptis verbis ad implementum contractus.

Et nota, quod modus non ſuſpendit diſpoſitionem ad textum *in l.* 1. *C. de his quæ ſub modo.* Antonin. Maceratenſis *variarum reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 88. & modus eſt adimplendus per viam compulſionis, & non per viam reſolutionis, Nouar. *in tract. de priuilegiis miſerabilium perſonarum priuileg.* 39. quem omninò videas, nam pulchrè exornat hunc text. affirmans in fine donationem in dubio non præſumi, neque cenſeri factam propter modum appoſitum, ſed principaliter propter Deum, & animæ ſalutem, quæ quidem anima tanquam pretioſior cunctis rebus eſt præponenda, *l. ſancimus C. de ſacroſanct. eccleſ.* Antonin. *reſolut.* 37. *lib.* 2. & vbi agitur de ſalute animæ non debent attendi apices iuris, tutiorque pars eſt ſequenda.

COLLECT. 3145.

Super Salic. in l. ea lege quæſt. 2. C. de condict. ob cauſ.

¶ Alienationis prohibitio facta ad certum tempus an extendatur vltra illud?

PRohibitio alienationis facta vſque ad certum tempus non extenditur vltra illud h.d. Salic. & ita tradit Seraphin. *deciſ. Rot. Roman.* 1244. per text. *in l. cum pater* §. *fundum ff. de legat.* 2.

Declara tamen hanc regulam non procedere, quando in prohibitione adeſſet ratio generalior dicto, vt exempli gratia, ſi filij ſint prohibiti alienare vſque ad vigeſimum annum, & deinde ſubiecta ſit ratio, quia volo bona perpetuò manere in familia, nam in tali caſu prohibitio temporalis ob vim rationis perpetua redderetur, vt per Rubin. *deciſ.* 418. vbi aſſignat fundamentum concluſionis eſſe, quia ratio ampliat dictum ex allegata *l. cum pater* §. *dulciſſimis ff. de legat.* 2. & inſuper, quia talis prohibitio tanquam facta fauore familiæ, vt in ea conſeruentur bona, & diuitiæ, cenſetur fauorabilis ex dictis per Capic. *deciſ.* 108. *n.* 15.

Sed num prohibitus ſub pœna alienare abſque licentia alicuius, illo mortuo impunè alienare poſſit? cum caſus ex facto accidiſſet, articulum hunc reſoluit Iure Conſultus Lucanus Dominus Joannes Maria Nouarius doctè quidem, vt ſolet, & quia ad manus meas venerunt eius ſcripta, placuit hac occaſione illa hic inſerere de verbo ad verbum, & ſunt tenoris ſequentis videlicet.

ALienatio rei ſuæ, etſi permiſſa de iure cuique ſit, *l. nec non* §. *quod eis ff. ex quibus cauſ. maior. l. in re mandata C. mandat.* Petra *de fideicomm. quæſt.*

8. *numer.* 257. Tuſc. *concluſ.* 258. *liter. A*, tamen hoc intelligitur, niſi prohibita reperiatur *l. cum prætor. ff. de iudic. l. Mutus* §. 1. *ff. de procur.* Becc. *conſ.* 60. *num.* 8. Pancirol. *conſ.* 106. *n.* 21. Crot. *conſ.* 105. *num.* 5. *vol.* 1.

Vnde cum interdicta fuiſſet Franciſco Salleccio à Joanne Salleccio eius parte tempore inſtitutionis, alienatio quorundam Territoriorum, niſi de licentia Marcelli Aulini eius Auunculi, prætendi ex alienatione facta per ipſum abſque tali licentia, eſſe quæſitum ius cuidam Cappellæ, quæ vocata erat ab ipſo Joanne patre, caſu quo ipſe Franciſcus filius alienaſſet talia territoria abſque licentia, & conſenſu prædicti Marcelli eius Auunculi.

Et licèt pro parte ipſius Franciſci, qui alienauerat opponeretur quod tempore alienationis factæ Marcellus iam ab hac vita diſceſſerat, & conſequenter quod tutò, & abſque nullius pœnæ incurſu potuiſſet talem alienationem facere; quæ quidem oppoſitio potuiſſet fulciri ex opinione Moli. *de hiſt. primogen. libr.* 2. *cap.* 13. *numer.* 40. qui voluit grauatum contrahere matrimonium de conſilio alterius, perſona conſulenda mortua benè poſſe liberè contrahere, firmando pariter quod in maioratu ſi moriatur, qui requirendus erat pro conſilio contrahendo ſucceſſor liber remanet.

Ego tamen, qui partes præfatæ Cappellæ tuebar replicabam adhuc non licuiſſe alienationem facere deficiente præſtita licentia ſui Auunculi, licèt tempore alienationis mortuus fuiſſet Auunculus ipſe, quoniam, quando conſilium, & licentia alicuius requiritur in actu, ipſo mortuo conſilio non adhibito, & licentia non conceſſa, non poteſt fieri actus, ita colligitur ex notatis per Petrum de Bellapertica *in leg. turpia* §. *primo digeſt. de leg.* 1. vbi voluit quod ſi legatum ſit Titiæ, ſi nupſerit cum conſilio Seij, & illa nubat poſt mortem Seij nullo eius conſilio præcedente amittit legatum tanquam defecta ſit conditio, licet tempore nuptiarum non poſſit præſtari conſilium, ſequuntur Alex. & Cyn. *in l. cum tale* §. *ſi arbitratu ff. de condit. & demonſtr.*

Et ſic agens ipſi Cappellę dicebam, quia licèt Marcellus Auunculus alienationis tempore eſſet mortuus, & ſic licentiā concedere tunc non poſſet, eſt tamen verum quod alienatio dicitur facta abſque eius licentia, & per conſequens purificata eſt conditio prædicta appoſita à Joanne Patre, vt ſi alienaret dicta Territoria abſque conſenſu, & licentia Marcelli ſui Auunculi, ipſa Cappella ſuccederet, in ſimili enim videmus, quod ille, qui deceſſit in pupillari ætate dicitur ſine liberis deceſſiſſe, licèt tunc temporis liberos non poſſet ſuſcipere, & ideò ſubſtitutio facta impuberi ſub illa cōditione, ſi deceſſerit ſine filiis, refertur etiam ad tempus pupillaris ætatis, quo tempore non poteſt filios ſuſcipere, vt probatur *in capit. Raynutius de teſtament.* vbi hoc docet Glo. & DD. idemque probatur *in c. ſi pater eod. tit. in* 6. ſicque tenent Cyn. Bal. & Salic. *in l. precibus C. de impub. & aliis ſubſtit.* Bal. *in l. ex tribus C. de inoffic. teſtam. & in l. centurio ff. de vulg. & pupil.* vbi paritet ita quoque ſcribunt Dyn. Bar. Angel. & Alex.

Quod eò magis procedere debet in caſu noſtro, quia licèt poſt mortem Marcellus non potuiſſet licentiam cōcedere, & conſenſum præſtare, poterat tamen ante eius mortem hoc facere, & ſic iſte conſenſus potuit præcedere iuxta ſententiam Alexand. *in l. ſciendum ff. de verb. obligat.*

Præte-

Præterea cõſiderabam, quia ſi Marcellus viueret, & conſenſum præſtare nollet, certè pœna tranſlationis committeretur, quia teneretur Franciſcus prohibitus alienare licentiam requirere, & conſenſum, & conſilium ipſius Marcelli ſequi, vt colligitur ex notatis per Bar. *in l.* 1. §. *ſi plures quæſt.* 1. *in fin. ff. de hu que pœn. nom.* eodem ergo modo debet tranſlatio facta in pœnam habere locum, ſi non poteſt Marcellus conſentire, quia à pari procedunt nolle, & non poſſe, *l.* 1. §. *vſus ff. de procur. l.* 3. *C. de hered. inſtit* notat Bar. *in l.* 1. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. quæſt.* 2.

Et tandem confert pro corroboratione, Doctrina Cumani *in ſuo conſil.* 117. *in fin.* qui voluit, quod ſi teſtator commiſerit duobus electionem, vno mortuo non debet ſtari electioni alterius, ſequitur Simon. de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib.* 1. *ſolut.* 5. *num.* 7.

Nec obſtare aſſeuerabam opinionem Molin. *in d. cap.* 13. *numer.* 40. ſiquidem illa minus vera redditur ex text. *in l. cum tale* §. *ſi arbitratu ff. de condi. & demonſtrat.* quo text. apertè probatur decedente perſona cuius arbitratu nuptiæ erant celebrandæ non ceſſare legatum, nam adiecta conditio nulla eſt, & pro non ſcripta habetur, ergo à contrario ſenſu ſi valida fuiſſet, qualis hæc legatum ceſſaret, vt in his terminis arguit Alex. *in l. turpia nu.* 4. *de leg.* 1. vbi Iaſ. *num.* 4. inferens inde, quod mortuo illo, cuius conſilio matrimonium erat celebrandum conditio deficiens, & conſequenter extinctum eſt legatũ Felin. *in cap. ex parte num.* 1. *de conſtit.* vbi Dec. *n.* 4. Ruin. *conſ.* 126. *n.* 6. *li.* 2. & nouè Molin. *de rit. nuptiarum lib.* 3. *quæ.* 39. *ſub nu.* 13. quia ita reſpondet huic motiuo, & illud impugnat, licèt Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 11. teneat hanc conditionem ſi nupſerit de conſilio N. fore poteſtatiuam in his caſibus ſaltem, in quibus quis tantum conſilium requirere & non ſequi tenetur, & proindè tanquam poteſtatiua, cum per legatarium non ſteterit quominus impleatur pro adimpleta debet haberi quoad illius commodum, quia vbi poteſtatiua eſt, defectus videtur in conditione, qui ipſi parere non poteſt, & voluntas tunc diſponentis non aliter adimpleri debet quam vbi fieri poteſt, *l. quæ ſub conditione* §. *quoties de condit. inſtit. cum aliis.*

Neque obſtare aſſeuerabam, quod notat Bar. *in l.* 1. §. *ſi plures de exercit. act.* quia loquitur quando conſilium in vltima voluntate tantummodo eſt poſitum in diſpoſitione, ſicuti quando mandat teſtator aliquid fieri cum conſilio talis, nam ſi non poteſt ille, vel nolit conſilium dare, poteſt tunc ad actum procedi abſque eius conſilio ad text. *in l. fin.* §. *ſed, & ſi quis, C commun. de leg.* quem allegat.

In caſu tamen noſtro, quamuis reſpectu Franciſci prohibiti alienare abſque licentia Auunculi dicatur eſſe in diſpoſitione ipſa licentia, tamen reſpectu fideicommiſſi relicti in pœnam dictæ Cappellæ, ſi ille peruenitet ad alienationem dicitur eſſe in conditione, quæ impletur, etiam ſi licentiam præſtare non poſſit Marcellus vt quia ſit mortuus, vt apparet, & colligitur ex prædictis, & per conſequens diſpoſitio pœnalis, hoc eſt ipſa tranſlatio in pœnam facta, non minus debet habere locum, quam aliud legatum principale in cuius conditione eſſet appoſita præfata licentia, vt probatur ex notatis ab eodem Bar. *in l.* 1. §. *ex his ff. de verb. oblig. & in l.* 4. §. *cato in* 8. *oppoſit. & in l. ſcire debemus in princip. eod. tit.* in quibus locis ſcribit quod illud quod eſt in diſpoſitione, & reſpectu pœnalis ſtipulationis in conditione quoad

pœnam per omnia habeat naturam ſimplicis conditionis.

Nec obeſſe poterat, quod vbi conſenſus, vel licentia ponitur in conditione, quod non ſit in conſideratione, an ille, qui debeat illam præſtare nolit, vel non poſſit.

Quoniam patet reſponſio, quia in conditionibus attenditur merum factum, & ſic quod licentia minimè interuenerit, *l. qui hæredi in princip. & leg. Mæuius ff. de condit. & demonſtr.* quo fit quod vbi alienatio prohibetur diſpoſitiuè à teſtatore quod minimè valet abſque cauſa *leg. filius familias §. diui ff. de leg.1.* vbi plenè DD. & tamen quando prohibetur per modum conditionis cauſa minimè eſt neceſſaria, ad text. *in leg. 4 §. fin. ff. de condit. inſtitut.* Alex. *in dict. leg. filius familias §. diui* vbi hoc notat.

Tandem minime nos turbabat diſpoſitio text. in cap. *vnico §. vbi verò, ne ſede vacante*, vbi cautum eſt, quod habens conferre beneficium cum epiſcopi conſilio, illo mortuo, vel in longinquis partibus abſente, poterit conferre ad ſui libitum.

Si quidem reſponſio oriebatur ex eodem text. in quo aſſignatur ratio talis diſpoſitionis, quia in petendo, vel expectando eius conſilio poſſet vacanti beneficio periculum imminere, vnde talis text. debet intelligi in caſu ſuo.

Vltra quod ibi loquitur tex. de conſilio, & non de conſenſu, & habens eligere conſenſum non ſic liberam habet poteſtatem ſicuti de conſilio. vt docet, & aduertit ibidem Gloſ. nam conſilium licèt ſit petendum, non tamen obligatur quis ſequi, vt poſt antiquos latè probant Cenedo. *in collect. iur. canonic. collect. 58. num. 6. ad decret.* Mareſcott. *variarum reſolutionum libro 1. cap. 73. num 3.* vbi ſic deciſum in Rota Romana refert Marta *deciſ. 50.* latè Molin. de *Rit. nupt. cap. 29. libr. 3.* qui omnes ideo merito firmant conditionem, vt nubat de conſilio alicuius appoſitam in legato tenere, & valere, & ſi ei non paruerit legatarium priuari legato, quod ſecus eſt, quando fuit dictum quod nubat de conſenſu, & licentia talis, nam tunc communiter firmatur non valere iſtam conditionem latè Maſtril. *deciſ. 233.* Viuis *deciſ. 480.* Faber *deciſ. 18. C. de condit. inſer.* Gama *deciſ. Luſit. 314.* Cancer. *variarum reſolut. part. 3. cap. 7. à nu. 279. in tit. de pactis*, vbi plures deciſiones Senatus Cathaloniæ refert, Mareſcott. *dict. cap. 73. lib. 1.*

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 3146.

Super Felin. in cap. ex literis nu. 40. de conſtit.

❡ Sententia contra abſentem præſumitur potius ex contumacia, quam ex iuſtitia prolata.

SEntentia lata contra abſentem præſumitur lata potius ex contumacia, quam ex iuſtitia h. d. & ita voluit Rota in cauſa ciuitatis Caſtelli legitimæ de Vitellis 22. Aprilis 1602. coram R. P. D. Iuſto, in cauſa Ianuen. iuriſpatronatus 25. Iunij coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & in Senogallien. fideicommiſſi Lunæ 2. Iunij 1608. coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio tunc temporis Rotæ Auditore, & deinde Sanctiſſimo Gregorio decimo quinto, & idem tenuit Rota *deciſ. 147. part. 2. in recent. & deciſ. 665. part. 1. in recent.*

Et nota, quod eiuſmodi ſententia contumacialis non nocet ad effectum manutentionis Rota *d. deciſ. 147.*

Item quod talis ſententia non inducit aliquam diffamationem, vt fuit dictum

dictum in Maceraten. hæreditatis 16. Nouembr. 1609. coram R.P.D. Manzanedo.

Item nota, quod per comparitionem condemnati ſtatim reſoluitur pœna per dictam ſententiam inflicta Seraphin. *deciſ.* 972. *num.* 20 & ita dixit Rota in Baren. ſuppreſſionis 16. Nouembris 1609. coram R.P.D. Vbaldo.

COLLECT. 3147.

Super Bald. in l. 2. col. fin. num. 28. C. de reſcind. vendit.

¶ *Valor præſentis temporis, quando arguat valorem de præterito?*

VAlor præſentis temporis arguit valorem de præterito quando modicum temporis interuallum interceſſit h.d.

Ad cuius ornatum nota, quod ſecundum Rotam in vna Carpen. bonorum primo Julij 1613. coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Cardinali Sacrato valor bonorum ſtabilium infra decennium non præſumitur mutatus, niſi probetur cauſa extrinſeca peſtis, quòd probationes valoris factæ de anno 1601. & 1606. ſuffragabantur pro anno 1598. ſi autem conſtat de aliqua cauſa extrinſeca ſuperueniente preter quam alteratio precij infra iſtud modicum temporis interuallum potuit contingere, tunc de vno tempore ad illud non infertur. Rota *deciſ.* 457. *ſub num.* *part.* 1. *in recent.*

Et nota quod valor in domibus, & ædificiis non probatur ex ſolis redditibus, Rota in Romana domorum Lunæ 9. Aprilis 1612. coram Ludouiſio, vbi etiam quod valor rei eſt æſtimandus ad rationem quinque pro centenario ex deciſ. eiuſdem Rotæ in Romana de Magdalenis 2. Maij 1611. coram R.P.D. Coccino, licèt non procedat talis concluſio in æſtimandis ædificiis, & domibus, quia non calculatur valor ad talem rationem quandoque pro centenario, eadem Rota in Romana reſidui dotis 4. Maij 1611. coram R.P.D. Vbaldo.

Item valor rei diminuitur, ſi non tota, ſed pars tantum venditur, vel ſi ſit venditio facta à venditore ære alieno grauato abſque cautione euictionis, vt determinauit Rota in Romana palatij 5. Maij 1611. coram R.P.D. Attebraten. & in Romana reſtitutionis domuncularum 22. Junij 1609. coram eodem.

Et quod qualitas venditoris, qui eſt pauper, & non poteſt cauere de euictione multum diminuat rei valorem, dixit Rota *deciſ.* 675. *part.* 2. *in recent.* & *deciſ.* 648. *part.* 1. *etiam in recent.*

Et precium iuſtum valoris frugum quodnam verè dici poſſit, & in quo tempore ſit conſiderandum: vide ſequentes annotationes editas per I.C. Lucanum Dominum Jo. Mariam Nouarium, tenoris ſequentis videlicet.

IVſtum precium, & verum illud dicitur, quod communiter ab omnibus reperitur non autem ab vno, vel duobus emere volentibus, Angel. Alexand. Fulgos, & reliqui *in l. qui Romæ §. coheredes ff. de verborum obligat.* Gloſſ. Cyn. & Bart. *in l. 2. C. de reſcind. vendit.* Couarruu. *variarum reſolut. lib. 2. cap. 3.* Campeg. *de teſtib. regul.* 231. Papienſ. *in ſua praxi in form. libel. in cauſ. vendit. in §. pro precio florenorum centum num.* 5. vbi aduertit inutilem fore illam teſtium depoſitionem aſſerentium, ipſos tantum empturos eſſe res, de quibus agitur, quoniam deponere nempe tenentur, vt concludant, quod communi æſtimatione tantum valeret res ipſa, ex quo precium iuſtum, & verum nuncupatur, quod communi æſtimatione probatur iuſtum teſte Bald. *in d.*

l.2.col.fin. in tantum quod non eſt recedendum à Theorica Bar. quam docet *in l. precia rerum §. fin num. 2. ff. ad l. Falcid.* nimirum vt fiat articulus quod ex tali fundo communiter tot fructus colliguntur, & quod fundus tanti redditus in eo loco, & regione eſt tanti valoris addita ſcilicet communi æſtimatione, quam theoricam probant Alex. *in dict. l. precia rerum col. pen.* Aret. *in §. ſi quis agens colu. 3. num. 4. verſ. 5. modo inſtit. de act.* Felin. *in cap. cum cauſa il 3. col. 3. num. 1.* vbi cæteri de teſtibus, & alij apud Maſcard. *de probat. concluſ. 651. num. 4.* vel rectius poterit fieri articulus magi generalis, qui melior eſt, & frequentius ſeruatur in praxi videlicet, quod talis fundus communi æſtimatione tantum valet, & tanti communiter venderetur, & emeretur, per quem articulum plenè, & concludenter probabitur rei æſtimatio, vt ibidem præter modò citatos authores dictis in locis tradit Lupus *in tract. de vſur. in commen. & dict. l. 2. §. 1. ſub num. 127. verſ. vt ſcilicet* vbi teſtatur hoc ſequi, & commmuniter DD. C. *de pact. inter emptorem, & venditorem,* quod nos practicauimus in præſenti anno 1624. in cauſa Reuerendi Archipreſbyteri Terræ Mutmandæ diœceſis Caſſanenſ.

In cuius fauorem pariter proponebamus valorem frumenti, de quo agebatur debere attendi iuxtà æſtimationem loci, in quo fuerat collectum cum iuſtum precium dicatur illud, quod in loco recollectionis currit, & non alieno foro Cyn. *in l. fin. § final. n. 1.* vbi Bart. *n. 1.* & ibi Barb. *in addit. in verbis hic quã Angel. in princ.* Salicet. *nu. 9. C. de adminiſtr. tutor.* itaut ſtatim ob talem æſtimationem conſumptis fructibus non poſſit amplius creſcere, aut decreſcere æſtimatio, Bald. *in cap. cum vos n. 5. verſ. quæro quid ſi iſte œconomus comedit frumentum de officio ordinar.* poſt Bart. *in l. diuortio §. ob donationes in fin. ff. ſolut. matrim.* iuxta *l. ſi cui §. quaſi ff. vt in poſſeſſ. legator.* qua de re in anno 1621. in cauſa Marci Antonij Seluaggi cum hæredibus Ioannis Tramontani defendebam quod tutores, adminiſtratores, & ſimiles, licet poſſent fruges puta frumentum, ordeum, vinum, & ſimilia vendere transferendo ea ad loca proxima, & ad ciuitates propinquas, ſi non miſerunt, ſed eos vendiderunt in eodem loco, in quo ſunt recollecti viliori precio, non tenentur niſi pro æſtimatione loci recollectionis cum illud dicatur iuſtum precium, vt conſtat ex Afflict. *in deciſ. 316. in fin.* quem ſectatur Guttier. *de tutel. part. 2. ca. 1. n. 61.* Lopez *in l. 16. hiſp. tit. 16. par. 6. gloſ. fin.* Eſcobar. *in tract. ſuo de ratiocin. cap. 17. n. 3.* Molin. *de iuſtit. & iur. tract. 2. diſput. 224. col. 3. in fin.*

Et verè tale precium non tantum debet eſſe ſecundum valorem loci, in quo ſunt recollectæ fruges, verum etiam iuxta æſtimationem, & valorem cuiuſlibet anni de tempore recollectionis, & perceptionis, & non ad plus, neque minus, vt in terminis terminantibus docet Anan. *conſ. 38. n. 2. & 3.* addit. ad Bart. *in l. ex diuerſo num. 6. in verbo ſi verò ſunt conſumpti ff. de rei vendic.* Neuiz. *conſ. 90. n. 23.* poſt eos Menoc. *in ſuo tract. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 600.*

Pro quo confert ad corroborationem, quod quando alimenta relinquuntur ex fructibus certi fundi illa debentur tempore collectionis fructuum, vt per Surd. *in tract. de alim. titul. 9. quæſt. 6. n. 12.* licet regulariter legatum alimentorũ debeatur in principio anni, argum. text. *in l. 1. C. quando dies leg. ced.* vbi legata annua ab initio anni ſunt ſoluenda, & certum eſt legatum alimentorum in dubio pręſumi annuum,

annuum, *l. qui concubinam vxori ff. de legat. 3. l. pecunia in fin. ff. de aliment. & cibar. leg.* vbi Bartol. *numer.* 2. id notat Iaſon. *in l. Marcellus num.6.ff. ad Trebell.* Bal. *in l.* 1. *numer.* 3. *C. de fideicommiſſ.* Sim. de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 4. *interpret.* 1. *dubitat.* 11. *numer.* 95. qui *numer.* 59. aſſerit tot continere legata quot ſunt anni, cum talis ſit natura annuorum legatorum, ex Bar. *in l. ſi in ſingulos ff. de Ann. leg.* Bal. *in tractat. de præſcript. quæſt.* 4. *part.* 4. Natt. *conſil.* 548. *numer.* 5. Cordub. *in l. ſi quis à liberis §. vtrum num.* 40. *ff. de liber. agnoſcend.*

Aduerte inſuper pro coronide, quod æſtimatio fructuum præſentis anni debet fieri ſecundum fructus recollectos per tres annos proximiores, ita dicit Afflict. *in § ſed, & res nu.* 40. *in tit. per quos fiat inueſtit. in vſib. feud.* vide Cremenſ. *in ſingul.* 174. & Caualc. *deciſ.* 46. *n.* 189. *&* 289. *part.* 1.

Rota tamen Romana in vna Ariminen. Caſtrorum die Lunæ 21. Februarij 1600. voluit ad probationem veri valoris eſſe attendendum tempus quinque annorum ante, & quinque poſt, vt apud Seraphin. *in deciſ.* 1340. *part.* 2. *fol. meo* 240. dat. Neap. die 19. Ianuarij 1623.

Io. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 3148.

Super Bal. in l. 1. C. de ſentent. quæ ſine cert. quantit. proferuntur.

¶ *Sententia lata prout in cedula an, & quando ſuſtineatur?*

SEntentia lata prout in cedula ſuſtinetur h.d. & ita Rota *deciſ.* 705. *part.* 3. *diuerſ. & deciſ.* 252. *part.* 1. *in recent.*

Declara tamen hanc concluſionem non ſuſtineri ſententiam latam, prout in cedula, quando conſtat tunc temporis nullam fuiſſe ſcriptam exhibitam, & publicatam ſententiam Rot. *deciſ.* 252. *part.* 1. *in recent.*

Et ideo eſt aduertendum, quod nõ eſt apponenda dies ſubſcriptionis in ſententia, ſed omnia ponenda ſunt ſub die pronunciationis Rota *dec.* 705. *part.* 3. *diuerſ.* & fuit dictum in Foroliuien. fideicommiſſi 27. Nouembris 1609. coram R.P.D. Pamphilio.

COLLECT. 3149.

Super Archidiac. in cap. memoriam 19. diſtinct.

¶ *Suſpicio falſi in ciuilibus quando ſufficiat, vt fides ſcripturæ non adhibeatur?*

SVſpicio ſola falſi ſufficit, vt non ſit fides adhibenda ſcripturæ, vbi ciuiliter agitur, h.d. & ita Verall. *deciſ.* 298. *lib.* 1. *in manuſcript.* Rota in Rauennaten. bonorum Lunæ 16. Februarij 1612. coram R. P. D. Ludouiſio Gregorio XV. Seraphin. *deciſ.* 1259. latè Rota *deciſ.* 132.

Declara tamen has ſuſpiciones debere eſſe legis, & non hominis, Seraph. *deciſ.* 917.

Item ſuſpiciones non releuantes, neque debent attendi Seraphin. *deciſ.* 866. *in fin.* Nec illæ, quæ procedunt ex leuibus, & friuolis coniecturis, neque ſufficit vna magna ſuſpicio ſi vitium non ſit viſibile, ſicut nec etiam procedit regula, quando fides inſtrumenti ex aliis confirmaretur, quia tunc purgatur illa ſuſpicio, vt dicebam in cauſa vertente in Curia Archiepiſcopali, & vide ad materiam Gaſpar. Theſaur. *quæſt. forenſ.* 47. *lib.* 1.

COLLECT. 3150.

Super Bal. in l. vnic. col. vltim. C. de his qui ante apert. tabul.

§ Legatum, ſeu fideicommiſſum conditionale an tranſmittatur mortuo fideicommiſſario ante euentum conditionis? adducuntur plures coniecturæ tranſmiſſionis.

COncludit hic Baldus quod licet legatum, ſiue fideicommiſſum conditionale minimè tranſmittatur mortuo fideicommiſſario ante inſtitutum, vel euentum conditionis per text. *in l.vnic. §. ſin autem ſub conditione, C de caduc.tollen.* cum alijs concordantibus, de quibus ex deciſionariis Guid. Pap. *deciſ.* 232. Boer. *deciſ.* 334. Franc. Marc. *deciſ.* 78. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 82. Gama *deciſ. Rot. Luſitan.* 160. Seraphin. *deciſ.* 1013 *& deciſ.* 1479. Mantic. *deciſ.* 125. tamen ſecus eſt vbicunque ex coniecturis conſtare poteſt de intentione teſtatoris quod voluerit tranſmiſſioni locum eſſe, quia teſtator poteſt facere tranſmiſſibile, quod de ſui natura eſt intranſmiſſibile, è contra, & ita tradunt Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 102. Viu. *deciſ.* 398. Caualc. *deciſ.* 19. *part* 3. *numer.* 95. Rot. Roman. *in nouiſſ deciſ.* 782. *part.* 1. & apud Farinac. *deciſ.* 380. *part.* 2. Seraphin. *deciſ.* 1013. *num.* 2. vbi affirmat Rotam voluiſſe coniecturas debere eſſe vrgentiſſimas, & concludentiſſimas.

Amplia hanc concluſionem procedere, etiam ſi facta eſſet ſubſtitutio nomine proprio, nam, & tunc ex coniecturis fieret tranſmiſſio Rota recollect. per Farinac. *deciſ.* 59. *part.* 2. licet contrarium dixerit alias, vt apud eandem Rotam *in nouiſſ. deciſ.* 781. *part.* 1. & apud Seraph. *deciſ.* 1479. *in fin.*

Amplia etiam procedere, & ſi teſtator in ſubſtitutione dixerit ſuperuiuentem, vel ſuperſtitem ſubſtituo, nam & tunc ex coniecturis fieret tranſmiſſio, & communi calculo fatentur Doctores, & iudicatum teſtatur Viuius *in ſilua commun. opin. concluſ.* 844. *num.* 4. & quod ſtantibus coniecturis tranſmiſſionis verbum ſuperſtites non impediat tranſmiſſionem dixit Farinac. *deciſ. Rot. Rom.* 502. vbi recenſet nonnullas coniecturas, & vide Mantic. *deciſ.* 319.

Pro cuius ampliationis ornatu ſcias, vt huiuſmodi coniecturæ operentur non ſolum fauore liberorum, ſed etiam quoad alios tranſuerſales Capic. *deciſ.* 115. *numer.* 7. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 102. vbi teſtatur hanc eſſe communiorem, & veriorem opinionem Viuius *deciſ.* 398. *num.* 3. Rota Romana *deciſ.* 782. *num.* 2. *&* 3. *part.* 1. *in nouiſſ.* affirmans *num.* 5. ita demum ex coniecturis fideicommiſſum conditionale tranſmitti, ſi coniecturæ eliciantur ex diſpoſitis in teſtamento, ſecus ſi elicerentur extra teſtamentum, nam hæ coniecturæ non ſufficerent.

Quænam ſint coniecturæ ad hunc finem, dicas plures eſſe quarum prima eſt, quando fideicommiſſum eſſet vnitum cum iure accreſcendi, quia tranſmittitur ad hęredes fideicommiſſario mortuo conditione pendente, *l. qui pater ff. de acquirend. hæredit.* & ita communiter teſtantur DD. & deciſum referunt Mantic. *deciſ.* 319. Farinac. *deciſ.* 502. & alibi Verallus *deciſ.* 21. *part.* 2. licet contrarium voluerit Viuius *deciſ.* 338. *num.* 15. *&* 20. Rota voluit *in collect. per Farinac. deciſ.* 100. *n.* 6. *part.* 1.

Secunda coniectura eſt ad eliciendam voluntatem teſtatoris, quod voluerit trāſmitti fideicommiſſum, quando extraneus præferretur deſcendentibus teſtatoris, vel remotior præferretur proximiori Rota Rom. *in nouiſſ. deciſ.* 782. *num.* 15. *part.* 1. *& in collect. per Farinac. deciſ.* 380. *num.* 5. *part.* 2. licet contrarium conſtet apud Seraphin. *deciſ.* 1013. *num.* 5.

Tertia coniectura eſt, quando minus di-

nus dilectus non facta tranſmiſſione magis dilecto præferretur ad hoc, vt tale abſurdum non ſequatur erit facienda tranſmiſſio, exempli gratia, quando teſtator proprias filias excluſit inſtituendo maſculos, & non faciendo tranſmiſſionem fœminæ prædefuncti admitterentur, nam eſſet abſurdum, & contra mentem teſtatoris, quod neptis præferretur filiæ magis dilectæ, *l. ſi viua matre verſic. nam licet, C. de bonis maternis l. Publius in fin. C. de condit. & demonſtr.* & ideò locus erit tranſmiſſioni, prout ita fatentur ex deciſionariis Mantic. *d. deciſ.* 310. *nu.* 4. Caualc. *deciſ.* 19. *numer.* 99 *part.* 3. Farinac. *deciſ. Rot* 502. *num.* 3. eadem Rota Rom. *deciſ.* 781. *num.* 15. *part.* 1. vbi *numer.* 16. ſubdit pariter ceſſare tranſmiſſionem quando magis dilectus excluderetur.

Quarta coniectura eſt, quando teſtator voluit prouidere conſeruationi agnationis, quia tunc habet locum tranſmiſſio, ſi enim teſtator voluit bona in familia conſeruari, dicendum eſt voluiſſe locum eſſe tranſmiſſioni, ſine qua bona in agnatione non conſeruarentur Viuius *deciſ.* 398. *num.* 24. vbi teſtatur ita iudicatum in Rota Romana, in Curia Reatina, & in audientia terræ Bari Boer. *deciſ.* 155. *num.* 19. Caualc. *deciſ.* 19. *num.* 97. *part.* 3. Mantic. *deciſ.* 319. *num.* 6. vbi ſcribit Rotam tenuiſſe hanc coniecturam eſſe validiſſimam.

Quinta coniectura eſt, quando teſtator vocauit ſubſtitutum, & eius hæredes, vel eius filios, aut aliter de Nepotibus mentionem fecit, nam tunc fieret tranſmiſſio Gama *deciſ. Luſit.* 160. Capic. *deciſ.* 115. *num.* 7. Farinac. *deciſ.* 502. quorum ſanè opinio procedit etiam quando teſtator expreſsè non vocauit in ea ſubſtitutione filios, vel hæredes ſubſtituti, ſed tentum de eis fecit aliquam mentionem ante, vel poſt, & ſic de eis cogitauerit Rota Romana *in nouiſſ. deciſ.* 782. *num.* 13. *& ſequen. part.* 1.

Sexta coniectura eſt, quando teſtator ſubſtituendo extraneum, vel remotiorem deſcendentibus vocauit etiam hæredes ipſius extranei, vel remotiores ſubſtituti, quia & in alia ſubſtitutione facta de deſcendentibus, & proximionibus teſtatorem præſumitur multo magis vocare filios deſcendentium, vel proximiorum ſaltem iure tranſmiſſionis Rota Rom. *in collect. per Farinac. deciſ.* 380. *num.* 3. *part.* 2.

Septima coniectura deſumitur ex æqualitate ſeruanda inter coniunctos, quia ſi teſtator in ſubſtitutione de vno facta vocauerit etiam eius liberos, vel hæredes, cenſetur etiam voluiſſe vocare liberos, & hæredes alterius, licet non expreſſerit Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 102. *num.* 13. Rot. Rom. *in collect. per Farinac. deciſ.* 59. *num.* 3. *part.* 2. vbi ratione æqualitatis ſeruandæ deducit coniecturam pro tranſmiſſione, licèt contrarium ſentiat Magon. *deciſ. Lucenſ.* 12. *num.* 138.

Octaua coniectura eſt, quando teſtator plures gradus ſubſtitutionum fecit, & in vltima poſt filiorum mortem extraneum, vel remotiorem in gradu ſucceſſionis ab inteſtato ſubſtituit, quia tunc benè fit tranſmiſſio Mantic. *deciſ.* 120. Rota *apud Farinac. deciſ.* 380. *in fin. part.* 4. vbi voluit maximè procedere aliis concurrentibus coniecturis, licet contrarium reperiam apud eumdem Mantic. *deciſ.* 125. *& deciſ.* 319. vbi dicit procedere, niſi aliæ coniecturæ concurrant Seraphin. *deciſ.* 1013. *n.* 4.

Nona coniectura eſt, quando filij ſubſtituti poſiti fuerunt in conditione, quia moriente eorum patre conditione pendente ad eos fiet tranſmiſſio, Viu. *deciſ.* 844. *num.* 7. Mantic.

Digitized by Google

deciſ. 120. vbi tamen hoc admiſit in deſcendentibus, at ſecus in extraneis, vide eundem Mantic. *deciſ.* 319. *num.* 2. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 102. *num.* 12. Rota *collect. per Farinac. deciſ.* 380. *n.* 4. *part.* 2.

COLLECT. 3151.

Super l. clam poſſidere §. qui ad nundinas vbi Angelus ff. de acquirenda poſſeſſione.

¶ Iudex immittens alium in poſſeſſionem, quando priuet alium ſua poſſeſſione?

AD hanc doctrinam vide Ludouiſ. *in deciſ.* 582. iuxta cuius deciſ. ſæpius Rota cenſuit, & præſertim in Hypporigien. Cappellaniæ 3. Martij 1578. coram Lauretano, vt in terminis fuit deciſum in vna Theleſina beneficij 25. Junij 1593. Mohedan. *deciſ.* 4. *num.* 4. *de reſtit. ſpoliatorum.* Rota *deciſ.* 141. *num.* 2. *& deciſ.* 802. *num.* 6. *part.* 1. *diuerſorum*, Iudex immittens in poſſeſſionem priuat alium poſſeſſione etiam abſque alia expulſione, Seraphin. *deciſ.* 1325. *num.* 1. vbi additio dat plures concordantes, Rota *deciſ.* 525. *numer* 3. *& deciſ.* 557. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.* ac etiam dicta iudicis auctoritas operatur, quod primus poſſeſſor debeat ſuſpicari ſe poſſe repelli, Rota *dec.* 641. *num.* 7. *part.* 1. *diuerſ.*

COLLECT. 3152.

Super l. admonendi vbi Jaſ. num. 132. ff. de iure iurando.

¶ Matrimonium probatur per aſſertionem parochi, & illius librum.

MAtrimonium probatur per aſſertionem parochi illiuſque librum h. d. ratio eſt quia cum ſimus in his quæ pertinent ad officium parochi, nempè in celebratione matrimonij, *cap. cum inhibitio de clandeſt. deſponſ.* fides adhibenda eſt, Jaſon. *in repet. l. admonendi n.* 132. *ff. de iure iurando.* Rota *deciſ.* 1. *de probat. in nouiſſ. & dec.* 16. *&* 17. *eod. in antiq. & deciſ.* 7. *de officio delegat. in antiq.* tex. cum not. *in cap. poſt ceſſionem de probat.* Ruin. *in conſ.* 56. *nu.* 5. *lib.* 1. Rota Romana coram Paleott. *deciſ.* 220. cum eſſet lis in fine in manuſcriptis, & quod ſcripturæ parochi tanquam officialis publici à Sacro Concilio deputati credendum ſit quoad matrimonium fuit reſolutum in illa Calaguritana matrimonij 17. Maij 1574. coram D. Decano, & in illa Colonienſi ſtatus 20. Februarij 1581. coram D. Vicecomite.

Amplia nunc ſupra poſitam concluſionem procedere etiam in libro patris teſtificantis de ætate filiorum, vt fuiſſe deciſum teſtatur. Anna *ſing.* 380. Viuius *dec.* 520.

Subamplia procedere etiam ſi liber non fuiſſet recognitus à teſtibus qui dicant ſe vidiſſe patrem ſcribere, Mantica. *deciſ.* 25.

Amplia ſecundò procedere etiam in licentia ad contrahendum matrimonium, quæ probatur pariter per librum parochi, idem Mantica *in dec.* 34.

Nunc vero limita.

Et primò nõ procedere vbi euidenter appareret librum non bene, ac fideliter fuiſſe per parochum cuſtoditum, quia tunc non probat, vt fuiſſe deciſum per Rotam Romanam teſtatur Rota *diuerſ. in deciſ.* 340. *lib.* 2.

Limita ſecundò quando liber parochi eſſet per Curiam reprobatus tũc enim ei nulla fides adhibetur, & fuiſſe deciſum teſtatur Polidorus Ripa *in deciſ.* 247.

COLLECT. 3153.

Super Conc. Trid. ſeſſ. 25. canon. 5. de reformat.

¶ Quali-

¶ Qualitates, & conditiones adiectæ in fundationibus beneficiorum an mutari poſſint?

COnditiones adiectæ in fundationibus beneficiorum minimè detrahi, ſeu derogari poſſunt hoc dicit, & ita fuiſſe deciſum teſtatur Rot. *apud Farinac. deciſ.* 171. cuius verba ſunt [Congregatio Concilij cenſuit, non licere epiſcopo poſt Concilium, etiam accedente patronorum conſenſu derogare qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis, ideoque ſi beneficium in fundatione certam ætatem requirat, non poſſe epiſcopum illud, quamuis Patronus conſenſerit, ei conferre, qui nequaquam fuerit huiuſmodi ætatis] & facit ad hoc propoſitum deciſio Pereiræ *deciſ.* 57.

Limita primò ſtante vrgenti cauſa quo caſu licita eſt voluntatis teſtatoris mutatio, Valaſc. *deciſ.* 105.

Limita ſecundò ſtante Summi Pontificis approbatione, ſeu aſſenſu Gama *deciſ.* 180.

Limita tertiò ſi ad vſum deſtinatum adimpleri non poteſt, Febus *deciſ.* 47. & in hoc animaduertendum eſt quod vbi de donatione ad pias cauſas, quæ impleri non poſſit applicanda eſt ad ſimilem cauſam.

COLLECT. 3154.

Super l. doli in fine ff. de nouat.

¶ Emptor an debeat eſſe ſollicitus, vt pecuniæ conuertantur in cauſam expreſſam?

EX iſto text. colligitur concluſio, quod emptor non debet eſſe ſollicitus, & curioſus, quod pecuniæ conuertantur in cauſam expreſſam.

Pro cuius ornatu notabis ita fuiſſe concluſum à pluribus Tribunalibus orbis in variis cauſis occurſis, vt conſtat apud Surd. *deciſ.* 156. *num.* 6. Rota *deciſ.* 681. *num.* 5. *part.* 1. *in recent.* & *deciſ.* 35. *num.* 9. vbi agitur de contrahente cum muliere, & *deciſ.* 309. *num.* 11. & fuit dictum in Romana reſciſſionis contractus 26. Nouembris 1618. coram R.P.D. Caualerio, vbi fuit dictum, quod emens fundum dotale à muliere non tenetur inquirere, an æs alienum pro cuius ſolutione fit venditio fuerit contractum in vtilitatem mulieris. Imò nec etiam contrahens cum perſonis priuilegiatis puta eccleſia, & minore non tenetur eſſe ſollicitus de verſione, niſi quando eſt voluntaria, vt diſtinguit Rota *in deciſ.* 8. *n.* 10. & 11. *deciſ.* 29. *num.* 1. & *deciſ.* 287. *nu.* 4. & *ſequent.*

Sed num ſoluatur rectè ei, cum quo fuit contractum etiam ſi ille non ſit dominus? dicas regulariter benè ſolui, Surd. *deciſ* 60. & *deciſ.* 229. Rota *dec.* 286. *inter impreſſas poſt* 2. *librum conſ. Fari.*

Vndè rationabiliter quidem eadem cenſuit Rota quod depoſitarius rectè reſtituit Monacho pecuniam ab ipſo depoſitatam, quamuis pecunia ſit monaſterij, & ita ego dicebam conſultus in quadam cauſa vertente inter Marcum Antonium Aurelium Tripellam, & Joannem Sophiam Calabros in anno 1626.

COLLECT. 3155.

Super Angel. in l. omnimodo num. 3. C. de inoffic. teſtam.

¶ Supplementum legitimæ quanto tempore præſcribatur?

ANgelus hic affirmat legitimæ ſupplementum non præſcribi minori ſpatio triginta annorum, & ita Puteus *deciſion.* 127. *libr.* 2. Mohedan. *deciſ.* 2. *de præſcript.* & alias eadem Rota Romana in vna Romana legitimæ

17. Maij 1613. coram R.P.D. Caualerio Boer. *deciſ.* 150. vbi teſtatur de communi, & veriori opinione.

Amplia hanc concluſionem procedere, ſiue pro ſupplemento competat condictio ex lege, cum ſit perſonalis requirit præſcriptionem triginta annorum, *l.* 2. *C. de conſtit. pecun. l. ſicut, C. de præſcript. trigint. vel quadragint. annor.* §. 1. *inſtit. de perpet. & tempor. præſcript.* ita in terminis Rota apud Ludouiſium in Romana cenſus de celſis Veneris 17. Decembris 1610. coram Ludouiſio.

COLLECT. 3156.

Super Bart. in l. 1. num. 8. C. de bon. vacantibus.

¶ *Fiſcus an acquirat bona quæ deferuntur alio iure quam hæreditario, abſque legitima aditione?*

VBi bona confiſcantur, vel ad fiſcum deferuntur alio iure, quam hæreditario acquiruntur fiſco abſque aditione h.d.

Amplia hanc concluſionem procedere in bonis; quæ deferuntur vigore Auth. bona damnatorum perſonis ibi nominatis, vt acquirantur ſine agnitione Rubin. *deciſ.* 239. vbi tamen limitando declarat, quod inuito fiſco, bona ſibi incorporentur, ſed oportet, vt illa agnoſcat, niſi incorporatio fiat ipſo iure, quia in tali caſu bona acquiruntur fiſco etiam inuito Carpan. *in comment. ad nouas conſtitut. Mediolan. tit. de bonor. confiſcat. cap. omnium num.* 675. vbi affirmat alias in illo Senatu Mediolanenſi fuiſſe deciſum, fiſcum non poſſe repudiare confiſcationem, & petere in bonis damnati aliquam particularem mulctam, pœnam, vel condemnationem ne teneatur oneri legatorum, & fideicommiſſariorum.

Aduerte tamen, quod fiſcus nequit bona delinquentis incorporare, niſi ſecuta ſententia declaratoria Gramat. *deciſ.* 15. Capyc. *deciſ.* 112.

Neq; acquiritur poſſeſſio fiſco poſt ſententiam, niſi per eum apprehendatur Boer. *deciſ.* 277.

COLLECT. 3157.

Super cap. ſolemnitas de conſecrat.

¶ *Eccleſia qualibet tenetur celebrare feſtum ſuæ dedicationis.*

QVælibet eccleſia tenetur celebrare feſtum ſuæ dedicationis h.d. & vide Rotam *deciſ.* 616. *part.* 1. *in recent.* vbi pariter firmatur, quod iſtud feſtum dedicationis propriæ eccleſiæ regulariter aliis ſolemnitatibus præfertur.

Sed num poſſit eccleſia, quæ olim fuit cathedralis celebrare feſtum dedicationis dictæ eccleſiæ, ita quod non poſſit impediri per eccleſiam Cathedralem? affirmat Ludouiſius *deciſ.* 493. vbi iuxta hanc opinionem in Rota deciſum teſtatur in vna Cæſarauguſtana dedicationis Lunæ 24. Ianuarij 1611.

COLLECT. 3158.

Super Bald. conſil. 375.

¶ *Filius iudicium patris agnoſcendo, an in legitima ſibi præiudicet?*

ANnuit hic Baldus *lib.* 1. quod in legitima filius ſibi non præiudicat iudicium patris agnoſcendo in genere. Et ita Rota in vna Romana cenſus de Celſis veneris 17. Decembris 1610. coram Ludouiſio, vt fuit dictum hoc locum habere, etiam ſi teſtator dixerit filium debere eſſe tacitum, & contentum, quia in tali caſu, etiam ſimpliciter agnoſcendo relictum non intelligitur renunciaſſe iuri competenti

tenti ad ſupplementum niſi hoc in ſpecie dixerit, quod pariter eadem Rota tenuerat in alia Romana palatij de Aquila 2. Decembris 1609. coram R. P. D. Marquemontio.

Et quod filius adiens hæreditatem paternam vigore teſtamenti, in quo eſt expreſſè prohibita detractio legitimæ ſibi non præiudicat in legitima iuxta opinionem pluries à Rota approbatam Rota *deciſ.* 200. *num.* 5. *& deciſ.* 206. *num.* 4. 5. *&* 6. *deciſ.* 449. *num.* 3. *&* 4. *& deciſ.* 979. *num.* 8. *& deciſ.* 653. *nu.* 9. *part.* 1. *in recent.* & fuit dictum in Foroliuien. fideicommiſſi 9. Maij 1612. coram R. P. D. Pamphilio, in quibus omnibus deciſionibus redditur ea ratio, quia legitima requirit ſpecificam, & indiuiduam derogationem, & vt filius poſſit legitima grauari adeo quod adeundo hæreditatem ſibi præiudicet, datur cautela quod pater in teſtamento caſu quo filius nolit dicto oneri, & grauamini conſentire cenſeatur tantum in legitima inſtitutus, tunc enim ſi filius adeat ſimpliciter hæreditatem, cenſetur dicto oneri conſentire, & ſibi in legitimæ detractione præiudicat benè Rota *dicta deciſ.* 653. *num.* 13. & etiam *dict. deciſ.* 206. *num.* 4. *& deciſ.* 479. *nu.* 8. *part.* 1. *in recent.* non tamen ſufficeret, ſi teſtator dixiſſet quod aliàs filius cenſetur omni commodo teſtamenti priuatus, Rota *deciſ* 206. *ſub num.* 4. & in caſu, in quo pater grauat filium in legitima non vtendo dicta cautela, non tenetur filius fructus ex tota hæreditate perceptos in legitimam imputare, & in his terminis conſiderauit Rota *in dicta deciſ.* 653.

COLLECT. 3159.

Super obſeruantia Curiæ Archiepiſc. Neapolis circa impeditionem liquidationis inſtrumenti.

¶ *Liquidatio impeditur ſi debitor allegat ſolutionem, & datur terminus ad probandum.*

IN tribunali Curiæ Archiepiſcopalis Neapol. ſeruatur quod quando debitor, contra quem liquidatur inſtrumentum allegat ſatisfactionem tunc impeditur liquidatio, & datur ei breuis terminus ad probandum, quod ſi non probauerit tenetur ad pænam, intellige quando fuit præſtita ſatiſdatio de ſoluendo debitum, & pænam vt deciſum refert Genuenſ. *in cap.* 51. & quid agendum vbi ſatiſdatio præſtari nequit, vide pulchre per Fabrum *in deciſ.* 17. *de ſatiſdando.*

Ceſſat tamen remedium ſatiſdationis in multis, & primò non auditur ſatiſdari volens, pendente lite ſuper iudicio capitali, idem *in deciſ.* 16. & qualiter à peregrino accuſante ſit præſtanda ſatiſdatio, vide eundem *in deciſ.* 15. *eod. tit.*

An autem pignus obtineat, vim ſatiſdationis quo ad effectum impediendi liquidationem? quod ſic, refert deciſum Faber *in deciſ.* 11. & quid in depoſito? fuit deciſum, quod ſic, quando fulcitur requiſitis Ludouiſ. *in deciſ.* 146. & quæ ſunt requiſita, vide per Giurbam *deciſ.* 77. *&* 79. & num iuratoria cautio? quod ſic, refert deciſum idem Faber *in deciſ.* 9. *C. de ſatiſdationib.* & quid agendum vbi per ſtatutum eſſet remiſſa ſatiſdatio, vide pleniſſimè per eundem Fabrum *in deciſ.* 8. *C. de ſatiſdationibus.*

COLLECT. 3160.

Super §. ſit tibi quoque de mandatis Principum.

¶ *Recurſus ad ſuperiorem an & quando licitus ſit.*

QVando licitus ſit recurſus ad ſuperiorem omiſſo inferiore iudi-

ce hic habetur, vnde animaduertendum primò, recurſum regulariter eſſe prohibitum, Caball. *deciſ.* 44. hinc eſt quod vaſallus pro conſequenda iuſtitia non poteſt accedere ad Principem per ſaltum, Seſſa *in deciſ.* 23. non enim ſuperiorem adire poterit, niſi petito prius, & deciſo grauamine Caball. *in deciſ.* 44. Marta *in deciſ.* 234. nec ſubditus debeat inclinare iuriſdictionem ſui ordinarij Marta *citat. deciſ.* & Macerat. *lib.* 1. *deciſ.* 102.

In multis tamen caſibus permittitur recurſus, & excuſatur à pœna fugæ.

Primò ſi quis metu iudicis fugiat timens ne ipſe ſæuiat, aut quid iniuſtum in eum committat excuſatur à fuga Bertaz. *deciſ.* 468. Boer. *in deciſ.* 215. Giamat. Voto *deciſ.* 37.

Secundò Itineris arreptio ad ſuperiorem qui per querelam adiri poteſt vim habet appellationis, ipſumque iter arripientem protegit Maſtrill. *deciſ.* 295.

COLLECT. 3161.

Super Bellapertic. in l. cum ciuili C. de ordin. cognit.

¶ Falſitatis inſtrumenti cauſa an faciat ſuperſederi in cauſa ciuili?

ANnuit iſte Doctor hic column. 1. in fine verſic. verbi gratia, quod cauſa falſitatis inſtrumenti per Actorem in iudicio ciuili producti faciat ſuperſederi in eadem ciuili, & ita Caſſador. *deciſ.* 1. *de mutuis petitionibus.*

Sed quia alia plura in hac eadem materia fuerunt alibi in eiſdem collectaneis relata, vnum volo, quod notes ad ornatum huius doctrinæ, & eſt, vt cauſa criminalis cenſeatur intentata, & faciat ſuperſedere in ciuili per ſolam accuſationem, & querelam etiam ſine monitorio, & citatione ad comparendum, prout ita ſanè ego tanquam delegatus iudicaui in quadam cauſa Aprutina in anno 1615. & pluries conſultus in eandem deueni ſententiam, & ita reperio noſtros tenere Doctores, qui cum non ſint deciſionarij, hic illos allegare non curo.

COLLECT. 3162.

Super Bald. in cap. 1. §. aut liuellatio quib. mod. feud. amitt.

¶ Hypotheca an faciat incurrere pœnam adiectam prohibitioni alienationis?

BAldus hic *num.* 4. *verſic. ſequitur*, eſt in opinione quod ex hypotheca non incurratur pœna adiecta alienationi, niſi fuerit deuentum ad traditionem, & ita Rota apud Ludouiſium in Romana fideicommiſſi de Iacobatiis Veneris 5. Decembr. 1608.

In tantum quod requiritur, vt fuerit deuentum ad actualem traditionem ad effectum quod ob alienationem incurratur caducitas, vt dixit Rota in Ferrarienſ. bonorum de Schianchis 15. Novembr. 1619. coram R. P. D. Pamphilio.

Amplia neque ſufficere clauſulam (conſtituti,) quæ aliàs ſolet operari effectum traditionis cum ad iſtum effectum pœnæ requiratur actualis traditio, prout ſtante huiuſmodi clauſula conſtituti reſoluit Rota in Vrbeuetana hereditatis 24. Nouembris 1614. coram R. P. D. Manzanedo, vbi appellat hanc opinionem, æquiorem, & à Doctoribus miræ electionis approbatam, quare meritò ibi recedit ab alia deciſione in eadem cauſa, in qua contrarium fuerat reſolutum, & in dicta cauſa Vrbeuetana agebatur de tranſlatione poſſeſſionis mediante reſerua-

ſeruatione vſufructus iuxta terminos textus *in l. quiſquis C. de donat.* & hanc etiam opinionem tutata fuit eadem Rota apud Ludouiſ. *deciſ.* 520. ſequitur Guid. Pap. *deciſ.* 101.

Subamplia hanc ampliationem eò magis procedere, quando in alienatione eſt reſeruatum ius domini directi cum clauſula *Non alias*, quæ clauſula licet non præſeruet à caducitate, quando fuit deuentum ad actualem traditionem, tamen benè præſernat, quando traditio eſt ficta per clauſulam *conſtituti*, aut alium ciuilem modum fictum, prout ita cenſuit Rota in Imol. bonorum 18. Junij 1618. coram R.P.D. Coccino Decano.

COLLECT. 3163.

Super Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 18.

¶ *Concurſus an requiratur in Parochialibus de iurepatronatus laicorum?*

COncurſus non requiritur in Parochialibus de iure patronatus laicorum, ſed ſufficit quod præſentatus à patronis examinetur ab examinatoribus deputatis, & ſi idoneus reperitur eſt admittendus, & inſtituendus, h. d.

Pro cuius ornatu notabis quod hoc minimè procedet, & habebit locum, quando fuiſſent plures præſentati à patronis laicis nam tunc requiritur examen per concurſum inter ipſos præſentatos vt ex illis eligatur magis idoneus, vt firmauit Rota *in hac deciſ.* ex mente ſacræ congregationis, cuius reſolutionem referunt, & ſequuntur & fuit dictum in Pampilone. de Zal. 26. Junij 1609. coram R.P.D. Ottembergo, & in alia Pampilonen. Parochialis 27. Januarij 1614. coram R.P.D. Coccino Decano. Verum hoc habet locum quando ſinguli præſentati haberent æquales voces, alias ſi vnus habeat plures voces, ille ſolum eſt examinandus abſque concurſu, vt aliquando fuit dictum in noſtra Curia Archiepiſcopali Neapolitana.

COLLECT. 3164.

Super Alexand. conſ. 69. lib. 3.

¶ *Decretum latum ex falſa cauſa, an ſubſiſtat?*

FIrmat hic iſte Doctor *num.* 3. decretum latum ex falſa cauſa minimè ſubſiſtere, & ita dixit Rota in Romana Societatis officij 17. Junij 1602. coram R.P.D. tunc Decano, & aliàs in Romana prętenſi erroris calculi Veneris 4. Februarij 1611. coram Ludouiſio.

Amplia hanc concluſionem procedere, & habere locum quamuis decretum ſit interpoſitum partim ex vera cauſa, & partim ex falſa, Rota *deciſ.* 852. *part.* 4. *in nouiſſim.* & in Romana ſpolij bonorum 21. Februarij 1600. coram R. P. D. Juſto, cuius ampliationis ratio eſt, nam habetur reſpectus indiuiduitati, cuius occaſione corruit totum.

Verum aduertas, quod ſi cauſa falſa, quæ fuit expreſſa non eſt principalis interpoſitionis decreti, ſed ſecundaria, & cauſa principalis eſt vera, in tali caſu decretum ſuſtinebitur, vt declarauit Rota in Romana Cenſus primo Julij 1616. coram R.P.D. Vbaldo.

Et ad materiam notabis, quod quando decretum eſt interpoſitum ex pluribus cauſis ſufficit vnam veram eſſe, licèt aliæ non iuſtificentur, vt voluit Rota in eadem Romana cenſus, & aliàs in Romana ceſſionis contractus 26. Nouembris 1618. coram R. P.D. Caualerio.

COLLECT. 3165.

Super Marſil. in l. de minore §. plurimum num. 36. ff. de quæſtionibus.

¶ *Fama vt probet quæ requirantur.*

FAmam debere eſſe ſolidam, conſtantem, & perpetuam, dicit hic iſte Doctor, & ita voluit Rota *deciſione* 167. *& deciſione* 182. *part.* 1. *in recentioribus, cum ibi cumulatis, & deciſione* 264. *inter impreſſ. poſt* 2. *librum* Farinac.

Amplia, quod vt probet fama, ac releuet, nihil debet habere in contrarium, nullamque contradictionem Rota in Oueten. Canonicatus 24. Januarij 1578. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino.

Sed num fama probetur per teſtes deponentes per verbum præſentis temporis? eſt negatiuè Verall. *deciſ.* 9. *part.* 2. & fuit dictum per Rotam in vna Hiſpalen. habitus Veneris 11. Martij 1611. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Ludouiſio, deinde Gregorio XV. vbi etiam fuit tentum, famam bonam in concurſu præualere famæ malæ ex Put. *deciſ.* 2. *libr.* 3. & ita dixerat prius eadem Rota in Oxomen ſtatuti 27. Junij 1601. coram R.P.D. tunc Decano, & in Toletana portionis 2. Maij 1594. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Mantica, & in Pacen. puritatis 6. Aprilis 1609. coram R.P.D. Manzanedo, & alibi ſæpius.

COLLECT. 3166.

Super capit. quia propter de elect.

¶ *Electionis forma per ſcrutinium, per compromiſſum, & per inſpirationem non ſeruata, an electio valeat?*

IN hoc textu, triplex forma ponitur faciendi electionem nempe per ſcrutinium, compromiſſum, & inſpirationem, aliàs ſi vnus ex præfatis tribus modis omittatur electio forſan celebrata non valet, & nulla redditur, & contra facientes priuandi ſunt pro ea vice poteſtate eligendi.

Amplia concluſionem huius text. procedere etiam in electione Abbatum, Seraphin. *deciſ.* 647. Franciſc. Marc. *deciſ.* 992. *tom.* 1. vbi affirmat quod forma huius text. habet locum nedum in electionibus epiſcoporum, & aliorum prælatorum eccleſiarum collegiatarum, qui habent iuriſdictionem generalem in dictis eccleſiis, ſed etiam in electione Regularium prælatorum.

Sed quatenus in eodem textu dum loquitur de electione per ſcrutinium facienda mandetur, quod aſſumantur tres, notabis, quod ſcrutatores non debent excedere iſtum numerum trium, aliàs electio inualidabitur Franciſc. Marc. *deciſ.* 1201. vbi ex eodem textu annuit pertinere ad eſſentiam, & ſubſtantiam electionis, vt prælibati tres ſcrutatores debeant eſſe de collegio; & quamuis ſecundum aliquos ſubſtantialia formæ huius text. non incipiant à verbis illis aſſumantur tres de collegio, ſed à verbis immediatè ſequentibus, qui ſecretè, & ſigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, ita quod ſupponant in Curia Romana fuiſſe confirmatam electionem Abbatis Tullen. licet in ea fuerint electi ſex ſcrutatores, tres ſcilicet de collegio, & tres extra collegium, tamen totum contrarium eſt verius aduertit Rota in Meten. monaſte-

naſterij Lunæ 5. Julij 1621. coram R. P.D. Coccino Decano, vbi materia huius text. doctè quidem, & perbellè diſcutitur, & iterum vide aliam deciſionem coram eodem in Treueren. Abbatiæ S. Maximini Mercurij 20. Nouembris 1624. & vide ſequentem diſcurſum editum à Doctore Nouario I.C. Lucano, cuius tenor eſt vt ſequitur videlicet.

NVlla quidem cadit dubitatio quin vota ſcrutatorum ab eiſdemmet eſſe, & fore ſcrutanda, nam ſi eis permiſſum eſt aliorum vota ſcrutari, ergo à fortiori, & propria videtur ſcrutari poſſe, vt notauit Rendina *in promptuar. recept. ſent. in tit. de election.*

In hac autem ſcrutatione duplex traditur à Doctoribus forma, vna eſt, quod tribus compromiſſariis electis iuxta terminos text. *in cap. quia propter diuerſitatem de elect.* addatur quartus, qui vnà cum tabellione trium vota ſcrutetur, & hanc dicunt aliqui ex DD. poſſe in praxi ſeruari.

Altera, quæ in rei veritate communior forma, & ſæpius practicata reputatur eſt quod ſcilicet duo ſcrutentur votum vnius, & vnus vota duorum, vt communi calculo receptum eſt à Doctoribus *in d. cap. quia propter* vt Abb. antiq. poſt Vincent. *col.* 3. *num.* 9. Innocent. *col.* 2. *nu.* 5. *in verbo cunctorum* Compoſtellan. *col.* 1. *num.* 6. *& ſeq.* Hoſtienſ. *col.* 4. *num.* 10. Anchar. *colum.* 3. *in princip.* Cardin. Florent. *col.* 6. *num.* 4. Butr. *col.* 4. *num.* 26. *verſiculo ſequitur in litera.* Panormit. *col.* 3. *num.* 9. *verſic. quarto quæritur.* Imol. *col.* 3. *num.* 8. quos refert, & ſequitur Rendina *in ſuo promptuario receptarum ſententiarum titul. de electione num.* 18. addo eiuſdem opinionis Biax. *de elect. cap.* 26. *num.* 28. *part.* 3. Fidebur. *in ſumma de elect. quæſt.* 7. *col.* 2. *ante fin. verſic. & Puto.* Rotell. *in ſumma in verbo electio* il 1. *colum.* 5. *verſic. quot ſunt* Rodriq. *quæſt. regular. quæſt.* 52. *articul.* 3. *tom.* 2.

Quibus veris exiſtentibus non per hoc repellenda eſt alia forma, quæ de conſuetudine ſeruata eſt per tantum temporis ſpatium in hac religione, quę in facti nota mihi exhibita ſupponitur, nempè quod nullo adhibito notario, vel extraneo ſcrutatore, primus ex tribus aſſumptis voto ſuo ſeparatim in ſcriptis redacto abſque vlla mora ſcrutetur, votum ſecundi quo & ipſo in eodem folio deſcripto, & per vtrumque recognito ambo ſimul tertium ſcrutentur, & ſtatim huius quoque votò cum cæteris deſcripto ſingula tria vota à ſingulis tribus ſcrutatoribus ſimul cernantur, & recognoſcantur.

In tantum quod talis electio ſit valida, nec reputetur nulla, ac irrita (prout audio à quibuſdam prætendi) vtique affirmandum eſt.

Nam licèt vigore dicti textus, *in d. cap. quia propter* generaliter loquentis per dictionem *cunctorum*, comprehendantur vota ipſorum ſcrutatorum, tamen id non eſt intelligendum de tribus ſcrutatoribus collectiuè ſumptis, & collectiuè conſideratis, ſcilicet, vt omnes tres vnà ſimul ſui ipſorum vota ſcrutentur, ſed diſtributiuè, vt non omnes tres ſimul, ſed eorum aliqui cæteros ſcrutentur, ita vt diuerſo tempore ex his tribus alij ſint ſcrutatores, alij ſcrutati, quoad vtique affirmandum eſt, nam alias ſequeretur abſurdum, vt eſſent in eodem tempore ſcrutatores, & ſcrutati, & tamen debet eſſe differentia inter ſcrutantem, & ſcrutatum, prout inter ſtipulantem, & rem ſtipulatam, *l. legatum* §. 1. *& l. qui filiabus, ff. de legatis* 1. *l. debitore, Cod. de pactis inter baptizantem & baptizatum, capitul. debitum. de baptiſm.* & differentia debet

eſſe inter dantem, & recipientem inter vincentem, & victum, *l. licet §. ſi plures.* vbi Bart. *ff. de procurator.* ſicuti etiam differentia debet eſſe inter reſtituentem, & eum cui fit reſtitutio, *l. 1. §. ſin autem in fin.* & ibi Soccin. *ff. ad Trebell.*

Quare cum in dicto textu, non aperiatur an vnus ſcrutatorum duos, & duo tertium, vel potius duo ſemper tertium ſcrutari debeant, propterea cenſendum eſt ſuppoſitam conſuetudinem in hac religione approbatam ſcrutandi vota ſcrutatorum iuxta ſeriem primo loco propoſitam nō aduerſari terminis textus, imo quia videtur adaptata ad illum textum interpretandum, omninò eſt recipienda, & admittenda, vt communi calculo receptum eſt à Doctoribus *in vulgat. l. de quibus ff. de leg.* Cardin. Seraphin. *deciſ. 964. num. 5.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana lib. 2. cap. 1. num. 12.* vbi affirmat conſuetudinem eſſe optimam legum interpretem: ſequitur Menoc. *conſ. 31. numer. 44.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1415. num. 10.* Cened. qui alios adducit *pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 31.* Pereira *in l. ſi curatorem in verbo contractuum num. 29. de in integr. reſtitut.* prout eſt quoque interpretatiua priuilegiorum, & ſcripturarum, Molin. de Primogenit. *lib. 2. cap. 6. num. 57.* Gironda *de priuileg. & exempt. explicat. num. 1307.* vbi etiam affirmat ſufficere decennalem conſuetudinem, nec eſſe neceſſariam quadragenariam, ſequitur Barboſ. *in collect. DD. ad cap. cum dilectus num 8. de conſuetud.* vbi annuit quoque vulgò dici ſolitum eſt, quod conſuetudo, & rei natura dant interpretationem diſpoſitioni ſimplici, & genericæ ex Molin. quem allegat de Primogenit. *lib. 1. cap. 3. num. 3.*

Tantò fortius, quia domus in materia electionis, in qua conſuetudo ſemper inſpicitur, imò in effectu attenditur, aliàs inualidatur electio, Canoniſtæ *in cap. Cumana de electiòn.* Gabriel qui alios huius ſententiæ adducit *concluſ. 1. numer. 41. ſub Rubric. de conſuetudin.* acquiritur inquam eligendi ius conſuetudine, vt per Azor *inſtitut. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 14. quæſt. 6.* Barboſ. *in d. cap. Cumana numer. 4.* affirmans ex conſuetudine ad electionem alienos, & exiſtentes extra gremium plerumque vocari, quod latius comprobauit *in ſuo tractatu de officio & poteſtate epiſcopi, titulo 1. cap. 3. num. 25.* Miranda *in ſuo Manual. prælat. tom. 2. quæſt. 23. artic. 5. concluſ. 6.* in tantum quod conſuetudo ſeruanda eſt in huiuſmodi electionibus, Pariſ. *conſ. 68. numer. 3. volum. 3. & conſil. 97. num. 30. vol. 4.* Antonin. Macerat. *reſolut. ſin. caſu 64. verſic. neque dictu libro 1.*

Nec iuuat dicere, quod dum ſubſtantiale electionis ſit, vt illa fiat ſecretè, huiuſmodi ſcrutandi modus de quo in facto propoſito ſecretus minimè videatur.

Nam reſpondetur benè per collegam ſatis ſecretum eſſe dum vnuſquiſque ſcrutatorum ſuum profert votum antequam ſciat alterius votum, & quamuis votum primi ſcrutatoris ab aliquo exceptum non ſit, antequam ille ſciat votum ſecundi voti, tamen, cum illud antè deſcriptum formiter reperiatur in eodem folio, in quo eodem inſtanti præſentibus aliis deſcribitur pariter, & ſecundum, nec illud præterea mutari poſſit, quin mutatio detegatur in ſcriptura dicitur id votum primi, & ſecreto prolatum, & conſequenter à ſecundo ſcrutatore exquiſitum.

Quare concludo prælibatam electionis formam non aduerſari menti allegati text. *in cap. quia propter diuerſitat.*

ſitatem de electiõ.ſed potius illius intellectum interpretaſſe. Datum die 8. Julij 1629. & hæc breuiter annotaſſe ſufficiat.

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 3167.

Super capit. volentes de officio legati.

¶ *Legato de latere præſenti minor legatus executionem ſui officij dimittere debet.*

PRæſente legato de latere minor legatus executionem officij ſui dimittere debet.

Cuius concluſionis ratio eſt, nam vbi apparet maior ceſſat minor, & inferioris poteſtas impeditur per ſuperiorem, vt apud Nouarium *forenſ. quæſt. ſiue deciſ.* 124. *libr.* 1. *folio mihi* 104. *column.* 2.

Et ad ornatum huius textus notabis, quod per creationem ſecundi legati non videtur primus reuocatus, vt conſtat ex Boer. *deciſ. Senatus Burdegalenſis* 347.

Necnon aduerte, quod legatus de latere dicitur eſſe maior omnium in prouincia poſt Romanum Pontificẽ, Graſſius *in deciſ. aureis lib.* 2. *cap.* 49. vbi etiam affirmat legatum de latere poſſe abſoluere ab excommunicatione, quam quis contraxit, eò quod violentas manus in clericum iniecerit ex *capit excommunicatis hoc eodem tit. de offic. legati.*

COLLECT. 3168.

Super l. 1. de interdicto vti poſſideris.

¶ *Reintegratio poſſeſſionis non cenſetur fieri de ciuili, ſed de naturali poſſeſſione?*

AD ornatum hujus legis nota, quod integrari nõ cenſeatur habens ſe pro ſpoliato reſpectu ciuilis poſſeſſionis; ſed intelligi debeat petita reintegratio, ſolum reſpectu poſſeſſionis naturalis, Rota *deciſion.* 561. *num.* 5. *part.* 1. *in recent. & deciſ.* 649. *numer.* 10. *part.* 2. *in recent.* & fuit dictum in Brixien. optionis 7. Februarij 1620. coram R.P.D. Manzanedo, verum ſi quis ſimpliciter aſſerat ſe ſpoliatum; non admittitur per Rotam indiſtinctè iſta interpretatio; quod id cenſendum ſit reſpectu poſſeſſionis naturalis tantum, cum reſpectu ciuilis; niſi ex circunſtantiis facti appareat; quod intellexit de turbationibus, & moleſtationibus de facto, & quod animo retinuit ciuilem, Rota *deciſ.* 704. *la* 2. *numero* 2. *part.* 1. *in recentiorib.* & bene etiam Rota *deciſion.* 560. *numer.* 3. & 4. *part.* 1 *in recent.* plene in Einen. Cameræ 3. Junij 1617. coram R.P.D. Baratto; vbi in commiſſione quis dixerat ſe fuiſſe de facto ſpoliatum, & ſtatim addiderat ſe velle in ſua poſſeſſione manuteneri, & ideo Rota dixit non habuiſſe ſe pro ſpoliato, & quod quando quis narrauit actum poſitiuum ſpoliationis, & adiuit iudicem pro recuperatione, & reintegratione eo ipſo cenſeatur habere pro ſpoliato, latè fuit dictum in Romana domorum 23. Januarij & 22. Junij 1616. coram R. P. D. Vbaldo, ſed non poteſt negari, quin Rota in huiuſmodi materia diuerſimodè ſenſerit iuxta diuerſitatem caſuum; ideo credo quod cum hæc materia pendeat ex animo poſſidentis an ſcilicet habuerit ſe pro ſpoliato cum retentio poſſeſſionis pendeat ab animo, id totum terminandum erit iuxta circunſtantias concurrentes deductas ex factis, & verbis præcedentibus, & etiam ex poſt geſtis Rota *deciſion.* 644.

Digitized by Google

deciſ. 120. vbi tamen hoc admiſit in deſcendentibus, at ſecus in extraneis, vide eundem Mantic. *deciſ.* 319. *num.* 2. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 102. *num.* 1. Rota *collect. per Farinac. deciſ.* 380. *n.* 4. *part.* 2.

COLLECT. 3151.

Super l. clam poſſidere §. qui ad nundinas vbi Angelus ff. de acquirenda poſſeſſione.

¶ *Iudex immittens alium in poſſeſſionem, quando priuet alium ſua poſſeſſione?*

AD hanc doctrinam vide Ludouiſ. *in deciſ.* 582. iuxta cuius deciſ. ſæpius Rota cenſuit, & præſertim in Hypporigien. Cappellaniæ 3. Martij 1578. coram Lauretano, vt in terminis fuit deciſum in vna Theleſina beneficij 25. Junij 1593. Mohedan. *deciſ.* 4. *num.* 4. *de reſtit. ſpoliatorum.* Rota *deciſ.* 141. *num.* 1. *& deciſ.* 802. *num.* 6. *part.* 1. *diuerſorum*, Iudex immittens in poſſeſſionem priuat alium poſſeſſione etiam abſque alia expulſione, Seraphin. *deciſ.* 1325. *num.* 1. vbi additio dat plures concordantes, Rota *deciſ.* 525. *numer.* 3. *& deciſ.* 557. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.* ac etiam dicta iudicis auctoritas operatur, quod primus poſſeſſor debeat ſuſpicari ſe poſſe repelli, Rota *dec.* 641. *num.* 7. *part.* 1. *diuerſ.*

COLLECT. 3152.

Super l. admonendi vbi Jaſ. num. 132. ff. de iure iurando.

¶ *Matrimonium probatur per aſſertionem parochi, & illius librum.*

MAtrimonium probatur per aſſertionem parochi illiuſque librum h. d. ratio eſt quia cum ſimus in his quæ pertinent ad officium parochi, nempè in celebratione matrimonij, *cap. cum inhibitio de clandeſt. deſponſ.* fides adhibenda eſt, Jaſon. *in repet. l. admonendi n.* 132. *ff. de iure iurando.* Rota *deciſ.* 1. *de probat. in nouiſſ. & dec.* 16. *& 17. eod. in antiq. & deciſ.* 7. *de officio delegat. in antiq.* tex. cum not. *in cap. poſt ceſſionem de probat.* Ruin. *in conſ.* 56. *nu.* 5. *lib.* 1. Rota Romana coram Paleott. *deciſ.* 220. cum eſſet lis in fine in manuſcriptis, & quod ſcripturæ parochi tanquam officialis publici à Sacro Concilio deputati credendum ſit quoad matrimonium fuit reſolutum in illa Calagutitana matrimonij 17. Maij 1574. coram D. Decano, & in illa Colonienſi ſtatus 20. Februarij 1581. coram D. Vicecomite.

Amplia nunc ſupra poſitam concluſionem procedere etiam in libro patris teſtificantis de ætate filiorum, vt fuiſſe deciſum teſtatur. Anna *ſing.* 380. Viuius *dec.* 520.

Subamplia procedere etiam ſi liber non fuiſſet recognitus à teſtibus qui dicant ſe vidiſſe patrem ſcribere, Mantica. *deciſ.* 25.

Amplia ſecundò procedere etiam in licentia ad contrahendum matrimonium, quæ probatur pariter per librum parochi, idem Mantica *in dec.* 34.

Nunc vero limita.

Et primò nõ procedere vbi euidenter appareret librum non bene, ac fideliter fuiſſe per parochum cuſtoditum, quia tunc non probat, vt fuiſſe deciſum per Rotam Romanam teſtatur Rota *diuerſ. in deciſ.* 340. *lib.* 2.

Limita ſecundò quando liber parochi eſſet per Curiam reprobatus tũc enim ei nulla fides adhibetur, & fuiſſe deciſum teſtatur Polidorus Ripa *in deciſ.* 247.

COLLECT. 3153.

Super Conc. Trid. ſeſſ. 25. canon. 5. de reformat.

¶ *Quali-*

¶ Qualitates, & conditiones adiectæ in fundationibus beneficiorum an mutari poſſint?

CONditiones adiectæ in fundationibus beneficiorum minimè detrahi, ſeu derogari poſſunt hoc dicit, & ita fuiſſe deciſum teſtatur Rot. *apud Farinac. deciſ.* 171. cuius verba ſunt [Congregatio Concilij cenſuit, non licere epiſcopo poſt Concilium, etiam accedente patronorum conſenſu derogare qualitatibus in beneficij fundatione appoſitis, ideoque ſi beneficium in fundatione certam ætatem requirat, non poſſe epiſcopum illud, quamuis Patronus conſenſerit, ei conferre, qui nequaquam fuerit huiuſmodi ætatis] & facit ad hoc propoſitum deciſio Pereiræ *deciſ.* 57.

Limita primò ſtante vrgenti cauſa quo caſu licita eſt voluntatis teſtatoris mutatio, Valaſc. *deciſ.* 105.

Limita ſecundò ſtante Summi Pontificis approbatione, ſeu aſſenſu Gama *deciſ.* 180.

Limita tertiò ſi ad vſum deſtinatum adimpleri non poteſt, Febus *deciſ.* 47. & in hoc animaduertendum eſt quod vbi de donatione ad pias cauſas, quæ impleri non poſſit applicanda eſt ad ſimilem cauſam.

COLLECT. 3154.

Super l. doli in fine ff. de nouat.

¶ Emptor an debeat eſſe ſollicitus, vt pecuniæ conuertantur in cauſam expreſſam?

EXiſto text. colligitur concluſio, quod emptor non debet eſſe ſollicitus, & curioſus, quod pecuniæ conuertantur in cauſam expreſſam.

Pro cuius ornatu notabis ita fuiſſe concluſum à pluribus Tribunalibus orbis in variis cauſis occurſis, vt conſtat apud Surd. *deciſ.* 156. *num.* 6. Rota *deciſ.* 681. *num.* 5. *part.* 1. *in recent.* & *deciſ.* 35. *num.* 9. vbi agitur de contrahente cum muliere, & *deciſ.* 309. *num.* 11. & fuit dictum in Romana reſciſſionis contractus 26. Nouembris 1618. coram R.P.D. Caualerio, vbi fuit dictum, quod emens fundum dotale à muliere non tenetur inquirere, an æs alienum pro cuius ſolutione ſit venditio fuerit contractum in vtilitatem mulieris. Imò nec etiam contrahens cum perſonis priuilegiatis puta eccleſia, & minore non tenetur eſſe ſollicitus de verſione, niſi quando eſt voluntaria, vt diſtinguit Rota *in deciſ.* 8. *n.* 10. & 11. *deciſ.* 29. *num.* 1. & *deciſ.* 287. *nu.* 4. & *ſequent.*

Sed num ſoluatur rectè ei, cum quo fuit contractum etiam ſi ille non ſit dominus? dicas regulariter benè ſolui, Surd. *deciſ* 60. & *deciſ.* 129. Rota *dec.* 286. *inter impreſſas poſt* 2. *librum conſ. Fari.*

Vndè rationabiliter quidem eadem cenſuit Rota quod depoſitarius rectè reſtituit Monacho pecuniam ab ipſo depoſitatam, quamuis pecunia ſit monaſterij, & ita ego dicebam conſultus in quadam cauſa vertente inter Marcum Antonium Aurelium Tripellam, & Joannem Sophiam Calabros in anno 1626.

COLLECT. 3155.

Super Angel. in l. omnimodo num. 3. C. de inoffic. teſtam.

¶ Supplementum legitimæ quanto tempore praſcribatur?

ANgelus hic affirmat legitimæ ſupplementum non præſcribi minori ſpatio triginta annorum, & ita Puteus *deciſion.* 127. *libr.* 2. Mohedan. *deciſ.* 2. *de praſcript.* & alias eadem Rota Romana in vna Romana legitimæ

Digitized by Google

17. Maij 1613. coram R.P.D. Caualerio Boer. *deciſ.* 150. vbi teſtatur de communi, & veriori opinione.

Amplia hanc concluſionem procedere, ſiue pro ſupplemento competat condictio ex lege, cum ſit perſonalis requirit præſcriptionem triginta annorum, *l.* 2. *C. de conſtit. pecun. l. ſicut, C. de præſcript. trigint. vel quadragint. annor.* §. 1. *inſtit. de perpet. & tempor. præſcript.* ita in terminis Rota apud Ludouiſium in Romana cenſus de celſis Veneris 17. Decembris 1610. coram Ludouiſio.

COLLECT. 3156.

Super Bart. in l. 1. num. 8. C. de bon. vacantibus.

¶ *Fiſcus an acquirat bona quæ deferuntur alio iure quam hæreditario, abſque legitima aditione?*

VBi bona confiſcantur, vel ad fiſcum deferuntur alio iure, quam hæreditario acquiruntur fiſco abſque aditione h.d.

Amplia hanc concluſionem procedere in bonis, quæ deferuntur vigore Auth. bona damnatorum perſonis ibi nominatis, vt acquirantur ſine agnitione Rubin. *deciſ.* 239. vbi tamen limitando declarat, quod inuito fiſco, bona ſibi incorporentur, ſed oportet, vt illa agnoſcat, niſi incorporatio fiat ipſo iure, quia in tali caſu bona acquiruntur fiſco etiam inuito Carpan. *in comment. ad nouas conſtitut. Mediolan. tit. de bonor. confiſcat. cap. omnium num.* 675. vbi affirmat alias in illo Senatu Mediolanenſi fuiſſe deciſum, fiſcum non poſſe repudiare confiſcationem, & petere in bonis damnati aliquam particularem mulctam, pœnam, vel condemnationem ne teneatur oneri legatorum, & fideicommiſſariorum.

Aduerte tamen, quod fiſcus nequit bona delinquentis incorporare, niſi ſecuta ſententia declaratoria Gramat. *deciſ.* 15. Capyc. *deciſ.* 112.

Neq; acquiritur poſſeſſio fiſco poſt ſententiam, niſi per eum apprehendatur Boer. *deciſ.* 277.

COLLECT. 3157.

Super cap. ſolemnitas de conſecrat.

¶ *Eccleſia qualibet tenetur celebrare feſtum ſuæ dedicationis.*

QVælibet eccleſia tenetur celebrare feſtum ſuæ dedicationis h.d. & vide Rotam *deciſ.* 616. *part.* 1. *in recent.* vbi pariter firmatur, quod iſtud feſtum dedicationis propriæ eccleſiæ regulariter aliis ſolemnitatibus præfertur.

Sed num poſſit eccleſia, quæ olim fuit cathedralis celebrare feſtum dedicationis dictæ eccleſiæ, ita quod non poſſit impediri per eccleſiam Cathedralem? affirmat Ludouiſius *deciſ.* 493. vbi iuxta hanc opinionem in Rota deciſum teſtatur in vna Cæſarauguſtana dedicationis Lunæ 24. Ianuarij 1611.

COLLECT. 3158.

Super Bald. conſil. 375.

¶ *Filius iudicium patris agnoſcendo, an in legitima ſibi præiudicet?*

ANnuit hic Baldus *lib.* 1. quod in legitima filius ſibi non præiudicat iudicium patris agnoſcendo in genere. Et ita Rota in vna Romana cenſus de Celſis veneris 17. Decembris 1610. coram Ludouiſio, vt fuit dictum hoc locum habere, etiam ſi teſtator dixerit filium debere eſſe tacitum, & contentum, quia in tali caſu, etiam ſimpliciter agnoſcendo relictum non intelligitur renunciaſſe iuri competenti

tenti ad ſupplementum niſi hoc in ſpecie dixerit, quod pariter eadem Rota tenuerat in alia Romana palatij de Aquila 2. Decembris 1609. coram R. P.D. Marquemontio.

Et quod filius adiens hæreditatem paternam vigore teſtamenti, in quo eſt expreſſè prohibita detractio legitimæ ſibi non præiudicat in legitima iuxta opinionem pluries à Rota approbatam Rota *deciſ.* 100. *num.* 5. *& deciſ.* 206. *num.* 4. 5. *&* 6. *deciſ.* 449. *num.* 3. *&* 4. *& deciſ.* 979. *num.* 8. *& deciſ.* 653. *nu.* 9. *part.* 1. *in recent.* & fuit dictum in Foroliuien. fideicommiſſi 9. Maij 1612. coram R. P.D. Pamphilio, in quibus omnibus deciſionibus redditur ea ratio, quia legitima requirit ſpecificam, & indiuiduam derogationem, & vt filius poſſit legitima grauari adeo quod adeundo hæreditatem ſibi præiudicet, datur cautela quod pater in teſtamento caſu quo filius nolit dicto oneri, & grauamini conſentire cenſeatur tantum in legitima inſtitutus, tunc enim ſi filius adeat ſimpliciter hæreditatem, cenſetur dicto oneri conſentire, & ſibi in legitimæ detractione præiudicat benè Rota *dicta deciſ.* 653. *num.* 13. & etiam *dict. deciſ.* 206. *num.* 4. *& deciſ.* 479. *nu.* 8. *part.* 1. *in recent.* non tamen ſufficeret, ſi teſtator dix iſſet quod aliàs filius cenſetur omni commodo teſtamenti priuatus, Rota *deciſ* 206. *ſub num.* 4. & in caſu, in quo pater grauat filium in legitima non vtendo dicta cautela, non tenetur filius fructus ex tota hæreditate perceptos in legitimam imputare, & in his terminis conſiderauit Rota *in dicta deciſ.* 653.

COLLECT. 3159.
Super obſeruantia Curiæ Archiepiſc. Neapolis circa impeditionem liquidationis inſtrumenti.

¶ *Liquidatio impeditur ſi debitor allegat ſolutionem, & datur terminus ad probandum.*

IN tribunali Curiæ Archiepiſcopalis Neapol. ſeruatur quod quando debitor, contra quem liquidatur inſtrumentum allegat ſatisfactionem tunc impeditur liquidatio, & datur ei breuis terminus ad probandum, quod ſi non probauerit tenetur ad pœnam, intellige quando fuit præſtita ſatiſdatio de ſoluendo debitum, & pœnam vt deciſum refert Genuenſ. *in cap.* 51. & quid agendum vbi ſatiſdatio præſtari nequit, vide pulchre per Fabrum *in deciſ.* 17. *de ſatiſdando.*

Ceſſat tamen remedium ſatiſdationis in multis, & primò non auditur ſatiſdari volens, pendente lite ſuper iudicio capitali, idem *in deciſ.* 16. & qualiter à peregrino accuſante ſit præſtanda ſatiſdatio, vide eundem *in deciſ.* 15. *eod. tit.*

An autem pignus obtineat, vim ſatiſdationis quo ad effectum impediendi liquidationem? quod ſic, refert deciſum Faber *in deciſ.* 11. & quid in depoſito? fuit deciſum, quod ſic, quando fulcitur requiſitis Ludouiſ. *in deciſ.* 146. & quæ ſunt requiſita, vide per Giurbam *deciſ.* 77. *&* 79. & num iuratoria cautio? quod ſic, refert deciſum idem Faber *in deciſ.* 9. *C. de ſatiſdationib.* & quid agendum vbi per ſtatutum eſſet remiſſa ſatiſdatio, vide pleniſſimè per eundem Fabrum *in deciſ.* 8. *C. de ſatiſdationibus.*

COLLECT. 3160.
Super §. ſit tibi quoque de mandatis Principum.

¶ *Recurſus ad ſuperiorem an & quando licitus ſit.*

QVando licitus ſit recurſus ad ſuperiorem omiſſo inferiore iudi-

Digitized by Google

ce hic habetur, vnde animaduertendum primò, recurſum regulariter eſſe prohibitum, Caball. *deciſ.* 44. hinc eſt quod vaſallus pro conſequenda iuſtitia non poteſt accedere ad Principem per ſaltum, Seſſa *in deciſ.* 23. non enim ſuperiorem adire poterit, niſi petito prius, & deciſo grauamine Caball. *in deciſ.* 44. Marta *in deciſ.* 234. nec ſubditus debeat inclinare iuriſdictionem ſui ordinarij Marta *citat. deciſ.* & Macerat. *lib.* 1. *deciſ.* 102.

In multis tamen caſibus permittitur recurſus, & excuſatur à pœna fugæ.

Primò ſi quis metu iudicis fugiat timens ne ipſe ſæuiat, aut quid iniuſtum in eum committat excuſatur à fuga Bertaz. *deciſ.* 468. Boer. *in deciſ.* 215. Giamat. Voto *deciſ.* 37.

Secundò Itineris arreptio ad ſuperiorem qui per querelam adiri poteſt vim habet appellationis, ipſumque iter arripientem protegit Maſtrill. *deciſ.* 295.

COLLECT. 3161.

Super Bellapertic. in l. cum ciuili C. de ordin. cognit.

¶ *Falſitatis inſtrumenti cauſa an faciat ſuperſederi in cauſa ciuili?*

ANnuit iſte Doctor hic columnn. 1. in fine verſic. verbi gratia, quod cauſa falſitatis inſtrumenti per Actorem in iudicio ciuili producti faciat ſuperſederi in eadem ciuili, & ita Caſſador. *deciſ.* 1. *de mutuis petitionibus.*

Sed quia alia plura in hac eadem materia fuerunt alibi in eiſdem collectaneis relata, vnum volo, quod notes ad ornatum huius doctrinæ, & eſt, vt cauſa criminalis cenſeatur intentata, & faciat ſuperſedere in ciuili per ſolam accuſationem, & querelam etiam ſine monitorio, & citatione ad comparendum, prout ita ſanè ego tanquam delegatus iudicaui in quadam cauſa Aprutina in anno 1615. & pluries conſultus in eandem deueni ſententiam, & ita reperio noſtros tenere Doctores, qui cum non ſint deciſionarij, hic illos allegare non curo.

COLLECT. 3162.

Super Bald. in cap. 1. §. aut liuellatio quib. mod. feud. amitt.

¶ *Hypotheca an faciat incurrere pœnam adiectam prohibitioni alienationis?*

BAldus hic *num.* 4. *verſic. ſequitur,* eſt in opinione quod ex hypotheca non incurratur pœna adiecta alienationi, niſi fuerit deuentum ad traditionem, & ita Rota apud Ludouiſium in Romana fideicommiſſi de Jacobatiis Veneris 5. Decembr. 1608.

In tantum quod requiritur, vt fuerit deuentum ad actualem traditionem ad effectum quod ob alienationem incurratur caducitas, vt dixit Rota in Ferrarienſ. bonorum de Schianchis 15. Novembr. 1619. coram R.P.D. Pamphilio.

Amplia neque ſufficere clauſulam (conſtituti,) quæ aliàs ſolet operari effectum traditionis cum ad iſtum effectum pœnæ requiratur actualis traditio, prout ſtante huiuſmodi clauſula conſtituti reſoluit Rota in Vrbeuetana hereditatis 24. Nouembris 1614. coram R. P. D. Manzanedo, vbi appellat hanc opinionem, æquiorem, & à Doctoribus miræ electionis approbatam, quare meritò ibi recedit ab alia deciſione in eadem cauſa, in qua contrarium fuerat reſolutum, & in dicta cauſa Vrbeuetana agebatur de tranſlatione poſſeſſionis mediante reſerua-

ſeruatione vſufructus iuxta terminos textus *in l. quiſquis C. de donat.* & hanc etiam opinionem tutata fuit eadem Rota apud Ludouiſ. *deciſ.* 520. ſequitur Guid. Pap. *deciſ.* 101.

Subamplia hanc ampliationem eò magis procedere, quando in alienatione eſt reſeruatum ius domini directi cum clauſula *Non alias*, quæ clauſula licet non præſeruet à caducitate, quando fuit deuentum ad actualem traditionem, tamen benè præſernat, quando traditio eſt ficta per clauſulam *conſtituti*, aut alium ciuilem modum fictum, prout ita cenſuit Rota in Imol. bonorum 18. Junij 1618. coram R.P.D. Coccino Decano.

COLLECT. 3163.

Super Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 18.

¶ *Concurſus an requiratur in Parochialibus de iurepatronatus laicorum?*

CONcurſus non requiritur in Parochialibus de iure patronatus laicorum, ſed ſufficit quod præſentatus à patronis examinetur ab examinatoribus deputatis, & ſi idoneus reperitur eſt admittendus, & inſtituendus, h.d.

Pro cuius ornatu notabis quod hoc minimè procedet, & habebit locum, quando fuiſſent plures præſentati à patronis laicis nam tunc requiritur examen per concurſum inter ipſos præſentatos vt ex illis eligatur magis idoneus, vt firmauit Rota *in hac deciſ.* ex mente ſacræ congregationis, cuius reſolutionem referunt, & ſequuntur & fuit dictum in Pampilone. de Zal. 26. Junij 1609. coram R.P.D. Ottembergo, & in alia Pampilonen. Parochialis 27. Januarij 1614. coram R.P.D. Coccino Decano. Verum hoc habet locum quando ſinguli præſentati haberent æquales voces, alias ſi vnus habeat plures voces, ille ſolum eſt examinandus abſque concurſu, vt aliquando fuit dictum in noſtra Curia Archiepiſcopali Neapolitana.

COLLECT. 3164.

Super Alexand. conſ. 69. lib. 3.

¶ *Decretum latum ex falſa cauſa, an ſubſiſtat?*

FIrmat hic iſte Doctor *num.* 3. decretum latum ex falſa cauſa minimè ſubſiſtere, & ita dixit Rota in Romana Societatis officij 17. Junij 1602. coram R.P.D. tunc Decano, & aliàs in Romana prętenſi erroris calculi Veneris 4. Februarij 1611. coram Ludouiſio.

Amplia hanc concluſionem procedere, & habere locum quamuis decretum ſit interpoſitum partim ex vera cauſa, & partim ex falſa, Rota *deciſ.* 852. *part.* 4. *in nouiſſim.* & in Romana ſpolij bonorum 21. Februarij 1609. coram R. P. D. Juſto, cuius ampliationis ratio eſt, nam habetur reſpectus indiuiduitati, cuius occaſione corruit totum.

Verum aduertas, quod ſi cauſa falſa, quæ fuit expreſſa non eſt principalis interpoſitionis decreti, ſed ſecundaria, & cauſa principalis eſt vera, in tali caſu decretum ſuſtinebitur, vt declarauit Rota in Romana Cenſus primo Julij 1616. coram R.P.D. Vbaldo.

Et ad materiam notabis, quod quando decretum eſt interpoſitum ex pluribus cauſis ſufficit vnam veram eſſe, licèt aliæ non iuſtificentur, vt voluit Rota in eadem Romana cenſus, & aliàs in Romana ſeſſionis contractus 26. Nouembris 1618. coram R. P.D. Caualerio.

COLLECT. 3165.

Super Marſil. in l. de minore §. plurimum num. 36 ff. de quæſtionibus.

¶ *Fama vt probet quæ requirantur.*

FAmam debere eſſe ſolidam, conſtantem, & perpetuam, dicit hic iſte Doctor, & ita voluit Rota *deciſione* 167. *& deciſione* 182. *part.* 1. *in recentioribus, cum ibi cumulatis, & deciſione* 64. *inter impreſſ. poſt* 2. *librum Farinac.*

Amplia. quod vt probet fama, ac releuet, nihil debet habere in contrarium, nullamque contradictionem Rota in Oueten. Canonicatus 24. Januarij 1578. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino.

Sed num fama probetur per teſtes deponentes per verbum præſentis temporis? eſt negatiuè Verall. *deciſ.* 9. *part.* 2. & fuit dictum per Rotam in vna Hiſpalen. habitus Veneris 11. Martij 1611. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Ludouiſio, deinde Gregorio XV. vbi etiam fuit tentum, famam bonam in concurſu præualere famæ malæ ex Put. *deciſ.* 2. *libr.* 3. & ita dixerat prius eadem Rota in Oxomen ſtatuti 27. Junij 1601. coram R.P.D. tunc Decano, & in Toletana portionis 2. Maij 1594. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Mantica, & in Pacen. puritatis 6. Aprilis 1609. coram R.P.D. Manzanedo, & alibi ſæpius.

COLLECT. 3166.

Super capit. quia propter de elect.

¶ *Electionis forma per ſcrutinium, per compromiſſum, & per inſpirationem non ſeruata, an electio valeat?*

IN hoc textu, triplex forma ponitur faciendi electionem nempe per ſcrutinium, compromiſſum, & inſpirationem, aliàs ſi vnus ex præfatis tribus modis omittatur electio forſan celebrata non valet, & nulla redditur, & contra facientes priuandi ſunt pro ea vice poteſtate eligendi.

Amplia concluſionem huius text. procedere etiam in electione Abbatum, Seraphin. *deciſ.* 647. Franciſc. Marc. *deciſ.* 992. *tom.* 1. vbi affirmat quod forma huius text. habet locum nedum in electionibus epiſcoporum, & aliorum prælatorum eccleſiarum collegiatarum, qui habent iuriſdictionem generalem in dictis eccleſiis, ſed etiam in electione Regularium prælatorum.

Sed quatenus in eodem textu dum loquitur de electione per ſcrutinium facienda mandetur, quod aſſumantur tres, notabis, quod ſcrutatores non debent excedere iſtum numerum trium, aliàs electio inualidabitur Franciſc. Marc. *deciſ.* 1201. vbi ex eodem textu annuit pertinere ad eſſentiam, & ſubſtantiam electionis, vt prælibati tres ſcrutatores debeant eſſe de collegio; & quamuis ſecundum aliquos ſubſtantialia formæ huius text. non incipiant à verbis illis aſſumantur tres de collegio, ſed à verbis immediatè ſequentibus, qui ſecretè, & ſigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, ita quod ſupponant in Curia Romana fuiſſe confirmatam electionem Abbatis Tullen. licet in ea fuerint electi ſex ſcrutatores, tres ſcilicet de collegio, & tres extra collegium, tamen totum contrarium eſt verius aduertit Rota in Meten. monaſte-

naſterij Lunæ 5. Julij 1611. coram R. P.D. Coccino Decano, vbi materia huius text. doctè quidem, & perbellè diſcutitur, & iterum vide aliam deciſionem coram eodem in Treueren. Abbatiæ S. Maximini Mercurij 20. Nouembris 1624. & vide ſequentem diſcurſum editum à Doctore Nouario I.C. Lucano, cuius tenor eſt vt ſequitur videlicet.

NVlla quidem cadit dubitatio quin vota ſcrutatorum ab eiſdemmet eſſe, & fore ſcrutanda, nam ſi eis permiſſum eſt aliorum vota ſcrutari, ergo à fortiori, & propria videtur ſcrutari poſſe, vt notauit Rendina *in promptuar. recept. ſent. in tit. de electiòn.*

In hac autem ſcrutatione duplex traditur à Doctoribus forma, vna eſt, quod tribus compromiſſariis electis iuxta terminos text. *in cap. quia propter diuerſitatem de elect.* addatur quartus, qui vnà cum tabellione trium vota ſcrutetur, & hanc dicunt aliqui ex DD. poſſe in praxi ſeruari.

Altera, quæ in rei veritate communior forma, & ſæpius practicata reputatur eſt quod ſcilicet duo ſcrutentur votum vnius, & vnus vota duorum, vt communi calculo receptum eſt à Doctoribus *in d. cap. quia propter* vt Abb. antiq. poſt Vincent. *col. 3. num. 9.* Innocent. *col. 2. nu. 5. in verbo cunctorum* Compoſtellan. *col. 1. num. 6. & ſeq.* Hoſtienſ. *col. 4. num. 10.* Anchar. *colum. 3. in princip.* Cardin. Florent. *col. 6. num. 4.* Butr. *col. 4. num. 26. verſiculo ſequitur in litera.* Panormit. *col. 3. num. 9. verſic. quarto queritur.* Imol. *col. 3. num. 8.* quos refert, & ſequitur Rendina *in ſuo promptuario receptarum ſententiarum titul. de electione num. 18.* addo eiuſdem opinionis Biax. *de elect. cap. 26. num. 28. part. 3.* Fidebur. *in ſumma de elect. quæſt. 7. col. 2. ante fin. verſic. & Puto.* Rotell. *in ſumma in verbo electio il 1. colum. 5. verſic. quot ſunt* Rodriq. *quæſt. regular. quæſt. 52. articul. 3. tom. 2.*

Quibus veris exiſtentibus non per hoc repellenda eſt alia forma, quæ de conſuetudine ſeruata eſt per tantum temporis ſpatium in hac religione, quę in facti nota mihi exhibita ſupponitur, nempè quod nullo adhibito notario, vel extraneo ſcrutatore, primus ex tribus aſſumptis voto ſuo ſeparatim in ſcriptis redacto abſque vlla mora ſcrutetur, votum ſecundi quo & ipſo in eodem folio deſcripto, & per vtrumque recognito ambo ſimul tertium ſcrutentur, & ſtatim huius quoque voto cum cæteris deſcripto ſingula tria vota à ſingulis tribus ſcrutatoribus ſimul cernantur, & recognoſcantur.

In tantum quod talis electio ſit valida, nec reputetur nulla, ac irrita (prout audio à quibuſdam prætendi) vtique affirmandum eſt.

Nam licèt vigore dicti textus, *in d. cap. quia propter* generaliter loquentis per dictionem *cunctorum*, comprehendantur vota ipſorum ſcrutatorum, tamen id non eſt intelligendum de tribus ſcrutatoribus collectiuè ſumptis, & collectiuè conſideratis, ſcilicet, vt omnes tres vnà ſimul ſui ipſorum vota ſcrutentur, ſed diſtributiuè, vt non omnes tres ſimul, ſed eorum aliqui cæteros ſcrutentur, ita vt diuerſo tempore ex his tribus alij ſint ſcrutatores, alij ſcrutati, quoad vtique affirmandum eſt, nam alias ſequèretur abſurdum, vt eſſent in eodem tempore ſcrutatores, & ſcrutati, & tamen debet eſſe differentia inter ſcrutantem, & ſcrutatum, prout inter ſtipulantem, & rem ſtipulatam, *l. legatum §. 1. & l. qui filiabus, ff. de legatis 1. l. debitore, Cod. de pactis inter baptizantem & baptizatum, capitul. debitum. de baptiſm.* & differentia debet

eſſe inter dantem, & recipientem inter vincentem, & victum, *l. licet* §. *ſi plures.* vbi Bart. *ff. de procurator.* ſicuti etiam differentia debet eſſe inter reſtituentem, & eum cui fit reſtitutio, *l.* 1. §. *ſin autem in fin.* & ibi Soccin. *ff. ad Trebell.*

Quare cum in dicto textu, non aperiatur an vnus ſcrutatorum duos, & duo tertium, vel potius duo ſemper tertium ſcrutari debeant, propterea cenſendum eſt ſuppoſitam conſuetudinem in hac religione approbatam ſcrutandi vota ſcrutatorum iuxta ſeriem primo loco propoſitam nó aduerſari terminis textus, imo quia videtur adaptata ad illum textum interpretandum, omninò eſt recipienda, & admittenda, vt communi calculo receptum eſt à Doctoribus *in vulgat. l. de quibus ff. de leg.* Cardin. Seraphin. *deciſ.* 964. *num.* 5. Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. vbi affirmat conſuetudinem eſſe optimam legum interpretem: ſequitur Menoc. *conſ.* 31. *numer.* 44. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1415. *num.* 10. Cened. qui alios adducit *pract. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 3. 1. Pereira *in l. ſi curatorem in verbo contractuum num.* 29. *de in integr. reſtitut.* prout eſt quoque interpretatiua priuilegiorum, & ſcripturarum, Molin. de Primogenit. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 57. Gironda *de priuileg. & exempt. explicat. num.* 1307. vbi etiam affirmat ſufficere decennalem conſuetudinem, nec eſſe neceſſariam quadragenariam, ſequitur Barboſ. *in collect. DD. ad cap. cum dilectus num* 8. *de conſuetud.* vbi annuit quoque vulgò dici ſolitum eſt, quod conſuetudo, & rei natura dant interpretationem diſpoſitioni ſimplici, & genericæ ex Molin. quem allegat de Primogenit. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 3.

Tantò fortius, quia domus in materia electionis, in qua conſuetudo ſemper inſpicitur, imò in effectu attenditur, aliàs inualidatur electio, Canoniſtæ *in cap. Cumana de election.* Gabriel qui alios huius ſententiæ adducit *concluſ.* 1. *numer.* 41. *ſub Rubric. de conſuetudin.* acquiritur inquam eligendi ius conſuetudine, vt per Azor *inſtitut. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. *quæſt.* 6. Barboſ. *in d. cap. Cumana numer.* 4. affirmans ex conſuetudine ad electionem alienos, & exiſtentes extra gremium plerumque vocari, quod latius comprobauit *in ſuo tractatu de officio & poteſtate epiſcopi, titulo* 1. *cap.* 3. *num.* 25. Miranda *in ſuo Manuali prælat. tom.* 2. *quæſt.* 23. *artic.* 5. *concluſ.* 6. in tantum quod conſuetudo ſeruanda eſt in huiuſmodi electionibus, Pariſ. *conſ.* 68. *numer.* 3. *volum.* 3. *& conſil.* 97. *num.* 30. *vol.* 4. Antonin. Macerat. *reſolut. fin. caſu* 64. *verſic. neque dictis libro* 1.

Nec iuuat dicere, quod dum ſubſtantiale electionis ſit, vt illa fiat ſecretè, huiuſmodi ſcrutandi modus de quo in facto propoſito ſecretus minimè videatur.

Nam reſpondetur benè per collegam ſatis ſecretum eſſe dum vnuſquiſque ſcrutatorum ſuum profert votum antequam ſciat alterius votum, & quamuis votum primi ſcrutatoris ab aliquo exceptum non ſit, antequam ille ſciat votum ſecundi voti, tamen, cum illud antè deſcriptum formiter reperiatur in eodem folio, in quo eodem inſtanti præſentibus aliis deſcribitur pariter, & ſecundum, nec illud præterea mutari poſſit, quin mutatio detegatur in ſcriptura dicitur id votum primi, & ſecreto prolatum, & conſequenter à ſecundo ſcrutatore exquiſitum.

Quare concludo prælibatam electionis formam non aduerſari menti allegati text. *in cap. quia propter diuerſitat.*

Digitized by Google

ſitatem de electione, ſed potius illius intellectum interpretaſſe. Datum die 8. Julij 1629. & hæc breuiter annotaſſe ſufficiat.

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 3167.

Super capit. volentes de officio legati.

¶ *Legato de latere præſenti minor legatus executionem ſui officij dimittere debet.*

PRæſente legato de latere minor legatus executionem officij ſui dimittere debet.

Cuius concluſionis ratio eſt, nam vbi apparet maior ceſſat minor, & inferioris poteſtas impeditur per ſuperiorem, vt apud Nouarium *forenſ. quæſt. ſiue deciſ.* 124. *libr.* 1. *folio mihi* 104. *colum.* 2.

Et ad ornatum huius textus notabis, quod per creationem ſecundi legati non videtur primus reuocatus, vt conſtat ex Boer. *deciſ. Senatus Burdegalenſis* 147.

Necnon aduerte, quod legatus de latere dicitur eſſe maior omnium in prouincia poſt Romanum Pontificẽ, Graſſius *in deciſ. aureis lib.* 2. *cap.* 49. vbi etiam affirmat legatum de latere poſſe abſoluere ab excommunicatione, quam quis contraxit, eò quod violentas manus in clericum iniecerit ex *capit excommunicatis hoc eodem tit. de offic. legati.*

COLLECT. 3168.

Super l. 1. de interdicto vti poſſidetis.

¶ *Reintegratio poſſeſſionis non cenſetur fieri de ciuili, ſed de naturali poſſeſſione?*

AD ornatum huius legis 1. nota, quod integrari nõ cenſeatur habens ſe pro ſpoliato reſpectu ciuilis poſſeſſionis; ſed intelligi debeat petita reintegratio, ſolum reſpectu poſſeſſionis naturalis, Rota *deciſion.* 561. *num.* 5. *part.* 1. *in recent. & deciſ.* 649. *numer.* 10. *part.* 2. *in recent.* & fuit dictum in Brixien. optionis 7. Februarij 1620. coram R.P.D. Manzanedo, verum ſi quis ſimpliciter aſſerat ſe ſpoliatum; non admittitur per Rotam indiſtinctè iſta interpretatio; quod id cenſendum ſit reſpectu poſſeſſionis naturalis tantum, cum reſpectu ciuilis; niſi ex circunſtantiis facti appareat; quod intellexit de turbationibus, & moleſtationibus de facto, & quod animo retinuit ciuilem, Rota *deciſ.* 704. *la* 2. *numero* 2. *part.* 1. *in recentiorib.* & bene etiam Rota *deciſion.* 560. *numer.* 3. & 4. *part.* 1 *in recent.* plene in Einen. Cameræ 5. Junij 1617. coram R.P.D. Baratto; vbi in commiſſione quis dixerat ſe fuiſſe de facto ſpoliatum, & ſtatim addiderat ſe velle in ſua poſſeſſione manuteneri, & ideo Rota dixit non habuiſſe ſe pro ſpoliato, & quod quando quis narrauit actum poſitiuum ſpoliationis, & adiuit iudicem pro recuperatione, & reintegratione eo ipſo cenſeatur habere pro ſpoliato, latè fuit dictum in Romana domorum 23. Januarij & 22. Junij 1616. coram R.P.D. Vbaldo, ſed non poteſt negari, quin Rota in huiuſmodi materia diuerſimodè ſenſerit iuxta diuerſitatem caſuum; ideo credo quod cum hæc materia pendeat ex animo poſſidentis an ſcilicet habuerit ſe pro ſpoliato cum retentio poſſeſſionis pendeat ab animo, id totum terminandum erit iuxta circunſtantias concurrentes deductas ex factis, & verbis præcedentibus, & etiam ex poſt geſtis Rota *deciſion.* 644,

Digitized by Google

ſub numer 6.part.1.in recent. & fuit etiam dictum in Romana ſpolij domus 16. Martij 1610. coram R.P.D. Caualerio.

COLLECT. 3169.

Super Angel. in l. ſcire debemus ff.de verb. obligat.

¶ *Sententiæ tot ſunt, quot ſummæ, & capitula in ea contenta.*

COncludit, quod tot cenſentur ſententiæ, quot ſummæ, & capitula in ea contenta, iuxta terminos textus, *in l. etiam §. ex cauſa ff. de minor.* & ita Rota in Romana mercedis Veneris 16. Martij 1612. coram Ludouiſio Rota *deciſ.33.part.1. diuerſ. & deciſ.* 427. *part.2. in recent.*

Et ideo ſententia poteſt valere quoad vnum caput licèt non quoad aliud, quando capita ſunt ſeparata nec tunc vtile per inutile vitiatur Rota *dict. deciſ.*33.

Sicuti poteſt appellari à ſententia in parte, & partibus, nec appellatus poteſt adhærere appellationi appellantis, quod ſecus eſt, quando ſententia continet vnum tantum caput, vel etiam plura, quæ tamen ſunt connexa, ita fuit dictum in Curia noſtra Archiepiſcopali.

COLLECT. 3170.

Super l.cum ad feliciſſimam C.de quibus muneribus, lib.10.

¶ *Vniuerſitates Hoſpitia militum tenentes de iure poſſunt petere contributionem in tali onere ab aliis vniuerſitatibus.*

COlligitur ab iſto textu, quod hoſpitia militum tenentes de iure poſſunt petere contributionem in tali onere ab aliis vniuerſitatibus, quæ ſunt in conuicino, etiam ſi ſint Cameræ reſeruatæ.

Quare pro ornatu notabis in praxi ſeruari, quod huiuſmodi contributio petatur ab Illuſtriſſimo Regni Prorege, nam priuilegium Cameræ Baronibus conceſſum fuit interpretatum procedere circa actuale hoſpitium, ſed non præſtat immunitatem à contribuendo, neque releuantur, ne per tranſitum non teneantur, ad textum *in l.omnes cum ibi notatis C. de Metal. & epidem. lib.12.* & vide Nouarium *deciſ. ſiue forenſ. quæſt.90. lib.1.* vbi doctè loquitur iuxta morem.

COLLECT. 3171.

Super Clement. quamuis de appellationibus.

¶ *Appellationi an renunciare cenſeatur non rediens pro Apoſtolis intra triginta dies?*

NOtatur, hic quod non rediens pro Apoſtolis infra terminum iuris ſcilicet triginta dierum cenſetur renunciare appellationi, & ſententia tranſit in rem iudicatam, & ita Rota *in antiquis deciſ.54. de appellat.* Rota *deciſ.178 part.1. diuerſ. & deciſ.* 144. *num. 1.part. 2. diuerſ.& deciſ.420.num.2.part. 2.in recent.* fuit dictum in Aſſiſien. canonicatus coram bonor. memo. Juſto in Foroliuien de Torellis coram R. P. D. Marquemontio.

Amplia vt nec propter impedimentum ſuperueniens appellans excuſetur dict. Rota *deciſ.144.num. 2.part. 2. diuerſor.* & fuit dictum in ſaluriarum penſionis 14. Nouembris 1616. coram R.P.D. Veroſpio vbi etiam Rota dixit non excuſare negligentiam procuratoris cum quis ſibi debeat imputari

imputari quod negligentem procuratorem conſtituerit.

Beneuerum aduertas, ſufficere ſi intra terminum iuris Appellans fecerit cauſam committi, nam tunc ſententia non tranſit in iudicatum etiam ſi poſtea pro apoſtolis appellans non reuertatur, Veral. *deciſ.* 38. *part.* 1. *& deciſ.* 115. *part.* 2. Rota *deciſ.* 734. *part.* 4. *in nouiſsimis*, & fuit dictum in Ariminen. Bonorum 22. Maij 1606. coram bon. memor. Litta quod eſt verum ſi quando fuit interpoſita appellatio fuerunt etiam petiti apoſtoli, nam alias non ſuffragaretur commiſſio cauſæ infra terminum iuris prout declarando dict. deciſ. Verall. dixit Rota in Legionen. parochialis 1. Februarij 1589. coram bon. memor. Comitulo vbi redditur ratio, quia petitio apoſtolorum eſt de ſubſtantia appellationis non etiam ſufficeret præſentatio commiſſionis ſignata manu Regentis, quia illa ſolum probat diligentiam, & excuſata à lapſu decem dierum ad committendam cauſam appellationis non autem à reditu pro Apoſtolis ita fuit dictum in dict. Foroliuien.

Quando vero iudex detulit appellationi non tenetur amplius coram eo comparere ad petendum apoſtolos Seraphin. *deciſ.* 565. *num.* 1. & dixit Rota in Compoſtellana parochialis 26. Junij 1619. coram R.P.D. Dunozet. & ita ad mei conſultationem ſeruatum aliquando fuit in quibuſdam Curiis eccleſiaſticis.

COLLECT. 3172.

Super Angel. in l. 4. §. ait Prætor ff. de re iudic.

¶ Depoſitum vnius caroleni quando ſufficiat cum oblatione ſoluendi reſiduum, in cauſa iudicati?

EST in opinione hic Doctor ſufficere depoſitum vnius caroleni cum oblatione ſoluendi reſiduum quando fuerit facta liquidatio.

Verum tu notabis, quod Rota in iudiciis priuilegiatis puta in ſpoliis, & attentatis attendit opinionem Bald. *in cap. conquerente, de reſtitut. ſpoliat.* qui requirit in ſpolio omnimodam purgationem, vſque ad vnum nummum, Veral. *deciſ.* 150. *part.* 1. Seraphin. *deciſ.* 1176. *& deciſ.* 269. *num.* 1. *in fine part.* 1. *in recent.* & optimè in Panormitana Archidiaconatus coram Penia impreſſa penes Marcheſ. *de commiſſ. tom.* 3. *fol.* 235. & in Papien. coadiutoriæ coram R.P.D. Coccino Decano fuit dictum in Placentina iuris patronatus 1. Februarij 1599. coram Corduba & in Ferrarienſ. dotis 16. Decembris 1618. coram R. P. D. Buratto, & ſtylus eſt quod petens procedi ad vlteriora ipſe liquidet, vel impetret commiſſionem, in qua præfigatur terminus aduerſario ad liquidandum, ita dixit Rota in dicta Placentina iuris patronatus coram Corduba vnde iuxta ſtylum prædicta de plano procedunt reſpectu reſtitutionis, & purgationis fructuum, ſed quo ad expenſas, damna, & intereſſe quando illa non ſunt liquida videtur ſufficere depoſitum vnius Julij cum oblatione de ſoluendo reſiduum quo facto procedi poterit ad vlteriora Rota *deciſ.* 715. *num.* 2. *part.* 1. *in recent.* & fuit dictum in Vercellenſ. penſionis 28. Junij 1519. coram R. P. D. Pirouano, vbi fuit dictum ita eſſe intelligendum, & ibi dicitur idem etiam fuiſſe tentum in Aſten. canonicatus 23. Junij 1616. coram Cardinali Sacrato, & hanc opinionem credo veriorem reſpectu damnorum, & intereſſe de quibus nullo modo, nec in genere conſtat ſecus autem reſpectu expenſarum, & in ſpecie quod reſpectu expenſarum

non ſufficiat depoſitum vnius carolení cum obligatione reſidui, dixit Rota in dict. Ferrarienſ. dotis coram R.P.D. Buratto, quæ opinio de plano procedit reſpectu expenſarum iudicialium, quia de illis ſaltem in genere conſtat, & fortaſſe contraria opinio poteſt procedere in expenſis extraiudicialibus, de quibus nullo modo conſtat.

COLLECT. 3173.

Super Felin. in cap. in noſtra num. 13. de reſcriptis.

¶ Tituli defectus, vt diſcoleretur debet eſſe patens.

EX doctrina Felin. de qua hic colligitur concluſio, quod ad diſcolorandum titulum in materia ſpolij non ſufficit quilibet defectus tituli, ſed debet eſſe patens & manifeſtus, & ita determinauit Rota in Calaguritana beneficij de Ormilia 11. Ianuarij 1608. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato.

Sed num ſola poſſibilitas ſufficiat ad diſcolorationem tituli tollendam? affirmat Rota *deciſ.* 741. *part. 2. in recent.* licèt quando euidenter, & notoriè conſtat de infectione tituli ille titulus non tribuit aliquem colorem, quia dicitur emanaſſe de facto, & non de iure.

Notabis tamen in hac materia ſpolij quod requiritur minor color, quam ad effectum regulæ de Triennali Achil. *deciſ.* 8. *num.* 7. *ſuper regula de Triennali.* Coloratum autem titulum quis dicitur habere eo ipſo, quod reperitur in poſſeſſione authoritate ſuperioris, Rota *deciſ.* 16. *num.* 4. *de reſtitut. ſpoliat.* Rota *deciſ.* 517. *part. 2. in recent. & deciſ.* 541. *part. 2 in recent.* vbi dicitur, quod pro colore tituli ſufficit ad effectum ſpolij prouiſio obtenta ab habente facultatem conferendi, licèt nulla, vel ſubreptitia, & quæ aliàs non ſufficeret ad effectum regulæ de triennali, & ita intelligi debet *deciſ.* Seraphini 457. *in fin.* dum dicit, quod gratia nulla non tribuit titulum coloratum ſcilicet ad effectum regulæ, & non ſpolij.

Priuilegium autem reuocatum dicitur tribuere titulum coloratum Achil. de Graſſ. *deciſ.* 4. *de reſtitut. ſpoliat.* Rota *deciſ.* 583. *part.* 1. *in recent.* quod eſt verum, quando quis probabiliter ignorabat priuilegij reuocationem Mantic. *deciſ.* 118.

COLLECT. 3174.

Super cap. 1. §. ſi quis ruſticus de pace tenenda.

¶ Popularis, & ignobilis in dubio quiſque præſumitur, ſed nobilitas quomodo probetur.

DOctores hic concludunt quod in dubio quilibet popularis, & ignobilis præſumitur, & ita nos latius proſecuti fuimus *in praxi reſolut.* 378. *part.* 2.

Notabis tamen quod modus optimus probandi nobilitatem, & puritatem ſanguinis parentum eſt quando oſtenditur illos habuiſſe officia, ad quæ non niſi homines nobiles, & puri ſanguine admittuntur Cæſar de Graſſis *deciſ.* 2. *qui filij ſint legitimi.* Seraphin. *deciſ.* 297. Rota *deciſ.* 176. *part.* 1. *& deciſ.* 248. *inter impreſſ. apud Farinac. poſt 2. lib. conſil.* & fuit dictum in Neritonen. habitus 16. Junij 1617. coram R.P.D. Veroſpio.

Item aduerte, quod paritas ſanguinis habet præſumptionem iuris pro ſe, Rota in vna Toletana portionis 2. Maij 1594. coram Illuſtriſſimo Cardinali Mantica, & pleniſſimè deductam in cauſa Toletana Canonicatus

10. Se-

10. Septembris 1608. coram R.P.D. Marquemontio, & in Pacen. puritatis 6. Aprilis 1699. coram R.P.D. Manzanedo, & ideo transfert onus probandi contrarium, Rota apud Ludouiſium in Hiſpalen. habitus Veneris 11. Martij 1611. vbi fuit dictum quoque ſanguinis puritatem cenſeri probatam eo ipſo quod non eſt improbata impuritas, & quod talis puritas probatur per publicam vocem, & famam ex Rot. in cauſa Toletana portionis 27. Januarij 1595. corã Illuſtriſſimo Card. Mantica, & in Oxomen. ſtatuti 27. Junij 1601. coram R.P.D. tunc Decano, & in legionen. canonicatus 3. Julij 1602. coram R.P.D. Coccino, & in Burgen. admiſſionis ad habitum 26. Januarij 1604. coram R.P.D. Lancellotto.

Et tandem nota, quod puritas, ſiue nobilitas patris, neceſſariò concludit puritatem, & nobilitatem filij, vt fuit dictum in allegata Burgen. admiſſionis ad habitum, & alias cum eadem dicatur vtriuſque origo, *l. aſſumptio* §. 1. *ff. ad municip.* conferunt ſcripta per Nouarium *de election. fori quæſt.* 50. *ſectione prima.*

COLLECT. 3175.

Super Bald. in l. 1. quæſt. 34. ff. de rer. diuiſ.

¶ Feudum hæreditarium an & quando veniat in reſtitutione fideicommiſſi?

Feudum hæreditarium venit in reſtitutione fideicommiſſi, h. d. & ita Caualcan. *deciſ.* 32. *à num.* 75. *cum ſequ. part.* 3. vbi ſecus eſſe firmat in feudo ex pacto, & prouidentia, nam quando feudum eſt ex pacto, & prouidentia, vel eſt mixtum, in tali caſu non erit reſtituendum fideicommiſſario.

Limita tamen concluſionem hanc vbi fideicommiſſarius eſſet compreheníus in inueſtitura, quia ad eius fauorem poterit imponi fideicommiſſum etiam de feudo ex pacto, & prouidentia Bertazzol. *conſil. deciſiuo* 5.

COLLECT. 3176.

Super cap. ſtatutum §. in nullo quoque vbi DD. de reſcript.

¶ Teſtes examinati extra locum remiſſoriæ an ſint nulliter examinati?

Concludunt DD. hic, quod teſtes examinati extra locum remiſſoriæ ſunt nulliter examinati, & ita Rota *in nouis deciſ.* 15. *de offic. deleg.* eadem Rota in Portugallien. Decimarum 11. Februarij 1591. coram R.P.D. Orano, & in Aurien. parochialis 7. Aprilis 1598. coram Cardinali Lancellotto. notandum tamen eſt quod ſufficiat iuramentum fuiſſe præſtitum in loco aſſignato in remiſſoria quamuis examen fuiſſet poſtea factum in alio loco cum examen ſit meri facti, & extra iudicium expediri poſſit, ita fuit dictum in Meliten. prioratus 7. Maij 1618. coram R.P.D. Manzanedo.

Ex quarum Rotæ deciſionum cumulo apertè patet hanc eſſe communem, & approbatam opinionem, iuxta quam perſæpè fuit quoque iudicatum in noſtra Curia Archiepiſcopali.

COLLECT. 3177.

Super Abb. in cap. inter alia, de immunitat. Eccleſ.

¶ Clericus an poſſit extrahi à miniſtris eccleſiæ à loco ſacro in iis caſibus, in quibus laici extrahi non poſſunt?

Pluribus fundamentis probat Abbas Panormitanus hic *nu.* 13. quod

ce hic habetur, vnde animaduertendum primò, recurſum regulariter eſſe prohibitum, Caball. *deciſ.* 44. hinc eſt quod vaſallus pro conſequenda iuſtitia non poteſt accedere ad Principem per ſaltum, Seſſa *in deciſ.* 23. non enim ſuperiorem adire poterit, niſi petito prius, & deciſo grauamine Caball. *in deciſ.* 44. Marta *in deciſ.* 234. nec ſubditus debeat inclinare iuriſdictionem ſui ordinarij Marta *citat. deciſ.* & Macerat. *lib.* 1. *deciſ.* 102.

In multis tamen caſibus permittitur recurſus, & excuſatur à pœna fugæ.

Primò ſi quis metu iudicis fugiat timens ne ipſe ſæuiat, aut quid iniuſtum in eum committat excuſatur à fuga Bertaz. *deciſ.* 468. Boer. *in deciſ.* 215. Giamat. Voto *deciſ.* 37.

Secundò Itineris arreptio ad ſuperiorem qui per querelam adiri poteſt vim habet appellationis, ipſumque iter arripientem protegit Maſtrill. *deciſ.* 295.

COLLECT. 3161.

Super Bellapertic. in l. cum ciuili C. de ordin. cognit.

¶ *Falſitatis inſtrumenti cauſa an faciat superſederi in cauſa ciuili?*

ANnuit iſte Doctor hic column. 1. in fine verſic. verbi gratia, quod cauſa falſitatis inſtrumenti per Actorem in iudicio ciuili producti faciat ſuperſederi in eadem ciuili, & ita Caſſador. *deciſ.* 1. *de mutuis petitionibus.*

Sed quia alia plura in hac eadem materia fuerunt alibi in eiſdem collectaneis relata, vnum volo, quod notes ad ornatum huius doctrinæ, & eſt, vt cauſa criminalis cenſeatur intentata, & faciat ſuperſedere in ciuili per ſolam accuſationem, & querelam etiam ſine monitorio, & citatione ad comparendum, prout ita ſanè ego tanquam delegatus iudicaui in quadam cauſa Aprutina in anno 1615. & pluries conſultus in eandem deueni ſententiam, & ita reperio noſtros tenere Doctores, qui cum non ſint deciſionarij, hic illos allegare non curo.

COLLECT. 3162.

Super Bald. in cap. 1. §. aut liuellatio quib. mod. feud. amitt.

¶ *Hypotheca an faciat incurrere pœnam adiectam prohibitioni alienationis?*

BAldus hic *num.* 4. *verſic. ſequitur*, eſt in opinione quod ex hypotheca non incurratur pœna adiecta alienationi, niſi fuerit deuentum ad traditionem, & ita Rota apud Ludouiſium in Romana fideicommiſſi de Jacobatiis Veneris 5. Decembr. 1608.

In tantum quod requiritur, vt fuerit deuentum ad actualem traditionem ad effectum quod ob alienationem incurratur caducitas, vt dixit Rota in Ferrarienſ. bonorum de Schianchis 15. Novembr. 1619. coram R. P. D. Pamphilio.

Amplia neque ſufficere clauſulam (conſtituti,) quæ aliàs ſolet operari effectum traditionis cum ad iſtum effectum pœnæ requiratur actualis traditio, prout ſtante huiuſmodi clauſula conſtituti reſoluit Rota in Vrbeuetana hereditatis 24. Nouembris 1614. coram R. P. D. Manzanedo, vbi appellat hanc opinionem, æquiorem, & à Doctoribus miræ electionis approbatam, quare meritò ibi recedit ab alia deciſione in eadem cauſa, in qua contrarium fuerat reſolutum, & in dicta cauſa Vrbeuetana agebatur de tranſlatione poſſeſſionis mediante reſerua-

ſeruatione vſufructus iuxta terminos textus *in l. quiſquis* C. *de donat.* & hanc etiam opinionem tutata fuit eadem Rota apud Ludouiſ. *deciſ.* 520. ſequitur Guid. Pap. *deciſ.* 101.

Subamplia hanc ampliationem eò magis procedere, quando in alienatione eſt reſeruatum ius domini directi cum clauſula *Non alias*, quæ clauſula licet non præſeruet à caducitate, quando fuit deuentum ad actualem traditionem, tamen benè præſeruat, quando traditio eſt ficta per clauſulam *conſtituti*, aut alium ciuilem modum fictum, prout ita cenſuit Rota in Imol. bonorum 18. Junij 1618. coram R.P.D. Coccino Decano.

COLLECT. 3163.

Super Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 18.

¶ *Concurſus an requiratur in Parochialibus de iurepatronatus laicorum?*

CONcurſus non requiritur in Parochialibus de iure patronatus laicorum, ſed ſufficit quod præſentatus à patronis examinetur ab examinatoribus deputatis, & ſi idoneus reperitur eſt admittendus, & inſtituendus, h.d.

Pro cuius ornatu notabis quod hoc minimè procedet, & habebit locum, quando fuiſſent plures præſentati à patronis laicis nam tunc requiritur examen per concurſum inter ipſos præſentatos vt ex illis eligatur magis idoneus, vt firmauit Rota *in hac deciſ.* ex mente ſacræ congregationis, cuius reſolutionem referunt, & ſequuntur & fuit dictum in Pampilone. de Zal. 26. Junij 1609. coram R.P.D. Ottembergo, & in alia Pampilonen. Parochialis 27. Januarij 1614. coram R.P.D. Coccino Decano. Verum hoc habet locum quando ſinguli præſentati haberent æquales voces, alias ſi vnus habeat plures voces, ille ſolum eſt examinandus abſque concurſu, vt aliquando fuit dictum in noſtra Curia Archiepiſcopali Neapolitana.

COLLECT. 3164.

Super Alexand. conſ. 69. lib. 3.

¶ *Decretum latum ex falſa cauſa, an ſubſiſtat?*

FIrmat hic iſte Doctor *num.* 3. decretum latum ex falſa cauſa minimè ſubſiſtere, & ita dixit Rota in Romana Societatis officij 17. Junij 1602. coram R.P.D. tunc Decano, & aliàs in Romana prætenſi erroris calculi Veneris 4. Februarij 1611. coram Ludouiſio.

Amplia hanc concluſionem procedere, & habere locum quamuis decretum ſit interpoſitum partim ex vera cauſa, & partim ex falſa, Rota *deciſ.* 852. *part.* 4. *in nouiſſim.* & in Romana ſpolij bonorum 21. Februarij 1600. coram R. P. D. Juſto, cuius ampliationis ratio eſt, nam habetur reſpectus indiuiduitati, cuius occaſione corruit totum.

Verum aduertas, quod ſi cauſa falſa, quæ fuit expreſſa non eſt principalis interpoſitionis decreti, ſed ſecundaria, & cauſa principalis eſt vera, in tali caſu decretum ſuſtinebitur, vt declarauit Rota in Romana Cenſus primo Julij 1616. coram R.P.D. Vbaldo.

Et ad materiam notabis, quod quando decretum eſt interpoſitum ex pluribus cauſis ſufficit vnam veram eſſe, licèt aliæ non iuſtificentur, vt voluit Rota in eadem Romana cenſus, & aliàs in Romana ſciſſionis contractus 26. Nouembris 1618. coram R. P.D. Caualerio.

COLLECT. 3165.

Super Marſil. in l. de minore §. plurimum num. 36 ff. de quæſtionibus.

¶ *Fama vt probet quæ requirantur.*

FAmam debere eſſe ſolidam, conſtantem, & perpetuam, dicit hic iſte Doctor, & ita voluit Rota *deciſione 167. & deciſione 182. part. 1. in recentioribus, cum ibi cumulatis, & deciſione 64. inter impreſſ. poſt 2. librum Farinac.*

Amplia, quod vt probet fama, ac releuet, nihil debet habere in contrarium, nullamque contradictionem Rota in Oueten. Canonicatus 24. Ianuarij 1578. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino.

Sed num fama probetur per teſtes deponentes per verbum præſentis temporis? eſt negatiuè Vetall. *deciſ. 9. part. 2.* & fuit dictum per Rotam in vna Hiſpalen. habitus Veneris 11. Martij 1611. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Ludouiſio, deinde Gregorio XV. vbi etiam fuit tentum, famam bonam in concurſu præualere famæ malæ ex Put. *deciſ. 2. libr. 3.* & ita dixerat prius eadem Rota in Oxomen ſtatuti 27. Iunij 1601. coram R.P.D. tunc Decano, & in Toletana portionis 2. Maij 1594. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Mantica, & in Pacen. puritatis 6. Aprilis 1609. coram R.P.D. Manzanedo, & alibi ſæpius.

COLLECT. 3166.

Super capit. quia propter de elect.

¶ *Electionis forma per ſcrutinium, per compromiſſum, & per inſpirationem non ſeruata, an electio valeat?*

IN hoc textu, triplex forma ponitur faciendi electionem nempe per ſcrutinium, compromiſſum, & inſpirationem, aliàs ſi vnus ex præfatis tribus modis omittatur electio forſan celebrata non valet, & nulla redditur, & contra facientes priuandi ſunt pro ea vice poteſtate eligendi.

Amplia concluſionem huius text. procedere etiam in electione Abbatum, Seraphin. *deciſ. 647.* Franciſc. Marc. *deciſ. 992. tom. 1.* vbi affirmat quod forma huius text. habet locum nedum in electionibus epiſcoporum, & aliorum prælatorum eccleſiarum collegiatarum, qui habent iuriſdictionem generalem in dictis eccleſiis, ſed etiam in electione Regularium prælatorum.

Sed quatenus in eodem textu dum loquitur de electione per ſcrutinium facienda mandetur, quod aſſumantur tres, notabis, quod ſcrutatores non debent excedere iſtum numerum trium, aliàs electio inualidabitur Franciſc. Marc. *deciſ. 1201.* vbi ex eodem textu annuit pertinere ad eſſentiam, & ſubſtantiam electionis, vt prælibati tres ſcrutatores debeant eſſe de collegio; & quamuis ſecundum aliquos ſubſtantialia formæ huius text. non incipiant à verbis illis aſſumantur tres de collegio, ſed à verbis immediatè ſequentibus, qui ſecretè, & ſigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, ita quod ſupponant in Curia Romana fuiſſe confirmatam electionem Abbatis Tullen. licet in ea fuerint electi ſex ſcrutatores, tres ſcilicet de collegio, & tres extra collegium, tamen totum contrarium eſt verius aduertit Rota in Meten. monaſte-

Digitized by Google

naſterij Lunæ 5. Julij 1611. coram R. P.D. Coccino Decano, vbi materia huius text. doctè quidem, & perbellè diſcutitur, & iterum vide aliam deciſionem coram eodem in Treueren. Abbatiæ S. Maximini Mercurij 20. Nouembris 1624. & vide ſequentem diſcurſum editum à Doctore Nouario I.C. Lucano, cuius tenor eſt vt ſequitur videlicet.

NVlla quidem cadit dubitatio quin vota ſcrutatorum ab eiſdem met eſſe, & fore ſcrutanda, nam ſi eis permiſſum eſt aliorum vota ſcrutari, ergo à fortiori, & propria videtur ſcrutari poſſe, vt notauit Rendina *in promptuar. recept. ſent. in tit. de electiõ.*

In hac autem ſcrutatione duplex traditur à Doctoribus forma, vna eſt, quod tribus compromiſſariis electis iuxta terminos text. *in cap. quia propter diuerſitatem de elect.* addatur quartus, qui vnà cum tabellione trium vota ſcrutetur, & hanc dicunt aliqui ex DD. poſſe in praxi ſeruari.

Altera, quæ in rei veritate communior forma, & ſæpius practicata reputatur eſt quod ſcilicet duo ſcrutentur votum vnius, & vnus vota duorum, vt communi calculo receptum eſt à Doctoribus *in d. cap. quia propter* vt Abb. antiq. poſt Vincent. *col. 3. num. 9.* Innocent. *col. 2. nu. 5. in verbo cunctorum* Compoſtellan. *col. 1. num. 6. & ſeq.* Hoſtienſ. *col. 4. num. 10.* Anchar. *colum. 3. in princip.* Cardin. Florent. *col. 6. num. 4.* Butr. *col. 4. num. 26. verſiculo ſequitur in litera.* Panormit. *col. 3. num. 9. verſic. quarto quæritur.* Imol. *col. 3. num. 8.* quos refert, & ſequitur Rendina *in ſuo promptuario receptarum ſententiarum titul. de electione num. 18.* addo eiuſdem opinionis Biax. *de elect. cap. 26. num. 28. part. 3.* Fridebur. *in ſumma de elect. quæſt. 7. col. 2. ante fin. verſic. & Puto.* Rotell. *in ſumma in verbo electio il 1. colum. 5. verſic. quot ſunt* Rodriq. *quæſt. regular. quæſt. 52. articul. 3. tom. 2.*

Quibus veris exiſtentibus non per hoc repellenda eſt alia forma, quæ de conſuetudine ſeruata eſt per tantum temporis ſpatium in hac religione, quę in facti nota mihi exhibita ſupponitur, nempè quod nullo adhibito notario, vel extraneo ſcrutatore, primus ex tribus aſſumptis voto ſuo ſeparatim in ſcriptis redacto abſque vlla mora ſcrutetur, votum ſecundi quo & ipſo in eodem folio deſcripto, & per vtrumque recognito ambo ſimul tertium ſcrutentur, & ſtatim huius quoque votò cum cæteris deſcripto ſingula tria vota à ſingulis tribus ſcrutatoribus ſimul cernantur, & recognoſcantur.

In tantum quod talis electio ſit valida, nec reputetur nulla, ac irrita (prout audio à quibuſdam prætendi) vtique affirmandum eſt.

Nam licèt vigore dicti textus, *in d. cap. quia propter* generaliter loquentis per dictionem *cunctorum*, comprehendantur vota ipſorum ſcrutatorum, tamen id non eſt intelligendum de tribus ſcrutatoribus collectiuè ſumptis, & collectiuè conſideratis, ſcilicet, vt omnes tres vnà ſimul ſui ipſorum vota ſcrutentur, ſed diſtributiuè, vt non omnes tres ſimul, ſed eorum aliqui cæteros ſcrutentur, ita vt diuerſo tempore ex his tribus alij ſint ſcrutatores, alij ſcrutati, quoad vtique affirmandum eſt, nam alias ſequeretur abſurdum, vt eſſent in eodem tempore ſcrutatores, & ſcrutati, & tamen debet eſſe differentia inter ſcrutantem, & ſcrutatum, prout inter ſtipulantem, & rem ſtipulatam, *l. legatum §. 1. & l. qui filiabus, ff. de legatis 1. l. debitore, Cod. de pactis inter baptizantem & baptizatum, capitul. debitum. de baptiſm.* & differentia debet

eſſe inter dantem, & recipientem inter vincentem, & victum, *l. licet §. ſi plures.* vbi Bart. *ff. de procurator.* ſicuti etiam differentia debet eſſe inter reſtituentem, & eum cui fit reſtitutio, *L.1.§. ſin autem in fin.* & ibi Soccin. *ff. ad Trebell.*

Quare cum in dicto textu, non aperiatur an vnus ſcrutatorum duos, & duo tertium, vel potius duo ſemper tertium ſcrutari debeant, propterea cenſendum eſt ſuppoſitam conſuetudinem in hac religione approbatam ſcrutandi vota ſcrutatorum iuxta ſeriem primo loco propoſitam nõ aduerſari terminis textus, imo quia videtur adaptata ad illum textum interpretandum, omninò eſt recipienda, & admittenda, vt communi calculo receptum eſt à Doctoribus *in vulgat. l. de quibus ff. de leg.* Cardin. Seraphin. *deciſ.964. num.5.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana lib.2.cap.1.num.12.* vbi affirmat conſuetudinem eſſe optimam legum interpretem: ſequitur Menoc. *conſ. 31. numer. 44.* Maſcard. *de probat. concluſ.1415.num.10.* Cened. qui alios adducit *pract. quaeſt. lib.1. quaeſt. 31.* Pereira *in l. ſi curatorem in verbo contractuum num.29. de in integr. reſtitut.* prout eſt quoque interpretatiua priuilegiorum, & ſcripturarum, Molin. de Primogenit. *lib.2.cap.6. num. 57.* Gironda *de priuileg. & exempt. explicat. num.1307.* vbi etiam affirmat ſufficere decennalem conſuetudinem, nec eſſe neceſſariam quadragenariam, ſequitur Barboſ. *in collect. DD. ad cap. cum dilectus num 8. de conſuetud.* vbi annuit quoque vulgò dici ſolitum eſt, quod conſuetudo, & rei natura dant interpretationem diſpoſitioni ſimplici, & genericae ex Molin. quem allegat de Primogenit. *lib.1.cap.3.num.3.*

Tantò fortius, quia domus in materia electionis, in qua conſuetudo ſemper inſpicitur, imò in effectu attenditur, aliàs inualidatur electio, Canoniſtae *in cap. Cumana de electiõn.* Gabriel qui alios huius ſententiae adducit *concluſ. 1. numer. 41. ſub Rubric. de conſuetudin.* acquiritur inquam eligendi ius conſuetudine, vt per Azor *inſtitut. Moral. part.1. lib.6. cap.14. quaeſt. 6.* Barboſ. *in d. cap. Cumana numer. 4.* affirmans ex conſuetudine ad electionem alienos, & exiſtentes extra gremium plerumque vocari, quod latius comprobauit *in ſuo tractatu de officio & poteſtate epiſcopi, titulo 1. cap. 3. num.25.* Miranda *in ſuo Manuali praelat. tom.2. quaeſt. 23. artic.5. concluſ.6.* in tantum quod conſuetudo ſeruanda eſt in huiuſmodi electionibus, Pariſ. *conſ.68. numer. 3. volum. 3. & conſil. 97. num.30. vol.4.* Antonin. Macerat. *reſolut. fin. caſu 64. verſic. neque dictis libro 1.*

Nec iuuat dicere, quod dum ſubſtantiale electionis ſit, vt illa fiat ſecretè, huiuſmodi ſcrutandi modus de quo in facto propoſito ſecretus minimè videatur.

Nam reſpondetur benè per collegam ſatis ſecretum eſſe dum vnuſquiſque ſcrutatorum ſuum profert votum antequam ſciat alterius votum, & quamuis votum primi ſcrutatoris ab aliquo exceptum non ſit, antequam ille ſciat votum ſecundi voti, tamen, cum illud antè deſcriptum formiter reperiatur in eodem folio, in quo eodem inſtanti praeſentibus aliis deſcribitur pariter, & ſecundum, nec illud praeterea mutari poſſit, quin mutatio detegatur in ſcriptura dicitur id votum primi, & ſecreto prolatum, & conſequenter à ſecundo ſcrutatore exquiſitum.

Quare concludo praelibatam electionis formam non aduerſari menti allegati text. *in cap. quia propter diuerſitat.*

Digitized by Google

ſitatem de electione. ſed potius illius intellectum interpretaſſe. Datum die 8. Julij 1629. & hæc breuiter annotaſſe ſufficiat.

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 3167.

Super capit. volentes de officio legati.

¶ *Legato de latere præſenti minor legatus executionem ſui officij dimittere debet.*

PRæſente legato de latere minor legatus executionem officij ſui dimittere debet.

Cuius concluſionis ratio eſt, nam vbi apparet maior ceſſat minor, & inferioris poteſtas impeditur per ſuperiorem, vt apud Nouarium *forenſ. quæſt. ſiue deciſ.* 124. *libr.* 1. *folio mihi* 104. *column.* 2.

Et ad ornatum huius textus notabis, quod per creationem ſecundi legati non videtur primus reuocatus, vt conſtat ex Boer. *deciſ. Senatus Burdegalenſis* 347.

Necnon aduerte, quod legatus de latere dicitur eſſe maior omnium in prouincia poſt Romanum Pontificē, Graſſius *in deciſ. aureis lib.* 2. *cap.* 49. vbi etiam affirmat legatum de latere poſſe abſoluere ab excommunicatione, quamquis contraxit, eò quod violentas manus in clericum iniecerit ex *capit. excommunicatis hoc eodem tit. de offic. legati.*

COLLECT. 3168.

Super l. 1. de interdicto vti poſſidetis.

¶ *Reintegratio poſſeßionis non cenſetur fieri de ciuili, ſed de naturali poſſeßione?*

AD ornatum huius legis nota, quod integrari nō cenſeatur habens ſe pro ſpoliato reſpectu ciuilis poſſeſſionis; ſed intelligi debeat petita reintegratio, ſolum reſpectu poſſeſſionis naturalis, Rota *deciſion.* 561. *num.* 5. *part.* 1. *in recent. & deciſ.* 649. *numer.* 10. *part.* 2. *in recent.* & fuit dictum in Brixien. optionis 7. Februarij 1620. coram R.P.D. Manzanedo, verum ſi quis ſimpliciter aſſerat ſe ſpoliatum; non admittitur per Rotam indiſtinctè iſta interpretatio; quod id cenſendum ſit reſpectu poſſeſſionis naturalis tantum, cum reſpectu ciuilis; niſi ex circunſtantiis facti appareat; quod intellexit de turbationibus, & moleſtationibus de facto, & quod animo retinuit ciuilem, Rota *deciſ.* 704. *la* 2. *numero* 2. *part.* 1. *in recentiorib.* & bene etiam Rota *deciſion.* 560. *numer.* 3. & 4. *part.* 1 *in recent.* plene in Firmen. Cameræ 3. Junij 1617. coram R.P.D. Baratto; vbi in commiſſione quis dixerat ſe fuiſſe de facto ſpoliatum, & ſtatim addiderat ſe velle in ſua poſſeſſione manuteneri, & ideo Rota dixit non habuiſſe ſe pro ſpoliato, & quod quando quis narrauit actum poſitiuum ſpoliationis, & adiuit iudicem pro recuperatione, & reintegratione eo ipſo cenſeatur habere pro ſpoliato, latè fuit dictum in Romana domorum 23. Januarij & 22. Junij 1616. coram R. P. D. Vbaldo, ſed non poteſt negari, quin Rota in huiuſmodi materia diuerſimodè ſenſerit iuxta diuerſitatem caſuum; ideo credo quod cum hæc materia pendeat ex animo poſſidentis an ſcilicet habuerit ſe pro ſpoliato cum retentio poſſeſſionis pendeat ab animo, id totum terminandum erit iuxta circunſtantias concurrentes deductas ex factis, & verbis præcedentibus, & etiam ex poſt geſtis Rota *deciſion.* 644,

ſub numer 6.part.1.in recent. & fuit etiam dictum in Romana ſpolij domus 16. Martij 1610. coram R.P.D. Cauallerio.

COLLECT. 3169.

Super Angel. in l. ſcire debemus ff.de verb. obligat.

¶ *Sententiæ tot ſunt, quot ſummæ, & capitula in ea contenta.*

CONcludit, quod tot cenſentur ſententiæ, quot ſummæ, & capitula in ea contenta, iuxta terminos textus, *in l. etiam §. ex cauſa ff. de minor.* & ita Rota in Romana mercedis Veneris 16. Martij 1612. coram Ludouiſio Rota *deciſ.* 33. *part.1. diuerſ. & deciſ.* 427. *part.2. in recent.*

Et ideo ſententia poteſt valere quoad vnum caput licèt non quoad aliud, quando capita ſunt ſeparata nec tunc vtile per inutile vitiatur Rota *dict. deciſ.* 33.

Sicuti poteſt appellari à ſententia in parte, & partibus, nec appellatus poteſt adhærere appellationi appellantis, quod ſecus eſt, quando ſententia continet vnum tantum caput, vel etiam plura, quæ tamen ſunt connexa, ita fuit dictum in Curia noſtra Archiepiſcopali.

COLLECT. 3170.

Super l. cum ad feliciſſimam C. de quibus muneribus, lib. 10.

¶ *Vniuerſitates hoſpitia militum tenentes de iure poſſunt petere contributionem in tali onere ab aliis vniuerſitatibus.*

COlligitur ab iſto textu, quod hoſpitia militum tenentes de iure poſſunt petere contributionem in tali onere ab aliis vniuerſitatibus, quæ ſunt in conuicino, etiam ſi ſint Cameræ reſeruatæ.

Quare pro ornatu notabis in praxi ſeruari, quod huiuſmodi contributio petatur ab Illuſtriſſimo Regni Prorege, nam priuilegium Cameræ Baronibus conceſſum fuit interpretatum procedere circa actuale hoſpitium, ſed non præſtat immunitatem à contribuendo, neque releuantur, ne per tranſitum non teneantur, ad textum *in l. omnes cum ibi notatis C. de Metal. & epidem. lib.12.* & vide Nouarium *deciſ. ſiue forenſ. quæſt.90. lib.1.* vbi doctè loquitur iuxta morem.

COLLECT. 3171.

Super Clement. quamuis de appellationibus.

¶ *Appellationi an renunciare cenſeatur non rediens pro Apoſtolis intra triginta dies?*

NOtatur, hic quod non rediens pro Apoſtolis infra terminum iuris ſcilicet triginta dierum cenſetur renunciare appellationi, & ſententia tranſit in rem iudicatam, & ita Rota *in antiquis deciſ.* 34. *de appellat.* Rota *deciſ.* 178 *part.1. diuerſ. & deciſ.* 144. *num. 1. part. 2. diuerſ. & deciſ.* 420. *num. 2. part. 2. in recent.* fuit dictum in Aſſiſien. canonicatus coram bonor. memo. Juſto in Foroliuien de Torellis coram R.P.D. Marquemontio.

Amplia vt nec propter impedimentum ſuperueniens appellans excuſetur dict. Rota *deciſ.* 44. *num. 2. part. 2. diuerſor.* & fuit dictum in ſaluiatum penſionis 14. Nouembris 1616. coram R.P.D. Veroſpio vbi etiam Rota dixit non excuſare negligentiam procuratoris cum quis non debeat imputari

imputari quod negligentem procuratorem conſtituerit.

Beneuertum aduertas, ſufficere ſi intra terminum iuris Appellans fecerit cauſam committi, nam tunc ſententia non tranſit in iudicatum etiam ſi poſtea pro apoſtolis appellans non reuertatur, Veral. *deciſ*.38.*part*.1. *& deciſ*.115. *part*.2. Rota *deciſ*.734.*part*.4. *in nouiſsimis*, & fuit dictum in Ariminen. Bonorum 22. Maij 1606. coram bon. memor. Licet quod eſt verum ſi quando fuit interpoſita appellatio fuerunt etiam petiti apoſtoli, nam alias non ſuffragaretur commiſſio cauſæ infra terminum iuris prout declarando dict. deciſ. Verall. dixit Rota in Legionen. parochialis 1. Februarij 1589. coram bon. memor. Comitulo vbi redditur ratio, quia petitio apoſtolorum eſt de ſubſtantia appellationis non etiam ſufficeret præſentatio commiſſionis ſignata manu Regentis, quia illa ſolum probat diligentiam, & excuſata à lapſu decem dierum ad committendam cauſam appellationis non autem à reditu pro Apoſtolis ita fuit dictum in dict. Forolinien.

Quando vero iudex detulit appellationi non tenetur amplius coram eo comparere ad petendum apoſtolos Seraphin. *deciſ*.565. *num* 1. & dixit Rota in Compoſtellana parochialis 26. Junij 1619. coram R.P.D. Dunozet. & ita ad mei conſolationem ſeruatum aliquando fuit in quibuſdam Curiis eccleſiaſticis.

COLLECT. 3172.

Super Angel. in l.4. §. ait Prætor ff. de re iudic.

¶ *Depoſitum vnius caroleni quando ſufficiat cum oblatione ſoluendi reſiduum, in cauſa iudicati?*

Est in opinione hic Doctor ſufficere depoſitum vnius caroleni cum oblatione ſoluendi reſiduum quando fuerit facta liquidatio.

Verum tu notabis, quod Rota in iudiciis priuilegiatis puta in ſpoliis, & attentatis attendit opinionem Bald. *in cap. conquerente, de reſtitut. ſpoliat.* qui requirit in ſpolio omnimodam purgationem, vſque ad vnum nummum, Veral. *deciſ*.150. *part*.1. Seraphin. *deciſ*. 1176. *& deciſ*.269. *num*.1. *in fine part*.1. *in recent*. & optimè in Panormitana Archidiaconatus coram Penia impreſſa penes Marcheſ. *de commiſſ. tom*. 3. *fol*. 235. & in Papien. coadiutoriæ coram R.P.D. Coccino Decano fuit dictum in Placentina iuris patronatus 1. Februarij 1599. coram Corduba & in Ferrarienſ. dotis 16. Decembris 1618. coram R.P.D. Baratto, & ſtylus eſt quod petens procedi ad vlteriora ipſe liquidet, vel impetret commiſſionem, in qua præfigatur terminus aduerſario ad liquidandum, ita dixit Rota in dicta Placentina iuris patronatus coram Corduba vnde iuxta ſtylum prædicta de plano procedunt reſpectu reſtitutionis, & purgationis fructuum, ſed quo ad expenſas, damna, & intereſſe quando illa non ſunt liquida videtur ſufficere depoſitum vnius Julij cum oblatione de ſoluendo reſiduum quo facto procedi poterit ad vlteriora Rota *deciſ*. 715. *num*. 2 *part*.1. *in recent*. & fuit dictum in Vercellen. penſionis 28. Junij 1519. coram R.P.D. Pirouano, vbi fuit dictum ita eſſe intelligendum, & ibi dicitur idem etiam fuiſſe tentum in Aſten. canonicatus 22. Junij 1616. coram Cardinali Sacrato, & hanc opinionem credo veriorem reſpectu damnorum, & intereſſe de quibus nullo modo, nec in genere conſtat ſecus autem reſpectu expenſarum, & in ſpecie quod reſpectu expenſarum

10. Septembris 1608. coram R.P.D. Marquemontio, & in Pacen. puritatis 6. Aprilis 1699. coram R.P.D. Manzanedo, & ideo transfert onus probandi contrarium, Rota apud Ludouiſium in Hiſpalen. habitus Veneris 11. Martij 1611. vbi fuit dictum quoque ſanguinis puritatem cenſeri probatam eo ipſo quod non eſt improbata impuritas, & quod talis puritas probatur per publicam vocem, & famam ex Rot. in cauſa Toletana portionis 27. Ianuarij 1595. corã Illuſtriſſimo Card. Mantica, & in Oxomen. ſtatuti 27. Iunij 1601. coram R.P.D. tunc Decano, & in legionen. canonicatus 3. Iulij 1602. coram R.P.D. Coccino, & in Burgen. admiſſionis ad habitum 26. Ianuarij 1604. coram R.P.D. Lancellotto.

Et tandem nota, quod puritas, ſiue nobilitas patris, neceſſariò concludit puritatem, & nobilitatem filij, vt fuit dictum in allegata Burgen. admiſſionis ad habitum, & alias cum eadem dicatur vtriuſque origo, *l. aſſumptio* §. 1. *ff. ad municip.* conferunt ſcripta per Nouarium *de election. fori quaeſt.* 50. *ſectione prima.*

COLLECT. 3175.

Super Bald. in l. 1. quaeſt. 34. ff. de rer. diuiſ.

¶ *Feudum haereditarium an & quando veniat in reſtitutione fideicommiſſi?*

FEudum haereditarium venit in reſtitutione fideicommiſſi, h. d. & ita Caualcan. *deciſ.* 32. *à num.* 55. *cum ſequ. part.* 3. vbi ſecus eſſe firmat in feudo ex pacto, & prouidentia, nam quando feudum eſt ex pacto, & prouidentia, vel eſt mixtum, in tali caſu non erit reſtituendum fideicommiſſario.

Limita tamen concluſionem hanc vbi fideicommiſſarius eſſet comprehenſus in inueſtitura, quia ad eius fauorem poterit imponi fideicommiſſum etiam de feudo ex pacto, & prouidentia Bertazzol. *conſil. deciſiuo* 5.

COLLECT. 3176.

Super cap. ſtatutum §. in nullo quoque vbi DD. de reſcript.

¶ *Teſtes examinati extra locum remiſſoriae an ſint nulliter examinati?*

COncludunt DD. hic, quod teſtes examinati extra locum remiſſoriae ſunt nulliter examinati, & ita Rota *in nouis deciſ.* 15. *de offic. deleg.* eadem Rota in Portugallien. Decimarum 11. Februarij 1591. coram R.P.D. Orano, & in Aurien. parochialis 7. Aprilis 1598. coram Cardinali Lancellotto. notandum tamen eſt quod ſufficiat iuramentum fuiſſe praeſtitum in loco aſſignato in remiſſoria quamuis examen fuiſſet poſtea factum in alio loco cum examen ſit meri facti, & extra iudicium expediri poſſit, ita fuit dictum in Meliten. prioratus 7. Maij 1618. coram R.P.D. Manzanedo.

Ex quarum Rotae deciſionum cumulo apertè patet hanc eſſe communem, & approbatam opinionem iuxta quam perſaepè fuit quoque iudicatum in noſtra Curia Archiepiſcopali.

COLLECT. 3177.

Super Abb. in cap. inter alia, de immunitat. Eccleſ.

¶ *Clericus an poſſit extrahi à miniſtris eccleſiae à loco ſacro in ijs caſibus, in quibus laici extrahi non poſſunt?*

PLuribus fundamentis probat Abbas Panormitanus hic *nu.* 13. quod

clericus poſſit à miniſtris eccleſiæ extrahi à loco ſacro in illis caſibus, in quibus laici extrahi non poſſent, & ita Boer. *deciſ. Rot. Burdegalenſ.* 109. & nos latius proſecuti fuimus *in dec. Curiæ Archiepiſcop.* 12. *part.* 2.

Sed num Monachus valeat extrahi ſicut, & clericus? affirmatiuè deciſum retulimus *deciſion. eiuſdem Curiæ Archiepiſcop.* 182. *part.* 3. & ita poſt illam deciſionem fuit practicatum in noſtra Curia Archiepiſcopali dum alias caſus accidiſſet in facto.

Et opinio ſupradicta, quod clericus non gaudeat immunitate eccleſiæ, quando proſequitur ab eius epiſcopo, num locum ſibi vendicet dum degit in eccleſia Regularium, & ſic exempta? vide *in deciſ. noſtra* 326. *ead. part.* 3. vbi affirmamus deciſum potuiſſe Illuſtriſſimum noſtrum Ordinarium mandare, quod caperetur quidam clericus, qui erat inquiſitus, & degebat intra ſepta cuiuſdam monaſterij regularium.

COLLECT. 3178.

Super Caſtrenſ. in l. acceptam ſub num. 12. C. de vſur.

¶ *Depoſitum vt releuet debet eſſe purum, & ſine aliqua conditione.*

CONcludit hic Caſtrenſis *in verſic. ſi verò facta fuit*, quod, vt depoſitum releuet, debeat eſſe purum, & ſine aliqua conditione, ac tale, quod ad ſui libitum creditor exigere valeat, & ita ſæpe iudicauit Romana Rota, & præcisè in vna Bononienſ. bonorum de Gambatinis 4. Nouembris 1580. coram fel. recor. Clemen. VIII. & in Romana cenſus 2. Aprilis 1507. & 3. Iunij 1608. coram R.P.D. Manzanedo Rota *deciſion.* 196. *inter impreſſas apud Cencium de cenſibus*, vbi fuit reſolutum depoſitum eſſe nullum, eo quia fuerat factum cum proteſtatione quod non conſignaretur, niſi citatis certis perſonis, & *deciſ.* 488. *numer.* 5. *part.* 2. *in recent.* ſi tamen depoſitum contineret conditionem intrinſecam non vitiaretur, & bene diſtinguit Rota *deciſ* 83. *part.* 4. *in nouis*, & fuit dictum in Ferrarien. Caſtri 23. Maij 1608. coram Cardinali Sacrato, & in Peruſina bonorum 5. Maij 1617. coram R.P.D. Manzanedo, vbi fuit dictum quod clauſula conſignandum cui de iure non vitiabat depoſitum. Conditio autem intrinſeca dicitur, ad quam creditor cenſus de iure cogi poteſt, extrinſeca verò, ad quam de iure cogi non poteſt, vt fuit dictum in dicta Ferrarien. Caſtri.

COLLECT. 3179.

Super Afflict. in cap. 1. de alien. feud.

¶ *Eccleſia an & quando ſit capax rei emphyteoticæ? cum ſit manus mortua.*

COncludit hic Afflict. *num.* 4. *&* 5. *cum ſeq.* quod Eccleſia reputatur inter perſonas prohibitas, in quas non poteſt alienari emphyteuſis, quia eccleſia nunquam moritur, & dicitur manus mortua, & ita Rota *deciſ.* 603. *per totam part.* 1. *in recent.* vbi fuit deciſum, quod eccleſia, & quæuis alia manus mortua poteſt cogi vendere emphyteuſim, quæ ad illam deuenit, vt late fuit dictum in Ferrarien. bonorum 9. Decembris 1611. coram R.P.D. Coccino Decano, vbi optimè fuit ponderatum id eſſe fundatum in quadam æquitate, quia ſcilicet non patitur eccleſia cultrix iuſtitiæ, quod aliquid fiat in alium, ex quo ille nimis remaneat grauatus, prout remaneret domi-

dominus directus grauatus, ſi emphyteuſis tranſiret in eccleſiam, quæ non alienat, & nunquam moritur, & ideo non eſt ſpes, nec deuolutionis, nec laudemij, & in d. deciſ. Ferrarien. bene conſideratur id eſſe inductum non ex vi arctatiua, ſed ex vi directiua rationis cum approbatione Romanorum Pontificum, & quod eccleſia ad hunc effectum dicatur perſona potens, & prohibita, fuit etiam dictum in alia, Ferrarien. bonorum de ſchianchis 28. Aprilis 1617. coram R.P.D. Pamphilio, & in alia Ferrarien. bonorum 3. Junij 1619. coram R.P.D. Remboldo vbi fuit dictum eccleſiam non eſſe capacem, etiam ſtante Bonifaciana, plenè Ludouiſius *deciſ.* 529. vbi tractat, quænam ſint perſonæ potentes, & prohibitæ in hac materia emphyteuſis, affirmans hanc concluſionem habere locum, & procedere, quamuis alia eccleſia eſſet directa domina æquè potens.

Declara tamen hanc concluſionem non procedere quando emphyteuſis eſt tranſitoria ad quoſcunque hæredes extraneos, quia tunc eccleſia eſt capax illius, Rota *deciſ.* 261. *& deciſ.* 280. *part. 1. in recent.* Rota in Romana ceſſionis bonorum 17. Maij 1619. coram R.P.D. Buratto.

Declara ſecundò neque habere locum quando eccleſia non intendit retinere, ſed parata eſt vendere perſonæ priuatæ, quia ad iſtum effectum reſpectu precij eſt capax, Rota *deciſ.* 261. *part. 1. in recent.* licèt aliud ſit dicendum in terminis Bonifacianæ propter verba prægnantiſſima illius conſtitutionis prohibentia alienationem in perſonas prohibitas, vt fuit dictum in allegata Ferrarien. coram R. P. D. Remboldo.

Declara tertiò non eſſe prohibitam eccleſiam retinere domino directo volente, vt determinauit Rota in dicta Romana ceſſionis coram R.P.D. Buratto, in qua quidem deciſione fuit ponderatum, quod eo caſu non conſtabat de diſſenſu domini directi, quod emphyteuſis non remaneret penes eccleſiam.

COLLECT. 3180.

Super Odofred. in l. ſi minori C. de iur. fiſci lib. 10.

¶ *Venditio pignoris an reſcindatur ob læſionem, vel dolum executoris.*

TRactat iſte author, quando venditio pignoris capti in executionem rei iudicatæ, aut contractus guarentigij facta ab executore nulla ſit, aut reſcindatur ob læſionem, vel dolum executoris, maximè ſi res magni valoris ſit capta pro paruo debito, & quando, & intra quod tempus aduerſus eum competat remedium *l. 2. C. de reſcind. vendit.*

Ad cuius ornatum vide Afflict. *deciſ.* 358. & Gamam *deciſ. Rot. Luſit.* 40.

Et nota quod in cauſa Annibalis Sancti Leonis cum hæredibus Joſephi Maurini dicebam quod ſi executor mala fide, & dolo procedat in extractione, & venditione pignorum, vt quia ſit inimicus debitoris, & res magni valoris pro modico debito vendat, cum ex alijs debitum potuit recuperare, vel quia cum creditore, vel alijs colludat, vel gratiam eis facere velit, tunc ſi venditio propter debitum fiſcale fiat, etiam ſi alia ſolemnia interueniant venditio nulla eſt, *ex l. 1. & 2. C. de fide inſtrument. in l. ſi quos*, C. *de reſcindend. vendition. & ex l. 1. C. de præſcript. triginta vel quadraginta annorum.*

Si verò propter debitum priuati nulla lege cautum reperitur, quod

venditio nulla ſit, erit tamen per remedium querelæ, aut reſtitutionis, vel officio iudicis irritanda, & tutius eſſet appellare ab exceſſu executionis, emptor ſi fraudem participauerit tenebitur ad reſtitutionem rei cum fructibus tam perceptis, quam percipiendis facta excuſſione in bonis officialis, vel creditoris, qui fraudis occaſionem dedit, illam committendo, & idem erit ſi venditor ipſe vendat vigore allegat. *l.1.in fin.C.ſi de vendito pignor.agatur.*

Benè verum ſi dolus abſit, & res ſit vendita vili precio, tunc venditio finalis non valet ex *dict. l.ſi quos*, quia quod iuſto precio vendatur pro forma requiritur in talibus venditionibus, ſed hoc intelligitur ſi poteſt præſumi gratia ex vilitate precij, nam ſi non, & exequutor procedat bona fide, & ideo accepit rem magni valoris, quia aliam debitor non debebat, & vendidit vili precio, quia maius non reperit, tunc credo quod valida ſit, quemadmodum, & in priuatis, & ita practicatur, tunc aliud ſonant dictæ leges.

Venditio verò priuata ſemper valet nec ex vilitate precij reſcinditur, niſi interueniat deceptio vltra dimidiam iuſti precij, tunc enim licèt ſint opiniones, magis communis, & vera eſt opinio, & quæ approbatur quod contra eam competat remedium *dictæ l.2.* ſatis tamen dolus præſumetur ex vilitate precij, quia debitor aliàs res minoris valoris habebat, ex quibus commodè potuit pecunia parari, & oblatæ ſunt exequutori, & noluit accipere.

COLLECT. 3181.
Super Regul. de Annali.

¶ *Regula de annali quando cenſeatur ſatisfactum?*

PRo ornatu huius materiæ, & Regulæ alia adduxi in aliis collectaneis, verum, quia nonnullæ deciſiones Rotæ ortæ ſunt in eadem materia, volui illas pariter hic cumulare.

Notabis igitur, quod Regulæ huic de Annali, quoad eius primam partem cenſetur ſatisfactum, ſi impetrans intra ſex menſes vocauit ad iudicium poſſeſſorem, Rota in Pampilonen. de Nauarræ Lunæ 12. Decembris 1611. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Ludouiſio deinde Gregorio XV.

Nec non aduerte, quod huiuſmodi regula de annali, quæ requirit expeditionem infra annum, non obſtat, quando probantur impedimenta ex aduerſo præſtita propter quæ non potuit cauſa intra dictum tempus expediri Rota *deciſ.* 708. *part.* 4. *in nouis, & deciſ.*601 *part.*4. & alias fuit dictum in Hiſpalen. Beneficij impreſſa penes Marcheſan. *de commiſſ. tom.* 3. *fol. meo.* 117.

Et ſufficit cauſam inſtruxiſſe infra annum, ita vt iudex potuiſſet, ſi voluiſſet, ferre ſententiam, vt dixit Rota in Placen. Decanatus 16. Decembris 1594. coram R.P.D. Penia, nec requiritur aliqua proteſtatio ſuper cauſæ expeditione vt fuit dictum in Conchen. Parochialis 11. Decembr. 1602. coram Penia, maxime quando impementum prouenit facto partis aduerſæ Rota *dicta deciſ.* 601. verſ. quæ quidem proteſtatio, iſte annus de quo in Regula incipit ſolum currere à die executæ citationis Puteus *deciſ* 86. *libr.* 2. & fuit dictum in Auguſtana Canonicatus 8. Februarij 1602. coram Corduba, vt conſtat apud Nouarium *in concl. iur. canon. concl.* 1. *de poſſeſſ. annali.*

* *
*

COL-

COLLECT. 3182.

Super Innocent.in cap.ex ratione de appellat.

¶ *Executio an poſſit fieri ſtante re iudicata abſque vlla citatione.*

ISte author hic tractat illam quæſtionem dubiam inter Doctores, an ſtante re iudicata poſſit deueniri ad executionem abſque alia citatione? & affirmatiuam tutatur partem, & ita Rota *deciſ.* 355. *in nouis*, Guid. Pap. *deciſ.* 329. eadem Rota Romana *deciſ.* 365. *part.* 1. *in recent.*

Verum æquior, & humanior ſententia eſt, quod requiratur citatio, vt ſecuta fuit eadem Rota in Romana Sancti Thomæ 17. Decembris 1604. coram R.P.D. Coccino Decano.

Quæ tamen opinio fuit declarata non habere locum, quando mandatũ eſſet relaxatum in eadem ſententia, & materia non eſſet appellabilis, vt fuit reſolutum in Romana ſpolij 21. Iunij 1606. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Lancellotto.

Licèt aduerſus hæredem non poſſet exequi ſententia etiam ſuper eadem re, ſuper qua fuit iudicatum, niſi ipſo citato propter mutationem perſonæ, Capic. *deciſ.* 1. *n.* 14. & voluit Rota in Romana ſpolij domorum 27. Nouemb. 1617. coram R.P.D. Veroſpio.

Prout etiam quando eſt mutata iudicis perſona, & executoris, adhuc requiritur citatio, Rota *deciſ.* 365. *part.* 1. *in recentiorib.* & in Carpentoraten. bonorum Veneris 19. Decembris 1611. coram Gregorio XV. tunc Rotæ auditore.

COLLECT. 3183.

Super cap. 1. §. porrò qualiter olim feud. poter. alien.

¶ *Prælationis ius, & retractus an competat Regi, & Domino feudi in feudo alienato?*

PRælationis, & retractus ius competit Regi, & Domino feudi in feudo alienato infra annum, h. d.

Ad cuius ornatum vide Præſid. de Franch. *deciſ.* 17. Cacheran. *deciſ. Rot. Pedemont.* 156. & Griuel. *in deciſ. Senat. Dolan.* 106.

Sed num ius prælationis, de quo hic Regiæ Curiæ competens alteri cædi poſſit? affirmatiuè deciſum in Senatu Pariſienſi de anno 1520. refert Tiraq. *de retractat. lign.* §. 26. *gloſ.* 1. *numer.* 41. Franc. *deciſ.* 226. qui teſtatur in ſuo caſu Sacrum Concilium iudicaſſe in fauorem poſſeſſoris ceſſionarij à directo domino, & proprietario emphyteuſis.

Verum pro contraria parte plures deciſionarij ſcripſerunt, quos habes apud Amat. *in lib.* 1. *variar. reſolu. deciſ.* 16. vbi hunc articulum tractat.

COLLECT. 3184.

Super Gloſ. in l. ſi quis in verſic. vt miniſtrum ff. de leg. 2.

¶ *Teſtator an & quando cenſeatur reliquiſſe hæreditatem vel legatum alicui vti mero executori.*

GLoſa hæc ponit modum, quo cognoſci poteſt an teſtator cenſeatur reliquiſſe hæreditatem, ſeu legatum alicui vti mero executori, & vero miniſtro, an verò vti legatario, & hæredi, & dicit potiſſime illud ex eo cognoſci fuiſſe aliquem relictum vti merum executorem, quando in teſtamento præcedant onera & poſtea ille deputatur ad exequenda dicta onera vt fuit dictum in Ferrarienſ. bono-

rum 11. Maij 1610. & in eadem 27. Januarij 1617. coram R. P. D. Coccino Decano, & coram eodem in Firmana cenſus viginti mill. 3. Martij 1617. vbi dicitur hoc ſine difficultate procedere quando relictum fuit factum per viam modi verbi gratia, *accio che il Legatario exequiſca, &c.* quod idem Conſiderauit Rota in 2.deciſ.in ead.cauſa 19.Maij 1617.

Pro vt etiam cenſetur quid relictum vti mero exequutori, & Miniſtro quando onera ſunt pia, quia cauſa finalis relicti cenſetur fuiſſe ipſum opus pium tantum non autem fauor exequutoris nominati, & optimè conſiderauit Rota in dicta Ferrarien. 1. Junij 1616. coram R.P.D. Coccino Decano.

Item ſi teſtator nominauit per verba *Commiſſarij, & eſecutori del teſtamento*, vt fuit conſideratum in dicta Ferrarien. bonorum 27. Januarij 1617. & clarius apparet, ſi teſtator diſponit omnes redditus erogari ab executoribus in opera pia à teſtatore expreſſa puta in redemptione captiuorum, & in maritandis virginibus, & ſimilibus, vt fuit dictum in dicta Ferrarien. Januarij vbi dicitur quod in tali caſu re ipſa apparet eſſe merum executorem, colligitur eum eſſe merum executorem, ſi teſtator dedit ei amplam facultatē liberè adminiſtrandi, iſta enim facultas non eſt opus quod detur legatariis, quia illam de iure habent, ſed benè ſæpe illa datur per teſtatores executoribus, vt fuit conſideratum in dicta Romana cenſus 3. Martij 1617. fuit autem dubitatum in dicta Romana cenſus 3. Martij 1617. an quis diceretur merus executor ex eo quod exequi aute debebat onus momentaneum non expectans temporis dilationem, & è contra cenſeatur legatarius, ſi onus exequendum reſpiciebat tractum temporis ſucceſſiuum in futurum propter commodum medij temporis iuxta textum *in l. pecuniæ ſortem ff. de aliment. legatis.* ſuper cuius textus intellectu fuit valdè elaboratum in pluribus propoſitionibus factis in eadem cauſa Romana Cenſus coram R. P. D. Andrea, & licèt in dicta deciſ. 3. Junij 1617. coram R.P.D. Decano, fuiſſet dictum non probari huiuſmodi diſtinctionem ex *dict. l. pecuniæ*, tamen cauſa ſuper hoc pluries poſtea propoſita coram R. P. D. Andrea 3. Junij 1619. coram eodem fuit dictum prææallegatam diſtinctionem eſſe veram in dubio, quatenus ex aliis verbis teſtamenti non poſſet dici quòd de contraria teſtatoris voluntate conſtaret, prout fuit reſolutum conſtare in teſtamento diſcuſſo in dictis deciſionibus, in dubio etiam cenſetur quis relictus vti legatarius, & ita quidem in facto dicebam in anno 1625. in cauſa hæredum Lelij Caputilli cum Marco Aurelio Surrentino, vbi ſimiliter conſiderabam, an verba ſint collata in perſonam nominatam diſpoſitiuè, an verò executiuè? quia ſi diſpoſitiuè, ille minimè cenſetur nudus miniſter, quamuis aliquo onere ſit grauatus.

COLLECT. 3185.

Super Bald. in l. 1. num. 24. C. de emancipat. liber.

¶ Cauſa vniuerſalis actus eſt potius attendenda quam ipſius actus exercitium.

ANnuit hic Bald. eſſe magis attendendam cauſam vniuerſalem actus, quam exercitium ipſius actus, & ritu Rota *deciſ. 139. numer. 12. part. 2.*

part.2.diuerſ. Seraphin.*deciſ.*1047.*num.* 1.& 2. Mantica *deciſ.*320.*num.*6. vbi in ſimilibus terminus huius deciſionis Rota *deciſ.*.... dixit poſſeſſionem conferendi reſpectu quorundam beneficiorum extendi ad cætera beneficia, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, quod etiam dixit Rota in Seguntina dimidiæ Annatæ 4.Februarij 1594. coram Cotta, vbi fuit dictum, quod probata quaſi poſſeſſione conferendi vnum ex beneficiis ſub indulto comprehenſum cenſetur acquiſita poſſeſſio quo ad alia ſub eodem indulto contenta.

Sicut etiam ſi vnico contextu fuerint fundata plura beneficia eo ipſo, quod fundator eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi reſpectu vnius cenſeatur eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi etiam, quod alia, vt fuit dictum in Viterbienſ. iuriſpatronatus 4.Maij 1601. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato.

Etiam ſi plura beneficia ſint ſimul vnita probata effectuatione vnius cenſetur vnio ſortita effectum.quoad omnia propter vniuerſalitatem cauſæ, vt fuit dictum in Gerunden. vnionis 13. Decembris 1613. coram R.P.D. Veroſpio, & in Alerien. & Maſianen. vnionis 16. Nouembris 1616. & 16. Januarij 1618. coram R.P.D. Caualerio.

Similiter priuilegium continens plura Capita conſeruatur in totum, ſi fuerit in exercitium deductum quoad quædam, licèt non quoad omnia, Seraphin. *deciſ.*1043.*num.*4. prout etiam concordia in parte effectuata etiam quoad omnia capita dicitur eſſe in obſeruantia, vt fuit dictum in Terracinen. Sacriſtiæ 9. Junij 1600. coram Juſto.

Vndè etiam ſæpius Rota reſoluit, quod Parochus exigens decimas quod certos fructus eo ipſo cenſetur eſſe in poſſeſſione quoad omnes fructus, quia ius decimandi prouenit ex iure vniuerſalis Parochialitatis Seraphin. *deciſ.* 1047.*num.*1. & 2. & 7. *in fin.* & fuit dictum in Comen.decimarum 11. Martij 1611. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato.

Item etiam extenditur dicta poſſeſſio Parochi ad omnia & terras exiſtentes intra ſuam Parochiam Seraph.*dicta deciſ.*1047.*num.*1. & etiam penſionarius, qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi partem penſionis cenſetur eſſe in poſſeſſione reſpectu totius propter vniuerſalitatem tituli penſionis, vt fuit dictum in Pampilonen. Penſionis 16. Januarij 1613. coram Illuſtriſſ. Cardi. Sacrato.

Procedit etiam hoc in dubió, ſecus ſi conſtat quod Penſionarius voluerit agnoſcere debitum penſionis ſolum in parte, ita declarauit Rota *deciſ.*147.*nu.* 8.*part.*1.*in recent.*

COLLECT. 3186.

Super Bald.in l.hæc ſcriptura,ff.de condit. & demonſtr.

¶ *Abſolutio à iuramento ad effectum agendi an ab epiſcopo concedatur?*

TRactat hic iſte Doctor materiam abſolutionis à iuramento, affirmans quod abſolutio conceditur ab epiſcopo ad finem agendi, & excipiendi, ne incurratur periurium ſi agat, vel exceptionem opponat abſolutione non impetrata, & ita Rota Bononiæ apud Benintend.*deciſ.*14.

Num autem quot ſunt iuramenta tot ſint abſolutiones neceſſariæ? affirmatiuè reſoluunt Silu.*deciſ.*30. Velaſc. *deciſ.*130. Rotæ Luſitanæ, & ita fuit dictum pluries in noſtra Curia Archiepiſcopali, in qua propterea in ſupplicatione pro impetranda iuramenti ab-

Digitized by Google

ſolutione mentio fit omnium clauſularum, quæ poſſent obſtare, & illam impedire, Cacheran. *deciſ. Pedem.* 142. & Afflict. *deciſ.* 220.

Sed quia in hac materia aliàs collectaneas ſcripſi, ſufficiat ad illius ornatum has ſequentes iurium allegationes æditas à Doctore Nouario tibi adducere quæ ſunt tenoris ſequentis videlicet.

CVm iuramentum ſit dictio ſiue aſſertio de aliqua re Deo teſte facta ex Abb. *in rubr. de iureiurando*, cum qua definitione conuenit Couar. qui *in initio primæ partis relect.* 1. dicit eſſe inuocationem diuini numinis in teſtimonium: nam qui aliquid cum iuramento ſe facturum promittit, Deum ipſum in teſtem illius promiſſionis, ac veluti ſponſorem appellat, ſubdens etiam ex Philo. *de ſpecial. Decal. legib. libr.* 1. & ex Diuo Auguſtino *in ſermone* 28. *de verb. Apoſt. Iacob.* 1. quòd qui aliquid affirmat, aut negat verum eſſe iuramento præſtito Deum ipſum citat in illius veritatis teſtimonium, quaſi Deus teſtis ſit illius affirmationis, aut negationis, ſequitur Dominicus Soco, & ſi per diuerſa verba, cum eadem tamen ſententia *in tracta. de iuſt. & iure lib.* 8. *quæſt.* 1. *art.* 1. *verſ. hinc ergo*, dicens eſſe dictionem, per diuinam atteſtationem confirmatam.

Eſt eius obſeruatio de iure Diuino, naturali, & de præcepto 22. *quæſt.* 1. *capit. ſi peccauerit capit. ſi debitores.* vbi doct. & *cap. & ſi Chriſtus verſus finem, ibi redde Deo*, & ibi Abb. notat quod tenemur ſeruare iuramentum ex præcepto iuris diuini, *de iur. iurand.* & Specul. *in titul. de inſtrument. edit.* §. 12. *numer.* 26. Couar. *in* 1. *parte relect.* §. 3. *numer.* 3. *verſ.* 3. *ad huius quæſtionis*, & propterea ſeruandum, & ibidem Couar. & *in dict. cap. & ſi Chriſtus*, nam ſine cauſa legitima, & iuſta nefas eſt illud infringere, vt per Specul. *in loco ſupra allegato*, immo etiam quod ex aliqua cauſa veniret diſpenſandum, *cap. debitores, c. ſi vero, c. verum de iure iurand.* nos miſeros, frangent fidem Chriſtiani, veræ fidei profeſſores, contemnent iuris iurandi religionem. Si Cicero gentilis, & ignarus fidei, hæc verba de iuramento *in libr.* 3. *de officiis* ſcripſit, eſt enim iuſiurandum affirmatio religioſa, quod autem affirmata quaſi Deo teſte promiſerit, id tenendum eſt, iam enim non ad iram Deorum quæ nulla eſt, ſed ad iuſtitiam, & ad fidem. Infertur quod non de facili, & paſſim ſit diſpenſandum, imo nunquam niſi ſubſiſtat non leuis cauſa, nam abſolutio iuramenti, licèt quandoque detur, non vt tollat vires contractus, ſed tantum vt ſuſpendat effectum iuramenti, & ſolum præſtet habilitatem ad agendum, vel excipiendum, à nemine præſtari poteſt ſine cauſa vt per gloſ. ordinariam *in capit. quanto de iur. iur. verſ. abſolui*; qui loquitur etiam in Papa, & ſequitur Couar. *ibidem numero* 5. *verſic. hac ſane.* vbi dicit nec etiam ſummum Pontificem poſſe ſine cauſa in iuramento diſpenſare, & hoc de Papa etiam notat Corn. *in tractatu de abſolut. forenſ. parte* 3. *quæſt.* 2. *in ſecunda ampliatione & num.* 9. *& numer.* 13. quod Papa inuito eo, cui iuratum eſt, non poteſt nec etiam in melius commutare iuramentum, Corn. *in dicto tractatu parte* 2. *quæſt.* 6. *num.* 1. ex dicto Abb. *in quæſt.* 2. *incipit ſtante ſtatuto in primo caſu*, nam præceptum diuinum nec iure vana per ipſum, eſt impoſſibilis diſpenſari nec abſolutum eſt minime poſſe procedere, nec poſſe obtinere diſpenſationem quo ad vinculum iuramenti, vt aliquid contra iuramentum fiat vt late Couar. *in dicta* 1. *parte relect.* §. 3. *num.* 3. *verſ.* 3. *ad huius.* qui Couar. *ibidem in d.*

num. 5.

num. 5. hæc ſane dicit quod in tantum non poteſt abſque cauſa diſpenſari in iuramento à Papa, quod ſi ibi iuſtè diſpenſari non poteſt eius vinculum remittat, non reddit iurantem immunem à peccato periurij, ſed tantum quo ad pœnam legis humanæ aduerſus periuros ſtatuta, proderit; & quod hæc abſolutio non fuerit obrepta, ſed proceſſerit ex certa ſcientia. Nec Deus futurum peccatum indulget *de pœnit. diſtinct.* 3. *capit. ſane*, & gloſ. *in* 97. *diſtinct. cap.* 1. *in verbo præterito*, quam probat gloſ. Archid. *in dict. cap. ſane in verbo de peccatis*, quod non poſſit diſpenſari ſine cauſa tradit, etiam Abb. *in d. cap. quanto num.* 8. *verſ. aut fuit præſtitum*. Felin. *in cap.* 1. *num.* 23. *verſ. item abſolutio eodem tit. de iure iurand.* Crauet. *conſ.* 7. *lib.* 1. Domin. Sot. *in d. tract. de iuſt. & iur. lib.* 8. *quæſt.* 1. *art.* 9. *col.* 7. *in fin.* etiam eſſe communiter ab omnibus ita receptum refert, multos authores referendo Corn. *in dict. tractat. part.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 3. *cum ſeq.*

Nam vbi iuramentum non vitiatur ex turpitudine illud recipientis, neque illicitum eſt ex parte materiæ, ſuper qua præſtatur, neque aliud reſiſtit quin ſeruari valeat ſine interitu ſalutis æternæ in tantum eſt obligatorium, vt ſeruari debeat omnino, non ſit locus abſolutioni, *dict. capit. & ſi Christus de iure iurando*, & ibi Abb. *num.* 8. *cap. cum contingat eodem tit.* vbi ſimiliter Abb. *num.* 22. *ſub* 8. *caſu, cap. ex reſcripto. cap. querelam eodem tit. & cap. licet eodem titul. in* 6. Paulus de Caſtro *in conſ* 259. *incip. circa primum verſ poſſet etiam libr.* 12. *in nouis*, & cæteri relati (quos breuitatis cauſa omitto) à Corn. *in d. tractatu parte* 3. *quæſt.* 1. *num.* 3. *cum ſeq quæſt.* 3 *num.* 4. *& in part.* 4 *in princ num.* 3. *& in caſu* 3. *num.* 74. *& in caſu* 1. *num.* 16. vbi ſequendo Abb. item dicit quod nec etiam iuramento præſtito ſuper promiſſione ſimulata debet dari abſolutio ſi non affuerit iuſta cauſa quæ excuſare debeat à ſimulatione, de qua iuſta cauſa quænam ſit, & quod debeat eſſe nedum iuſta ſed magna, ponit exempla idem Corn. §. 3. *quæſt.* 2. *num.* 15. *& in* 4. *part. per totum* Couar. *in d. verſ.* 2. *ad huius*, non enim eſt aperienda via periurio concedendo habilitationem ex abrupto vti *in d. cap. ſi vero & ca. verum de iure iurando*, quæ notat Corn. *in dict. part.* 3. *quæſt.* 3. *verſ.* 10. 11. nam occaſio peccandi eſt auferenda text. & gloſ. *in cap. ſatisfactio de pœnit. diſtinct.* 3. tutius enim eſt ad ſalutem animæ iuramenti vinculo ligatæ eo vinculo obſtrictam remanere, & iuramentum obſeruare, quam ab illo per abſolutionem liberare, vt per multa iura canonica quæ refert Corn. *part.* 3. *quæſt.* 25. *num.* 18. hinc eſt quod difficilior eſt abſolutio, ſeu diſpenſatio iuramenti, quam voti, ex ratione quam reddit Corn. *d. tract. par.* 2. *quæſt.* 4. *& num.* 24. materiam autem periurandi epiſcopus vitare debet *ca. ſi vero de iure iurando*. Abb. Fel. & cæteri *in cap.* 1. *eodem tit.* Berous *conſ.* 50. *num* 64. *lib.* 1. aliique apud eundem Epiſcopum *in d praxi Archiep. Neap. cap.* 4. nec niſi cum improbum aut illicitum eſt iuramentum admittenda eſt abſolutio *cap. ſi vero* 8. & paſſim etiam *de iure iurand.* Jaſon. *auth. ſacramento C. ſi à vend.* Pariſ. *conſ.* 96. Myling. *cent.* 2. *obſeru.* 5 *&* 7. *& cent.* 3. *obſeru.* 99.

Et ad hoc vt poſſit religioſiſſimus Paſtor cognoſcere, an adſit iuſta cauſa petendi relaxationem, & diſcedendi ab obſeruatione iuramenti, in contractu appoſiti, debet adhibere plenam cauſæ cognitionem ad finem, vt ſibi innoteſcat de ſufficientia, & iuſtitia ipſius cauſæ ob quam petitur relaxatio, vt tradunt DD. relati ab eodem Corn. §. 3. *quæſt.* 2 *num.* 22. *& in quæſt.* 3. *num.* 6. *cum ſequent. vſque nu.* 23. vbi dicit quod

& ſi partis citatio non ſit neceſſaria, tamen communiter eſſe receptum quod ſit adhibenda plena cauſæ cognitio etiam in diſpenſatione, quæ ſit præparatoria ad finem agendi vel excipiendi, & eſſe neceſſariam ſaltem ſemiplenam probationem, allegat quam plurima iura, & DD. quos ego breuitatis cauſa omitto, & *in part.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 1. *&* 2. imo ibidem dicit quod ſi relaxatio daretur ſine cauſæ cognitione eſſet nulla.

Hinc eſt quod vt poſſit cognoſci an cauſa relaxationis petitæ ſit iuſta omnino Franc. Antonius Alferius cogendus eſt declarare quinam ſit dolus aſſertus in eius memoriale potuit forſan intelligere de dolo bono, reperitur enim in iure ciuili dolus bonus, poterit forſan intelligere, de dolo proxenetæ, vel alterius perſonæ non autem principalis contrahentis, quod non officeret contractui vt per Bart.

Eo fortius quod cauſa relaxandi iuramentum etiam ad finem agendi non erit ſufficiens, ſi contractus ſuper quo interponitur iuramentum ſit nullum de iure ciuili, nam etiam eo caſu ſeruari debeat, nullitas enim contractus in materia iuramenti debet eſſe de iure canonico valeat, & corroborat contractum à iure ciuili improbatum, vt *in auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſus venditionem*, & in alijs legibus, vt latè per Couar. *in initio* 2. *partis* §. 1. *per totum, & in* §. 1. 2. *&* 3. Cord. *in dicto tractatu in præludio* 3. *num.* 7. *cum ſequentibus, & in part.* 3. *gloſ.* 2 *num.* 5. *& in part.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 247. *verſ. ex quibus & in caſu* 7. *num.* 12. *& caſu* 13. *num.* 10. *cum ſequentib. & in numer.* 252. vbi declarat quomodo intelligatur illa regula, quod intelligatur in iuramento exceptuata voluntate ſuperioris, & per Cou. *in d.* §. 3. *num.* 2.

Immo probatur non adeſſe inſtam diſpenſandi cauſam primo, ex pluribus geminationibus, nam geminatæ promiſſiones etiam ſine cauſa valent, & obligant ſecundum Angelum *in l. petens in* 3. *colum. C. de pactis* Bar. *in l. cum ſcimus C. de agri. & cenſi. libr.* 11. de cuius geminationis virtute multa ſcripſit Antonius Corſet. *in tractatu de verb. gemi. fol.* 92. eo fortius cum in caſu noſtro ſuper eadem re, ne dum geminatæ promiſſiones, ſed geminati contractus, & geminatus iuramenta.

Item opponitur, quod Franc. Antonius Alferius ſibi præcluſit viam relaxationi eſſe incurſum periurium: nam cum ex iuramento præſtito in fideiuſſione data penes acta iudicialium M. C. V tenebatur exercere officium actuariatus Curiæ terræ Roccæ Mandolf. ſibi locatum à Barone vnde veniebat etiam aſtrictus non diſcedere ab officio antequam fuiſſet completus annus locationis, & antequam pareret ſindicatui, & legibus ciuilibus, ac etiam ex pragmaticis, & capitulis huius regni vnde comprehenduntur hæc ſub iuramento præſtito in dicta fideiuſſione prædicta, cum iuramentum comprehendat tacitè etiam non expreſſa ſed cogitata, quæ veniunt de natura actus ſuper quò fuit iuratum text. eſt & gloſ. *in cap. pen. de iur. iurando*, & effectus eſt periurus dum diſcedendo deſeruit officium prædictum, præſertim cum habuiſſet animum non redeundi, qui colligitur dum præteriit tempus, & conſuetudo redeundi *in inſtitutione* §. *Pauonum, de rerum diuiſione.* ac etiam ex actibus ſequentibus colludendo cum vniuerſitate, in inſtantiis, vt ipſe actuarius deſiſteret ab officio, & ex replica ipſius actuarij in prouiſionibus M.C.V. & in inſtantiis ore tenus facti coram Iudice

dice M. C. quæ omnia probant diſceſſum dicti actuarij fuiſſe animo non redeundi, & contraueniendi iuramento prædicto, ac etiam iuramento appoſito in d. contractu locationis dicti actuariatus, cum qualis fuerit animus à principio ſequentia declarant Boſſ. *de crimin. leſ. maieſtat. num. 28.* vnde contra venit geminatis contractibus, & iuramentis ſcilicet, & dictæ fideiuſſionis, & locationis, à qua nunc petit relaxationem, ex quo contractu eiuſque iuramento aſtringebatur, ne dum ad ſolutionem penſionis, ſed etiam ad præſtandam operam eius perſonæ locatam pro exercitio officij prædicti in commodum baronis, & vaſſalorum quibus ipſe Baro tenetur creare Capitaneum, & Actuarium, ac etiam in vtilem pecuniarum perueniendarum Cameræ Baronali, & prouentibus ciuilibus, quæ ſunt fructus iuriſdictionis quæ iuriſdictio non poteſt exerceri ſine actuario, & hoc ſeruitiũ perſonale, ſtat loco precij cum pactum ſit pars precij, *l. ſi ſterilis §. ſi tibi fundum ff. de action. empt.* nam eo ipſo quod in tempore debito non impleuit promiſſum incidit in periurium, late per Corn. *in d. tractat. part. 2 quæſt. 3. per totum & part. 3. qu. 22. num. 1. cum ſeq.*

Item eſt periurus quia dum Baro inſtitit, vt pro obſeruantia d. contractus locationis à quo dictus actuarius petit abſolui, rediret actuarius prædictus ad exercendum officium, quod deſeruerat, ipſe actuarius venit coram iudice Corcione cum ſuis aduocatis opponendo & inſtando nolle redire, & licèt fuiſſent inſtantiæ ore tenus factæ, tamen ſunt validæ, & ſufficientes, & ſuper eis poteſt proferri ſententia prout prolatum fuit decretum contra ipſum condemnando ad continuandum officium prædictum, cuius copia authentica præſentata fuit in Curia Archiepiſcopali, nam licèt de iure communi requiratur oblatio libelli in ſcriptis, vel aliquali petitione Aut. operatur, & ibi Baldus, & alij *C. de lit. cont. cap. 1. de lib. oblig.* tamen in Regno ſatis eſſe, vt iſtam aliqualem petitionem Actor, Iudici, ore tenus proponat, eſt receptiſſima Regni petitorum concluſio, quam docet Marant. *in 4. part. diſtinct. 9. numer. 208.* & eſt ritus M. C. V. 187. item quæcumque inſtrumenta, & ritus 115. & vtrobique Carau. ideoque poteſt libellus abſque periculo nullitatis omitti, vt voluit Bald. aliique *in auth. offeratur numero 6. C. de lit. conte.* Cardi. *for. in Clem. 2. de appell.* & eſt in poteſtate partis à principio vel offerre ſolemne libellum, vel talem qualem petitionem in ſcriptis, vel ſine ſcriptis verbo tantum, vel incipere à poſitionibus, & articulis tradunt Afflict. *in conſtitutione dilationes numer. 4.* Carau. *ſuper rit. 187 in 5. notabili*, aliique apud Muſcat. *in praxi 1. part. gloſ. petitur n. 41. verſ. 2. caſus.*

Et quamuis Bald. *in d. auth.* offeratur innuere videtur eſſe iſtam aliqualem petitionẽ ore tenus factam in ſcriptis poſtea reducendam, hæc reductio in ſcriptis non requiritur ad finem vt alias non dicatur veniſſe contra iuramentum, ſed ad finem vt poſſit reus deliberare, vtrum cedere, an contendere malit, & vt iudex poſſit venire ad ſententiam plene Affl. *in d. conſt. dilationes n. 5. & 6.* Par de P[illegible] *in cap. 2. n. 4.* Bart. *in extrau. ad reprim. in verbo, & figura nu. 8.* [illegible] enim in Regno omnes cauſæ ſummariæ, et Reg. Pragm. & per *c. deteſtantes*, cum igitur in re noſtra coram iudice & parte b. ſuam propoſuerit actor actionẽ, & expreſſè dixerit velle ſe venire contra contractum iuratũ, & con[illegible] iuramenti nulli du-

bium eſſe poteſt, quin in periurium inciderit, & illa non reductio adhuc in ſcriptis propoſitæ coram iudice actionis aduerſus contractum iuratum quia obſtet quo minus in periurium lapſus etiam dicatur.

Quia cum agitur de materia peccati, ſemper eſt facienda illa interpretatio quæ concernit fauorem, & ſecuritatem animæ vt tradunt Couar. Menoch. Arci. & alij infra allegandi; ſecuritas verò, & fauor animæ eſt, vt in dubio tutior via eligatur. *cap. Iuuenis de ſponſ.* & vt in dubio præſumatur peccatum gloſ. communiter recepta *in ca. vnio de periurio.* quam ſequitur Couar. *de ſponſ. part. 2. cap. 1. numer. 5.* Menoch. *de præſ. lib. 3. præſ. 1. numer. 68.* Alexand. *eodem tractat. reg. præſ. 5.* qui hanc rem dicunt quod ex cohabitatione maris, & fœminæ de iure Pontificio non præſumitur matrimonium, ſed fornicatio, & peccatum, & hoc fauore animæ gloſ. *in cap. aliter 30. quæſt. 5.* ergo fauore animæ dicendum eſt in periurium potius incidiſſe quam è contra, & quod in iudiciis verbaliter reſpondendo incurratur in periurium, gloſ. *in ritu ſuper rubric. de modo procedendi*, & de proceſſibus cauſarum, qui eſt alligatus cum conſtitutionibus regni in vltimo verbo dicti ritus quæ gloſ. refert. Arch. Beatum Thomam, Lucam de Penna, & alios *fol. mihi 408. 1. colum. num. 70.* & ne dum verbaliter reſpondendo, ſed etiam tacendo incurritur in periurium Couar. *variar. reſolut lib. 1. cap. 1. verſ. 2. Aſſeram: fol. mihi 166. ibi nec temere diximus.* videmus enim iuxta captũ, & relaxatum ſub iuramento de redeundo incidit in periurium ſola voluntate ſine ſcriptura nolendo redire; idem latè per eundem Couar. *d. cap. 8. num. 7. prope principium verſ. prima quidem.* nam ſufficit eſſentia rei. nec eſt ſcriptura de neceſſitate, Decian. *in rub. de probationib. num. 5. circa medium ſuper decretalib.* videndus Rom. *conſil. 308.* Franc. Marc. *deciſ. 992. part. 2.* Couar. *in initio relect. cap. quamuis de pact. part. 1. & in §. 1.* latè oſtendit ſcripturam in materia iuramenti non eſſe neceſſariam, ſed ſufficere verba. Eo fortius quod dictus actuarius fraudulenter noluit facere inſtantiam in ſcriptis, ſed illam fecit verbaliter, nec conſulto per ſcripturas Iudici Eccleſiaſtico de eius periurio denegaretur habilitatio, quæ nõ poteſt concedi periuro, hoc enim eſt facere fraudem legi, *l fraus, & l. contra ff. de legat.* præſertim in materia peccati, in qua multum operatur intentio, nec requiritur ſcriptura, ſed ſufficit operari contra dictamen propriæ cõſcientiæ, Couar. *variar. reſol. cap. 1. num. 1. & in initio primæ partis relectionis cap. Quamuis pactum num. 6. verſ. 1.* probat quod nec etiam verba ſunt neceſſaria ad iuramenti vim, & effectum ſed ſatis erit mens, quæ ex coniecturis præſumitur, vel verbis quibuſdam expreſſis conſtat. & Panorm. poſt alios *in cap. pen. nu. 4. de iure iurando.* vbi etiam tradidit gl. dicens iuramentum extendi ad ea, de quibus eſt cogitatum in mente.

Et hæc periuria fuerunt probata ex duabus fidibus, vna ex colluſione dicti actuarij cum vniuerſitate, quæ inſtabat pro reſolutione, & contrauentione dicti contractus locationis, probatur ex fide notarij, & ex fide ſcribæ cauſæ, quia in fide prædicta probant, cum ſit de pertinentibus ad eorum officium, & etiam quia fuit fides facta de ordine Iudicis: nam dicitur ſcriptura authentica illa, quæ fit per quoſcunque authoritate Iudicis, Innoc. *in cap. 1. in princip. de fide inſtrumentorum*, quem refert, & ſequitur Carauita *in ritu 174. numer. 3.* fuit enim hæc fides facta authoritate Iudicis, vt apparet ex Iudicis decreto originali, altera fide inſtantiæ orete-

oretenus factæ coram Iudice contra contractum prædictum conductionis inde hoc faciunt fidem idem iudex ſubſcribendo memoriale in quo aſſeritur hoc factum approbando fidem dum mediante eius decreto decernit quod de hoc fiat fides per actuarium, & ſcribam cauſæ, cæteroſque qui erant præſentes coram eo. Eſt etiam authentica dicta ſcriptura, quia vltra prędictos Notarium cauſæ & ſcribam eſt trino teſte notata, quo caſu & ſi manu priuata ſit ſcripta, authentica dicitur, & plenam fidem facit, *cap. 2. de fide instrumentorum*, & Innocentius *ibidem in principio*, & Imola Hoſtienſis *in ſumma eiuſdem tituli verſ. quibus num. 2.* Abb. *in cap. 1. eodem tit. Specul. in titulo de inſtrum. edit. §. Nunc dicendum num. 2. verſic. 5. dicitur lege ſcripturas C. qui potiores in pig. habeantur*, vbi iſtæ ſcripturæ quandoque inſtrumentum & quandoque documentum appellantur, & text. *in cap. placuit il ſecondo verſiculo his autem iuſta gloſ. in verſi. ſubſcriptione 16. quæſt. 3.* cum quo concordat text. *in l. vt perfectiuum C. de Annal. except.*

Et Bartholomæus de Capua *in conſtitut. Regni* inſtrumentorum robur in principio appellat ſcripturam trino teſte notatam priuatum inſtrumentum fidem facientem; eo fortius quod ſumus in præambulis ad cauſam ſeu Iudicium, vbi etiam ſemiplena probatio plene probat. idem Bartholomæus de Capua, qui hoc probat ex multis legibus, quas allegat in conſtitutione & damna clandeſtina prope finem.

Item Franciſcus Antonius Alferius in periurium reincidit, & in eum confirmatur: ex decreto ſupra mentionato contra ipſius inſtantias à Iudice lato ſuper obſeruantia dicti contractus, nam etiam ſi per prius obtinuiſſet diſpenſationem à iuramento ad finem agendi, ſi fertur ſententia poſt modum contra ipſum iurantem remanet ligatus vt prius, & eſt periurus ſi non obtemperat contractui late per Corneum *parte 1. quæſt. 2. numer. 2. & 3. & part. 3. qu. 28. num. 9.*

Item eſt periurus quia non petiit abſolutionem ab omnibus iuramentis præſtitis ſuper dictis duobus contractibus geminatis, ſed tantum à iuramentis contentis in vno quod facere nefas eſt, quam plurimi Doctores relata, à Corn. *par. 3 qu. 6. à principio per totum*, & ſignanter *num. 14. in ſecunda ampliatione.* Et cum inciderit ne dum in vnum, ſed in tot periuria, non poteſt ibi concedi petita relaxatio, Caualc. *deciſ. 9. par. 1.* Affli. *deciſ. 220. n. 17.* Dominus Riccius *in Collect. deciſ. coll. 39. par. 1.* Federicus de Senis *conſ. 301. Quia fruſtra, de vſur.* Anchar. *conſ. 198.* Corn. *in d. tractatu par. 3. qu. 4. verſ. Porrò nu. 6. 7. 8. & 9.* in quo probat iſtum petentem relaxationem, poſt periuriū augere peccatum ex *capitulo finali de conſuet. & par. 2. qu. 7. num. 6. cum ſequentib.* & ex Federico de Senis *conſ. 300.* idem Corneus *ibidem num. 11.* in quo dicit quod poſt incurſum periurij nullæ alię debent eſſe partes iudicis, quam vt periurum ipſum compellat ad ſatisfaciendum quam citius, vt à peccato illo periurij ſe eximat & refert, & ſequitur Abb. ita dicentem facit textus & Bartolus *in l. ſi quis maior, C. de tranſact. n. 13.* vbi de communi omnium ſententia teſtatur. Alex. *num. 1.* in qua lege omnes tenent habere locum tam in actore quam in reo, Abb. *in c. per tuas in 1. lect. nu. 14. de arbitr.* Ant. Gabr. *in com. concl. tit. de tranſact. concl. 1. ampliat. 4. nu. 5.* idem Corn. *in d. 3. pa. q. 27. n. 5. 6. & 7.*

Et hæc adduxiſſe ſufficiat pro iuſtitia cauſæ, de qua agitur, Datum Neapol. die.

Jo. Maria Nouarius I.C. Lucanus.

COLLECT. 3187.

Super gloſ. in l. interdum C. de iur. dot.

¶ *Aeſtimatio bonorum dotalium an faciat emptionem?*

EX gloſa iſta colligitur æſtimationem bonorum dotalium in dubio facere emptionem, ita vt quando dos eſt data æſtimata talis emptio facit venditionem, & transfert dominium bonorum dotalium in maritum, & ita ſæpius cenſuit Rota, & præſertim in Spoletana bonorum 6. Aprilis 1602. coram bon. mem. Penia in Romana aſſecurationis Dotis 12. Decembr. 1605. coram R.P.D. Marquemontio in Camerinenſ. donationis 12. Maij 1606. coram eodem, & in Romana domus 12. Decembris 1605. coram R.P.D. Coccino Decano.

Amplia tantò magis procedere quādo promiſſa, & conſtituta eſt dos in quantitate, & poſtea pro ſolutione aſſignatur res æſtimata, Seraphin. *deciſ.* 1207. *& deciſ.* 1332. *n.* 1. *&* 2. ita vt etiam ſi dicta res æſtimata eſſet data pro fundo dotali, & in fundum dotalem, nihilominus illa æſtimatio faceret emptionem, & transferret dominium in virum qui ſolum in tali caſu eſt debitor quantitatis Rota in Romana Domus 12. Decembris 1605. coram R.P. D. Coccino Decano, & in Romana ſucceſſionis, & alimentorum 9. Junij 1606. coram R.P.D. Litta.

Bene verum vbi conſtare poſſet quod æſtimatio fuiſſet facta ad alium effectum recederetur à regula ſupra firmata, & eo caſu cenſetur æſtimatio facta ſolum ad effectum ſciendi valorem, vt fuit dictum in Spoletana bonorum 6. Aprilis 1601. coram bonæ mem. Penia, & in Romana reſtitutionis 10. Martij 1608. coram eodem vbi fuit dictum ſufficere quod id tacitè colligi poſſit quod etiam dixit Rota *in deciſ.* 30. *num.* 3. *inter impreſſ. penes pacific. de Saluian. interdict. iuxta nouam impreſſionem*, & hoc maxime colligeretur ex eo ſi conuentum eſſet quod reſtitueretur dos in iiſdem rebus ſiue corporibus & dixit Rota in dict. Romana reſtitutionis dotis, & in Sancti Seuerini dotis 23. Martij 1618. coram R.P.D. Vbaldo pro vt etiam ſi ex interuallo poſt conſtitutam dotem fuiſſet facta, æſtimatio illa non faceret emptionem, vt dixit Rota *in dict. deciſ.* 30. iuxta cuius opinionem dum caſus accidiſſet in facto inter Notarium Joannem Marcum Salzanum, & Philippum Jacobum Spagnolettum requiſitus de voto conſului, & iterum dum accidiſſet caſus in anno 1626. inter Franciſcum Angelum de la Rocca, & Michaëlem Surrentinum pariter in eandem deſcendi ſententiam.

FINIS SEPTIMAE PARTIS COLLECTANEARVM.

Digitized by Google

Digitized by Google